MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT


SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

LEGVM SECTIO IV.

CONSTITVTIONES ET ACTA PVBLICA IMPERATORVM ET REGVM.

TOMI IV. PARS PRIOR.

HANNOVERAE ET LIPSIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.
MCMVI.







MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

LEGVM SECTIO IV.

CONSTITVTIONES ET ACTA PVBLICA IMPERATORVM ET REGVM.

TOMI IV. PARS I.

HANNOVERAE ET LIPSIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.
MCMVI.

CONSTITVTIONES
ET
ACTA PVBLICA
IMPERATORVM ET REGVM.

TOMVS IV.

INDE AB A. MCCXCVIII. VSQVE AD A. MCCCXIII.

PARS I.

EDIDIT


IACOBVS SCHWALM.

HANNOVERAE ET LIPSIAE

IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.

MCMVI.

Ex officina aulae Vimariensis typographica.



Copia materiae, quae inter manus accrescebat praeter opinionem, coacti consentiente sectionis huius curatore v. cl. Karolo Zeumer tomum quartum Constitutionum in duas divisimus partes, quarum prior Constitutiones Alberti et Heinrici VII. usque ad annum 1311. amplectens hic in lucem prodit. Alteri parti typographo iam traditae inerunt Constitutiones Heinrici VII. annorum 1312. et 1313, Appendices I—VII. (i. e. Acta iustitiariorum curiae, Acta vicariatus generalis per Alemanniam inde ab anno 1310. usque ad annum 1313, Acta quae ad pontifices Romanos spectant, Scripta Pacis, Scripta Varia, Disquisitiones diversorum et Memorialia Clementi V. papae porrecta, Apochae rationum camerae et thesaurariae Heinrici VII.), Supplementum, Indices nominum et rerum.

Dabam Hamburgi die 24. m. Octobris a. 1906.

HAC PRIORI TOMI QUARTI PARTE CONTINENTUR:

*) Id est in editione Pertziana LL. II.

Heinrici VII. Constitutiones. 228—711

In editione nostra frustra quaeres Ordinem, qui legitur in editione Pertziana: LL. II, pag. 503—509 Coronatio Mediolanensis. *De quo v. ea quae scripsimus supra in prooemio tom. II pag. VI.*

ALBERTI REGIS CONSTITUTIONES.

1—6. TRACTATUS DE ELECTIONE.

1298. Febr. 12.—Mai. 7. Iul. in.

Tractatus nr. 1—5 habiti de prima electione, cuius promulgationem paullo post 5 *Iun. 23. datam iam supra tom. III, 552 nr. 590 edidimus, hic potius proponendi erant.*

1. *PROMISSIO PRIOR REGI BOHEMIAE FACTA. Febr. 12.*

Autographon, quod superest Pragae in Museo regni Bohemiae 'Landesarchiv, Kronarchiv' nr. 7, nuper inventum descripsimus. Pendet sigillum equestre filis sericis. In verso leguntur: non indiget registracione. *Apographa codicum, quos supra tom. III ad* 10 *nr. 468 edendum adhibuimus, itemque editionem Ludewigianam omnino neglexímus. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 223.* *(P. deest.)*

(1) Nos Albertus Dei gratia dux Austrie et Stirie, dominus Carniole, Marchie ac Portusnaonis ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod nos magnifico domino Wencezlao illustri regi Boemie, affini nostro karissimo sicut fratri, 15 omni dolo et fraude exclusis promittimus bona fide, quod quam cito in regem Romanorum eligi nos continget, statim eidem regi et heredibus eius terras imperii, Egrensem videlicet et Plisnensem cum civitatibus, castris, munitionibus et hominibus ibidem necnon castra dicta Floz et Parkenstayn ac opidum Weydn sita in Bavaria circa metas Boemie cum ipsorum districtibus, eidem regi et heredibus suis titulo pignoris obligabimus in 20 quinquaginta milibus marcarum argenti puri Pragensis ponderis et super obligatione predicta dabimus ipsi regi patentes nostras litteras sigillo regali munitas in forma inferius annotata et alias quascunque litteras super eodem negocio, quas ipse rex per se vel per suos nuncios duxerit requirendas. (2) Ad acquirendam autem seu adipiscendam possessionem pacificam terrarum, castrorum, civitatum, opidorum et districtuum pre- 25 dictorum eidem regi assistemus eumque iuvabimus consilio et auxilio tam per nos quam per homines nostros efficaciter et potenter, quandocumque et quocienscumque per eum vel eius nuncios fuerimus requisiti, quousque ipse rex dictam possessionem omnium predictorum pacifice assequatur. (3) Promittimus eciam efficere et efficaciter ordinare, quod principes electores ipsius imperii predicte obligacioni nostre consencient et super 30 assensu suo ipsi regi patentes litteras suas dabunt. (4) Forma autem litterarum, quas predicto regi dabimus, talis est:

'Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

(I) Ad apicem regalis dignitatis providencia nuper divina vocati, dum statum bonorum predicti imperii diligenti scrutinio considerationis attente revolvimus, invenimus quam plurima bonorum ipsorum predecessorum nostrorum temporibus in grave nostrum et ipsius imperii preiudicium alienata indebite ac distracta. Cumque ad recuperanda deperdita, ut tenemur ex debito commissi nobis regiminis, cotidiane nos ad id sollicitudinis instancia excitante procedere intendamus et id sine magnis laboribus magnisque sumptibus de bonorum ipsorum proventibus, quos tenemus, aggredi et perficere non possimus, diligenti cum principibus aliisque fidelibus nostris nobiscum presentibus habita deliberacione providimus de aliis bonis predicti imperii aliqua obligare, ut recuperare possimus detenta indebite alia pociora. (II) Eapropter harum serie notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos pro necessitate predicta terras nostras et ipsius imperii, Egrensem videlicet cum civitate et castro ibidem ac Plisnensem cum civitatibus et castris Altenburch, Kamnicz et Suicow necnon castra dicta Floz et Parkenstayn ac opidum Weydn sita in Bavaria circa metas Boemie cum ipsorum districtibus, cum civitatibus sive opidis, castris, munitionibus, villis, hominibus, nobilibus, popularibus et aliis infeudatis et non infeudatis, iudiciis, iurisdiccionibus, theloneis, dignitatibus, officiis, honoribus, censibus, fructibus, redditibus, proventibus ceterisque utilitatibus, iuribus et pertinentiis terrarum, castrorum, civitatum, opidorum et districtuum predictorum titulo pignoris obligamus illustri Wencezlao regi Boemie, duci Cracovie et Sandomeric marchionique Moravie, principi et affini nostro karissimo, in quinquaginta milibus marcarum argenti puri Pragensis ponderis, quas nomine mutui pro recuperandis predictis bonis alienatis ab eodem rege nos integre recepisse et convertisse fatemur. (III) Volentes, ut dictus rex ac heredes ipsius terras predictas, castra, civitates, opida et districtus cum omnibus supradictis teneant et utifruantur eis, quousque per nos vel successores nostros Romanorum reges vel imperatores eisdem regi Boemie ac heredibus eius de predictis quinquaginta milibus marcarum eiusdem ponderis et argenti fuerit integre satisfactum, fructibus ipsarum terrarum, castrorum, civitatum, opidorum et districtuum, quos ipsi percipient, non computandis in sortem. Quos eis damus de speciali gratia per donationem, que dicitur inter vivos, propter grata multipliciter et accepta servicia, que nos et dictum imperium a rege recepimus supradicto. (IV) Et quod purcravii sive castellani tenentes castra ipsa aliique nobiles et incole universi infeudati et non infeudati terrarum et districtuum predictorum prefatos regem Boemie ac heredes ipsius durante predicta obligatione pro suis dominis habere ipsisque iuramentum fidelitatis prestare et reverenter obedire ac feuda que tenent recipere ab eis ac deservire fideliter teneantur. (V) In hiis autem omnibus et singulis nostro et successorum nostrorum predictorum nomine expresse renunciamus exceptioni non numerate pecunie, non ponderati, non soluti, non recepti, non electi et in rem non versi argenti, doli mali, accioni in factum et condicioni sine causa ac beneficio cuiuslibet alterius iuris canonici vel civilis, quod nobis et predictis successoribus nostris contra predictas obligationem et donationem nostras de iure vel de facto ad presens competit vel posset competere in futurum. In quorum omnium testimonium et predictorum regis ac heredum suorum cautelam presentes litteras fieri et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri.

Act. et dat. ponentur sicut debent in loco et tempore, ubi fict.'

(5) Super premissis autem omnibus et singulis per nos faciendis et adimplendis presentes litteras damus predicto regi nostro sigillo consueto munitas.

Dat. Vienne, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, II.[a] Id. Februarii, undecime indictionis.

1. a) II[e] *or. i. e.* pridie.

2. *COMMISSIO VOCIS REGIS BOHEMIAE. Febr. 21.*

Denuo contulimus autographon, ut videtur, tabularii generalis regni Bawarici 'Mainz Stift St. Alban' fasc. 8 nr. 62 asservatum. Sigillum deest foraminibus relictis. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 225. (P. deest.)

5 Nos Wencezlaus Dei gratia rex Boemie, dux Cracovie et Sandomerie ac marchio Moravie sacrique Romani imperii princeps et pincerna ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod nos venerabili in Christo patri domino Gerhardo sancte Maguntine sedis archiepiscopo eiusdem imperii per Germaniam archicancellario eligendi hac vice suo et nostro nomine in regem Romanorum in imperatorem postmodum 10 promovendum illustrem principem dominum Albertum ducem Austrie et Stirie, dominum Carniole, Marchie ac Portusnaonis una cum aliis principibus in eleccione regis Romanorum ius et vocem habentibus, qui eundem ducem in regem Romanorum elegerint sive in eum consenserint, committimus vocem nostram. Ratum et firmum habituri, quicquid per ipsum archiepiscopum in eleccione huiusmodi de persona dicti ducis et aliis, que 15 ad ipsius eleccionis negocium sive ante sive in ipsa eleccione pertinere noscuntur, suo et nostro nomine ista vice fuerit ordinatum. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri et sigillis maiestatis nostre fecimus communiri.

Datum Brunne, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, IX. Kal. Marcii, undecime indiccionis, regni nostri anno primo.

20 3. *PROMISSIO ALTERA REGI BOHEMIAE FACTA. Mart. 14.*

Autographon tabularii Vindobonensis denuo contulimus. Pendet sigillum fere illaesum filis sericis. In verso scripta sunt: ℞ per Iohannem de Glacz. *De tempore v. ea, quae notavit Böhmer, cui non consentimus. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 224. (P. deest.)*

25 Nos Albertus Dei gracia dux Austrie et Stirie, dominus Carniole, Marchie ac Portusnaonis tenore presencium promittimus bona fide, quod quam cito favente Domino in regem Romanorum eligi nos continget, statim illustri domino Wencezlao regi Boemie, affini nostro tamquam fratri karissimo, nostras patentes litteras sigillo nostro regali munitas dabimus in hac forma:

30 'Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

(I) Habet hoc racionis ordo laudabilis et norma iusticie, ut quo magis bene meruisse quis cernitur, eo maioris gracie sublevetur honoribus et serviciorum oneribus non prematur, quin immo libertatis amplioris munere gaudeat, qui maiora noscitur obsequia 35 prestitisse. Magna itaque ac accepta valde servicia per illustrem Wencezlaum regem Boemie, ducem Cracovie et Sandomerie marchionemque Moravie, karissimum affinem et principem nostrum, ab olim sacro Romano imperio nobisque constanter et gratanter exhibita, per que ipsius imperii nostrumque favorem et graciam multipliciter meruit, consideracionis attente studio diligenter attendentes ac volentes eum propterea prose-40 qui liberalius nostri prerogativa favoris et gracie specialis, eundem regem et heredes ac successores ipsius ab omni serviciorum onere, quocumque censeantur nomine, per eos racione feudorum, que nunc tenent seu tenebunt inposterum a nobis et eodem imperio vel alia quacumque racione, nobis et dicto imperio debitorum de speciali gracia inperpetuum absolvimus et eximimus ac esse volumus liberos et exemptos, nisi 45 quantum ipsi de bona voluntate voluerint exhibere. (II) Ordinantes ac statuentes harum serie, ut antedicti rex et heredes ac successores eius ad nullam nostram vel successorum nostrorum regum seu imperatorum Romanorum expedicionem, con-

vocacionem, curiam seu colloquia generaliter vel specialiter indicenda quocumque et ubicumque et pro quocumque negocio sive causa iussi vel requisiti aut irrequisiti personaliter venire vel nuncios aut homines aliquos mittere de cetero aliquatenus teneantur. (III) Privilegia quoque omnia super donacionibus, libertatibus et graciis quibuscumque predicto regi et progenitoribus eius a dive memorie Romanorum imperatoribus seu regibus predecessoribus nostris data seu concessa sub quacumque forma vel concepcione verborum rata et grata habemus ac ea de speciali gracia confirmamus. In quorum omnium testimonium et ipsius regis ac heredum et successorum suorum cautelam et robur perpetuo valiturum presens privilegium fieri et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri.

Actum et datum ponantur in loco et tempore, ubi fiet.'

Super premissis autem omnibus et singulis per nos faciendis presentes litteras damus predicto regi nostro sigillo consueto munitas.

Datum Vienne, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, II. Idus Marcii, undecime indiccionis.

4. *PROMISSIO COMITI DE WIRTEMBERG FACTA. Mai. 7.*

Cum autographon deperierit, secuti modum, quem iam supra tom. III. ad nr. 206—209. 251. edendos adhibuimus, summarium tantum huius documenti proponimus, quod superest Stuttgardiae in bibliotheca regia Cod. hist. fol. nr. 22 saec. XVII. in. (Gabelkofer, Collectaneen) pag. 822. Nobis petentibus benivolenter exscripsit vir d. E. Schneider. Cf. diploma Alberti Mai. 10. datum Böhmer, Reg. 1246—1313 pag. 495 (Addit. II). — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 370 (Addit. I) [1].

A. 1298 am mitwoch nach S. Walpurgentag verspricht wir Albrecht von Gottes gnaden herzog zu Oesterreich und zu Steyr etc. mit guten trewen unserm l. oheim grafen Eberharten von Wirtemberg, ob wir von Gottes gnaden Römischer könig werden, das wir ime wider lassen sollen und wöllen die burg zu Rams und das stettlin, das New Waibelingen, das der könig von Rom (Adolphus) inne hat. Wer es aber, das wir inn täding kämen mit dem könig, so sol darinn gehandelt werden, das der könig ime umb die vorgenante burg und statt gmains rechtens geweren sol. Datum Strazburch.

5. *COMMISSIO VOCIS COMITIS PALATINI. ante Iun. 23.*

Servatur in solo codice notissimo tabularii Vindobonensis nr. 577 (Reichssachen 9) [2], *qui dicitur 'Formelbuch Albrechts I.' saec. XIV. in., sub nr. 4. Ex quo edidit Chmel 'Archiv für Kunde österreichischer Geschichtsquellen' II (1849), pag. 231 nr. 3. Nos denuo codicem accuratissime contulimus, ubi lemma:* Forma eleccionis ducis Alberti in regem Romanorum [3].

De ratione codicis vide Chmel l. c. pag. 213 sqq. et P. Schweizer 'Mittheilungen des oesterreichischen Instituts' II (1881), pag. 225 sqq.

De tempore cf. ea quae notantur 'Regesten der Pfalzgrafen' nr. 1809 et supra tom. III, 552 nr. 590 c. 4, itemque ea quae nuper monuit Zeumer 'Historische Zeitschrift' LXXXXIV, 249 not. 1. — Regesten der Pfalzgrafen 1809. (P. deest.)

Nos Lud(owicus) Dei gracia comes palatinus Reni dux Bawarie publice profitentes declaramus presencium inspectoribus seu auditoribus quibus scire expedit universis, quod nos excellentissimorum Germanie principum, qui regem Romanum [a] in imperatorem post-

5. a) *sic c.*

1) *Cf. ibidem pag. XXXVIII (Addit. II).* 2) *Cf. 'Archiv' X, 587 et Böhm 'Die Handschriften des K. K. Haus-, Hof- und Staatsarchivs zu Wien' pag. 181.* 3) *Quo etiam redit editio, quam paravit Ficker 'Acta imperii selecta' 710 nr. 1011 ad annum 1290. ex apographo saec. XIX.*

modum promovendum de iure et antiqua consuetudine ius et potestatem optinent eligendi, tam celebri quam sollempni collegio agregati ordine geniture, in magnificum principem dominum Albertum ducem Saxonie affinem nostrum karissimum, de circumspeccione cuius, industria et cautela fiduciam gerimus inconcussam, vive vocis oraculo
5 transtulimus et presentibus transfundimus plenitudinem potestatis, eligendi[b] illustrem principem dominum Albertum ducem Austrie et Styrie, avunculum nostrum karissimum nomine et vice nostri in regem Alemanie in futurum imperatorem promovendum, et in omnibus procedendi, tractandi, disponendi, ordinandi, pronunciandi, nominandi, eligendi et etiam terminandi universa et singula, que eleccioni huiusmodi viderit expedire et que
10 ad salubrem sacri[c] imperii statum necnon ad utilitatem tocius reipublice congnoverit pertinere. Ratum habere volentes et gratum, quidquid per ipsius industriam factum fuerit in premissis, ac si contingeret ea fieri per nos ipsos. In cuius rei testimonium et evidenciam pleniorem presentes litteras nostro sigillo pendenti iussimus communiri.
Datum et actum etc.

15 6. *LITTERAE COMITI FLANDRIAE DIRECTAE. Iul. in.*

Subiungere liceat has litteras, quas ex autographo tabularii Insulensis nr. 4189 (olim B. 434) iam publicavimus 'Neues Archiv' XX, 431. Inscriptionem in verso non praebent; sed foramina parva adsunt. Mensi Iulio ineunti litterae vindicandae esse videntur[2]. *Cf. ea quae notavimus l. c. 429.* *(P. deest.)*

20 Magnifico viro et honesto domino suo dilecto domino G. comiti Flandr(ie) Iohannes de Kyuc se totum ad quevis beneplacita et mandata.

Domine karissime, significamus vobis, quod dominus Albertus dux Austrie se scribens in regem Romanorum electum domino de Falkenbourgh demandavit, ut ad ipsum aut ad suos nuncios et consiliarios apud Crucenake hac feria quinta post diem
25 beate Margharete vellet se transferre pro amicicia et confederatione secum ordinanda et vobiscum et cum domino nostro duce[3], qui dominus de Falkenb(our)gh[a] ipso die ibidem est iturus. Quare consulimus, ut virum discretum de vestris clericis cum litteris vestris patentibus dicto domino de Falkenbourgh potestatem conferentes transmittatis, ut[b] quicquid ex parte vestra ordinaverit ibidem, ratum habentes et firmum. Mittendo[c] dictum
30 clericum vestrum feria secunda in sero post Margharetam aut tercia apud Falkenbourgh *Iul. 14. 15.* de mane, ut cum dicto domino de Falkenbourgh aut suis famulis ulterius procedere poterit ad locum supradictum. Nam speramus, ut nobis dictus dominus de Falkenbourgh exposuit, cum dicto domino Alberto aut suis nunciis proficuum[d] vestrum ac nostri domini . . ducis, secundum quod res ad presens se habeant, bene faciet et procurabit.
35 Preterea scientes, quod nuncii domini regis Francie iam sunt iuxta ipsum aut ipsos et magnam pecuniam ipsi prebent pro negociis domini regis Francie procurandis, unde ut vestram utilitatem et proficuum[d] diligitis, cum dicto nuncio et litteris festinatis.

5. b) *hic deest c.* c) *supra lineam c.*

6. a) *sic semper or.* b) t quicquid *in rasura or.* c) o de *in rasura or.* d) icuū *in rasura or.*

40 1) *In adnotatione ponere liceat litteras comitis Flandriae filiis suis Romae commorantibus directas, quas publici iuris fecit Limburg-Stirum 'Codex diplomaticus Flandriae' I, 262, ubi haec:* Item, chier fil, des avenues de nos parties vous faisoins nous savoir, ke li rois Ayous d'Allemaigne jadis le secont jour de Jule entre Mayenche et Oppenem fu desconfis et ochis en bataille dou duch Aubert d'Osteriche et se gent aussy. Et dient le pluseur, ke li dis dus a grant faveur des eliseurs, et tient on, kil doie
45 y estre rois d'Allemaigne et kil aproche vers Ais et trait les gens dou pays a son acord et commenche a faire allianches. Pour che nous avoins ja envoie vers lui pour traiter et ordener avoech lui amistei, selonc che ke boin samblera pour no pourfit au seigneur de Faukemont, ki de par nous i est alei selonc les avenues des besoignes, ki sont ou tans de hore. Et fumes fondei en partie sour le teneur d'une lettre le signeur de Kuk *(supra nr. 6)*, dont nous vous envoions chi dedens le transcrit.
50 2) *Iohannes II. dux Brabantiae.*

7. LITTERAE EPISCOPO PATAVIENSI MISSAE.

(1298.) Iul. 5.

Repetimus editionem, quam ex collectaneis societatis historicae oppidi Linz paravit Kopp 'Geschichte der eidgenössischen Bünde' III, 1 (1862) pag. 285 nr. 16. 5

(P. deest.)

Albertus Dei gracia Romanorum rex etc. Pataviensi episcopo.

Desideriis tuis, que semper ad nostrorum prosperitatem intenta successuum fore cognovimus, gratis novis satisfacere cupientes, intimandum sinceritati tue duximus ad incrementum gaudii singularis gloriosi certaminis prelium, quo Rex regum respiciens 10 humilia et alta a longe cognoscens[1] nobis potentie sue dextra concessit de Adolfo Iul. 2. comite de Nassau quondam Romanorum rege in die beatorum martirum Processi et Martiniani magnifice triumphare, dum exigentibus suis excessibus gravibus et diversis ac iustis causis per sententiam principum quorum intererat rite latam regno privatus, contra nos, qui concorditer electi in regno sibi successimus, cornu contentionis erigeret et 15 in eversionem nostri honoris per violentiam conaretur, exercitu suo, quem in offensam et exterminium nostrum congesserat, nos invadendo hostiliter et ad ineundum secum conflictum superbie sue nos impetu provocando. Inito autem conflictu cum ipso, provocata fervebat strenuitas et alterutrum fremebat[a], resonabat armorum concussio et hinc inde furitur et feritur, acies dissipantur, equorum tanquam leonum rugitus[2] con- 20 fundit auditum. Nunc cesus labitur, nunc lapsus celeri strepitu conculcatur. Tandem ille precipuus armiductor Adolfus predictus bello collisus et victus succubuit et occubuit vulneratus, non sine magna strage et captivitate multorum nobilium partis sue. Illesis et salvis in per[s]ona nobis per omnia et regnaturis in eo feliciter, in cuius gloriam, ut iudicium, iustitiam et pacem temporibus nostris exerceamus in terris gladio tempo- 25 rali, regnum suscepimus gubernandum. Porro quia cunctis imperii fidelibus et devotis digna pro meritis regie debetur benignitas maiestatis, sic erga nos et imperium crescat tue devotionis affectio, ut in nostris conspectibus specialis merito gaudeas privilegio gratie et favoris.

Datum apud Altzayam, sabbato post festum apostolorum Petri et Pauli. 30

8—10. ELECTIO REGIS ALTERA.

1298. Iul. 28.

8. *DECRETUM PRINCIPUM ELECTORUM FIDELIBUS IMPERII MISSUM.*

Novae electionis die 28. mensis Iulii celebratae decretum proponimus ex autographo tabularii Vindobonensis. Pendent septem sigilla plus minusve laesa filis sericis. Pars 35 *documenti superest etiam in Formulario Alberti regis sub nr. 6, de quo v. supra ad nr. 4. Sed huius codicis varias lectiones neglexinus.*

7. a) fremebatur *ed.*

1) *Cf. Ps. 137, 6.* 2) *Zach. 11, 3.*

Nonnulla verba, quae cum Decreto electionis Rudolfi regis supra tom. III, 17 nr. 14 conveniunt, typis minoribus excudenda curavimus. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 239. (P. 470.)

Gerhardus Dei gracia Moguntinensis, Boymundus Treverensis necnon Wigboldus
5 Coloniensis ecclesiarum archiepiscopi, Wenezlaus rex Boemie, Rudolfus comes Palatinus Reni dux Bawarie, Albertus dux Saxonie necnon Otto marchio Brandenburgensis, Romanorum regis de iure et approbata consuetudine electores, universis archiepiscopis, episcopis, abbatibus et prelatis, regibus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, nobilibus ceterisque sacri Romani imperii fidelibus salutem in eo, qui est omnium vera salus.

10 (1) Vacante* iam pridem Romanorum regno per mortem dive recordacionis domini Adolfi quondam Romanorum regis, nos principes prefati apud Moguntiam pro salubri sacri status imperii reformacione, pro celeri Romanorum regis futuri creacione necnon propter evidentem et oportunam tocius reipublice utilitatem et urgentem necessitatem eiusdem imperii convenientes in unum,* post varios et diversos tractatus inter nos habitos,
15 pensata utilitate reipublice, omnium nostrum voluntate unanimi et consensu, prefixa fuit dies ad eligendum personam ydoneam in Romanorum regem, videlicet VI. Kal. Augusti, (Iul. 27.) in civitate Vrankinvort, loco ad hoc debito et consueto. (2) Qua die vocatis omnibus, qui voluerunt, debuerunt et potuerunt comode interesse, convenientes ibidem post multiplicem et maturum cum omnimoda sollicitudine de futuri Romanorum regis eleccione
20 premissa diligenti deliberacione tractatum, Spiritus sancti gracia primitus invocata, in illustrem principem dominum Albertum ducem Austrie et Stirie, virum utique nobilem et potentem de regali prosapia procreatum, laudabilis strennuitatis paterne vestigia immitantem, in omni virtuositate morum et conversacionis multipliciter commendatum, valentem et potentem iura imperii regere et defensare et in melius reformare ac in statu
25 tranquillo et pacifico conservare, cum sollempnitatibus debitis et consuetis* tamquam in (III nr. 14 c. 2.) magis utilem* et* ydoneum tanto regimini gubernando, habito* ad reipublice utilitatem et profectum respectu potissimo, de communi consensu omnes et singuli pari concordia oculos nostros iniecimus, ipsum in regem Romanorum in imperatorem futurum promovendum* una voce votoque unanimi concorditer, rite et legittime eligendo. (3) Qua quidem concordi eleccione canonice (c. 3.)
30 quasi divinitus* celebrata, eundem [cum][a] inenarrabili immensitate tripudii, omnium applaudente caterva nobilium necnon populi comitiva letante ac in superne laudis canticum gratulabundius assurgente, cum magna precum instancia et sollicitudine diligenti duximus requirendum, ut ipse eleccioni per nos de ipso facte et celebrate concorditer precipue propter Deum et utilitatem reipublice suum dignaretur inpertiri consensum. Qui tandem omnium nostrum
35 devictus instancia et nobilium caterva necnon tocius populi acclamantis laudabilibus votis et desideriis superatus, tam onerosi regiminis sarcinam subeundo, huiusmodi eleccioni de se celebrate legittime annuit et consensit. (4) Quapropter universitatem vestram rogamus, requirimus et hortamur attente, mandantes vobis nichilominus per presentes, quatinus eidem domino Alberto per nos in Romanorum regem tam rite tam provide sic (c. 4.)
40 electo, presertim cum idem rex sit fide catholicus, ecclesiarum amator, iusticie cultor, consilio pollens*, potens viribus et multorum potentum affinitate connexus, Deo ut* opinamur amabilis et humanis aspectibus graciosus ac insuper corpore strennuus et in actibus bellicis contra perfidos fortunatus, propter quod speramus in eo, qui reges et regna constituit, quod sub eius principatu pacifico quies regno proveniat, pax ecclesiis, concordia plebibus et moribus disciplina[b], fidelitate
45 sincera intendere cum devocione debita studeatis et recognoscentes ipsum rite et canonice electum ad regie celsitudinis dignitatem et gubernandam rempublicam adeo fructuosis eidem consiliis et auxiliis oportunis debeatis assistere et fideliter adherere, quod vestre promptitudinis subsidio mediante per eum commissum a Deo sibi regimen geratur utilius

8. a) *sic VU et nr. 9. 10; deest or.* b) c *corr. ex* s *or.*

et salubrius gubernetur quodque sub eo iura lacerata reintegrentur imperii et status facilius reformetur.

In cuius rei testimonium et evidentiam pleniorem presens decretum conscribi iussimus et sigillis nostris pendentibus roborari.

Dat. et actum apud Vrankinvort, V. Kal. Augusti, anno Domini MCC nonagesimo 5 octavo, indiccione XI.

9. 10. *LITTERAE PRINCIPUM ELECTORUM PONTIFICI DIRECTAE.*

Supersunt A *litterae principum electorum coniunctim scriptae, quarum autographon in eodem tabulario exstat. Pendent sex sigilla filis sericis, quorum tria parum laesa sunt. Formam item praebet Formularius Alberti regis sub nr. 5, de quo v. supra ad* 10 *nr. 4. Sed huius codicis variae lectiones negligi poterant.*

Servatae sunt etiam B *litterae principum electorum separatim editae:* 1) *exemplar Hermanni marchionis Brandenburgensis,* 2) *exemplar archiepiscopi Trevirensis,* 3) *exemplar Rudolfi comitis Palatini, quorum autographa omnia in eodem tabulario habentur. Pendent omnium exemplarium sigilla fere illaesa filis sericis.* 15

Litteras, quas Wenzeslaus rex Bohemiae separatim die 19. mensis Novembris papae scripsit, infra suo loco proponemus.

Quae concordant cum Decreto electionis Rudolfi regis supra tom. III, 17 nr. 14, typis minoribus excussa sunt. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 238. 240.

(P. 467.) 20

9. *LITTERAE CONIUNCTIM SCRIPTAE.*

A.

Sanctissimo in Christo patri et domino suo domino Bonifacio sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici Boemundus Dei gracia Triverensis[1], Gerhardus Maguntinensis et Wicboldus Coloniensis ecclesiarum archiepiscopi, Rudolfus comes Palatinus Reni dux Bawarie, Albertus dux Saxonie et Otto marchio Brandemburgensis, Romanorum regis de iure et antiqua consuetudine electores, devota pedum oscula beatorum.

(1) Vacante* iam pridem Romano regno per mortem dive recordacionis domini Adolfi quondam Romanorum regis, nos principes prefati apud Magunciam pro salubri status imperii reformacione et pro celeri Romanorum regis futuri creacione necnon propter evidentem tocius reipublice utilitatem et urgentem sacri imperii necessitatem convenientes in[a] unum,* post varios et diversos

10. *LITTERAE SEPARATIM EDITAE.*

B.

Sanctissimo in Christo patri ac domino suo domino Bonifatio sacrosancte Romane 25 ecclesie summo pontifici Hermannus[a] Dei gracia marchio Brandenburgensis ac dominus de Henneberch cum filiali reverentia devota pedum oscula beatorum. 30

(1) Vacante* iam pridem Romanorum regno per mortem dive recordacionis do- 35 mini Adolfi quondam Romanorum regis, nos una cum ceteris Germanie principibus, ad quos Romani[b] regis electio in imperatorem postmodum promovendi de iure et antiqua consuetudine dinoscitur pertinere[c], pro salubri 40 status imperii reformatione et pro celeri Romanorum regis futuri creatione necnon

9. a) in *corr. ex* m *A.*

10. a) *intitulatio in B* 2: Boemundus Dei gracia Trevirensis ecclesie archiepiscopus d. p. o. b.; *in B* 3: Rudolfus Dei gracia comes palatinus Reni dux Bawarie c. f. r. d. p. o. b. b) Roma- 45 norum *B* 3. c) apud Magunciam *add. B* 3.

1) *Cf. scriptum regis Sept. 23. datum infra nr. 17.*

tractatus inter nos habitos, pensata reipublice utilitate, omnium nostrum voluntate unanimi et consensu prefixa fuit dies ad eligendum personam ydoneam in regem Romanorum, videlicet VI. Kal. Augusti in civitate Frankenford, loco ad hoc debito et consueto.

(2) Qua die vocatis omnibus, qui voluerunt, debuerunt et potuerunt comode interesse [1], convenientes ibidem post varium et maturum cum omnimoda sollicitudine de futuri Romanorum regis electione, diligenti premissa deliberacione, tractatum, primitus Spiritus sancti gracia invocata, in illustrem virum dominum Albertum ducem Austrie et Styrie, virum utique nobilem et potentem, de regali prosapia procreatum, laudabilia strennuitatis paterne vestigia imitantem, in omni virtuositate morum et conversacionis commendatum, valentem et potentem iura imperii regere et defensare et in melius reformare ac in statu tranquillo et pacifico conservare, cum sollempnitatibus debitis et consuetis* tamquam in magis utilem* et* ydoneum tanto regimini gubernando, habito* ad reipublice utilitatem et profectum respectu potissimo, de communi consensu omnes et singuli pari concordia oculos nostros iniecimus, ipsum in regem Romanorum in imperatorem futurum promovendum* una voce votoque unanimi concorditer, rite et legitime eligendo.

(3) Qua quidem concordi electione canonice quasi divinitus* celebrata, eundem cum inenarrabilis immensitate tripudii, omnium applaudente caterva nobilium necnon populi comitiva letante ac in superne laudis canticum gratulabundius assurgente, cum magna precum instancia et sollicitudine diligenti duximus requirendum, ut ipse electioni per nos concorditer de ipso celebrate precipue propter Deum et utili-

propter evidentem totius reipublice utilitatem et urgentem sacri imperii necessitatem convenientes in unum,* post varios et diversos tractatus inter eosdem principes, nostros collegas, et nos habitos, pensata reipublice utilitate, omnium nostrum voluntate unanimi et consensu prefixa fuit dies ad eligendum personam ydoneam in Romanorum[d] regem, videlicet sexto[e] Kalend.[f] Augusti in civitate Franchenvurte[g], loco ad hoc debito et consueto. (Iul. 27.)

(2) Qua die vocatis omnibus, qui voluerunt, debuerunt et potuerunt commode interesse [1], convenientes ibidem cum principibus antedictis, post varium et maturum cum omnimoda sollicitudine de futuri Romanorum regis electione, diligenti premissa deliberatione, tractatum, Spiritus sancti gratia primitus invocata, in illustrem virum dominum Albertum ducem Austrie et Styrie[h], virum utique nobilem et potentem, de regali[i] prosapia procreatum, laudabilis[k] strennuitatis paterne[l] vestigia imitantem, in omni virtuositate morum et conversacionis multipliciter commendatum, valentem et potentem iura imperii regere, defensare et in melius reformare ac in statu tranquillo et pacifico conservare, tamquam[m] in magis utilem* et* ydoneum tanto regimini gubernando, habito* ad reipublice utilitatem et profectum respectu potissimo, de communi consensu principum eorundem, omnium ac etiam singulorum, oculos nostros iniecimus, ipsum in regem Romanorum in imperatorem futurum promovendum* una cum principibus antedictis voto unanimi concorditer, rite et legittime[n] eligendo, cum sollempnitatibus debitis et consuetis. (III nr. 14 c. 2.)

(3) Qua quidem concordi electione[o] quasi divinitus* celebrata, eundem cum inenarrabilis[p] immensitate tripudii, omnium applaudente caterva nobilium necnon populi comitiva letante ac in superne laudis canticum gratulabundius assurgente, cum magna precum instantia et sollicitudine diligenti duximus requirendum, ut ipse[q] electioni per nos concorditer de ipso celebrate precipue propter Deum et utilitatem (c. 3.)

10. d) Romanum *B* 2. e) VI. *B* 2. 3. f) Kalen. *B* 2. 3. g) Frankenfurd *B* 2. 3. h) Stirie *B* 2. 3. i) regia *B* 3. k) laudabilia *B* 3. l) e *corr. ex* a *B* 1. m) tanquam *B* 3. n) legitime *B* 3. o) electione concordi *B* 3. p) inm. *B* 3. q) ipsi *B* 3.

1) *Cf. c. 42 De electione X (I, 6).*

tatem reipublice suum dignaretur impertiri consensum. Qui tandem omnium nostrum devictus instancia ac nobilium caterva necnon tocius populi acclamantis laudabilibus desideriis superatus, tam onerosi regiminis sarcinam subeundo, huiusmodi electioni de se celebrate legitime annuit et consensit.

c. 4. (4) Quapropter, pater sanctissime, ut de regis sic electi* persona sacrosancte Romane ecclesie matri nostre piissime nova congaudia cumulentur, idem rex est fide katholicus, ecclesiarum amator, iusticie cultor, consilio pollens*, propriis potens viribus et multorum potentum affinitate connexus, Deo ut* opinamur amabilis et humanis aspectibus graciosus, ac insuper corpore strennuus et in actibus bellicis contra perfidos fortunatus, propter quod speramus in eo, qui reges et regna constituit, quod sub eius principatu pacifico quies regno proveniet, pax ecclesiis, concordia plebibus et moribus disciplina, dictum regem, vestrum et sacrosancte Romane ecclesie devotum filium, paterno vestre sanctitatis applausu suscipientes, ipsum favore et benignitate solita in sibi commisso regimine dignemini graciosius confovere, quem procul dubio sencietis intrepidum sancte matris ecclesie pugilem et invictum katholice fidei defensorem.

c. 5. (5) Devotum igitur sancte matris ecclesie filium per nos tam rite, tam provide* sic electum graciose et benivole prosequentes ac ex affluenti paterne dulcedine pietatis misericorditer amplectentes, eundem, cum sanctitati vestre placuerit et videritis oportunum, ad imperialis fastigii dyadema dignemini* evocare, ut sciant et intelligant universi, quod posuerit in lucem gencium vos Dominus et per vestre sanctitatis arbitrium orbi terre post nubilum exoptata serenitas illucescat.

In cuius rei testimonium sempiternum et evidenciam pleniorem presentes litteras conscribi iussimus et nostris sigillis pendentibus roborari.

Dat. et act. apud Franchenford, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, V. Kalend. Augusti, indictione XI.

reipublice suum dignaretur inpertiri[r] consensum. Qui tandem nostra et principum aliorum devictus instantia necnon totius populi acclamantis[s] laudabilibus desideriis superatus, tam onerosi regiminis sarcinam subeundo, huiusmodi electioni de se celebrate legittime[u] annuit et consensit.

(4) Quapropter, pater sanctissime, ut de regis sic electi* persona sacrosancte Romane ecclesie matri nostre piissime nova gaudia[t] cumulentur, presertim cum idem rex sit fide katholicus, ecclesiarum amator, iustitie cultor, consilio pollens*, propriis potens viribus et multorum potentum affinitate connexus, Deo ut* opinatur[u] amabilis et humanis aspectibus gratiosus, ac insuper corpore strennuus et in actibus bellicis contra perfidos fortunatus, propter quod speramus in eo, qui reges et regna constituit, quod sub eius principatu pacifico quies regno proveniet, pax ecclesiis, concordia plebibus, et moribus disciplina, dictum regem, vestrum et sacrosancte Romane ecclesie devotum filium, paterno vestre sanctitatis applausu suscipientes, ipsum favore et benignitate solita in sibi commisso regimine dignemini gratiosius confovere, quem procul dubio sentietis intrepidum sancte matris ecclesie pugilem et invictum katholice fidei defensorem.

(5) Devotum igitur sancte matris ecclesie filium per nos ceterosque principes electores tam rite, tam provide* sic electum gratiose et benivole prosequentes ac ex affluenti paterne dulcedine pietatis misericorditer amplectentes, eundem, cum sanctitati vestre placuerit et videritis oportunum, ad imperialis fastigii dyadema dignemini* evocare, ut sciant et intelligant universi, quod posuerit in lucem gentium vos Dominus et per vestre sanctitatis arbitrium orbi terre post nubilum exoptata serenitas elucescat.

In cuius rei testimonium sempiternum et evidentiam pleniorem presentes litteras conscribi et nostri pendentis sigilli munimine iussimus roborari.

Actum et datum in Franchenvurte[v], anno Domini millesimo ducentesimo[w] nonagesimo octavo, V. Kalend.[x] Augusti[y], indictione XI[z].

10. r) imp. *B* 3. s) aclam. *B* 2. t) congaudia *B* 3. u) opinamur *B* 3. v) Frankenfurd *B* 2; apud Frankenfurd *B* 3. w) MCC *B* 2. x) Kalen. *B* 2. y) V. Kalen. Augusti anno Domini MCC nonagesimo octavo *B* 3. z) undecima *B* 2. 3.

11. PROMISSIO ARCHIEPISCOPO COLONIENSI FACTA.

1298. Iul. 28.

Denuo contulimus autographon, quod Dusseldorpii in tabulario regio 'Domstift Cöln' nr. 372 asservatur. Pendet sigillum secretum rubei coloris loro membranacco. Edidit Lacomblet 'Urkundenbuch für die Geschichte des Niederrheins' II, 585 nr. 992. — Böhmer, Reg. Albr. 1. *(P. deest.)*

Albertus Dei gratia in Romanorum regem electus semper augustus universis, ad quos presentes littere pervenerint, salutem et cognoscere veritatem.

Noveritis, quod nos litteras nostras sub secreto nostro sigillo hiis litteris appenso, quo in hac nostra nova creatione utimur, super diversis promissionibus, concessionibus, donationibus et confirmationibus personam venerabilis Wicboldi Coloniensis archiepiscopi et ecclesiam Coloniensem tangentibus, eidem archiepiscopo ad presens concessis per nos et sigillatis, sigillo nostro regio, quam primum Aquisgrani consecrationis et coronationis nostre sollempnia annuente Domino fuerint, prout moris est, feliciter consummata, promittimus sigillare absque difficultate qualibet et munire.[1] Dantes has nostras litteras eodem nostro secreto signatas, ut est dictum, eidem archiepiscopo super eo.

Dat. apud Frankenvort, V. Kalendas Augusti, anno Domini millesimo, CC nonagesimo octavo, regni vero nostri anno primo.

12—17. PRIVILEGIA ARCHIEPISCOPO MOGUNTINO CONCESSA.

1298. Iul. 28. — Sept. 23.

Quorum omnium privilegiorum autographa, quae supersunt in tabulario generali regni Bawariei, benivolenter nobis transmissa denuo accuratissime contulimus.

12. *CONCESSIO TELONEI. Iul. 28.*

Servatur 'Kaiserselekt Nachtrag' 137½. Sigillum, quod olim pendebat loro membranaceo, iam deest. Cf. infra nr. 13. — Böhmer, Reg. Albr. 2. *(P. deest.)*

Albertus Dei gracia Rom(anorum) rex semper augustus universis Christi fidelibus presens scriptum audituris, intelligentibus aut visuris gratiam suam et omne bonum.

(1) Gratum et acceptabile nos omnipotenti Deo prestare constanter arbitramur obsequium, si ad hoc nostra provide feratur intentio, quod ecclesiarum Dei nostris temporibus augmentetur utilitas et iura modis omnibus conserventur illesa. (2) Sane serenissimus quondam dominus Adolfus[2] quondam Rom(anorum) rex dive memorie predecessor noster post creationem suam in regem, consideratis fructuosis servitiis venerabilis Gerhardi archiepiscopi Maguntini dilecti principis nostri et gravibus expensis, quas pro re publica fecerat, ac inspectis veris, iustis et moventibus causis, eidem G(erhardo)

1) *Cf. infra nr. 24. 25.* 2) *Supra tom. III nr. 481 c. 9.*

archiepiscopo et ecclesie Maguntine non personaliter, sed potius realiter pedagium, vectigal sive theloneum, quod fridezol vulgariter appellatur, in Bopardia recipiendum ad tempus et in Loynsteyn transferendum ibique perpetuo colligendum regia liberalitate concessit. Quia tamen prefato predecessore nostro vivente non fuit huiusmodi translatio subsecuta, nos collationem dicti thelonei ratam et firmam tenentes, idem theloneum 5 in Loynsteyn transferimus ibidem perhenni tempore colligendum. (3) Nos etiam attendentes, quod memoratus archiepiscopus dilectus princeps noster pro bono et pacifico statu regni ac honore rei publice magnifice exposuerit se et sua, et ob hoc cupientes eum et ecclesiam Maguntinam condignis extollere favoribus, regia largitate sepedicto principi nostro et eius favore successoribus suis et ecclesie Maguntine concedimus 10 vectigal sive theloneum, quod de novo instituimus tale et tantum, quale et quantum est illud, quod fridezol generaliter appellatur, in Loynsteyn vel in Rudinsheim, prout ipsi principi nostro vel successoribus eius expediens visum fuerit, perpetuis temporibus colligendum. Quod si in uno predictorum locorum idem archiepiscopus vel eius successores inceperint colligere theloneum a nobis de novo concessum, propter hoc non minus 15 liceat sibi aut successoribus suis in alterum transferre, quotiens eis videbitur expedire.

Datum Frankenford, anno Domini MCC nonagesimo octavo, quinto Kal. Augusti, regni vero nostri anno primo.

13. *EADEM CONCESSIO. Sept. 1.*

Servatur ibidem 137⅓. Pendet sigillum fere illaesum linis sericis viridis coloris. 20 *In verso leguntur manu coaeva:* lr̄a super thelonio in Loynstein. *Quae concordant supra cum nr. 12, ea typis minoribus excudenda curavimus. — Böhmer, Reg. Albr. 33.*

(P. dcest.)

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis Christi fidelibus presens scriptum audituris, intelligentibus aut visuris gratiam suam et omne bonum. 25

(1) Gratum et acceptabile nos omnipotenti Deo prestare constanter arbitramur obsequium, si ad hoc nostra provide feratur intencio, quod ecclesiarum Dei nostris temporibus augmentetur utilitas et iura modis omnibus conserventur illesa. (2) Sane serenissimus quondam dominus Adolfus * Romanorum rex dive memorie predecessor noster post creacionem suam in regem, consideratis fructuosis serviciis venerabilis Gerhardi archiepiscopi Maguntini dilecti principis nostri et gravibus 30 expensis, quas pro re publica fecerat, ac inspectis veris, iustis et moventibus causis, eidem G(erhardo) archiepiscopo et ecclesie Maguntine non personaliter, sed potius realiter pedagium, vectigal sive theloneum, quod fridezol vulgariter nuncupatur, in Bopardia ad tempus recipiendum et in Loynstein transferendum ibique perpetuo colligendum regia liberalitate concessit. Quia tamen prefato predecessore nostro vivente non fuit huiusmodi translacio subsecuta, nos collacionem dicti thelonei 35 ratam et firmam tenentes, idem theloneum in Loynstein transferimus ibidem perhenni tempore colligendum. (3) Nos etiam attendentes, quod memoratus archiepiscopus dilectus princeps noster pro bono et pacifico statu regni ac honore rei publice magnifice exposuerit se et sua, et ob hoc cupientes eum et ecclesiam Maguntinam condignis extollere favoribus, regia largitate sepedicto principi nostro et eius favore successoribus suis et ecclesie Maguntine concedimus et donamus aliud 40 vectigal sive theloneum, quod de novo principali auctoritate instituimus tale et tantum, quale et quantum est illud, quod fridezol generaliter appellatur, in Loynstein vel in Rudinsheim, prout ipsi principi nostro vel sibi in archiepiscopatu succedentibus expediens visum fuerit, perpetuis temporibus colligendum. Quod si in uno predictorum locorum idem archiepiscopus vel eius successores inceperint colligere theloneum a nobis de novo concessum, propter hoc non minus liceat 45 sibi aut successoribus suis in alterum transferre, quociens eis videbitur expedire.

Datum Ingelnheim, Kalendis Septembris, regni nostri anno primo.

12. [a]) *praecedunt* vul, *sed erasa or.*

14. *PRIVILEGIUM GENERALE.* *Sept. 13.*

Servatur ibidem 138. Sigilli fragmenta pendent filis sericis. In verso leguntur: Confirmatio, innovatio et traditio privil. instrumentorum et possessionum concessorum ab inperatoribus et regibus personis et ecclesiis civit. dyoc. et provincie Magunt. — *Böhmer, Reg. Albr. 43.* *(P. deest.)*

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii fidelibus tam presentibus quam futuris presentes audituris litteras aut visuris graciam suam et omne bonum.

(1) Decet nostre celsitudinem magestatis, ut nos divorum clarissime recordacionis imperatorum et regum Rom(anorum) predecessorum nostrorum sequentes vestigia, cunctarum ecclesiarum et pocius ecclesie Maguntine, per quam et nos in persona venerabilis Gerhardi archiepiscopi Maguntini principis nostri carissimi ad regale fastigium promoti magni culmen honoris accepimus, cuncta privilegia sub nostre felicitatis evo modis omnibus conserventur illesa. (2) Cuncta itaque privilegia, munimenta, documenta seu etiam instrumenta libertatum acclesiasticarum et mundanarum, etiam super non trahendis archiepiscopis, episcopis, prelatis, collegiis, cenobiis, clericis et personis ecclesiasticis universis civitatis, dyocesis et provincie Maguntine quomodolibet ad iudicium seculare, super dignitate, utilitate et honore archicancellarie [1], super comitatu Bachgowie [2], super opido Seligenstad [2], super ministerialibus, fidelibus, castrensibus, hominibus supradicte ecclesie Maguntine annexis cuiuscunque vel qualiscunque debito vel officio servitutis vel servicii ad nostre serenitatis seu alterius iudicis nostri examen super causis aliquibus inantea [a] non trahendis, quam [si] [b] archiepiscopus Maguntinus, qui pro tempore fuerit, requisitus de ipsis, in reddenda iusticia negligens fuerit vel remissus, necnon generaliter et universaliter omnia quarumcunque gratiarum, largicionum, donacionum, libertatum, terrarum, possessionum, iurisdictionum, beneficiorum, indultorum, iurium et honorum privilegia seu munimenta, que archiepiscopis, episcopis, prelatis, ecclesiis seu monasteriis et personis ecclesiasticis civitatis, dyocesis et provincie Maguntine a divis nostris predecessoribus imperatoribus et Rom(anorum) regibus, et nominatim a pie recordacionis quondam rege Adolfo predecessore nostro hactenus sunt concessa, rata tenentes et grata quasi tradita de nostris manibus ex certa sciencia confirmamus regiaque liberalitate perusi presentibus innovamus. Nolentes ea in aliqua parte sui cuiusquam inprobitate convelli seu novitate mutari, sed illesa pocius et intacta perpetuis temporibus custodiri. (3) Nulli ergo hominum liceat, hanc nostre confirmacionis paginam, innovacionis seu tradicionis scripturam infringere vel eidem ausu quolibet contraire. Si quis autem hoc facere vel quomodolibet attemptare presumpserit, nostre indignacionis acrimoniam se noverit incurrisse pena gravi pro culpa huiusmodi feriendus. In cuius rei testimonium presentes litteras magestatis nostre typario tradimus communitas.

Datum Holzkirchen, Idus Septembris, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, indict. undecima, regni nostri anno primo.

15. *PRIVILEGIUM SUPER OFFICIO ARCHICANCELLARIAE.* *Sept. 13.*

Servatur ibidem nr. 139. Sigilli fragmenta pendent filis sericis. In verso leguntur: Super honore et utilitate archicancellarie lrā Alberti. ultima. — *Böhmer, Reg. Albr. 44.* *(P. deest.)*

14. a) antea *or.* b) *deest or.*

1) *Cf. nr. 15.* 2) *Cf. nr. 16.*

Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii fidelibus tam presentibus quam futuris, ad quos presentes littere pervenerint, graciam suam et omne bonum.

Animadversione dignissima recolentes, quanta efficacia et fidei puritate nobis astiterit venerabilis Gerhardus archiepiscopus Maguntinus princeps noster carissimus 5 ad regale nos fastigium specialiter promovendo et promotos in ipso firmando, ut ipsum contemplacione sui et ecclesiam eius non solum in eorum libertatibus, iuribus et honoribus foveamus, sed et alias preveniamus uberiori gracia et favore, dignum censemus et arbitramur. Recognoscentes prefatum principem et quemlibet eius in archiepiscopatu predicte ecclesie successorem esse et fore debere sacri imperii per Germa- 10 niam archicancellarium et fideliter promittentes ad hoc presentibus litteris obligati, quod eundem archiepiscopum et successores eius in iuribus, honoribus, dignitatibus et libertatibus, que racione archicancellarie predicte debent habere, videlicet in accipienda semper nobiscum decima parte de bonis, peticionibus et exactionibus Iudeorum, preficiendo cancellarium aule nostre perpetuis temporibus loco sui aliisque suis utilitatibus, 15 sive sint in nostra curia sive extra curiam iidem archiepiscopi constituti, manutenebimus, defendemus et tuebimur ut presentes, eorum eciam absencia non obstante. Dantes eis has nostras litteras consignatas nostre typario magestatis in testimonium super eo.

Datum Holzkirchen, Idus Septembris, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, indict. undecima, regni vero nostri anno primo. 20

16. *PRIVILEGIUM DE DIVERSIS REBUS. Sept. 17.*

Servatur ibidem nr. 139 ½. Sigillum fere illaesum pendet filis sericis. In verso leguntur: Diffinitio super opido Seligenstad, Bachgowe, hominibus Laurissen., fides data super libertatibus ecclesiasticis conservandis et sentenciis ecclesiasticis exequendis et servandis. — *Böhmer, Reg. Albr. 47.* *(P. deest.)* 25

Albertus Dei gratia Rom(anorum) rex semper augustus universis sacri imperii fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, gratiam suam et indubitatam noticiam subscriptorum.

(1) Venerabilis Gerhardi archiepiscopi Maguntini principis nostri carissimi merita gloriosa rei publice, nobis et imperio fideliter et constanter exhibita viridi semper et 30 tenaci memoria tam presentibus quam futuris ad laudem perpetuam perennari volentes, tenore presentium publice profitemur, quod nos eiusdem archiepiscopi zelo ferventius excitati, per multorum scrupulos dubiorum via ducti certitudinis et iusticie transeuntes, nostre serenitatis splendore previo singulos dubietatum angulos rationabiliter perlustrante per diligenciam veritate comperta consideratis diligentius et pensatis privilegiis ecclesie 35 Maguntine necnon virtute fidelissime vetustatis pronunciamus, statuimus, ordinamus seu etiam diffinimus, omni dubio procul moto deduci volentes in noticiam luculentam, quod opidum Seligenstad et comitatus Bachowe[a] cum universis pertinentiis suis, iuribus et honoribus pleno iure pertinent sive spectant ad ius, dominium sive proprietatem predicte ecclesie Maguntine, quamvis olim de ipsis per dominum Rudolfum quondam Rom(anorum) 40 regem dive memorie patrem nostrum dubium in hac parte controversia fuerit suscitata eidem. (2) Homines etiam sancti Nazarii monasterii Laurissensis, ubicunque locorum demorati fuerint vel inventi, pertinent similiter ad ecclesiam Maguntinam predictam nec in ipsis debet a quoquam inantea quomodolibet impediri, quamquam hactenus per iniuriam in huiusmodi hominibus pluries fuerit impedita. Super quibus aliisque iuribus 45 omnibus eiusdem ecclesie Maguntine ipsam et archiepiscopos eius, qui pro tempore fuerint, manutenebimus, defendemus, manutenendos et defendendos per regalem poten-

16. a) *sic or.*

ciam a nostris successoribus iudicamus. (3) Ceterum liberaliter promittimus fide loco iuramenti prestita, quod de causis Dei vel ad forum ecclesie pertinentibus iudicandis nos non intromittemus nec aliquos iudices seculares se de ipsis intromittere permittemus, semper conservare volentes intactam a nobis et penitus inconvulsam ecclesiasticam
5 libertatem et notabiliter in archiepiscopis, episcopis, prelatis, collegiis, cenobiis, ecclesiis, clericis et personis ecclesiasticis civitatis, dyocesis et provincie Maguntine super causis quibuscunque ad seculare iudicium non trahendis suisque possessionibus non per potenciam laicalem, sed potius per ordinatam iusticiam auferendis, in eorum etiam iustis sentenciis observandis et per regiam nostram magnificenciam iuxta statuta legum et
10 canonum exsecutioni debite demandandis. (4) Preterea supradicto archiepiscopo suisque successoribus et ecclesie Maguntine contra duces Brunsvicenses necnon omnes iniuriatores eorum pro iusticia obtinenda brachio nostre fortitudinis efficaciter assistemus, omni mora et occassione postpositis, quandocunque et quotienscunque ab ipsis vel aliis ipsorum nomine fuerimus requisiti. In quorum omnium certitudinem et perpetuam
15 firmitatem presentem litteram nostre magestatis typario tradimus communitam.

Datum et actum apud Holzkirchen, in die sancti Lamperti, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, indictione undecima, regni nostri anno primo.

17. *PROTESTATIO REGIS SUPER PRIORITATE ARCHIEPISCOPI MOGUNTINI.* *Sept. 23.*

20 *Servatur ibidem nr. 140. Sigillum iam deest, filis sericis rubei coloris relictis. In verso leguntur:* de prioritate et prelatione archiepiscopi Magunt. — *Böhmer, Reg. Albr. 53.* *(P. deest.)*

Albertus Dei gratia Rom(anorum) rex semper augustus universis, ad quos presens scriptum pervenerit, perpetuam et indubitatam noticiam subscriptorum.

25 Ut sub tempore nostre felicitatis cuncta, potissime que nostro lateri magis vicina existunt, ordine suo procedant, appareant et subsistant, statuimus et publice diffinimus ad universorum noticiam luculentam, quod venerabilis Gerhardus sancte Maguntine sedis archiepiscopus sacri imperii per Germaniam archicancellarius suique post eum successores in ordine et honore processionis, sessionis, nominationis et scripture ratione
30 archicancellarie per Germaniam inter principes esse debent et locari priores, non obstante quod in decreto electionis nostre [1] nuper ab illustribus Allemannie principibus celebrate supradictus G(erhardus) archiepiscopus ordine prepostero seu turbato post venerabilem Boemundum Treverensem archiepiscopum tam scriptura, quam figura positus invenitur, per errorem facti, quem in hac parte scienter dampnamus, ne trahatur ad
35 consequenciam ullo modo. In cuius rei testimonium presentes litteras conscribi fecimus et nostre magestatis typario communiri.

Datum Rodenburg[a], nono Kal. Octobr., anno Domini MCC nonagesimo octavo, indict. undecima, regni nostri anno primo[a].

17. a) Rodenburg — primo *mutato ductu alio atramento post addita sunt or.*

40 1) *Supra pag. 8 lin. 26. 27.*

18—20. ACTA VICARIATUS GENERALIS PER MISNIAM.

1298. (Aug.) Aug. 30. Sept. 6.

18. *COMMISSIO REGIS.* *(Aug.)*

Superest in solo Formulario Alberti regis, de quo v. supra ad nr. 5, sub nr. 20, quem denuo contulimus. Praebet rubrum: Commissio vocatie regis Boemie. *Edidit iam olim Palacky 'Über Formelbücher' I, 320 nr. 116 (= 'Abhandlungen der Böhmischen Gesellschaft. V. Folge' II (1842)). — Böhmer, Reg. Albr. 4 et pag. XXXIV (Addit. II). (P. deest.)*

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus illustri Wencezlao regi Boemie, duci Cracovie et Sandomerie marchionique Moravie etc. gratiam suam et omne bonum.

Dum[a] excelsum regni Romani fastigium, quo sumus[b] noviter divina gratia sublimati, diligenti meditatione discutimus, ad onera tantae curae sicut expedit subportanda salubriter humeros nostros, quos ad hoc imbecilles esse cognoscimus, plene sufficere non putamus, nisi cum hiis, qui nobiscum solio imo[c] vocati sunt, huiusmodi onera partiamur. Nam quo plures habemus terras et populos gubernare[d], et plurium aminiculis indigemus. Inter alias quippe sacri Romani inperii subditas nobis curas Mysn(ensis), Orientalis et Plisnensis[e] terre curis precipue assidue studia nostra sollicitant, qualiter eas, quibus presenciam nostram aliis arduis et urgentibus imperii predicti negociis occupati exhibere non possumus, per alios gubernemus in pacis[f] optate solaciis et a futuris que possent accidere turbacionibus laudabiliter preservemus. Considerantes ergo diligenter, quod tu predicti inperii membrum nobile ac fidele, qui preminens potencia, prudencia atque fide terrisque predictis vicinior tam armis tue potencie quam tue circumspeccionis industria terras ipsas laudabiliter inter alios gubernare poteris melius et defensare, quamquam sciamus te multis et magnis propriis negociis occupatum, quod tamen ob fidem, quam ad predictum habes inperium, et dileccionis pure constanciam, quam ad nos geris, obsecuturum te confidimus nostris beneplacitis in hac parte, memoratas terras tibi committimus teque nostrum et ipsius imperii capitaneum et vicarium constituimus harum serie in eisdem, concedentes tibi auctoritatem plenariam et liberam disponendi, statuendi, iudicandi, precipiendi, proventus, servicia et iura omnia de terris ipsis et earum hominibus nobis et eidem imperio debita requirendi, exigendi et recipiendi, causas criminales et civiles ac appellaciones, etiamsi quas in eis ad nos interponi contigerit, audiendi et terminandi, facinorosos puniendi, contradictores et rebelles quoslibet pena debita cohercendi, iusticiam petentibus ministrandi ac alia omnia et singula faciendi, que in premissis et circa premissa videris expedire. Sciturus quod quicunque de terris ipsis tibi et tuo vicario obedientes fuerint, illos nostri prosequemur prerogativa favoris et ad promociones ac exaltaciones ipsorum munificencie nostre dexteram liberaliter extendemus. Si qui vero eorum in contrarium, quod non credimus, facerent, nostram et ipsius imperii indignationem incurrent et nos nichilominus quascunque sentencias seu processus vel banna contra tales inobedientes tuleris vel feceris aut ferri vel fieri mandaveris, illa omnia rata habebimus et faciemus inviolabiliter[g] observari.

18. a) Dnm *c.* b) nich *male c.* c) *loco* solio imo *perperam c.:* sollicimo *vel* solliciuus? d) re *super* mus *deleto c.* e) Pilsneñ *c.* f) pace *c.* g) *post* in *sequitur* violenter *deletum c.*

19. *IURAMENTUM FIDELITATIS VICARIO PRAESTITUM.* *Aug. 30.*

Descripsimus autographon, quod asservatur in tabulario Vindobonensi. Pendet sigillum fere illaesum loro membranaceo. Edidit Lichnowsky 'Geschichte des Hauses Habsburg' II (1837) pag. CCXC nr. X. *(P. deest.)*

5 Noverint universi, quod nos Cunradus magister civium, consules et universi cives civitatis in Kemniz ad sacrum Romanum imperium nullo medio pertinentis, viso et audito mandato serenissimi domini nostri Alberti regis Romanorum semper augusti per patentes et generales ipsius litteras burgraviis, nobilibus et civibus incolisque universis Misnensis et Orientalis ac Plisnensis terrarum eiusdem imperii destinatas super commis-10 sione capitaneatus vicarie terrarum predictarum per prefatum regem suo et ipsius imperii nomine magnifico principi domino Wencezlao regi Bohemorum facta, tamquam fideles regis et imperii supradicti eius mandatis humiliter obedire volentes, dictum regem Bohemorum in capitaneum et vicarium generalem terrarum ipsarum recepimus sibique terrarum predictarum generali capitaneo et vicario eorundem regis Romani 15 et imperii nomine cum civitate nostra predicta unanimiter subdidimus et prestitimus fidelitatis debitum iuramentum. Promittentes sub debito prefati iuramenti dicto regi Boemorum in omnibus et per omnia reverenter intendere ac obedire et fideles esse nec ab eo et eius fidelitate recedere, quam diu predictus dominus noster rex Romanorum commissionem huiusmodi ab ipso rege Boemorum per se vel solempnes suos 20 nuncios ac patentes litteras suas specialiter super hoc nobis missas, quas dicto regi Boemorum statim, cum nobis transmisse fuerint, presentare tenebimur, non duxerit revocandam. In cuius rei testimonium presentes litteras predicto regi B[o]emorum tradimus sigillo nostre civitatis predicte munitas.

Actum in Kemniz, anno Domini MCCXCVIII, III. Kalend. Septembris, in die 25 Felicis et Adaucti martirum beatorum.

20. *SCRIPTUM VICARII.* *Sept. 6.*

Denuo autographon, quod Dresdae in tabulario regio asservatur, contulit vir d. W. Lippert. Sigillum deest, loro membranaceo relicto. Edidit iam olim Wilke 'Ticemannus' (1754) Cod. dipl. pag. 135. *(P. deest.)*

30 Nos Wencezlaus Dei gratia rex Boemie, dux Cracovie et Sandomirie marchioque Moravie ac sacri Romani imperii per terras Mysnen(sem), Orientalem et Plisnen(sem) vicarius generalis tenore presencium notum esse volumus universis, quod cum nobiles dicte terre Misnensis nomine ipsius imperii nobis adheserint nobisque fideles esse promiserint, super hoc per eos fidelitatis prestito iuramento, nos eciam eis vice versa 35 promittimus, ipsos in nostra fidelitate manentes circa eorum iura per privilegia felicis recordacionis domini Adolphi olim regis Romanorum vel marchionum Misnen(sium) racionabiliter ipsis concessa conservare favorabiliter et fovere. Dantes eis in testimonium presentes litteras sigillis maiestatis nostre munitas.

Dat. in Mysna, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, VIII. Idus 40 Septembr., indiccione undecima, regni nostri anno secundo.

---

21. 22. SCRIPTA PRO COMITE FLANDRIAE.

1298. Aug. 24. 28.

Autographa, quae in bibliotheca Parisiensi 'Chartes de Colbert' nr. 519 et 520 asservantur, iam olim descripsit Waitz (nr. 22 = Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 178 nr. 252). 5

21. *RECEPTIO FIDELITATIS.* *Aug. 24.*

Pendet sigillum laesum loro membranaceo. — Böhmer, Reg. Albr. 5. (P. deest.)

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Ad universitatis vestre noticiam cupimus pervenire, quod nos anno gratie millesimo 10 ducentesimo nonagesimo octavo, indictione undecima, in die beati Bartholomei apostoli, qua quidem die ad apicem coronationis nostre divina favente dispensacione devenimus, Aquisgrani in domo Aquensis prepositi ac in presencia dilectorum nostrorum et imperii sacri fidelium, videlicet venerabilium Maguntinensis, Coloniensis et Trevirensis archiepiscoporum, illustrium Rudolfi comitis palatini Reni ducis Bawarie et Alb(erti) ducis 15 Saxonie, venerabilium quoque Chunradi Argentinensis, Heinrici Constanciensis et Landolfi Brixinensis ecclesiarum episcoporum necnon spectabilium virorum Renh(aldi) comitis Gelrie, Eberh(ardi) comitis de Marka, Eberh(ardi) comitis de Wirtenberch, Eberh(ardi) comitis de Katzenellenbogen et Ludwici comitis de Otingen, spectabilem virum Gwidonem comitem Flandrie et marchionem Namurcensem de terris, possessionibus, dominiis, 20 officiis, iuribus, honoribus, dignitatibus et utilitatibus ac universis pertinentiis eorundem, quos, quas vel que idem comes et sui antecessores Flandrie comites a clarissime ac felicis recordacionis dominis predecessoribus nostris imperatoribus et regibus Romanorum in feudum tenuerunt seu tenere consueverunt, recepto fidelitatis homagio ab eodem tamquam verum nostrum ac imperii Romani vasallum sollempniter investivimus 25 et decenter. In quorum testimonium et munimen has litteras exinde conscribi et sigilli nostre maiestatis regie appensione iussimus roborari.

Datum Aquisgrani, anno, die, indictione et loco predictis.

22. *CONFIRMATIO SENTENTIAE DE ABSOLUTIONE PROSCRIPTIONIS.* *Aug. 28.* 30

Pendet sigillum parum laesum loro membranaceo. — Böhmer, Reg. Albr. 24. (P. deest.)

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Noveritis ad maiestatis nostre regie noticiam pervenisse per Walramum de Valken- 35 burc dominum de Munjoye et Iohannem de Kug dilectos ac fideles barones ac vasallos nostros, quod clare memorie Adolfus quondam Romanorum rex predecessor noster spectabilem virum fidelem nostrum Guidonem comitem Flandrie et marchionem Namurcensem Colonie in domo prepositi Sancte Marie ad gradus anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, indictione decima, regni dicti predecessoris nostri 40 anno sexto, a sentenciis proscripcionis, quibus idem comes tunc temporis tam ab ipso quam ab aliis predecessoribus nostris extitit innodatus, communi sentencia principum nostrorum, nobilium quoque et sapientum, qui tunc consistorio sui iudicii astiterunt, et

absolvit et pronunciavit absolutum[1], litteras proscripcionis quascumque, que a felicis recordacionis domino Rud(olfo) genitori nostro karissimo et Adol(fo) Romanorum regibus antecessoribus nostris super premissa proscripcione tradite apparuerint[2], cassando, irritando, cassas et irritas decernendo. Nos igitur dilectis et fidelibus baronibus ac vasallis 5 nostris predictis fidem plenariam in premissis adhibentes, absolucionem proscripcionis, pronunciacionem, cassacionem et irritacionem predictas ac decretum super eisdem a dicto predecessore nostro prolatum laudantes et approbantes, eam auctoritate nostra regia confirmamus. Harum testimonio litterarum.

Datum Colonie, V. Kal. Septembr., anno Domini MCCLXXXXVIII, indictione 10 XI, regni vero nostri anno primo.

---

23. PROMISSIO ARCHIEPISCOPO TREVIRENSI FACTA.

1298. Aug. 25.

Denuo contulimus autographon, quod in tabulario Confluentino asservatur. Sigillum 15 laesum pendet loro membranaceo.

Quae in capitibus 3—5 concordant cum VU *privilegio regis Adolfi 1292. Iul. 7 dato supra tom. III, 473 nr. 486, ea typis minoribus excudenda esse censuimus. Cf. Böhmer, Reg. Albr. 7. — Böhmer, Reg. Albr. 6.* *(P. deest.)*

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis presentes 20 litteras inspecturis salutem in eo qui est omnium vera salus.

1. Regalis benivolentie largitas condignis consuevit attollere favoribus et gratiosis respicere donariis eos, quos in sacri imperii serviciis ac honore reipublice constancia perseverare continua, ac se et sua magnifice exponere pro statu pacifico regis atque regni, rei experientia edocet et demonstrat.

25 2. Eapropter cum serenissimus quondam dominus Adolfus dive memorie Romanorum rex predecessor noster post creationem suam in regem consideratis fructuosis serviciis venerabilis Boemundi Trevirorum archiepiscopi principis nostri dilecti et gravibus expensis, quas in ipsius regis electione et post pro evidenti utilitate prefati domini A(dolfi) et regni fecerat, eidem B(oemundo) Treverensi archiepiscopo, ecclesie Treverensi 30 ac suis successoribus castrum de Kocheme cum omnibus iuribus suis et appendiciis obligaverit pro tanta summa pecunie, quod vix spes esse poterat luitionis, prout in litteris predicti an[te]cessoris nostri plenius continetur[3], nos attendentes, quod memoratus archiepisco[pus pro bono et][a] pacifico statu regni ac utilitate sacri imperii frequenter et magnifice se et sua exposuerit et in futurum nobis et sacro imperio [grata servicia et][a] 35 utilia inpendere poterit gratiose, ac obinde volentes eundem archiepiscopum et ecclesiam Treverensem condignis attollere favoribus, sepedicto archiepiscopo et [eius favore][a] successoribus suis et ecclesie Treverensi regali largitate donatione irrevocabili predictum castrum de Kocheme cum suis iuribus et pertinentiis universis in emendationem suorum feodorum donamus et conferimus per presentes, ita quod predictus archiepiscopus et sui succes- 40 sores dicti castri hereditarii burcgravii perpetuo remaneant et existant. Tali adiecta condicione, quod quociens nos et nostri successores iusta et certa necessitate contra

23. a) *uncis inclusa corrosa or.*

1) *Supra tom. III, 543 nr. 581.* 2) *Ibidem nr. 308. 309.* 3) *Supra tom. III, 473 nr. 486 c. 2.*

hostes nostros et sacri imperii dicto castro indiguerimus, licebit nobis et nostris intrare dictum castrum et exire de voluntate dicti archiepiscopi, ecclesie Treverensis et suorum successorum ad inpign[or]andum et invadendum hostes et adversarios memoratos.

II nr. 186 c. 5. 3. Promittimus etiam dicto archiepiscopo, ecclesie Treverensi et suis successoribus omnes excommunicatos et excommunicandos sua et suorum subditorum auctoritate ultra annum et diem in excommunicatione pertinaciter perseverantes extunc ad suam et suorum subditorum requisitionem subicere sentencialiter banno regali, quod vulgariter dicitur 'dun in di achte', et in tali banno eos tenere, quousque redierint ad ecclesie unitatem.

c. 6. 4. Item promittimus dicto archiepiscopo per fidem corporaliter prestitam omnes ecclesias et monasteria, clericos et relligiosos sue civitatis et dyocesis cuiuscunque ordinis aut status existant a quibuscunque molestatoribus specialiter ad suam seu ipsorum alicuius requisitionem defendere et tueri.

c. 7. 5. Item omnia privilegia, indulgentias, sententias et litteras* eidem et ecclesie sue datas[a] a nostris quondam predecessoribus dive memorie regibus Rom(anorum) cuiuscunque tenoris existant presentibus approbamus, ratas habemus et gratas easque presentis scripti patrocinio confirmamus.

In cuius rei testimonium sigillum maiestatis nostre duximus presentibus apponendum.

Datum Aquisgrani, VIII.[b] Kalend. Septembr., regni nostri anno primo.

24—26. PRIVILEGIA ARCHIEPISCOPO COLONIENSI CONCESSA.

1298. Aug. 28.

24. *PRIVILEGIUM DE DIVERSIS REBUS.*

Denuo contulimus autographon tabularii Dusseldorpiensis 'Köln Domstift 375'. Edidit Lacomblet 'Urkundenbuch für die Geschichte des Niederrheins' II, 587 nr. 997. Pendent sigillum regis fere illaesum, electorum quinque sigilla plus minusve laesa filis sericis rubei coloris. Sigillum archiepiscopi Trevirensis nunquam appendebat. Cf. Böhmer, Reg. Albr. 10. 11. 13. 14. 18. 20. — Böhmer, Reg. Albr. 12. (P. deest.)

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus et devotis, ad quos presentes littere pervenerint, gratiam suam et omne bonum.

1. Coloniensem ecclesiam a divis Romanorum imperatoribus et regibus nostris predecessoribus pluribus bonis, possessionibus, privilegiis et gratiis ob servicia fidelia sacro Romano imperio ab eiusdem ecclesie archiepiscopis fideliter retroactis impensa temporibus dotatam et insignitam favore et gratia speciali, eorundem predecessorum nostrorum vestigiis inherendo, in nostra iocunda ex providentia divina creatione respicere cupientes, castrum Werde, quod pro triginta sex milibus marcarum sterlingorum, quolibet grosso Turonensi pro tribus denariis computato, pie memorie Sifrido olim archiepiscopo et ecclesie Coloniensi ex certis et legitimis causis invenimus obligatum, accedente ad hoc sacri imperii principum consensu expresso, venerabili Wicboldo archiepiscopo Coloniensi principi nostro dilecto ad vitam nostram committimus, concedimus ac deliberamus tenendum, habendum ac pacifice possidendum, cum dicti castri theloneo et attinentiis universis, redditibus et obventionibus dicti castri ac thelonei percipiendis, et qui percipi poterunt, quos eidem archiepiscopo et ecclesie Coloniensi propter servicia, que nobis

23. a) *in margine eadem manu add. or.* b) *ductu artiori corr. ex V or.*

et imperio impendere poterunt utiliter in futurum, et in augmentum feodi sui medio tempore ex liberalitate regia dono damus ac dominium eorundem pleno iure, pure et simpliciter in ipsum archiepiscopum et ecclesiam Coloniensem transferimus, in sortem minime computandis nec de summa predicta aliqualiter defalcandis. Hoc adiecto, quod
5 post nostram et ipsius archiepiscopi mortem . . successor noster a . . successore ipsius archiepiscopi ipsum castrum redimere et absolvere poterit pro triginta sex milibus marcarum monete supradicte. Promittentes quod eidem archiepiscopo et ecclesie Coloniensi nullam violentiam vel oppressionem pro recuperatione vel rehabitione dicti castri per nos vel per alios faciemus vel ab aliis cuiuscumque status vel condicionis
10 existant nulla arte vel ingenio ad hoc quesitis manifeste vel occulte fieri patimur.

2. Oppidum etiam nostrum Synziche simili modo cum iudicio, redditibus et suis obventionibus universis eidem archiepiscopo et ecclesie Coloniensi donamus et committimus tenendum ad vitam nostram pacifice et habendum, volentes quod . . oppidani ibidem super hoc fidelitatis homagium prestent archiepiscopo et ecclesie memoratis.

15 3. Preterea officium villicationis seu scultetatus oppidi nostri Tremoniensis et custodiam Iudeorum ibidem necnon curtes Westhoven, Elmenhorst et Brakele cum eorum redditibus et attinentiis quibuscumque, quas curtes archiepiscopi Colonienses pro tempore existentes a nostris predecessoribus longis anteactis temporibus habuerunt et visi sunt habuisse, eidem archiepiscopo et ecclesie Coloniensi tenenda, custodienda
20 et habenda similiter duximus committendum, ut dicti . . oppidani et Iudei Tremonienses ad ipsum archiepiscopum recursum habere possint in suis necessitatibus et agendis. Ita tamen quod nichilominus nos a dictis oppidanis et Iudeis Tremoniensibus servicia et subsidia requirere possimus, quandocumque nobis videbitur expedire.

Acta sunt hec presentibus venerabilibus Gerhardo Moguntinensi, Boemundo Tre-
25 vir(orum) archiepiscopis necnon illustribus Rudolfo duce Bawarie comite palatino Reni, Ottone marchione Brandenburgensi et de Landesberg, Alberto duce Saxonie ac Hermanno marchione iuniore filio Ottonis marchionis Brandenburgensis, nostris et imperii principibus, nobis in premissis assidentibus et eorum consensum expressum prebentibus super eo. In quorum principum presentia omnia et singula premissa ipsi archiepiscopo
30 et ecclesie Coloniensi fide prestita corporali spondemus rata et firma inviolabiliter observare. Dantes prelibatis archiepiscopo et ecclesie Coloniensi has nostras patentes litteras nostre regie maiestatis ac dictorum principum sigillis communitas in robur et testimonium super eo. Et nos . . principes singuli prenotati recognoscentes premissa de nostro consensu benivolo processisse et nos eisdem ut premittitur interfuisse, ad maiorem
35 evidentiam eorundem et nostri consensus sigilla nostra hiis litteris duximus apponendum.

Datum Colonie, V. Kalend. Septembris, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, regni vero nostri anno primo.

25. *PRIVILEGIUM DE NON EVOCANDO.*

Autographon deperiit. Exemplavit iam olim Wattenbach transsumtum a. 1401.
40 *Ian. 7. a Ruperto rege factum, quod servabatur in tabulario regio Berolinensi. — Böhmer, Reg. Albr. 15.* *(P. deest.)*

Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus, venerabili Wicboldo Coloniensi archiepiscopo principi suo carissimo graciam suam et omne bonum.

Ut cives et opidani tui suis mercimoniis ac cui[us]vis serviciis commodius insistere
45 valeant et esse intenti, tibi ex speciali gracia concedimus et indulgemus, ut nullus cives et opidanos tuos ad examen seu iudicium regalis curie nostre per nostra vel iusticiarii curie nostre edicta possit evocare et ad nostrum iudicium detrahere, nec ibidem teneantur comparere, quam diu tu vel officiati tui conquerentibus vel conqueri

volentibus parati fueritis iusticiam facere expeditam. Dantes tibi has nostras litteras maiestatis nostre sigillo munitas in robur et testimonium super eo.

Datum Colonie, V. Kal. Septembr., anno Domini millesimo CC nonagesimo octavo, regni vero nostri anno primo.

26. *CONCESSIO PRECUM PRIMARIARUM.* 5

Denuo contulimus autographon tabularii Dusseldorpiensis 'Köln Domstift 379'. Pendet sigillum laesum filis sericis. Edidit Lacomblet l. c. II, 590 nr. 1000. — Böhmer, Reg. Albr. 19. *(P. deest.)*

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus honorabilibus personis . . prelatis collegiis et conventibus universis in civitate et dyocesi Coloniensi constitutis, 10 devotis suis dilectis, gratiam suam et omne bonum.

Venerabilem Wicboldum Coloniensem archiepiscopum principem nostrum karissimum ob sue dignitatis prerogativam singulari honore prevenire cupientes, primarias preces nostras nobis apud vos in hac nova iocundaque creatione nostra competentes, eidem archiepiscopo ex liberalitate regia pro personis idoneis vice nostra concedimus 15 porrigendas, devotioni vestre auctoritate regia committentes, quatinus preces nostras antedictas vobis per eundem archiepiscopum dirigendas studeatis, qualibet difficultate cessante, grata promptitudine exaudire. Nam ipsas preces primarias non aliter quam per eum devotioni vestre decrevimus porrigendas.

Dat. Colonie, V. Kalendas Septemb., anno Domini millesimo CC nonagesimo octavo, 20 regni vero nostri anno primo.

---

27. 28. PRIVILEGIA EPISCOPO LEODIENSI CONCESSA.

1298. Aug. 28.

27. *PRIVILEGIUM DE SUBSTITUTIONE SCABINORUM.* 25

Repetimus editionem, quam ex 'Libro chartarum' tabularii Leodiensis saec. XV. fol. 400' nr. 727 paraverunt a. 1895. Bormans et Schoolmeesters 'Cartulaire de l'église Saint-Lambert de Liège' II, 551. *(P. deest.)*

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus venerabili Hugoni Leodiensis ecclesie episcopo principi suo dilecto gratiam suam et omne bonum. 30

(1) Nemini venit in dubium, quod ubi subditi Romani imperii dispendiis aggravantur, quod ibi debet superioris providentia apponi remedium salutare. Expositum est regie maiestati ex parte tua, Leodiensis episcope, quod quandoque evenit in Leodio et aliis magnis villis tui episcopatus tibi in temporalibus subiectis, quod scabini tui, qui a te vel auctoritate tua constituuntur, iudicare non possunt propter eorum culpam, 35 [a]ut quia sunt excommunicati iustis de causis vel quia est ipsis interdicta iudicandi potestas a regia maiestate vel ab imperiali culmine, et propter hoc actus iusticie retardantur ac litigantes et iusticiam requirentes non minimum pregravantur. Quare nobis humiliter supplicasti, ut super hoc apponere dignaremur remedium oportunum. (2) Volentes igitur discrimini prefato medelam apponere salutarem, tibi et successoribus tuis ac 40 ecclesie tue concedimus facultatem liberam per presentes, quod quando contigerit supradictos scabinos tuos, in quacumque villa morentur, propter aliquam de predictis causis

vel similem iudicare non posse, ut subditi tui sine dispendio consequantur iusticie complementum, imminentibus[a] prefatis casibus vel aliquo de predictis, quod tu vel successores tui possitis tuo villico interveniente per septem vel per octo personas fideles expertas partibus non suspectas tunc loco scabinorum que incumbant facere proferri
5 iudicia. Dantes dictis iudiciis a predictis personis prolatis de plenitudine potestatis nostre illam vim et auctoritatem ac maiorem quam haberent, si essent a scabinis predictis impedimentis vel eorum altero cessantibus promulgata.

Datum Colonie, V. Kalendas Septembris, anno Domini MCC nonagesimo octavo, indictione XI, regni vero nostri anno primo.

10 ## 28. *PRIVILEGIUM DE DEPOSITIONE SCABINORUM.*

Proponimus ope editionum, quas ex autographo eiusdem tabularii paraverunt a. 1870. Böhmer, 'Acta imperii selecta' 389 nr. 527 (A) *et a. 1895. Bormans et Schoolmeesters l. c. II, 552* (B). *Sigillum deest, filis sericis rubei flavique coloris relictis. — Böhmer, Reg. Albr. 26.* *(P. deest.)*

15 Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus venerabili Hugoni Leodiensis ecclesie episcopo principi suo dilecto graciam suam et omne bonum.

(1) Inter cetera que humeros nostros premunt, hoc plus portat oneris, quod sollicita meditacione pensemus, qualiter persone Romano subiecte imperio iusticia mediante salubriter gubernentur. Siquidem nobis significare curasti, quod potestate tibi et prede-
20 cessoribus tuis commissa ab imperatoribus et regibus Romanorum, a quibus principatus Leodiensis in temporalibus tenetur titulo feodali, qua eciam tu et predecessores tui usi estis, ius et auctoritatem habes faciendi scabinos in civitate Leodiensi et aliis villis magnis tui episcopatus tibi subiectis, que franche sive libere vocantur, qui creati per te vel alium, qui a te auctoritatem habet, in sui creatione iurant inter alia fidelia
25 reddere iudicia super hiis, que ad eorum spectant officium, quando fuerint a te vel a tuis villicis requisiti, quodque prefati scabini cum tale prestiterint iuramentum, frequenter ut personis faveant dignis pena ac pluribus aliis de causis illicitis in tantum differunt eorum reddere sive proferre iudicium, quod illi quorum interest ex nimia dilacione pregravantur et nocentibus maior prestatur audacia delinquendi. Supplicasti
30 igitur, ut super prefato errore tibi et ecclesie tue consulere provide dignaremur. (2) Tuis igitur in hac parte peticionibus annuere volentes et ut iusticia sine dilacione maliciose inventa tempore debito exerceatur, tibi et successoribus tuis ac ecclesie tue tenore presencium concedimus, quando tu vel successores tui videritis[a] vestros scabinos in quibuscunque villis degant, sive Leodiensi sive aliis dicti episcopatus, ultra
35 quam expediat differre sua reddere iudicia, quod extunc sive per te sive per successores tuos sive per villicum deputatum in loco, ubi tale factum contingerit, tu et successores tui valeatis prefatos scabinos negligentes iudicare per tres quindenas inmediate sequentes monere, ut super hiis, que acta fuerint coram eis et de quibus possunt et debent iudicare, sua reddant iudicia. Quod si prefato termino decurso, sex
40 ebdomadarum scilicet, non iudicaverint, deinde inantea tu vel successores tui possitis per vos vel per alium vestram habentem auctoritatem libere et absolute dictos scabinos omnes vel eos, qui mandato vestro vel monicioni non paruerint, de plenitudine potestatis nostre tibi et successoribus tuis concessa in hac parte a suis scabinatibus amovere et loco amotorum alios ydoneos subrogare.

45 Datum Colonie, anno Domini MCC nonagesimo octavo, indictione XI, V. Kal. Septembr., regni vero nostri anno primo.

27. a) immitentibus *ed.*

28. a) videntes *A.*

29. MANDATUM CONTRA OCCUPATOREM RERUM IMPERII.

1298. Sept. 23.

Denuo contulimus autographon tabularii Dusseldorpiensis 'Köln Domstift 381'. Sigillum laesum pendet loro membranaceo. Edidit Lacomblet 'Urkundenbuch für die Geschichte des Niederrheins' II, 593 nr. 1008. Cf. Böhmer, Reg. Albr. 55. 56. — Böhmer, Reg. Albr. 54. (P. deest.)

Alb(ertus) Dei gratia Romanorum rex semperaugustus nobilibus viris . . Gelrie, . . Clevensi, . . Iuliacensi, . . de Monte et . . de Marka comitibus necnon Coloniensis et in Duseburch civitatum civibus et universis sacri imperii fidelibus, ad quos presentes pervenerint, gratiam suam et omne bonum.

Cum Ludwicus vicedominus de Sunnenberch, assumptis sibi Theodorico de Vristorp et quibusdam in hac parte suis complicibus, castrum nostrum in Werde preter nostram voluntatem occupet violenter, et ob hoc communi principum nostrorum sentencia tamquam rerum imperii occupator violentus idem Lud(wicus), cum omnibus in hac parte fautoribus dampnacioni vite, rerum et honoris publice sit addictus, nolentes presumpcionem huiusmodi temerariam deinceps tollerare et ne detentores dicti castri de theloneo ibidem aliisque sibi hucusque neccessariis ministrari consuetis contra nostram regiam maiestatem a vobis et vestris subditis forsan violenciam huiusmodi ignorantibus minus provide foveantur, fidelitatem vestram attencius rogandam duximus et monendam, firmiter iniungentes, quatinus exnunc inantea ab omni subsidio et victualium amministracione ad ipsum castrum prestandorum durante detencione violenta predicta vos contineatis, nulla thelonia eisdem detentoribus exhibendo et venerabili Wicboldo Coloniensi archiepiscopo principi nostro karissimo pro ammovendis detentoribus dicti castri, prout vos requirendum duxerit vice nostra, consilio et auxilio efficaciter assistatis. In hoc nostro culmini gratuito obsequio occursuri.

Dat. apud Rotenburch, IX. Kalen. Octobr., anno Domini MCCLXXXX octavo, regni vero nostri anno primo.

30—44. CURIA NORIMBERGENSIS.

1298. Nov. 11.—1299. Ian. 6.

30. 31. *PROTESTATIO DUCUM SAXONIAE DE IURE ELECTIONIS.*

1298. Nov. 11.

Supersunt autographa C *archiepiscopi Coloniensis et* T *archiepiscopi Trevirensis in tabulario regio Sleswicensi. Pendet sigillum autographi* C *laesum loro membranaceo ex ipsa membrana exsecto; autographi* T *quod item pendebat sigillum iam desideratur. Quae denuo contulimus. Edidit iam olim Sudendorf 'Registrum' II, 173 nr. 81. 82. Cf. infra in Appendice Variorum ad a. 1301. Ian. 10. et Mart. 13. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 430 (Addit. II).*

Nos[a] Wicboldus Dei gracia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus sacri imperii per Italiam archicancellarius universis presentes litteras inspecturis[a] cupimus esse notum, quod anno Domini millesimo CC nonagesimo octavo in festo beati Martini hyemalis Emecho[b] dictus Hake et Albertus dictus Wůlf milites apud Nurenberg[c] con-
5 stituti coram serenissimo domino nostro Alb(erto) Romanorum rege, nobis aliisque principibus imperii nomine procuratorio pro illustribus viris Iohanne et Alberto ducibus Saxonie protestabantur publice, ipsos dominos suos racione ducatus sui ius habere in electione Romanorum regis et officium marescalcatus imperii debere de iure et consuetudine excercere. Et nomine dominorum suorum contradixerunt, quantum in eis
10 fuit, ne aliquis alius preter ipsos dominos suos admitteretur ad excercitium officii memorati. Offerentes eosdem dominos suos probaturos ius suum in premissis, dummodo eis certa dies et locus coram eodem domino nostro rege et principibus assignentur. In huius protestationis et rei testimonium presens scriptum sigillo nostro duximus muniendum.

15 Datum apud Nurenberg[d], in festo et anno Domini supradictis.

32. *MANDATUM ITERATUM DE PRECIBUS PRIMARIIS. 1298. Nov. 16.*

Cum nec autographon nec apographa coaeva nobis quamvis quaerentibus reperiri potuerint, repetamus oportet in minutiis correctam editionem, quam paraverunt ex eodem fonte, ut videtur, tam a. 1754. Hartzheim 'Historia rei nummariae Coloniensis' pag. 147,
20 *quam a. 1773. Würdtwein 'Subsidia diplomatica' II, 5. Cf. supra nr. 26. — Böhmer, Reg. Albr. 71. (P. deest.)*

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus venerabili Wicboldo Coloniensi archiepiscopo principi suo carissimo gratiam suam et omne bonum.

Meminit nostra serenitas, nos pridem personam tuam speciali prerogativa et gratia
25 preveniendo primarias nostras preces in civitate et diocesi tua nobis ex novitate iocunde[a] creationis nostre competentes tibi pro tuis clericis et devotis auctoritate regia porrigendas commisisse[1] et ut de novo nostre innotuit celsitudini, nonnulle ecclesie et collegia ac etiam persone singulares, quibus preces nostras antedictas porrigis, tibi in hac parte, immo nobis et iuri imperii contumaciter se opponunt. Nequeuntes igitur propter ali-
30 quorum pertinaciam ius nostrum et imperii pretermittere, tue damus sinceritati sub obtentu gratie nostre auctoritate regia in mandatis, quatinus tam auctoritate tua ordinaria, quam nobis pro iuribus nostris et imperii conservandis petimus impertiri, quam etiam auctoritate regia[b] singulas ecclesias, collegia personasque seculares tue civitatis et diocesis, se nostris precibus iure fulcitis contumaciter, ut premittitur, opponentes, viis
35 et modis, quibus earum videaris[c] fore pertinaciam facilius refringendam, compellas et inducas, ut preces nostras primarias per te ipsis vice nostra directas et dirigendas sine quovis contradictionis obstaculo cum ea devotionis promptitudine qua condecet studeant adimplere, ne ius nostrum et imperii tue fidelitati et executioni recommissum ullatenus negligatur.

40 Datum apud Nurenberg, XVI. Kal. Decembr., anno Domini MCC nonagesimo octavo, regni vero nostri anno[d] primo.

30. 31. a) *protocollon in T:* Nos Boemundus Dei gratia Trevirorum archiepiscopus un. pres. litt. insp. b) Emcho *T.* c) Norenberg *T.* d) Nůrenberg *T.*

32. a) ioconde *W*; iucunde *H.* b) ut *add. H. W.* c) videris *H.* d) *deest H. W.*

1) *Supra nr. 26.*

33. *CONSTITUTIO PACIS GENERALIS.* (1298. Nov. 16.)

Constitutionem, qua Pax Rudolfina a. 1287. supra tom. III, 370 nr. 390 secundum exemplar cancellariae 6 confirmatur, novis capitulis adiunctis, huic curiae vindicandam esse, litteris regis a. 1299. Mart. 26. et a. 1301. Mai. 10. scriptis infra edendis plane evincitur. Cf. etiam ea quae iam Böhmer in Regestis imperii adnotavit. 5

Autographa deperierunt. Itaque editionem nostram hiis subsidiis instruximus, quae sunt: 1) cod. Gissensis 972 saec. XIV. in. fol. 99—103', ex Augustana civitate proveniens[1], *quem publici iuris fecerunt a. 1727. Senckenberg in Schilter 'Thesaurus Antiquitatum' II (= 'Neue und vollständigere Sammlung der Reichs-Abschiede' I 38) et a. 1858. commentario docto fusoque adiecto H. Boehlau 'Nove Constitutiones domini Alberti' pag. 1 sqq.*[2], *ubi etiam variae lectiones ex aliis codicibus editionibusque in calce ponuntur: nos ipsi codicem Gissensem denuo accuratissime contulimus; 2) cod. bibliothecae universitatis Monacensis 685 (III. 78) saec. XV. fol. 55; 3) cod. Vindobonensis lat. 2873 (Iur. civ. 186) saec. XV. fol. 7. Codices 2 et 3 iam supra tom. III. ad nr. 279 edendum adhibuimus. Ceteros vero codices saec. XV., quos olim Pertz adhibuit, itemque cod. Gissensem 996 eiusdem saeculi*[3] *fol. 105 utpote pessimas lectiones praebentem denuo conferre supersedimus.* 10 15

Quae concordant cum Pace Rudolfina, ea typis minoribus excudenda curavimus. — Böhmer, Reg. Albr. 72. (P. 481—483.)

Dise satzunge dez lantfridez haben wir Albreht von Gotez gnaden Rômischer künig und ain merer dez richez mit gunst und mit rat der erbern herren* der churfürsten* bediu geistlich und weltlicher gesetzt ze Nûrenberg in dem gebottenn hof, alz hie nach geschriben stat: 20

Wir setzen dez ersten und gebieten bi dez richez hulden und mit der fürsten rat und anderr dez richez hulden und auch getriuwen:

II nr. 390 c. 1. 1. Swelch sun sinen vater von sinen bürgen oder von anderm sinem gût verstozzet, brennet oder raubet oder sich zû sinez vaterz vinden machet mit aiden oder mit triuwen, daz ez uff sinez vaterz ere gat oder uf sin verderbnüzze, beziuget in dez sin vater bi den hailigen vor sinem rihter mit zwain sentbern mannen, die nieman mit reht verwerfen mag, der sun sol sin vertailt aigens und lehens und varendez guotez [und genzliche allez dez guotez][a] ewiclichen, daz er von vater und von mûter erben solt, also daz im weder rihter noch vater noch mûter nimmerme wider[b] gehelfen mag, daz er kain reht zû dem [gûte][c] nimmer me[d] gewinne*. 25 30

c. 2. 2. Swelch sun uf sinez vater lip ratet oder in urliuclichen angriffet mit untriuwen oder mit vanknüzze oder in in kain pant leget daz vanknüzze haizzet, wirt er dez vor sinem rihter überziuget, alz* vor geschriben ist, der selb sun sol sin elôz[e] und rehtlôz ewiclichen, also daz er nimmer wider komen mag ze sinem rehte mit kainen dingen. 35

c. 3. 3. Alle die die auch der vater nimpt ze gcziugen vor dem rihter über alle die sach, die da vor geschriben stant, die sûlen dez nit überig werden weder durch sippe noch durch kain* sache, si gestanden dem vater der warheit. Der dez nit tûn wil, den sol der rihter dar zû twingen, ez ensi denn daz er vor dem rihter swere uff den hailigen, daz er dar umb nit wizze.

c. 4. 4. Hat der vater dienstman oder aigen lute, von der rat oder von der helfe der sun dirr dingez dehainez taet wider sinem vater, diu hie obenn geschriben sint, beziuget daz der vater uf si vor sinem rihter, alz hie vor geschriben ist, selb dritt bi den heiligen, die selben sint elos und reht lôs ewicliche[f]. Der vater mag aber si nit bereden der dinge, er überziug [e][g] den sun, alz* vor geschriben ist. 40

33. a) *uncis inclusa desunt* 1—3. b) *deest* 1. c) *deest* 1—3; *loco* zû dem 3: dar zû. d) *deest* 2. e) erblôz 1; erlos 2; erbeloß 3. f) *deest* 1. g) *deest* 1—3. 45

1) *I. V. Adrian 'Catalogus codicum manuscriptorum bibliothecae academ. Gissensis' (1840) pag. 291.* 2) *Cf. l. c. pag. V et XLII.* 3) *Cf. Adrian pag. 303.*

5. Überziugt er dar nach die dienstman oder die aigenn laeutc, der rihter, in dez geriht ez geschehen ist, sol si ze aeht tůn und sol si nimmer dar uz gelauzzen, si vergelten den schaden mit der zwigůlt dem vater, den er genomen hat von ir rat oder von ir hilfe, und dem rihter sin reht. Und habent die selben lehen von dem vater, diu selben lehen sůln* ledig sin ze hant, so er si überziuget, und sol inz nimmer wider gelihen; und lihet er inz wider, so sol er alz vil alz der lehen ist dem rihter geben aun widerred. c. 5.

6. An allen den sachen, die her nach geschriben stǎnt, mag ein ieglich semper man, der sin reht behalten hat, er si[h] fürst oder anderz ein hoh man, dem vater* beziugen swaz er waiz. Ein dienstman mag* auch beziugen mit andern dienstmannen, ain aigen man mit andern sinen genŏzzen, ein gebure mit sinen genŏzzen. Ein ieglich frier man hilfet wol einem dienstman, ob er ez waiz. c. 6.

7. Ist aber daz der vater durch vanknůzz oder durch ander ehaftig not daz reht nit gevorden mag, so sol ez ain sin mauge tůn, und dar nach uf den hailigen beweren, daz den vater irr ehaftigiu nŏt, daz er dar nit komen mŏht, und sol die nŏt nennen. Und swenne er daz beraet, so sol im sin reht beschehen umb die clag an dez vaterz stat[i], alz ob er ez selb gewesen waere. Ein dienstman hilfet ez* wol* sinem* genŏzzen. Die nidern můgent ez den hŏhern nit gehelfen. In gelicher wise, alz wir von dem vater haben geseit, also wellen wir, daz man ez von der můter verstande[k]. c. 7.

8. Wir setzen und gebieten, swaz schaden ieman geschehe, daz er daz selb nit reche, er clag ez dez ersten sinem rihter und volge siner clage an daz ende, alz reht ist; ez ensi denne daz er* si ze hant* raeche zu nŏtwer sinez libez und sinez gůtez. Swer sich anderz richt denn alz hie vor geschriben ist, swaz schaden er ieman dar umb tůt, den sol er im zwivallt[l] gelten, und swaz schaden im geschehen ist, der sol gar verlorn sin, und sol kain clag dar nach nimmer mer[m] gewinnen. c. 8.

9. Swer aber sin clag vollfüret, alz da vor geschriben ist, wirt im nit gerihtet und můz er durch not sinen vinden widersagen, daz sol er bi tage tůn. Und von dem tag, daz er im widersaet*, üntz an den vierden tag sol er im kainen schaden tůn weder an lip noch an gůt. So hat er dri gantz tag fride. Auch sol der, dem[n] da widersaet wirt, kainen schaden tůn üntz an den vierden tag dem, der im widersaet hat. An swederm diu satzunge zerbrochen wirt, der sol sinem rihter clagen. Und sol der rihter jenem fürgebieten selbe oder mit sinem boten. Und mag sich der selb, dem da fürgeboten ist, nit entschuldigen selb sibender sentperr lůte vor dem rihter, so ist er elos und rehtlos ewiclichen, also daz er nimmer komen mag ze sinem rehte. c. 9.

10. 11. An swem der hantfrid gebrochen wirt, beziuget er daz uf den hailigen vor sinem rihter mit dem, der den hantfride gemachet hat, und mit zwain* sentperen mannen, die ir reht behalten hǎnt, daz der hantfride an im gebrochen sei, der rihter sol in ze aeht tůn, der den hantfrid gebrochen hat, und sol in nimmer uz der aeht gelauzzen[o] aun dez clagerz willen, oder er verliese die hant darumb. Ist aber der hantfrid mit dem tŏtslag gebrochen[p], so sol dez mauge ainer, der da erslagen ist, clagen und sol den mort bereden, alz da vor geschriben ist. Und swenne er daz beredet, so sol man jenen nimmer uz der aeht gelauzzen, er gebe den lip darumb, und sol elos und rehtlos sin. Wil aber der* den[q] hantfride gemachet hat oder enpfangen hat, im dez gerihtez nit gestan, daz der fride an im gebrochen si, dem sol der rihter gebieten by unsern hulden,* *[r] daz alle unser fürsten und alle, die[s] geriht von unz habent, reht[t] ze rihtenne alz dez landez site und gewonhait sei, und daz selbe gebieten den, die geriht von in hant. Swer dez nit taet, über den wellen wir rihten schaerpflichen alz reht ist. Und swaz unz über in ertailt wirt, daz* wellen wir nit lauzzen noch nieman über sehen noch niemanz schonen. Und gebieten auch unsern fürsten, daz si mit der bůzze twingen die von in geriht haben, daz si reht rihten, und die bůzz nit enlauzzen, diu in ertailt werde. c. 10. c. 11.

33. h) ein *add.* 1. i) *deest* 1. k) verstee 2. l) zwivaltig 1. m) *deest* 2. n) der *add.* 1. o) lassen 2; loßen 3. p) geprochen 2; zerbrochen 1. q) der 1; der den 3. r) *sic* 1—3; *nonnulla exciderunt.* s) *deest* 1. 3. t) recht haben 3.

c. 12. 12. Wir setzen und gebieten, daz kain rihter nieman ze aeht tů wan offenlich, und daz auch der rihter nieman uz der aeht lauzze, er neme die gewishait, daz dem clager gerihtet werde nach dez landez gewonhait. Tůt dez der rihter nit, so sůlen wir über in rihten alz reht ist*.

c. 14. 13. Wir* gebieten auch, daz man die pfalburger allenthalben lauzze. Wir wellen in unsern steten ir dehainen haben. Und da von setzen wir und gebieten[u]: swer ein burger welle sin und burger reht welle han, daz der sumer und winter baeulich und haeblich in der stat sei, da er burger ist[v]; oder man sol in nit für ainen burger haben. Dez haben wir ain frist geben iedem man sich ze berihtenne biz ze sant Walpurg tag, der nun naehst kumpt, ob er burger well[e] sin oder niht. *Mai 1.*

14. Wir verbieten auch, daz kain stat ieman sinen aigen man oder der sin reht lehen ist inneme ze burger. Wir wellen auch, waer[w] daz ez dehain stat dar über taet, mag denn dez mannez herr oder sin wizzenthafter amptman den man bestellen inr jarez frist alz reht ist, so sol diu stat dem herren den man wider aentwürten. Ez en sol kain stat kainez herren ungeraiten amptman ze burger nemen.

15. Wir wellen auch allen frien steten ir reht behalten, daz si nieman uz ir stat lade uf kain weltlich gerihte, die wile si vor ir rihter[x] rehtez[y] gehorsam sint: aun unz und aun unsern hofrihter, die mügen allenthalben rihten umb weltlich sache.

c. 15. 16. Wir gebieten und setzen*, daz nieman kainen muntman habe.

c. 16. 17. Wir gebieten auch* und setzen, daz nieman den andern durch daz lant blait umb dehein gůt, er habe denn daz gelait von dem riche.

c. 17. 18. Daz arm und riche dester gewalticlicher gevarn und gefliezzen mügen, so gebieten wir, daz nieman kainen niuwen zol noch gelaite mache noch neme* weder uf lande noch uff wazzer, und daz alle* zölle, die mit unreht gehöhet sint anderz denn si von alter gesetzet sint, daz diu* höhunge ab sei und daz der zol belibe, alz er ze reht beliben sol. Swer da wider tůt, der hat den lantfride gebrochen, und umb den bruch* ist er in der aeht und in dez baubstez banne den man jaerclich kündet an dem antlazztag*. Nieman sol* dahainen zol niemen wan ze reht und da man in ze reht nemen sol. Swer daz brichet, den sol man haben für ainen strauzrauber.

c. 18. 19. Wir setzen und gebien, daz alle die zölle, die seit keiser Fridrichez zit uf gesetzet sint uf wazzer oder uf lande, von swenn si gesetzet sint, daz die gar ab sein; ez ensi denn, daz er bereden müge* vor dem riche, daz er in ze reht haben sůl.

c. 19. 20. Alle die die zölle nement uf wazzer oder uf lande, die sůln dem wege und den bruggen ir reht behalten mit machen[z] und mit bezzerunge[a], und von den si nement den zol, die sůln si befriden und behalten nach ir maht, alz* ir gerihte gat, daz si iht verliesen. Swer ditz gebot ze drin malen brichet, wirt er sin überziuget vor geriht alz reht ist, der zol sol dem riche ledig sin.

c. 20. 21. Man sol die rehten lantstrǎzz varn und sol nieman den andern twingen von den rehten lantstrazzen.

c. 21. 22. Swa zwen mit an ander urliugent und der ein oder si bede gelaeit habent, swer die strauzze* ze laide angriffet, wirt er dez überziuget mit reht, über den sol man rihten alz über ainen strǎzzraůber.

c. 22. 23. Swer bůrg oder stet oder dehainen buwe machen wil, der sol daz mit sinem gůt tůn oder mit siner lůte gůt und nit mit siner lantlůt gůt. Swer dar über kainen zol oder kain ungelt nimpt in dehainer stat oder uf kainer strǎzz, über den sol man rihten alz über ainen strauzrauber.

c. 23. 24. Alle die münzz, die seit keiser Fridrichez ziten gemachet sint*, die sůln gar ab sin; ez beziug denn vor dem riche der si da hat, daz er si ze reht haben sůl. Swer uff iemans pfenning dehain falsch sleht oder hat geslagen, den sol man haben für ainen falscher.

c. 24. 25. Swer auch* ander münzze machet oder slůge, denn von dem riche von alter her komen ist, swie gwaer oder swie gůt diu waer, ez si an gewiht, an gemaelde oder an swaere, den sol man

33. u) wir *add.* 2. v) da — ist *desunt* 2. 3. w) *deest* 1; zwer 3. x) rechter 2. 3. y) gerichtes 2; richters 3. z) machunne 1. a) bessern 2. 3.

für einen falscher haben. Und swenn er dez mit reht überziuget wirt, so sol er sin lantreht verlorn hǎn.

c. 25. 26. In swelhez herren geriht oder gelait, ez si uf wazzer oder uf lande, ein kaufman oder sust ein man beraubet wirt von dez herren gesinde, amptman, burgman oder dienstman, der der herre gewaltig ist aun alle arge liste, daz sol der herre, in dez geriht oder gelait* geraubet ist, gelten. Wirt aber ieman beraubet in ainez herren geriht oder gelait und daz nit geschaeh von dez herren gesinde, amptman, burgman oder dienstman, dem sol der lantfride beholfen sin, daz si daz wider tůen.

c. 26. 27. Wir setzen auch und gebieten vesticlich, daz swa ez nŏt geschaehe durch pruch dez lantfridez, die naehsten die da bi gesezzen sint, da der pruch geschehen ist, daz die den lantfrid beschirmen und ez helfen wider tůn*. Můgen ez die nit wider tůn, so sůln ez die tůn, die dar nach die naehsten sint*, dar zů sůln wir den helfen, ob ez nŏt ist.

c. 27. 28. Wir gebieten auch flizzeclich, daz man in allem Rŏmischem riche an gaistlichen dingen nach gebot und nach rat der ertzbischoffe sich halte und der[b] bischof oder ertzpriester nach gaistlichem rehte. [Und swer][c] da wider ist, den sol man haben für ainen ungelaeubigen man. Man sol auch weltlich gerihte an sinem reht behalten.

c. 28. 29. Wir gebieten auch flizzeclich und alz daz reht ist, daz der gotzhůser vŏgte den gotzhůsern vor sien und sie schirmen uf ir vogtaye, alz ez wol stande gen Got und auch unsern hulden, und sich an derr gotzhůser gůt also haben, da ir vogtay da ist, daz unz dehain grozzin clag von in[d] niht kom. Swer dez niht taete, kumpt ez ze clage, so wellen wir ez rihten alz vesticlichen alz daz reht ist, daz wir dar an niemans schonen wellen.

c. 29. 30. Wir wellen* und gebieten, daz über ain clŏster oder über ain gotzhuse nit mer denn ain vogt si, alz lank der lantfride wert. Und swer dez nit wolt oder da wider taete, den sol* der lantfride twingen, und swenn der lantfride uz gat, so sol ez nieman an sinem reht niht schaden.

c. 30. 31. Wir verbieten auch bi unsern hulden, daz nieman durch kainez vogtez schulde noch in ze laide der gotz hůser gůt, daz ir vogtay ist*, brennen noch rauben noch pfenden sol. Swer daz dar über tut, wirt er dez überziuget, alz reht ist vor dem rihter, so sol man in ze aeht tůn und sol in uz der aeht nit lauzzen, er gelt den schaden dri stunt alz tiur alz er ist; und sůln diu zwaitail dem gotzhuse werden und daz drittail dem vogt.

c. 31. 32. Wir verbieten auch, daz ieman pfaende aun dez gerihtz urlob. Swer ez dar über tůt, über den sol man rihten alz über ainen rauber.

c. 32. 33. Wir setzen und gebieten, swer wizzeclich raeubigez oder diubigez[e] gůt kauffet, oder rauber oder diep wizzeclich behaltet und nit aehter sint, wirt er dez überziuget vor dem rihter nach reht, so sol er bi dem ersten den schaden zwivaltig gelten dem er getan ist, er si diubig oder raeubig. Wirt er überziuget, daz er ez mer denne ze einem mǎl habe getan, ist ez* raeubig, so sol man über in rihten alz über ainen rauber, ist ez diubig, so sol man über in rihten alz über ainen diep.

c. 33. 34. Wir gebieten, daz nieman dehainen aehter wizzeclichen behalten sol. Swer ez dar über tůt, wirt er dez überziugt. man sol über in rihten alz über ainen aehter. Mag aber er sich sin entreden mit siben sentperen mannen, daz er ez nit gewizzet habe, daz er ain aehter si gewesen, er sol unschuldig sin*.

c. 13. 35. Wir setzen und gebieten, swaz ieglichem rihter wirt gewettet, daz er den aehter uz der aeht lauzz, daz er daz gar neme und im nihtz lauzz, durch daz ieder man in die aeht dest ungerner kom. Wir wellen auch selb unserz rehten nihteznit lauzzen.

c. 34. 36. Swer kainen aehter behaltet in siner stat gemainclich oder wizzentlich, ist si umbmuret, der rihter sol si nider brechen. Und sol über den wirt, der in behaltet, rihten alz über ainen aehter und sol sin huse zefůren. Ist aber diu stat ungemuret, so sol si der rihter brennen. Setzet sich diu stat da wider, stat und lůte sint rehtlŏz. Mag der rihter da nit gerihten, so sol er ez kůnden dem kůnig. der sol si von dez richez gewalt twingen.

33. b) swelher *male* **1**; wellicher 2; weller 3. c) Und swer *desunt* 1—3. d) *loco* von in **1**: dǎ von. e) oder diubigez *deest* 2. 3.

37. Wir setzen auch, daz dez richez hof hab einen hofrihter, der ein fri man si. Der sol auch an dem* ampt ze dem minsten ain jar beliben, ob er sich reht und wol behaltet. Der sol alle tag ze geriht sitzen aun die sunnentag und aun die *hailigen tag, und sol den lůten rihten die im clegn unt von allen lůten, aun fůrsten und* ander hoflaeut, swa ez in gat an ir lip oder an ir reht oder an ir erb oder an ir lehen. Da[z] wellen wir selb rihten. Swer auch mit geriht verderbet werd, dar umb sol nieman kain vintschaft haben. Swer aber ieman dar umb veint ist, der sol in den selben schulden sin* alz der waz, der da verderbet ist. Unser hofrihter sol auch nieman vertragen, er tů ez denn mit unserm sunderlichen gebot. Er sol auch nieman ze aeht tůn, noch uz der aeht lauzzen, wan daz sůlen wir selb tůn. Und wellen ez anderz nieman gestaten, daz er sich da mit über lade.

c. 36. 38. Wir gebieten auch, daz man alliu fůrgebot mit briefen tů und brief dar über gebe, wie man von gerihte geschaide, und* daz man [mit][f] dem brief under dez hofrihterz insigel bereden můge und daz fůrgebot und daz zil und die[g] tage, die fůr geriht genomen sint.

39. Wir setzen anch und gebieten: swenne[h] man ein fůrgebot gebe und[i] daz er daz selb fůrgebot antwůrt mit dez naehsten rihterz boten, da der gesezzen ist, der da beclagt ist. Und dar umb gebieten wir allen weltlichen rihtern, si sien in den[i] steten oder uf dem lande, daz ieglicher rihter dem clager boten gebe den er gelaube uf dez clagerz pfenning aun gevaerde der daz fůrgebot antwůrt, und sol der rihter sin offen brief her wider ze hof senden, daz ez geschehen[k] si, und swelher rihter dez nit taet, der sol dem clager sinen schaden ab tůn, den er da von nimpt. Und swa unz sogetaniu[l] clag kumpt, da wellen wir vesticlichen rihten.

40. Wir setzen auch durch fůrderunge dez gerihtez, wan man reht und fůrgebot nieman versagen sol, daz unser hofrihter aun gerihte wol fůrgebot geben mag. Wir setzen auch, daz diu urtail ab sol sin, da mit man anlait gwan aun fůrgebo̊t.

41. Wir setzen und gebieten: swer vor geriht claget, biz der kumpt der da beclaget ist zů dem tag, als im von geriht geboten ist, und der clager von [im][m] daz reht nit nemen wil, daz man dem fůrbaz nit rihte, er lege dem sin kost ab von erst, den er beclaget hat.

42. Wir setzen und gebieten: swer sin clag mit reht vollfůret, daz im anlait ertailet wirt uf die lůt oder uf diu gůt, dar uf er geclaget hat, daz dem[n] rihter ainen anlaiter gebe, den er vordert. Und sol im der anlaiter die anlaitin[o] geben mit dez naehsten rihterz boten, da[p] diu anlaitin[o] geschehen sin[q], und sol auch der rihter[k] her[r] ze hof enbieten uff sinen aid, daz diu anlaitin geschehen si aun gevaerde mit sinen offenen briefen.

43. Ditz gebieten wir allen weltlichen rihtern, daz si di clager[s] nit saumen. Saument si dar über die clager, so můzzen sie in ir schaden ab legen und wellen wir in[k] dar umb vesticlichen rihten.

44. Wir setzen und gebieten auch: swer mit rehter clag in die aberaeht[t] kumpt, den sol unser schriber an unser aehtbůch schriben, umb welhi sache oder war umb er in die aberaht[t] komen sei. Swenne er sich berihtet mit dem clager umb die sach, dar umb[k] er in die aberaht[t] komen ist, oder unz sicherhait git an dez clagerz stat umb hauptschulde und umb schaden, dar umb er in die aberaht[t] komen ist, so sůln wir in uz der aberaht[u] lauzzen.

45. Wir wellen auch und gebieten vesticlich, daz kain stat kain satzunge mache oder mit kainen sachen diu dem reiche schaedelich si an kainem sinem reht oder irem herren, dez diu stat ist.

33. f) *deest* 1; *locus valde corruptus in* 3. g) d die *in rasura* 1. h) wem 2; wanne 3. i) *deest* 2. 3. k) beschehen 2; bescheen 3. l) solliche 2; sollich 3. m) *deest* 1—3. n) der 2. 3. o) anlayttung 2; antleitung 3. p) *in rasura* 1. q) ist 2. 3. r) herr 2; herre 3. s) clag 2; clage 3. t) oberacht 2; acht 3. u) obern acht 2; aberacht 3.

46. Swer den lantfrid niht en sweret in ainem manod, nach dem und er gekůndet wirt, offenlich in dem bistum da er inne sitzet, swaz dem geschiht, daz sol nieman rihten weder mit gaistlichem noch mit weltlichem gerihte[v], und swaz im geschiht mit råt oder mit getåt an sinem libe oder an sinem gůt, daz sol nieman rihten. c. 37.

5 47. Swer aber den lantfrid swert und in dar nach brichet, der sol in vierzehen naehten den bruch bezzern oder wider tůn, so er sin gemant wirt von dem, der da rihter ist. Tůt er dez niht, so sol er mainaidig sin und sol in der erzbischof oder* bischof, in dez bistum er sitzt, ze banne tůn und der kůnig ze aeht tůn*. Und sůln*[w] bannen[x] und* aehten[y] nimmer ab gelauzzen werden, er habe denne den bruch gebezzert und[z] gebůzzet. Swer auch den, der umb den bruch dez lantfridez 10 mainaidig, baennig und aehtig wirt[a], behaltet, behuset oder behofet aht tag, so ez im verboten wirt, der[b] sol in den selben schulden sin, alz der ist, den er[c] mit wizzent nach* gebot gehuset oder behalten hat. c. 38.

48. Ez sol auch nieman die lůte behalten oder behusen, die* ůbeltaetig sint oder die ůbeltaetig werdent und die schaedlich dem lande sint. Swer aber die mer denn aht tag be-15 haltet, uber[d] daz si im verboten werdent, und sie nit enlat, der hat den lantfrid gebrochen* und ist in die vorgenanten bůz gevallen, aeht und ban. c. 39.

49. Swer den lantfride brichet und den bruch nit bůzzen wil und darumb von dem lantfrid besezzen wirt oder die, die den lantfrid gesworn hånt, da von ze schaden bringet, den sol der lantfrid twingen, daz er mit allen sinen vesten und mit sinem gut iedem man nach siner måzze sinen 20 schaden ab sol legen, alz verr ez geraichen mag. c. 40.

50. Ditz satzunge ditz fridez und ditz rehten die sol man alle zit* behalten und sol man auch dar nach rihten, wan si von alter her komen sint und mit reht und mit gunst und mit rat der churfůrsten aller gesetzet sint*. c. 41.

34. *MANDATUM CONTRA TURBATORES PACIS.*

25 *Hic subiungere liceat mandatum, quod signo chronologico caret. Superest in solo codice formularum E Erlangensi 563, de quo v. supra tom. III ad nr. 14—16, fol. 160' nr. 305, ubi rubrum:* Forma contra predones. *Edidit Stobbe l. c. pag. 374.*

(P. deest.)

Insinuacio quorundam fidelium imperii et assercio fidedignorum nostro culmini 30 notum fecit, quod de municionibus talibus per inhabitatores eorundem multe rapine et spolia committuntur. Quorum maliciis et perfidiis obviare ex intimis cupientes, fidelitatem vestram hortamur, monemus et requirimus seriose, quatinus huiusmodi predones et turbatores pacis et patrie moneatis et moneri procuretis, ut infra certum terminum quelibet ablata per ipsos restituant indilate et passis dispendia satisfaciant, ut tenentur. 35 Alioquin si dicti predones in eo rebelles extiterint, vobis precipimus firmiter iniungentes, ut invocato pacis communis et terrarum circumpositarum omnium auxilio incolarum ad obsidionem et destructionem dictorum castrorum auctoritate regia intendatis. Vos scire volentes, quod contra eum, qui auxilium suum vobis subtraxerit in hac parte, tamquam contra reos animadversione debita procedemus.

40 35. *PROTESTATIO DE OFFICIO PINCERNATUS REGIS BOHEMIAE.*

1298. Nov. 17.

Denuo contulimus autographon tabularii Vindobonensis, quo omnia redeunt apographa vel editiones. Pendet sigillum fere illaesum filis sericis flavi rubeique coloris. In verso legitur: ℞ per Iohannem de Glacz. *Codicum lectiones varias negleximus*[1]. — 45 *Böhmer, Reg. Albr. 73.* *(P. deest.)*

33. v) rehte 1. w) sol auch 3. x) pan 2; bann 3. y) acht 2. 3. z) auch *add.* 1. a) *deest* 2. 3. b) *deest* 3; der 2. c) den er *deest* 3. d) fůrst 1.

1) *Monuit vir cl. Zeumer, conferendum esse Chronicon Colmariense ad a. 1298 (SS. XVII, 267), ubi dignitates coram rege solenniter recitatae dicuntur.*

Albertus Dei gracia rex Romanorum semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Sic nos decet principum et amicorum nostrorum spontaneis uti serviciis, ut si quid per eos nobis honoris vel obsequii preter debitum de prompta benivolencia exhibetur, eis vel eorum heredibus aut successoribus in suis iuribus nullum per hoc 5 inposterum preiudicium generetur. Eapropter scire vos facimus et tenore presencium protestamur, quod licet illustres reges Boemie, dum rogati per reges vel imperatores Romanorum eos ad sollempnem eorum curiam venire contingit, predictis rege vel imperatore coronam regalem gestantibus, cum eisdem et eis presentibus corona regia uti possint, non tamen in corona regia debent predicti reges Boemie predictis regi 10 vel imperatori ministrare in officio pincernatus. Quod autem magnificus Wencezlaus rex Boemie princeps et frater noster karissimus nobis apud Nurenberh in sollempni Nov. 16. nostra curia proximo die dominico post festum beati Martini sedentibus in corona coronatus ad preces nostras ministravit in officio pincernatus, hoc non de iure, sed ex mera dileccione, quam ad nostram gerit personam, eum fecisse dicimus et ad ser- 15 viendum sive ministrandum in eodem officio sub corona regia nobis vel successoribus nostris regibus vel imperatoribus Romanorum predictum regem et omnes successores suos reges Boemie testamur et volumus de cetero non teneri nec aliquod eis exinde preiudicium generari. In cuius rei testimonium et predicti regis Boemie et heredum ac successorum suorum cautelam presentes fieri et sigillo nostro regio iussimus com- 20 muniri.

Actum et datum in Nurenberh, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, XV. Kalend. Decembr., indiccione duodecima, regni nostri anno primo.

36. *LITTERAE REGIS BOHEMIAE BONIFACIO VIII. PAPAE MISSAE.* *1298. Nov. 19.* 25

Proponimus ex autographo eiusdem tabularii denuo collato. Quae concordant cum litteris supra nr. 10 (B 3), *typis minoribus excussa sunt. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 241.* *(P. 467.)*

Sanctissimo in Christo patri ac domino suo domino Bonifacio sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici Wenzezlaus Dei gracia rex Bohemie, dux Cracovie et Sandomerie 30 marchioque Moravie cum filiali obediencia devota pedum oscula beatorum.

nr. 10 c. 1. (1) Vacante iam nuper Romanorum regno per mortem dive recordacionis domini Adolfi quondam Romanorum regis, excellentes et magnifici Germanie principes, college nostri, tam ecclesiastici quam seculares, ad quos una nobiscum Romanorum regis electio in futurum imperatorem* promovendi de iure et antiqua consuetudine dinoscitur pertinere, pro salubri status 35 imperii reformacione, * pro celeri futuri Romanorum regis creacione necnon propter evidentem tocius reipublice utilitatem et urgentem sacri imperii necessitatem convenientes in unum apud Maguntiam, post varios et diversos tractatus inter eosdem principes, nostros collegas, quamvis nobis absentibus, habitos, pensata reipublice utilitate, de voluntate unanimi et consensu principum eorundem prefixa est dies ad eligendum personam ydoneam in Romanorum regem, videlicet VI. Kalen. 40 Augusti in civitate Frankenford, loco ad hoc debito et consueto.

c. 2. (2) Qua die predicti principes convenientes ibidem, post varium et maturum * de futuri Romanorum regis electione* tractatum, Spiritus sancti gracia primitus invocata, in illustrem virum dominum Albertum ducem Austrie et Stirie* de communi consensu principum eorundem, omnium ac eciam singulorum, oculos suos iniecerunt, ipsum in regem Romanorum in futurum imperatorem promoven- 45 dum*, voto unanimi concorditer*, nobis tamen absentibus, eligendo*. Cui quidem electioni de se celebrate ad instanciam principum eorundem predictus dux annuit et consensit.

(3) Nos igitur ad reipublice utilitatem, comodum et profectum respectum habentes potissimum, huiusmodi electioni de predicto domino Alberto nobis licet absentibus celebrate nostrum presentibus impertimur consensum benivolum et assensum. Nolentes ut predicta electio, quam per nostri consensus ratihabicionem ratificamus et liberaliter approbamus, occasione nostre absencie in aliquo maculari possit in posterum aut eciam viciari. c. 2.

(4) Speramus etenim in eo, qui reges et regna constituit, quod sub eius principatu pacifico quies regno proveniet, pax ecclesiis, concordia plebibus et moribus disciplina. Presertim cum idem rex sit fide katholicus, ecclesiarum amator, iusticie cultor, consilio pollens *, Deo ut opinatur amabilis et humanis conspectibus graciosus, ac insuper corpore strennuus et in actibus bellicis contra perfidos fortunatus. c. 4.

(5) Quapropter, pater sanctissime, devotum sancte matris ecclesie filium * tam provide sic electum graciose et benivole prosequentes ac ex affluenti paterne dulcedine pietatis misericorditer amplectentes, eundem, cum sanctitati vestre placuerit et videritis oportunum, ad imperialis fastigii dyadema dignemini evocare, ut sciant et intelligant universi, quod posuerit in lucem gencium vos Dominus et per vestre sanctitatis arbitrium orbi terre post nubilum exoptata serenitas elucescat. c. 4. 5.

In cuius rei evidenciam pleniorem et memoriam sempiternam presentes exinde conscribi litteras et nostro sigillo regali iussimus communiri.

Dat. apud Nuerenberch, XIII. Kalen. Decembris, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, indictione XII, regni vero nostri anno secundo.

37. *LITTERAE NOBILITATIONIS. 1298. Nov. 19.*

Autographon tabularii principum de Stolberg Wernigerodani denuo nobis petentibus contulit vir cl. Ed. Jacobs. Pendet sigilli fragmentum filis sericis rubei coloris. Male edidit W. Sauer 'Codex diplomaticus Nassoicus' I, 3 pag. 18 nr. 1253. Cf. supra tom. III, 378 nr. 392. (P. deest.)

Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus nobili viro Sifrido de Eppenstein suo fideli graciam suam et omne bonum.

Cum tu de stirpe baronum libera procreatus Ysengardim de Valkenstein de genere ministerialium tibi copulaveris in uxorem et ex ea filium tuum genueris nomine Godefridum, in benigniorem et clariorem partem, attendentes tue merita probitatis, favorabiliter inclinati, ne idem Gotefridus seu tue posteritatis progenies propter huiusmodi copulam nitorem amittat patrie libertatis, de clemencia nostre magnitudinis supradictos uxorem tuam et filium libertati donamus et in statum ponimus liberorum, dilectorum principum nostrorum consensu eciam accedente concorditer, ut sic tue prosapie pares facti inter liberos et barones quasi de libero geniti ventre absque macula digne nominari debeant, valeant et locari, nostre celsitudinis benificencia premuniti. Sub presencium testimonio litterarum, quas tibi et eis super eo tradimus consignatas nostre thypario magestatis.

Datum Nůrenberg, anno Domini MCC nonagesimo octavo, XIII. Kal. Decembr., indictione undecima, regni nostri anno primo.

38. *CONSENSUS COMITIS PALATINI. 1298. Nov. 19.*

Autographon eiusdem tabularii contulit idem vir cl. Pendet sigillum linis sericis rubei coloris. Edidit Sauer l. c. nr. 1254. (P. deest.)

Rudolfus Dei gracia dux Bauwarie et Reni palenthinus omnibus hanc litteram inspecturis salutem et omne bonum.

Nobilis et liberi viri Sifridi de Eppinstein supplicacionibus inclinati donacioni libertatis facte per serenissimum dominum nostrum Albertum Romanorum regem Ysingardi de Valkenstein de genere ministerialium descendenti uxori eius et Goddefrido filio eorundem favorabiliter assentimus. Sub presencium testimonio litterarum, quas signatas nostro sigillo tradimus super eo. 5

Dat. apud Nurenberg, anno Domini MCC nonagesimo octavo, XIII. Kal. Decembris.

39. *MANDATUM DE REAEDIFICATIONE CASTRI STAGIAE.* *1298. Nov. 20.*

Autographon tabularii Florentini 'Riformagioni. Atti publici' denuo descripsimus. 10 *Sigillum deest, foraminibus relictis. Edidit iam Ficker 'Forschungen zur Reichs- und Rechtsgeschichte Italiens' IV, 506 nr. 498.* *(P. deest.)*

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus nobili viro Albizzo de Franzesibus filio quondam nobilis viri Guidonis de Franzesibus, fideli suo dilecto, gratiam suam et omne bonum. 15

Celebris fame clangente preconio ascendit ut fumus aromatum exquisite flagrantie in conspectu regie maiestatis tue devotionis puritas et clare fidei rectitudo, quibus pre ceteris nostris fidelibus nos et sacrum Romanum imperium amplexari diceris incessanter. Volentes itaque ob meritorum tuorum insignia, quibus multipliciter adornaris, te prosequi dono gratie specialis, tibi et tuis legitimis heredibus concedimus et specialiter 20 indulgemus, ut castrum de Stagia Vulterrane diocesis, quod nobis et imperio attinere dinoscitur, collapsum rehedificare valeas et omnia ad idem castrum pertinencia, si qua distracta vel alienata noscuntur, nostro et imperii nomine retrahas et recolligas, prout visum tibi fuerit expedire. Quod quidem castrum cum suis iuribus, iurisditionibus, conditionibus, possessionibus et pertinenciis universis tibi et tuis legittimis heredibus 25 concedimus et confirmamus ex liberalitate regia a nobis et dicto Romano imperio absque alieni iuris iniuria feodali titulo perpetuo possidendum. Quapropter universis sacri imperii fidelibus firmiter et districte precipiendo mandamus precise volentes, ne quis prefatum Albizzum et suos heredes legitimos in predicta gratia et collatione seu concessione huiusmodi aliqualiter molestare aut perturbare presumat. Quod qui fecerit, 30 gravem nostre maiestatis offensam se noverit incursurum. Volumus insuper, quod si que alie a presentibus littere super gratia seu concessione castri huiusmodi reperirentur, ipsas exnunc esse nullius momenti seu valoris.

Datum in Nurinb(erc), XII. Kal. Decenbr., anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, indictione XII, regni vero nostri anno primo. 35

40. *PRAECEPTUM DE HOMAGIO NON PRAESTANDO. 1298. Nov. 20.*

Apographon coaevum in bibliotheca Parisiensi asservatum iam olim exemplavit Waitz b. m. (= Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 183 nr. 260). — Böhmer, Reg. Albr. 83. *(P. deest.)*

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus fideli suo dilecto Iohanni 40 de Osseler domino de Flogeio gratiam suam et omne bonum.

Celsitudo nostra regia intellexit et ad nostre serenitatis relatu veridico pervenit auditum, super quo tanto amarius amaritantur nostra precordia, quanto ex hoc nobis et Romano imperio maiores iniurie et preiuditia generantur, videlicet quod nata Othonis quondam comitis Burgundie comitatum Burgundie, qui omni iure ad nos et imperium 45

spectare dinoscitur, in iuris nostri et ipsius imperii iniuriam, preiuditium et contemptum requirat illicite et iniuste et ab hominibus comitatus eiusdem fidelitatis homagium exigat et requirat. Quapropter fidelitatis tue prestantiam rogamus attente in ea fide, qua nobis et dicto imperio astringeris, te monentes tibique auctoritate nostra regia dantes 5 districtius in preceptis, quatinus memorate nate quondam comitis Burgundie seu alicui alteri in premissis non pareas in aliquo vel intendas, sed potius tanquam fidelis imperii in hac parte regiis beneplacitis taliter studeas conplacere, quod obinde te debeamus spetiali prosequi gratia et favore.

Datum in Nurenberg, XII. Kal. Decembr., regni vero nostri anno primo.

10 **41.** *INFEUDATIO DUCUM AUSTRIAE ET STIRIAE. 1298. Nov. 21.*

Supersunt duo autographa A *et* B *fere omnino inter se concordantia eademque manu exarata in tabulario Vindobonensi. Sigilla pendent linis sericis viridis coloris. Imaginem heliographicam autographi* A *praebent 'Kaiserurkunden in Abbildungen' VIII, tab. 15, quod descripsimus. Autographon* B *denuo contulit socius noster H. Hirsch.*
15 *Quae sumpta sunt ex Infeudatione regis Rudolfi a. 1282. Dec. 27. data supra tom. III, 325 nr. 339, typis minoribus excudenda curavimus. — Böhmer, Reg. Albr. 81. (P. deest.)*

Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis imperpetuum.

20 (1) Ad hoc divine pietatis provisio in maiestatis regie solio nos locavit, ut cuncta rimantes et iusticiam recensentes absque personarum delectu unicuique quod suum est reddere debeamus. (2) Considerantes igitur, quod nobis de ducatibus Austrie et Styrie[a], quorum dominio et regimini prefuimus in minoribus potestatibus constituti, ad Romanum gubernandum imperium accersitis nulli dicioni nostre subiecto, quanto forcius 25 nec liberis nostris karissimis, ut eisdem debitum geniture affectum et ordinem observemus, iura sua debeamus aliquatenus denegare, notum fieri volumus tam presentis temporis quam future posteritatis imperii Romani fidelibus universis, quod nos* de libero et expresso consensu principum imperii ius in eleccione regis Romani de iure et antiqua consuetudine obtinencium principatus sive ducatus Austrie et Styrie[a] necnon dominia Carniole*, Marchie 30 et Portusnaonis cum universis honoribus, iuribus, libertatibus et pertinenciis suis* illustribus Rudolfo, Friderico, Lupoldo et aliis filiis nostris karissimis apud Nuremberch* cum vexillis et sollempnitate debita et consueta concessimus in feodum ac ipsos ceptro regio investivimus de eisdem et principum imperii numero, consorcio et collegio aggregantes eosdem ipsisque ius principum concedentes, ab eis pro principatibus et dominiis memoratis fidelitatis et 35 homagii recepimus iuramentum. (3) Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre concessionis infringere graciam vel eidem in aliquo ausu temerario contraire. Quod qui secus attemptare presumpserit, gravem nostre maiestatis offensam se noverit incurrisse. In cuius rei testimonium et perpetui roboris firmitatem[b] presentes litteras exinde conscribi et regie maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. Testes sunt*: venerabiles Gerhardus Maguntinensis, Wieboldus Colo- 40 niensis, Boemundus Trevirensis et Chunradus Salzburgensis ecclesiarum archiepiscopi, Lupoldus Babenbergensis, Mangoldus Herbipolensis, Heinricus Constanciensis, Petrus Basiliensis, Emcho Frisingensis et Wernhardus Pataviensis ecclesiarum episcopi, illustres Rudolfus comes palatinus Reni dux Bawarie, Rudolfus dux Saxonie, Otto, Hermannus et Heinricus marchiones Brandemburgenses et Heinricus dux Karinthie, spectabiles 45 viri Iohannes burgravius de Nuremberch, Burchardus de Hohemberch, Eberhardus de Wirtemberch, Ludwicus de Ötingen, Fridericus de Liningen, Ulricus et Heinricus de Schelkelingen, Hermannus de Sultz, Georius et Chunradus comites Irsuti, Fridericus de

III nr. 339 c. 2.

c. 3.

41. a) Stirie *B.* b) firmamentum *B.*

Ortemburch, Albertus, Heinricus et Albertus comites Goricie, Otto de Strazberch, Hermannus de Homberch et Rudolfus de Werdemberch comites, nobiles viri Otto de Ochsenstein, Sifridus de Eppenstein, Heinricus et Wernhardus de Schowemberch, Hugo de Touvers[a], Gerlacus de Bruberch et Nicolaus de Wartenvels, strennui viri Lutoldus et Albero de Chunringen, Stephanus de Meichsowe marschalcus Austrie, 5 Chalhous[b] de Ebersdorf camerarius Austrie, Hertnidus de Wildonia marschalcus Stirie[c], Heinricus de Stubemberch[d], Ulricus de Cappella, Eberhardus, Heinricus et Fridericus fratres de Waltse[e], Hermannus marschalcus de Landemberch, Bernoldus de Telesprunne, Ulricus Prueschinch et alii fidedigni[f].

Signum domini Alberti Romanorum regis invictissimi (M). 10

Dat. in Nuremberch, per manus Eberhardi de Lapide prepositi ecclesie Wizzemburgensis aule nostre cancellarii, anno domini MCC nonagesimo octavo, XI. Kalen. Decembr., indiccione XII[g], regni vero nostri anno primo.

42. *MANDATUM DE REVOCATIONE SENTENTIAE PROSCRIPTIONIS.* *(1298. Dec. 8.)*

15

Iam olim exemplavit Bethmann Copiarium Walkenridensem saec. XV. fol. 156 tabularii regii Hannoverani, quem iam supra tom. III, 528 ad nr. 563 edendum adhibuimus (= Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 185 nr. 263). Ad tempus diffiniendum cf. Böhmer, Reg. Albr. 96. *(P. deest.)*

Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus spectabilibus viris Th. 20 et H.[a] fratribus et comitibus de Honstein, fidelibus suis dilectis, graciam suam et omne bonum.

Querelam gravem honorabilium et religiosorum virorum abbatis et conventus monasterii Walkenreden(sis) recepimus continentem, quod conversi ipsorum pro eo, quod[b] quendam furem in furto[c] piscium ipsorum inventum occiderunt, in presencia vestrorum 25 iudicum vobis ordinantibus sunt proscripti. Propter quod fidelitati vestre committimus et mandamus precise volentes, quatinus eandem proscripcionis sentenciam latam in dictos conversos et familiam eorundem, quam irritam[d] et inanem reputamus, cum vestri iuris non sit tales[e] iudicare, statim visis presentibus revocetis et dictos conversos ac familiam predictam ab huiusmodi sentencia absolutos publice nuncietis. Alioquin ipsos 30 in iure suo deserere non possumus nec[f] debemus.

Datum Nurenberg.

43. *COMMISSIO VICARIATUS FORI IULII ET ISTRIAE.* *1298. Dec. 23.*

Denuo contulimus autographon tabularii Vindobonensis. Pendet sigillum fere illaesum filis sericis rubei coloris. Verba contextus, quae cum forma Constitutionis supra tom. III, 35 90 nr. 100 concordant, typis minoribus excussa sunt. — Böhmer, Reg. Albr. 610 (Addit. I). *(P. deest.)*

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus venerabilibus viris episcopis, abbatibus, prepositis, decanis ceterisque ecclesiarum rectoribus, egregiis et prudentibus viris* comitibus, nobilibus, castellanis, ministerialibus, vassallis, habitatoribus, com- 40 munitatibus et populis universis in provintiis Fori Iulii et Hystrie residentibus gratiam suam et benivolam voluntatem.

41. a) Toufers *B.* b) Chalhohus *B.* c) Styrie *B.* d) Stubenberch *B.* e) Waltsę *B.* f) quam plures *add. B.* g) duodecima *B.*

42. a) *loco* Th. et H. *cod.:* The chľ. b) *deest cod.* c) forto *cod.* d) irritatam *cod.* 45 e) talis *cod.* f) nisi *cod.*

Spetiali quadam inter tot et tantos negotiorum ingruentium fluctus, quibus assidue pectori nostro materia cogitacionis infunditur, meditatione perangimur et anxietate pervigili meditamur, qualiter ille nobiles Foriiulii et Hystrie provincie utpote generosum imperii Romani pomerium, in quo regie maiestati ex sui placidi cultus amenitate non infima delectacione complacuit, rediviva quiete refloreant et post dire longeque fatigacionis hostiles angustias et eximie bellice turbines tempestatis in portu votive tranquillitatis et pacis pulchritudine conquiescant. In hiis siquidem provinciis suos imperium recognoscit alumpnos. Hic est enim ortus imperii delicatus, in quo grate subiectionis vernantes et floridos flores colligit et devote dulcedinis poma graciose decerpit. Nimirum igitur circa cultum et munimen ipsius regie celsitudinis curiosa versatur intentio et propensioris vigilantie studium adhibetur, ut et ille per devotionem sinceram puritatis respirent odorem et per fidelitatem integram expectatum constantie fructum reddant. Verum quia tunc utiliter regio regitur, dum directi rectoris ducatu dirigitur et vigili presidentis industria gubernatur, nos cupientes, quod ipse provincie rectoribus gaudeant circumspectis, illustres viros Ottonem, Ludwicum et Heinricum fratres duces Carinthie, affines et fideles nostros dilectos, quos experte circumspectionis et fidei merita nobis reddunt amabiles et probata strennuitas efficit clariores, vobis et predictis provintiis preficimus in rectores et vicarios speciales, earundem provinciarum regimen vice nostri nominis exequendum eis plenarie committentes, ut eorum studioso ducatu et preserventur a noxiis et in salutarium solio solidentur. Propter quod devocionem et fidelitatem vestram monemus, requirimus et hortamur attente, nichilominus vobis auctoritate regia iniungendo, quatinus eosdem duces tamquam ymaginarios nostre presentie[1] hilariter et devote curetis suscipere ac in omnibus, que ad creditum eis spectant officium, reverenter ipsis parere ac humiliter promptis affectibus obedire velitis, assistendo nichilominus predictis viriliter, ut castra, municiones et terre per quoscunque distracte illicite ad manus vassallorum et fidelium Aquilegiensis ecclesie retrahantur, ut devotionis ac fidelitatis vestre constanciam liberalitatis regie provisio, que servicia novit remunerare fidelium, digna proinde vicissitudine prosequatur*.

III nr. 100.

Dat. apud Nůrmberch, X. Kalend. Ianuarii, indictione XII, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, regni vero nostri anno primo.

44. *SENTENTIA DE BONIS IUDAEORUM VACANTIBUS. 1299. Ian. 6.*

Autographon, quod Monaci asservatur in tabulario generali regni Bavarici 'Kaiserselect Nachtrag' nr. 144¼ (olim capituli maioris Moguntini), denuo contulimus. Pendet sigillum fere illaesum loro membranaceo. In verso leguntur: Ad privilegia imperialia. J. — *Böhmer, Reg. Albr. 108.* *(P. 471.)*

Nos Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus tenore presencium profitemur, quod nobis pro tribunali sedentibus in castro Nuerenberch, anno Domini M ducentesimo nonagesimo nono in die epiphanie Domini, omnium circumstancium applaudente caterva et eciam approbante sentencialiter extitit iudicatum, quod venerabili Ger(hardo) Maguntinensis ecclesie archiepiscopo, principi et familiari nostro dilecto, omnia debita suorum Iudeorum occisorum heredes non habencium cedere debeant et ipsum archiepiscopum respicere integraliter et perfecte. In cuius rei testimonium maiestatis nostre sigillum presentibus est appensum.

Datum loco, anno et die predictis, regni nostri anno primo.

1) *Cf. tom. III, 478 lin. 32. 33.*

45—55. ACTA TRACTATUUM CUM COMITIBUS FLANDRIAE ET HAYNONIAE.

1299. Ian. 7. — 1301. Iul. 11.

45. *PROCURATORIUM COMITIS FLANDRIAE. 1299. Ian. 7.*

Repetimus editionem, quam ex autographo ut videtur paravit Limburg-Stirum 'Codex diplomaticus Flandriae' I, 280 nr. 108. (P. deest.)

Universis presentes litteras inspecturis Guydo comes Flandrie et marchio Namurcensis salutem.

Noveritis, quod nos viros nobiles dilectos et fideles nostros Willelmum de Mauritania dominum de Dossemer et Iohannem de Menino milites nostros constituimus procuratores sive nuncios, concedentes eis generalem et liberam potestatem pro nobis et nostro nomine contrahendi et ineundi confederationes et uniones, pacta et conventiones mutuasque stipulationes et obligationes faciendi et recipiendi super eis et ea tangentibus cum excellentissimo domino nostro carissimo domino Alberto Dei gratia rege Romanorum illustri semper augusto pro ipso, suis et sibi adherentibus et nomine nostro pro nobis, nostris et nobis adherentibus contra quoscumque, cuiuscumque preeminentie, dignitatis aut status existant. Et hec signandi et vallandi iuramentis, sollempnitatibus, promissionibus et cautionibus quibuscumque et omnia alia et singula faciendi, que ad corroborationem et expeditionem fuerint necessaria premissorum et que nos faceremus aut facere possemus, si personaliter presentes essemus, etiam in casibus, in quibus mandatum requiritur speciale. Ratum et gratum habituri, quicquid per dictos milites nostros seu alterum eorum, altero forsan absente seu alias impedito, super premissis factum fuerit sive actum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, feria quarta post epiphaniam Domini.

46. *PROCURATORIUM EIUSDEM ALTERUM. 1299. Ian. 7.*

Edidit Limburg-Stirum l. c. I, 268 nr. 102. Cf. Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 754 nr. 1080 itemque ea quae de variis promissionibus a comite Flandriae consiliariis regis datis disseruit Herzberg-Fränkel 'Bestechung und Pfründenjagd am deutschen Königshof im 13. und 14. Jahrhundert' in 'Mittheilungen des Instituts' XVI, 458 sqq. (P. deest.)

Universis presentes litteras inspecturis Guido comes Flandrie et marchio Namurcensis salutem.

Noveritis, quod nos nobiles viros dilectos et fideles nostros Willelmum de Mauritania dominum de Dossemer et Iohannem de Menino milites presentium ostensores nostros constituimus procuratores sive nuntios, concedentes eis generalem et liberam potestatem ineundi et faciendi nomine nostro pro nostris pacta et conventiones cum excellentissimo domino nostro carissimo domino Alberto Dei gratia rege Romanorum illustri semper augusto pro suis et quibuscumque sponsalium et matrimoniorum, dotium, donationum propter nubtias et dotalitiorum. Et nos et nostros obligandi et alios sibi obligandi mutuasque stipulationes et obligationes faciendi et recipiendi supra hiis et ea

tangentibus et hec firmandi et vallandi iuramentis sollempnibus et cautionibus quibuscumque et omnia alia et singula faciendi, que ad corroborationem et expeditionem fuerint necessaria premissorum et que nos facere possemus, si personaliter presentes essemus, etiam in casibus, in quibus mandatum requiritur speciale. Ratum et gratum 5 habituri, quicquid per dictos milites nostros seu alterum eorum, altero forsan absente seu alias impedito, supra premissis factum fuerit sive dictum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, in die Mercurii post festum epiphanie Domini.

10 47. *SENTENTIA PRO COMITE HAYNONIAE DE SENTENTIIS RUDOLFINIS IN SUO ROBORE DURATURIS. 1299. Mart. 4.*

Supersunt duo autographa: M *Montibus in tabulario comitum Haynoniae 'Trésorerie des chartes' nr. 233 asservatum, in cancellaria regis scriptum; sigillum iam deest, loris membranaceis relictis; nos ipsi contulimus;* P *bibliothecae Parisiensis 'Chartes de Colbert',* 15 *quod iam olim exemplavit Waitz. — Böhmer, Reg. Albr. 148. (P. deest.)*

Nos Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium noticiam tenore presencium cupimus pervenire, quod anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, feria quinta proxima[a] post festum beati Mathie apostoli, apud Spiram[b] nobis pro tribunali sedentibus, per spectabilem 20 virum Iohannem de Avesnis comitem Haynnonie in sentencia quesitum et propositum extitit coram nobis, utrum omnes sentencie late[c] per clare memorie[d] dominum Rudolfum Romanorum regem predecessorem et genitorem nostrum karissimum et processus per ipsum facti sortiri deberent effectum. Et communi dictante et approbante sentencia sentenciatum extitit et obtentum, quod huiusmodi sentencie et processus 25 debeant in suo robore permanere, nisi alique tales littere, probaciones seu legittima[e] documenta per quemcumque in lucem vel medium deducantur, quibus iidem processus et sentencie de iure elidi valeant seu etiam anullari[f]. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillo maiestatis nostre iussimus communiri.

Dat. in Ulma, IIII. Non. Martii, anno Domini ut supra, indictione XII[g], regni vero 30 nostri anno primo.

48. *CASSATIO SENTENTIARUM CONTRA COMITEM FLANDRIAE. 1299. Apr. 25.*

Autographon cassationis A, *quod in bibliotheca Parisiensi 'Chartes de Colbert' asservatur, iam olim exemplavit Waitz. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. Nos* 35 *ipsi contulimus* B *transsumtum a. 1299. Mai. 1. Traiecti factum, quod superest in tabulario Insulensi nr. 4298 (B. 448). Fere omnino concordat cum* A. *— Böhmer, Reg. Albr. 173. (P. deest.)*

1. Nos Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium ac aliorum noticiam publicam tenore presentium cupimus 40 pervenire, quod anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono sabbato post Resurrectionem dominicam apud Bopardiam in aula nostra regali nobis pro tribunali sedentibus procuratores seu nuntii spectabilis viri Gwidonis comitis Flandrie, videlicet nobiles viri Iohannes et Gwido filii sui et Wilhelmus de Mortania cum pleno mandato

47. a) proxima *deest P.* b) Spyram *P.* c) late *deest P.* d) recordacionis *P.* 45 e) legitima *P.* f) anulari *P.* g) indictione XII. *desunt P.*

et procuratorio sufficienti a nobis per iudicium admisso et etiam approbato nomine suo et patris sui predicti ostenderunt in iudicio coram nobis pro tribunali sedentibus litteram processus et sententie, quam nuper[a] comes Haynonie obtinuit apud Spiram.

2. Cuius quidem sententie tenor sequitur in hec verba:

'Nos Albertus — anno primo.' *supra nr. 47.* 5

3. Item ibidem eodem durante iudicio iidem procuratores ostenderunt procuratorio nomine comitis Flandrie predicti et suo litteram compromissi, sigillis ipsorum comitis Flandrie et comitis Haynonie sigillatam, per quas litteras plene et sufficienter extitit comprobatum, quod idem comes Haynonie et comes Flandrie post omnes processus et sententias habitas in curia memorati domini regis Rudolfi[1] de omnibus contentionibus, 10 causis, controversiis, actionibus, discordiis, querelis et questionibus quibuscumque, que inter comites predictos usque ad illa tempora vertebantur, pro se et heredibus suis in dominum Gotefridum de Brabantia et dominum Iohannem de Dampetra cum pene adiectione compromiserunt libere et expresse[2].

4. Item eodem durante iudicio sententiam arbitralem eorumdem arbitrorum seu 15 arbitratorum et litteram eorum super eadem confectam, seriem compromissi in eos facti de verbo ad verbum in se continentem, que sententia inter cetera declarat, ostendit et manifestat omnia instrumenta, omnes processus et sententias usque in diem predicte arbitralis sententie per comitem Haynonie ac suos nuntios et procuratores quoscumque contra dictum comitem Flandrie et suos heredes obtentas super quibuscumque causis, 20 questionibus, actionibus, controversiis, discordiis et negotiis quibuscumque esse nullas et irritas et penitus non valere et comiti Flandrie et suis heredibus obesse non debere vel preiudicium aliquod imposterum generare.

5. Quibus litteris predicti compromissi necnon sententie predictorum arbitrorum seu arbitratorum sigillis sigillatis inspectis, auditis et plenius intellectis, pronunciatum 25 fuit per iudicium et communi principum, comitum et aliorum nobilium sententia approbante sententialiter diffinitum nobis pro tribunali sedentibus: comitem Haynonie antedictum compromissum huiusmodi ac sententiam predictorum arbitrorum seu arbitratorum debere inviolabiliter observare et ipsum ac heredes suos predicte arbitrali sententie parere debere et ipsam sententiam effectum rei iudicate habere et propter causas et 30 [ration]es[b] predictas, iudicia, sententias, processus et litteras pro comite Haynonie et suis heredibus contra comitem Flandrie et suos heredes coram prefato domino Rudolfo rege usque ad eiusdem compromissi et sententie tempora habitas et obtentas sententiamque predictam in curia nostra nuper apud Spiram latam[3] nullam habere roboris firmitatem, immo potius nullas esse ac e[tiam][b] irritas et inanes. 35

In premissorum omnium evidens testimonium et cautelam sigillum maiestatis nostre regie presentibus est appensum.

Datum anno[c] die et loco predictis[d], indictione XII[e], regni vero nostri anno primo.

49. *VOCATIO COMITIS FLANDRIAE AD CURIAM. 1300. Mart. 11.*

Autographon exstat in tabulario Gandensi; sed eius copiam non naeti sumus. 40 *Repetimus itaque hine inde correctam editionem, quam paravit iam olim Warnkönig 'Flandrische Staats- und Rechtsgeschichte' I Urkunden pag. 71 (= ed. Gheldolf I, 399). Cf. nr. 50 et Reg. Albr. 271. 273. 274. — Böhmer, Reg. Albr. 272. (P. deest.)*

48. a) idem *add. B.* b) *uncis inclusa iam abscissa sunt A.* c) Domini *add. B.* d) supradictis *B.* e) duodecima *B.* 45

1) *Supra tom. III nr. 282—284. 307—309.* 2) *a. 1295. Mai. 28; Kluit 'Historia critica comitatus Hollandiae et Zeelandiae II, 1006. Cf. Wauters 'Table chronologique des chartes et diplômes' VI, 483.* 3) *Supra nr. 47.*

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus spectabili viro .. comiti Flandrie fideli suo dilecto gratiam suam et omne bonum.

In eminenti specula regie dignitatis feliciter constituti intuentis[a] mentis oculos longe lateque diffundimus[1] noctes deducendo insompnes, qualiter subiectis imperii fidelibus pacis comoda preparemus. Et quia ad tanti oneris sarcinam supportandam nos recognoscimus imbecilles, tuum sicut aliorum principum et imperii fidelium super premissis nobis admodum consilium et auxilium necessarium reputamus. Verum cum nos super arduis nostris et dicti imperii Romani negotiis ordinandis salubriter, principes, comites et barones memorati imperii apud Franchenfürt dominica proxima post festum inventionis sancte Crucis proximum ad nostre maiestatis presentiam duxerimus evocandos, fidelitatem tuam affectuose rogamus in fidei debito, quo nobis in sepe dicto imperio Romano adstringeris, te nichilominus requirentes, quatinus omni occasione postposita in dicto loco et termino te regalibus conspectibus representes. Mai. 8.

Datum in Heilichbrunne, V. Id. Martii, regni nostri anno secundo.

50. *VOCATIO COMITIS HAYNONIAE. 1300. Mart. 14.*

Warnkönig l. c. pag. 72 (= ed. Gheldolf I, 400). — Böhmer, Reg. Albr. 275. (P. deest.)

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus spectabili viro Iohanni comiti Haynonie fideli suo dilecto gratiam suam et omne bonum.

Fidelitati tue seriose committimus et mandamus precise volentes, quatinus feria secunda post inventionem sancte Crucis proxima apud Franchenfurt compareas coram nobis, nostris querimoniis legitime responsurus. Mai. 9.

Datum apud Spiram, II. Id. Martii, anno Domini millesimo trecentesimo, regni vero nostri anno secundo.

51. *SUPPLICATIO COMITIS HAYNONIAE. (1300. ante Iul. 7.)*

Nobis servata est in litteris, quas Wicboldus archiepiscopus Coloniensis a. 1300. Iul. 15. Philippo regi Franciae direxit, quibus varia documenta se vidisse testatur[2]. *Quarum litterarum apographon coaevum exstat in tabulario Parisino 'carton J. 611 nr. 26'; quod iam olim exemplavit Waitz (= Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 755 nr. 1084). Praecedunt verba:* Item supplicationem, quam predicti procuratores[3] ex parte memorati comitis Haynonie serenissimo domino nostro domino Alberto Romanorum regi exhibuerunt in figura iudicii in hec verba. *(P. deest.)*

(1) Cum vos, serenissime domine Alberte Romanorum rex, illustrem virum dominum meum Iohannem comitem Haynnonie, Hollandie ac Zelandie necnon dominum Frisie dicatis citatum coram vobis super dicto comitatu Hollandie, Zelandie et dominio Frizie, licet citatus in veritate non sit legitime coram vobis nec ad ipsum aliqua citatio ex parte vestra pervenerit, et vos contra ipsum dominum ratione dictarum terrarum suarum, quas ad ipsum iure feodi et alias constat devolutas et quas ipse iuste et pacifice possedit et possidet, procedere intenditis et processistis minus iuste,

49. a) intentione *male G.*

1) *Cf. arengam Rudolfinam, quae saepius occurrit:* In excellenti specula regie maiestatis ordinatione divina feliciter constituti ad prospiciendum utilitati fidelium perspicacitatem oculorum longe lateque diffundimus *etc. Böhmer, Reg. imp. VI, 426; v. etiam VI, 213. 269.* 2) *Cf. Knipping 'Niederrheinische Archivalien in der Nationalbibliothek und dem Nationalarchiv zu Paris' (= Mitteilungen der K. Preussischen Archivverwaltung. Heft 8. 1904) pag. 68 nr. 7.* 3) *Karius de Buscoducis et Kristantius de Raephorst.*

ego Karius procurator dicti domini mei comitis peto, predictos processus per vos vel per iudicem vestrum competentem revocari vosque et ipsum desistere a processibus, quos facere intenditis, quod apparet per assignationem termini, que dicitur de novo facta. (2) Et ego procurator predictus excipiendo dico et propono coram vobis, quod dictus dominus meus in terminis, quos vos frequentius inhabitare post creationem 5 vestram consuevistis et nunc inhabitatis, hoc est in superioribus partibus in Swevia et circa Renum et Coloniam sursum, non audet comparere propter viarum discrimina et propter metum legitimum et inimicicias capitales, quas habent contra ipsum dominum meum potentes viri . . dux Brabantie, comes Flandrie, . . dominus de Kuk et multi alii ratione occisionis et interfeccionis domini Florentii bone memorie quondam 10 comitis Hollandie, consanguinei germani dicti domini mei, in qua culpam dicitur habere. Que omnia et singula vel quod ex eis sufficiat ego procurator predictus nomine procuratorio offero me in loco tuto et securo, si necesse fuerit, probaturum. (3) Et quia dicta causa, quam movetis seu movere intenditis dicto domino meo magna sibi est et ardua et ipse vult eidem personaliter interesse et defendere eamdem, ego procu- 15 rator predictus nomine procuratorio et pro domino meo predicto peto a vobis, domine rex, supplico et requiro cum instantia, quod sibi assignetis locum tutum et securum, in quo possit cum personis sibi necessariis comparere et dictam causam defendere, videlicet Traiectum inferius vel Novomagum vel Wodergheym vel in Hollandia, Zelandia et Westfrisia locum, quem volueritis. Super quibus omnibus et singulis predictis 20 vestrum peto et requiro congruum et promptum responsum, cum in magno periculo sit mihi mora.

52. *APPELLATIO EIUSDEM.* *(1300. ante Iul. 7.)*

Servatur ibidem. Praecedunt verba: Item appellationem predictorum procuratorum vidimus et legimus similiter in hec verba. *(P. deest.)* 25

Et quia vos, serenissime domine Alberte rex Romanorum, pro domino meo comite Haynnonie, Hollandie ac Zelandie necnon domino Frisie sufficienter per me procuratorem requisitus predictos processus non revocatis nec a processibus conceptis desistitis, immo revocare ac desistere et locum tutum, ut petitum est per me, concedere et ipsum de terris predictis Hollandie, Zelandie et Frisie infeodare contra iusticiam 30 denegatis, sentiens me et dictum dominum meum ex premissis et quolibet premissorum indebite gravari et gravatum esse, sedem apostolicam nomine procuratorio et pro ipso provoco in hiis scriptis et appello seu alium vel alios, ad quos de iure appellandum est, in hiis scriptis provoco et appello et apostolos cum instantia peto super premissis, supponens dominum meum, terras predictas et omnia bona sua et omnes 35 sibi familiares ac sibi adherentes vel adherere volentes protectioni sedis memorate, invocato super hoc testimonio omnium astantium.

53. *SENTENTIA DE PROSCRIPTIONE COMITIS HAYNONIAE.* *1300. Iul. 7.*

Superest nonnisi in promulgatione procerum, cuius autographon A *descripsimus, quod servatur in tabulario generali regni Bawarici 'Tirol, fürstliches Archiv aus Innsbruck' fasc. 3; novem sigillorum pendent secundum fere illaesum, quartum usque ad nonum plus minusve laesa loris membranaceis. Autographorum duorum, quae in tabulario Oenipontano supersunt, unum* B *vulgavit Kopp 'Gesch. der eidgenössischen Bünde' III, 2 p. 407 nr. 4; alterius variae lectiones parvi momenti sunt, teste viro cl. Redlich. Iam olim exemplavit Waitz* C *apographon coaevum tabularii Parisini 'carton J. 611 nr. 27'. — Böhmer, Reg. Albr. 299.* *(P. deest.)*

Nos Gerhardus Dei gracia sancte Maguntine sedis archiepiscopus sacri imperii per Germaniam archicancellarius et nos Petrus Basiliensis, Eberwinus Wormaciensis et Sifridus[a] Curiensis ecclesiarum[b] episcopi necnon Ludwicus[c] de Ötingen, Burchardus[d] de Hohemberg[e], Eberhardus de Chatzenellembogen[f], Georius comes Irsutus et Rudolfus[g] 5 de Werdemberg[h] comites recognoscimus publice profitentes et ad cunctorum, quos oportunum nosce[i] fuerit, noticiam volumus pervenire, quod serenissimo domino nostro domino[b] Alberto Romanorum rege semper augusto anno Domini MCCC[k] Maguncie, feria quinta post octavam beatorum Petri et Pauli apostolorum in domo fratrum Predicatorum pro tribunali sedente, nobis ibidem presencialiter constitutis, spectabili viro Iohanni comiti 10 Haynnonie[l] communi procerum curie ac aliorum astancium dictante, approbante et concurrente sentencia comitatus Hollandie[m] et Selandie ac terra Frisie cum iuribus et pertinenciis eorundem abiudicati sentencialiter extiterunt ac adiudicati et adicti[n] dicto domino nostro regi et imperio sunt per sentenciam procerum et astancium predictorum. Et quia idem Iohannes comes, abiudicacione huiusmodi non obstante, de memoratis comi- 15 tatibus Hollandie[m] et Selandie terraque Frisie in rebellionis spiritu perseverans in prefati domini nostri regis et imperii iuris iniuriam se presumptuose et indebite intromittit, per eundem dominum nostrum regem, prefatorum procerum et astancium approbante et applaudente caterva, proscripcionis sentencia extitit innodatus. In premissorum testimonium evidens et cautelam sigilla nostra presentibus sunt appensa.

20 Dat. anno, loco et die prenotatis.

54. *COMPROMISSUM COMITIS HAYNONIAE. 1300. Aug. 17.*

Servatur in transsumto procerum infra nr. 55. Cf. promissiones comitis Haynoniae archiepiscopo Coloniensi factas apud Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 371 (Addit. I.) *(P. deest.)*

25 (1) Nos Iohannes comes Hannonie, Hollandie, Selandie ac dominus Frisie notum facimus universis presentibus protestantes, quod cum excellentissimus princeps dominus Albertus Romanorum rex semper augustus, dominus noster karissimus, comitatum Hollandie, Selandie ac dominium Frisie ad se imperiali iure et laudabili consuetudine dictorum comitatuum et dominii predicti dicat et dixerit pertinere, nosque econtrario 30 diximus et asseramus dictos comitatus et dominium cum ipsorum pertinentiis universis ad nos et heredes nostros iure hereditario et ex laudabili consuetudine in dictis comitatibus et dominio a tempore cuius non extat memoria observata legittime devolutos, cupientes dictis controversiis ob reverentiam et magnificentiam regalis potencie finem composicionis, pacis et tranquillitatis imponi, compromisimus super ipsis controversiis et 35 questionibus pro nobis, nostris adiutoribus et nobis adherentibus in quocumque loco commorentur de alto et basso pure et simpliciter in reverendos in Christo patres dominos Wicboldum Coloniensem archiepiscopum sacri imperii per Italiam archicancellarium, Petrum Basiliensem et Heinricum Constantiensem episcopos, illustrem principem Iohannem Brabantie, Lothoringie et Limburgensem ducem, spectabiles viros Theodericum Clevensem, 40 Lůvonem fratrem eius comites et honorabilem virum dominum Gwidonem thesaurarium ecclesie Leodiensis ac dominum Gotfridum de Brabantia dominum de Arschot et de Virsun tamquam in arbitros, arbitratores seu amicabiles compositores. Promittentes fide prestita corporali et interposito iuramento tenore presentium ad hoc nos obligantes nichilominus, quod quicquid prefati arbitri infra festum nativitatis beati Iohannis baptiste Iun. 24.

45 **53.** a) Syfridus *B.* b) *deest B.* c) Ludewicus *B.* d) Burcardus *C.* e) Hohenberch *B*; Hohemberch *C.* f) Katzenellenbogen *B.* g) Rudolphus *C.* h) Werdenberch *B*; Werdemberch *C.* i) *sic A—C.* k) millesimo trecentesimo *B.* l) Haynonie *B.* m) Holandie *B.* n) addicti *B.*

proximo futurum inter eundem dominum nostrum et regem, suos adiutores et sibi adherentes ex una parte, nos, nostros adiutores et nobis adherentes ex altera super controversiis et questionibus predictis concorditer et communiter omnes pronunciaverint, dixerint et ordinaverint, nos inviolabiliter servaturos. (2) Elegimus eciam et eligimus spontanea et de bona voluntate nostra in nos et contra nos, quod penam, 5 qualemcumque dicti arbitri super observatione pronunciati sui statuerint et ordinaverint, si contra eorundem arbitrorum pronunciatum veniremus quod absit in parte vel in toto, incidamus et incurramus ipso facto. (3) Est eciam actum, quod si predicti arbitri infra terminum prescriptum non concordaverint seu communiter omnes non pronunciaverint, extunc salvum sit cuilibet parti ius suum, ac si in ipsos arbitros non com- 10 promissum fuisset. Extunc eciam eorundem arbitrium expirabit. (4) Ad maiorem itaque securitatem, ut dicta compositio cum eodem domino nostro rege sic inita, Iun. 24. ut est dictum, infra ipsum festum nativitatis beati Iohannis baptiste eidem domino nostro regi, suis adiutoribus et sibi adherentibus, nobis, nostris adiutoribus et nobis adherentibus medio tempore inviolabiliter observetur, idem dominus noster rex nobis et 15 nostris amicis reverendos patres dominos Wieboldum Coloniensem archiepiscopum, Petrum Basiliensem episcopum predictos et spectabiles viros Theodericum Clevensem, Gerh(ardum) Iuliacensem comites ac nobilem virum Walramum dominum de Valkemburg et de Monyoge, nos vero eidem domino nostro regi et suis amicis magnificum principem dominum Iohannem Brabantie, Lothoringie et Limburgensem ducem et 20 dominum Gwidonem thesaurarium germanum nostrum, dominum Gotfridum de Brabantia de Arschot et de Virsun dominum predictos et nobilem virum Lůvonem de Cleuen comitem de Hilkerode constituit et constituimus fideiussores hinc et inde. Qui fideiussores fide prestita corporali promiserunt, quod si idem dominus noster rex, sui adiutores vel sibi adherentes, nos eciam, nostri adiutores vel nobis adherentes huiusmodi composicionem 25 medio tempore infringerent vel infringeremus quod absit, eandem resarcire, emendare et refundere tenebimur et tenebuntur. Et ad hoc faciendum, refundendum et emendandum dicti fideiussores remanebunt et erunt firmiter obligati.

In cuius rei testimonium presentes litteras sigillo nostro secreto, quia maioris nostri sigilli non habemus copiam ista vice, ex certa nostra scientia duximus roborandas. 30 Cui quidem sigillo nostro secreto fidem plenam et auctoritatem tamquam maiori sigillo nostro volumus adhiberi et ipsum consimilis auctoritatis et potestatis esse in premissis. Nos vero fideiussores predicti recognoscentes et protestantes nos pro observantia dicte compromissionis fide prestita obligasse et obligatos esse, ut est premissum, sigilla nostra apposuimus in testimonium huic scripto. 35

Datum apud Novimagium, feria quarta post assumpcionem beate Marie virginis, anno Domini millesimo trecentesimo.

55. *TESTIMONIUM PROCERUM DE COMPROMISSO COMITIS HAYNONIAE.* *1301. Iul. 11.*

Autographon hucusque ineditum tabularii Parisini 'carton J. 611 nr. 24' descripsi- 40 *mus. Pendent septem sigilla plus minusve laesa loris membranaceis*[1]. *V. etiam infra ad a. 1302. Aug. 21. Cf. Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 252. (P. deest.)*

Fridericus Argentinensis, Cunradus Eystetensis et Ulricus Seccoviensis Dei gratia ecclesiarum episcopi, Heinricus abbas ecclesie Fuldensis, Eberhardus de Katzenellembogen, Theobaldus de Phirreto comites et Rudolfus marchio de Hachberg universis 45 presentium inspectoribus noticiam subscriptorum.

1) *V. Knipping loco supra pag. 41 not. 2 citato pag. 68 nr. 8.*

Infrascriptas litteras non cancellatas, non abolitas nec in aliqua sui parte viciatas vidimus, audivimus et legimus de verbo ad verbum tenorem huius modi continentes:

'Nos Iohannes — trecentesimo'. *supra nr. 54.*

In cuius itaque nostre visionis, audicionis et lecture testimonium evidens hanc 5 litteram appensione sigillorum nostrorum duximus consignandam.

Datum in castris ante Bensheim, V. Idus Iulii, anno Domini millesimo trecentesimo primo.

56—58.
CONCORDIA CUM COMITE SABAUDIAE.

10 1299. Febr. 4.—Apr. 24.

56. 57. *SCRIPTA REGIS ET COMITIS. Febr. 4. 18.*

Litterarum regis A *autographon servatur Taurini in tabulario regio 'Diplomi Imperiali Mazzo 2 nr. 23' signatum, quod a. 1901. deteximus. Sigillum iam deest, loro membranaceo relicto. Repetimus editionem nostram 'Neues Archiv' XXVII, 718 nr. XVI 15 iam paratam, quam a. 1903. denuo ad autographum correximus.*

Chartae comitis B *autographon, quod superest in tabulario Vindobonensi, denuo contulit socius noster H. Hirsch. Sigillum desideratur, foraminibus relictis. Edidit iam olim Lichnowsky 'Geschichte des Hauses Habsburg' II (1837) pag. CCXCV nr. XIII. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 242. (P. deest.)*

20 **56.** *SCRIPTUM REGIS. Febr. 4.*
A.

1. Nos Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium, quos oportunum 25 nosse fuerit, tenore presencium noticiam publicam cupimus pervenire, quod nos omnia et singula dampna, que spectabilis vir Amedeus comes Sabaudie recolende memorie illustrissimo domino Rud(olfo) 30 Romanorum regi genitori nostro karissimo, adhuc in minoribus constituto necnon et Rud(olfo) fratri nostro nobisque tempore gwerrarum intulit per se et suos, et omnem rankorem et iram digne indignacionis, 35 quem et quam occasione eorundem dampnorum erga ipsum concepimus et habemus usque modo, sibi de solita benignitate regia indulgemus et simpliciter ex animo relaxamus, recolligentes ipsum in sinum 40 nostri favoris et gracie specialis. Retentis tamen et salvis nostris et imperii iuribus in bonis illis nostris et eiusdem imperii,

57. *CHARTA COMITIS. Febr. 18.*
B.

1. Nos Amedeus comes Sabaudie et in Ythalia marchio ad universorum et singulorum, quos oportunum nosse[a] fuerit, noticiam publicam volumus pervenire, quod nos omnia et singula dampna, que clare memorie dominus Rud(olfus) Romanorum rex et Rud(olfus) filius eius necnon serenissimus dominus Albertus nunc Romanorum rex per se et suos homines inclite recordacionis domino Petro et domino Ph(ilippo) quondam comitibus Sabaudie patruis nostris nobisque per se et suos homines guerrarum tempore intulerunt et tocius rancoris, dissensionis et actionis materiam, quam occasione eorumdem dampnorum erga ipsos habuimus usque modo, sibi corde remittimus et ex animo simpliciter relaxamus.

57. a) no *in rasura B.*

que idem comes habet et hactenus in sua habuit potestate.

2. Debet eciam dictus comes Paterniacum cum suis attinenciis nostre maiestatis[a] manibus assignare. Quo assignato nos duos viros ydoneos pro nobis tamquam arbitratores seu amicabiles compositores recipiemus et ipse comes pro se duos ydoneos recipiet vice versa, qui auctoritate nostra et ipsius super opidis Paterniaci et Moreti necnon et turri de Broya cum suis pertinenciis in nostra regali curia existendo amicabiliter nos mutuo complanent per viam iusticie vel amoris.

3. Promittimus insuper predicto comiti Amed(eo), quod memoratum opidum Paterniacum, castrum in Mureto et turrim de Broya sibi restituemus, si a nobis per iusticiam obtenta fuerint et evicta.

In cuius rei testimonium presentes litteras[b] conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Dat. in Wimpina, II. Non. Febr., indicione XII, anno Domini MCC nonagesimo nono, regni vero nostri anno primo.

2. Promittimus eciam bona fide, quod nos Paterniacum cum suis attinenciis assignabimus regie magestati. Quo assi[gnato i]dem[b] dominus rex duos viros ydoneos pro se tanquam arbitratores seu[c] amicabiles compositores recipiet et nos pro nobis recipiemus duos ydoneos vice versa, qui ipsius domini auctoritate et nostra super opidis Paterniaci et Mureti necnon et turri de Broya cum omnibus suis attinenciis in dicti domini regis curia existendo amicabiliter mutuo nos complanent per viam iusticie vel amoris.

3. Et prefatus dominus rex eadem opida et turrim predictam de Broya tenebit et habebit, quousque ab ipso per nos per iusticiam obtenta fuerint et evicta.

In cuius rei testimonium et evidenciam manifestam sigillum nostrum duximus presentibus apponendum.

Datum apud Montjay, XII. Kal. Marcii, anno a nat(ivitate)[d] Domini millesimo ducentesimo nonogesimo nono.

58. *CESSIO FEUDORUM. Apr. 24.*

Autographon tabularii Vindobonensis denuo contulit socius noster H. Hirsch. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. Edidit Liehnowsky l. c. pag. CCXCVII nr. XV.
(P. deest.)

Nos B(eatrix) filia inclite recordationis domini P(etri) de Sabbaudia comitis quondam, domina Fucigniaci notum facimus universis, quod cum feuda seu directa dominia castrorum de Hyrlens et de Arconcie pertineant et pertinere debeant ad nos tam iure successionis dicti patris nostri quam donationis nobis facte ab eodem, nos pro nobis et heredibus seu successoribus nostris damus, cedimus, solvimus et quittamus superillustri viro et magnifico domino nostro Alberto Romanorum regi semper augusto ad opus unius de filiis suis, quem magis voluerit, feuda et dominia castrorum predictorum et quicquid iuris habemus[a] et habere debemus in dictis castris et contra detentatores eorundem, nichil iuris nobis vel nostris aliquatenus retinentes. Mandantes et precipientes per has nostras patentes litteras omnibus detentatoribus, valvasoribus seu vasallis et aliis subditis dictorum castrorum, ut eidem domino regi et eius filio et heredibus eorundem exnunc respondeant, obediant et teneantur, prout nobis et patri nostro obedire et facere tenebantur, solventes ipsos penitus et quittantes de omni homagio, in quo nobis tenebantur, et omni alia servitute. Promittentes bona fide in contrarium non facere nec venire. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum.

Datum die Veneris post Pascha, anno Domini MCC nonagesimo nono.

56. a) maiestatib' *A.* b) l *corr. ex* p *A.*
57. b) *uncis inclusa iam abscissa sunt B.* c) *in rasura B.* d) no a nat. *in rasura B.*
58. a) *corr. ex* habere *or.*

59—63. SENTENTIAE AD IUS FEUDALE SPECTANTES.

1299. Febr. 20. — Oct. 19.

59. *SENTENTIA DE SUCCESSIONE MULIERUM IN BONIS FEUDALIBUS. Febr. 20.*

5 *Autographon deperiit. Itaque denuo contulimus Copiarium 'Churcöln B. 1' pag. 18 tabularii regii Dusseldorpiensis. Quem item adhibuit Kindlinger 'Sammlung merkwürdiger Nachrichten und Urkunden für die Geschichte Deutschlands. Erstes Heft' (Leipzig 1806) pag. 95, ubi 'ex copiario saec. XIV. ex. in archivo electorali Bonnensi tum temporis* 10 *adservato' sumpta esse dicitur. Quocum plane concordat transsumtum regis Ruperti a. 1401. Ian. 7. factum, quod iam olim exemplavit Wattenbach b. m., tunc, ut videtur, in tabulario Berolinensi servatum. — Böhmer, Reg. Albr. 141. (P. 471.)*

Nos Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium noticiam volumus pervenire, quod anno Domini MCCXCIX, 15 indictione XI, X. Kal. Marcii nobis apud opidum Pinguiense pro tribunali sedentibus, per venerabilem Wicboldum archiepiscopum Coloniensem principem nostrum carissimum sententialiter quesitum fuit: utrum filia in bonis feodalibus[a] iure hereditario suis parentibus succedere possit vel non. Quod ibidem per principum, nobilium, ministerialium et militum tunc nostro consistorio astancium sententiam extitit diffinitum: quod 20 nulla filia vel mulier possit in bonis feodalibus succedere, nisi de plenaria voluntate domini feodi et consensu. Nos itaque huiusmodi sententiam tamquam legitime diffinitam et a predictis principibus et nobilibus laudatam et approbatam auctoritate regia confirmamus. Dantes has nostras litteras nostre maiestatis sigillo sigillatas in dicte confirmacionis testimonium super eo.

25 Datum die, anno Domini, indictione superius annotatis, regni vero nostri anno primo.

60. *SENTENTIA DE BONIS FEUDALIBUS ABSQUE HEREDIBUS FEUDALIBUS RELICTIS. Aug. 5.*

Autographon item desideratur. Superest in transsumto officialis curiae Coloniensis a. 1299. Sept. 18. facto[1]*, quod servatur in eodem tabulario 'Churcöln nr. 391' signatum.* 30 *Sigillum deest. Nos ipsi contulimus.*

Cf. Homeyer 'System des Lehnrechts' (Sachsenspiegel II, 2) pag. 499. — Böhmer, Reg. Albr. 196. (P. 472.)

59. a) o *alia manu corr. ex* u *semper c.*

1) *Transsumti verba sunt haec:*

35 Universis presentes litteras visuris et audituris . . officialis curie Coloniensis salutem et cognoscere veritatem.

Noveritis nos litteras serenissimi domini Alberti Romanorum regis infrascriptas secreto sigillo suo sigillatas non abolitas, non cancellatas vidisse et legisse in hec verba:

'Nos Albertus — anno primo.'

40 In cuius rei testimonium sigillum officialit(atis) curie Coloniensis maius duximus presentibus litteris appendendum.

Datum anno Domini MCC nonagesimo nono, feria sexta post diem beati Lamberti.

Nos Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium noticiam publicam cupimus pervenire, quod anno Domini MCC nonagesimo nono, feria quarta ante festum beati Laurencii apud Fuldam nobis pro tribunali sedentibus quesitum et propositum fuit in sentencia a venerabili Wicboldo Coloniensi archiepiscopo principe nostro karissimo coram maiestate nostra tamquam in 5 figura iudicii constituto: si quis tenens feoda a domino aliquo moriatur absque heredibus illis, qui vulgo dicuntur leinenherben, et dominus feodorum ipsa feoda sibi attrahit et ea per annum unum et diem sicut sua propria possidet pacifice et quiete, et extunc venit aliquis dicens, se in dictis feodis ius habere, et impetit dominum feodorum super ipsis, utrum ipso domino feodorum huiusmodi possessio anni et diei debeat 10 suffragari. Ad questionem sic propositam per . . principes, . . comites . . aliosque nobiles taliter est responsum et communi dictante et approbante ipsorum sentencia est optentum: quod dicto domino feodorum dicta possessio suffragatur et impetenti ipsum nulla omnino actio in posterum competit in eisdem. Presencium testimonio litterarum. Sigillo nostro secreto [a] propter nostri cancellarii absenciam utimur ista vice [1]. 15

Datum anno, die et loco predictis, indictione XII. regni nostri anno primo.

61. *INNOVATIO SENTENTIAE DE DONATIONE FEUDORUM ECCLESIASTICORUM. Aug. 25.*

Autographon, quod superest in eodem tabulario 'Stift Essen nr. 111' contulimus. Sigillum secretum rubei coloris fere illaesum pendet loro membranaceo. In varia lectione 20 *pauca notavimus ex cod. Trevirensi* T *nr. 407, de quo v. supra tom. III. ad nr. 14—16, cui formula huius innovationis inserta est. Cf. Bodmann loco supra citato pag. 341 nr. 9.*

Sententiam regis Adolfi hic innovatam, a. 1297. Oct. 13. prolatam v. supra tom. III, 546 nr. 585. Cf. etiam nr. 62 et Homeyer l. c. pag. 439. 453. — Böhmer, Reg. Albr. 201. (cf. P. 466 lin. 13.) 25

Nos Albertus [a] dei gratia Romanorum rex semper augustus [a] presentibus recognoscimus et ad universorum sacri Romani imperii fidelium notitiam volumus pervenire, quod nos litteras serenissimi domini Adolfi Romanorum regis predecessoris nostri vidimus et legi fecimus, tenorem huiusmodi sine suspitione aliqua continentes:

'Nos Adolfus — anno sexto.' *supra tom. III, 546 nr. 585.* 30

Nos sententiam predictam, sicut rite, iuste et provide lata est, ratam et gratam habentes, ipsam auctoritate regia innovamus, approbamus, confirmamus [b] ac presentis scripti patrocinio communimus. In huius igitur innovationis, approbationis et confirmationis nostre testimonium presentes litteras sigillo [c] nostro secreto propter maioris absentiam [c] iussimus communiri. 35

Datum [d] in Meingen, VIII. Kalen. Septembris, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, indiccione XII, regni vero nostri anno secundo.

62. *SENTENTIA ALTERA DE EODEM. Oct. 19.*

Autographon eiusdem tabularii 'Stift Essen nr. 112' denuo contulimus. Sigillum laesum pendet loro membranaceo. Cf. supra nr. 61 et Homeyer l. c. pag. 439. 453. — 40 *Böhmer, Reg. Albr. 226. (P. 473.)*

60. a) secreti *tr.*

61. a) *loco* Albertus — augustus *T:* etc. b) conf., innov., approb. *T.* c) *loco* sigillo — absentiam *T:* scribi et maiestatis nostre sigillo. d) *eschatocollon in T:* Dat.

1) *Cf. nr. 61 et Böhmer, Reg. Albr. 195, 204, 615 (Addit. I), itemque ea quae notavimus ad nr. 72—75.* 45

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus ad quos presentes pervenerint gratiam suam et omne bonum.

Noveritis, quod anno Domini millesimo nonagesimo nono, in crastino beati Lucie ewangeliste, nobis Pingwie pro tribunali sedentibus, ex parte venerabilis Beatricis 5 Assindensis ecclesie abbatisse principis nostre dilecte in figura iudicii fuit per sentenciam quesitum coram nobis: si aliquis vir vel mulier, tenens bona feodalia ab aliqua ecclesia et non habens heredes descendentes a se nec eciam collaterales infra secundum vel tercium consanguinitatis gradum sibi coniunctos, utrum vir vel mulier talis sano corpore donacione inter vivos vel in lecto egritudinis in suo testamento possit talia bona donare 10 et legare ipsi ecclesie, a qua eadem bona tenet. Ad questionem sic propositam per comites, barones, nobiles et fideles nostros tunc nostro consistorio assistentes in hunc modum fuit et est responsum et communi dictante et approbante ipsorum sentencia est obtentum: quod ex quo talis vir vel mulier decederet sine heredibus descendentibus, communi iure, etiamsi donacio vel legacio nulla interveniret, ipsa bona, que tenuit ab 15 ecclesia, vacant ipsi ecclesie et non alii, et quod multo forcius possit sive sano corpore sive in lecto egritudinis per ordinationem testamenti sui illa bona ecclesie sue, a qua ea tenuit, legare et in manus eiusdem ecclesie sine contradiccione aliqua reportare. Quam quidem sentenciam sic ab omnibus inibi nobis astantibus, ut dictum est, tamquam iustam laudatam et approbatam, auctoritate regia presentibus confirmamus. Dantes has 20 nostras litteras nostre maiestatis sigillo sigillatas in testimonium super eo.

Datum Pingwie, anno Domini et die predictis, indictione XIII, regni vero nostri anno secundo.

63. *SENTENTIA SUPER REMISSIONE FEUDORUM.*

Subiungere liceat sententiae formam, quae signo chronologico caret. Servata est 25 *in cod. Erlangensi* E *fol. 161' nr. 310, de quo v. supra tom. III. ad nr. 14—16, ubi rubrum* Sentencia. *Edidit Stobbe l. c. pag. 375 nr. 310.* *(P. deest.)*

Nos Albertus etc. ad universorum etc., quod nobilibus viris talibus coram nobis die tali in loco tali pro tribunali sedentibus personaliter constitutis, nostrorum et imperii nobilium concordi dictante sentencia extitit diffinitum, ut super villa . . et curia cum 30 eorundem hominibus, bonis, iuribus et pertinenciis universis, in quibus utraque parcium a Maguntina ecclesia sibi ius contendit competere tytulo feodali, [ipsos . .][a] ad venerabilem . . archiepiscopum Maguntinum archicancellarium et principem imperii tamquam ad feodi dominum remittere deberemus. Nos igitur auditis hinc inde propositis et petitis, ipsos . . nobilium imperii communicato consilio ad dictum archiepiscopum remittimus per pre- 35 sentes, ab ipso tamquam a domino feodi super premissis, quod iuris ordo et pares ipsius curie dictaverint, recepturos. Presencium testimonio litterarum nostri sigilli caractere [munitarum][a].

Dat. die et loco predictis, anno Domini[b].

63. a) *deest E.* b) *cetera desiderantur E.*

64. MANDATUM DE CIVIBUS A IUDICE CURIAE NON IUDICANDIS.

1299. Febr. 24. 26.

Exemplar Wormatiense W *editum est 'Urkundenbuch der Stadt Worms' I, 323 nr. 488 secundum autographon tabularii eiusdem civitatis. Pendet sigillum fere illaesum filis sericis rubei coloris. Nos editionem illam repetimus, collato exemplari Spirensi* S *ad editionem, quam olim paravit Lehman 'Chronica der freyen Reichs-Stadt Speyr' (1612) pag. 711 (l. VII c. II.).*

Quae concordant cum Mandato regis Rudolfi a. 1285. Iun. 26. supra tom. III, 348 nr. 364 (W), *ea typis minoribus expressa sunt. — Böhmer, Reg. Albr. 144. 146.*

(P. deest.)

Nos Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum tam presentium quam futurorum noticiam volumus pervenire, quod nos ob fidem impermutabilem et preclare devotionis memorandam constantiam ad instar inclite recordationis domini Rudolfi Romanorum regis genitoris nostri karissimi prudentum virorum . . [a] civium Wormaciensium [b], quibus nos et imperium sunt iugibus obsequiis prosecuti, nobili viro . . [a] iudici curie nostre inhibuimus et presentibus inhibemus, quod de eisdem civibus Wormaciensibus [c] nulli iudicet conquerenti, sed volentes de eisdem civibus vel eorum aliquo querelari ad nos eosdem dictus iudex debet transmittere et nos eos ad civitatem Wormaciensem [d] remittemus amore vel iusticia complanandos. Quod si ibidem factum non fuerit, nos utrique parti exhibebimus [e] iusticie complementum. Dantes eis has nostras litteras in testimonium super eo.

Datum apud Wormaciam [f], VI. [g] Kalendas Martii, indictione duodecima, anno Domini MCC nonagesimo nono, regni vero nostri anno primo.

---

65. MANDATUM DE IUDICIO TERRAE SUPRA ANASUM.

1299. Mart. 23.

Denuo accuratissime descripsimus tabularii Vindobonensis autographon hic illic corrosum. Sigilli fragmentum pendet loro membranaceo. Ediderunt etiam Schwind-Dopsch 'Ausgewählte Urkunden' pag. 157 nr. 79. — Böhmer, Reg. Albr. 162. *(P. deest.)*

Wir Albrecht von Gotes genaden Romischer chunich und ze allen zeiten merer des riches tun chunt allen den, di disen brief ansehnt oder heornt lesn, daz wir von den eltisten und den weisisten wissentlich ervarn haben unsers gerihtes reht ob der Ens. Di habent daz gesagt ouf ir triwe:

(1) Daz dehain unders gerihte niht heohers wandel hat danne sehs schilling.

(2) Ez sol ouch dehain chleoster noch din[st]man [a] umb dehain sein altes aigen vor [nie]man [a] ze reht sten, danne vor dem landesherren oder vor sinem rihter, ez

64. a) . . *deest S.* b) Spirensium *S.* c) Spirensibus *S.* d) Spirensem *S.* e) exhibere tenebimur *S.* f) in Spira *S.* g) quarto *S.*

65. a) *uncis inclusa corrosa sunt or.*

sei danne daz ein chleoster in dem lande ein guet chouffet, daz e daz under ge[rihtte][a] geduldet hab ze reht, daz sol man ouch furbaz nach dem chouffe in dem selben gerihtte verant[wurten][a].

(3) Swaz aber grafen, vreyn oder dinstman ouf chleoster gebnt, da sol nieman hin 5 rihten, dan[ne der][a] lantrihter, dem daz lantgerihtte bevolhen ist von dem landesherren.

(4) Ez sol ouch der selb ober[rihter][a] totsleg, notnunft, gewalt und swaz an den tot gat rihten, als ez fur in chumt.

Und da[rumbe weil][b] uns daz mit gantzer gewishait fur gegebn ist, wellen wir und gebieten von unserm chun[ichlihen][a] gewalt, daz unser furst der hertzog von 10 Osterrich di selben reht umb sein lantgerihtte behalte [und di][a] haizze behalten, als si hie vor geschriben sint. Und daruber daz daz stet und unzerbrochn bel[eib, gebn][a] wir disen brief versigelt mit unserm chunichlichem insigel.

Der brief ist gegebn ze Zurich, [an][a] dem mentag vor Mittervasten, do von Gotes geburt waren tousent jar zway hundert jar [in][a] dem niun und neuntzkisten jar, in dem 15 ersten jar unsers riches.

---

66. 67.
MANDATUM DE SECURO CONDUCTU.
1299. Mart. 26. Mai. 10.

66. *MANDATUM REGIS. Mart. 26.*

20 *Servatur in mandato episcopi Basiliensis infra nr. 67.* *(P. deest.)*

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus venerabilibus . . Basiliensi episcopo et Morbacensi abbati ac illustri Frederico duci Lothoringie principibus suis necnon et Theobaldo de Lothoringia viro spectabili ac nobilibus viris Heinrico[a] Barrensi, Theobaldo Phirretensi et Hermano de Homberg comitibus aliisque presentes litteras 25 inspecturis, dilectis suis fidelibus, gratiam suam et omne bonum.

Ad universitatis vestre notitiam deducimus per presentes, quod in curia nostra solenni nuper apud Nuremberg celebrata pro observatione et conservatione pacis generalis de consensu unanimi et convenientia principum nostrorum et imperii ordinatum extitit et statutum, quod mercatoribus cum suis mercaturis et aliis hominibus cum suis 30 rebus per vestros districtus seu terminos transeuntibus soluto tholoneo et pedagio debito et consueto in locis vestris debitis et consuetis de securo conductu in[b] vestris[c] districtibus et terminis[b] debeatis taliter providere, quod ipsi eodem securo conductu vestro plene gaudeant ac [in][d] eisdem vestris districtibus et terminis aliquid non amittant. Alioquin auctoritate predicti statuti et pacis generalis ipsis ad restitutionem ablatorum tenemini 35 et omnia damna illata et deperdita integraliter et absque diminutione qualibet resarcire. Presentium testimonio litterarum.

Dat. in Luceria, sexto Kall. Aprilis, indictione duodecima, anno Domini MCCLXXXXVIIII, regni vero nostri anno primo.

65. a) *uncis inclusa corrosa sunt or.* b) *lacuna novem litterarum or.*

40 66. a) Hoinr. *tr.* b) in — ter *in loco raso tr.* c) vris *tr.* d) *deest tr.*

67. *MANDATUM EPISCOPI BASILIENSIS.* *Mai. 10.*

Superest in solo transsumto a. 1299. Iul. 2. Mediolani facto tabularii camerae commercii Mediolanensis. Denuo contulimus nos ipsi. Publici iuris iam fecit, sed minus accurate A. Schulte 'Geschichte des mittelalterlichen Handels' II, 1 nr. 1. Sigillum transsumti iam desideratur, lori membranacei parte relicta. In dorso legitur: privilegium domini . . episcopi Basiliensis. *(P. deest.)*

Petrus Dei gratia Basiliensis episcopus ac regni Boemie cancellarius universis nobilibus, offitiatis, fidelibus ac aliis cuiuscunque status vel conditionis exista[n]t [a] per districtus nostri terminos constitutis salutem et regalis magnificentie statutis ac mandatis nostris firmiter obedire.

Litteras sacre sanctionis serenissime maiestatis magnifici et illustris domini nostri Alberti Romanorum regis semper augusti recepimus in hec verba:

'Albertus Dei gratia — anno primo'. *supra nr. 66.*

Volentes igitur a nobis et nostris cuiuscunque status seu conditionis hominibus regie maiestatis imperium et statutum illesum et incontactum semper inviolabiliter observari et perversorum malitiam penis debitis refrenari, iuxta predictarum litterarum continentiam omnes mercatores cuiuscumque regionis aut patrie per nostros terminos et districtus transeuntes et redeuntes in nostram protectionem et conductum nostrum recepimus in rebus ipsorum quibuslibet et personis. Mandantes vobis singulis et universis, ne quis ausu temerario regale statutum et penam, quam nos malefactoribus huiusmodi infringere [b] possumus et debemus, vilipendens dictos mercatores contra predictarum litterarum [c] regalium et nostrarum continentiam in rebus aut personis presumat aliquatenus invadere vel molestare, sicut regie maiestati[s] [d] gladium temporalem et nostram voluerit effugere ultionem. In cuius rei testimonium presentes litteras sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Dat. in Hagnoya, anno Domini MCCLXXXXVIIII, sexto Idus Maii.

---

68. INFEUDATIO ABBATIS.

1299. Apr. 1.

Autographon tabularii abbatiae Einsiedeln iam olim exemplavit b. m. Iaffé. Sigillum deest, loro membranaceo relicto. Cf. supra tom. III, 637 nr. 648. — Böhmer, Reg. Albr. 161. *(P. deest.)*

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Ad universitatis vestre noticiam cupimus pervenire tenore presentium publice profitendo, quod nos venerabili Iohanni abbati monasterii Heremitarum principi nostro dilecto regalia feoda principatus, quem obtinet per ceptrum regium, adhibitis aliis sollempnitatibus debitis et consuetis liberaliter et libenter concessimus et ipsum presentialiter investivimus de eisdem. Propter quod universis ministerialibus, fasallis et hominibus predicti abbatis damus presentibus firmiter in mandatis, quatinus ipsi tanquam suo domino et nostro principi intendant humiliter et pareant in omnibus reverenter. In cuius rei testimonium presens scriptum exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum apud Constanciam, Kalen. Aprilis, indictione XII, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, regni vero nostri anno primo.

67. a) existat *tr.* b) *sic tr.; an legendum* infligere. c) littera *in loco raso tr.* d) maiestati *tr.*

69. INNOVATIO COMMISSIONIS TERRAE FRISIAE.

1299. Apr. 25.

Autographon tabularii secreti domus regiae Bawaricae descripsit Herm. Herre. 5 *Pendet sigillum fere illaesum filis sericis rubei coloris. Innovatur commissio Rudolfina a. 1290. Iul. 29. data supra tom. III, 422 nr. 435 ad autographum* 1. *Cf. l. c. pag. 423 nr. 436. 437. Eodem die latam sententiam v. supra nr. 48.* *(P. deest.)*

Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

10 Ad universitatis vestre noticiam tenore presentium cupimus pervenire, quod nos litteras inclite recordationis quondam domini Rudolfi regis Romanorum illustris genitoris nostri karissimi spectabili viro Reynaldo comiti Gelrie traditas vidimus in hec verba:

'Rudolfus Dei gracia — septimo decimo'. *supra tom. III, 422 nr. 435.*

Nos vero predictam commissionem ratam et gratam habentes eam, prout de verbo 15 ad verbum superius est expressa, de benignitate regia confirmamus. In cuius rei testimonium presens scriptum exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum apud Bopardiam, VII. Kal. Maii, indictione duodecima, anno Domini MCC nonagesimo nono, regni vero nostri anno primo.

---

20 70. INFEUDATIO DUCUM KARINTHIAE.

1299. Mai. 19.

Autographon tabularii Vindobonensis hucusque ineditum benivolenter descripsit H. Hirsch socius noster. Pendet sigillum laesum filis sericis rubei coloris. — Böhmer, Reg. Albr. 614 (Addit. I.). *(P. deest.)*

25 Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus imperpetuum.

Dum sacri imperii principum, per quos idem imperium tanquam bases egregias sustentatur, in hiis que pertinent ad regiam maiestatem peticiones et vota pii favoris applausu complectimur, regalis excellencie decus attolimus et eosdem principes ad 30 devocionem imperii fervencius excitamus. Noverint igitur presentis etatis homines et future, quod nos pure fidei ac preclara devocionis insignia, quibus illustres Otto, Ludwicus et Heinricus duces Karinthie, comites Tyrolis et Goricie, Aquilegensis, Tridentinensis et Brixinensis ecclesiarum advocati principes et sororii nostri karissimi nos et Romanum imperium venerantur, claro nostre mentis intuitu limpidius intuentes, ipsos de ducatu 35 Karinthie et quemlibet eorum in solidum, de quo clare recordacionis dominus Rudolfus Romanorum rex predecessor et genitor noster karissimus recolende memorie quondam Meinhardum ducem Karinthie patrem ipsorum similiter investivit[1], cum omnibus suis

1) *Supra tom. III, 356 nr. 375.*

iuribus, iurisdiccionibus, possessionibus et pertinenciis quibuscumque et generaliter de omnibus feodis et bonis feodalibus, que iidem duces et comites habere, tenere et possidere a nobis et imperio dinoscuntur, ceptro nostro regio investivimus, adhibitis sollempnitatibus debitis et consuetis. In cuius rei evidens testimonium et memoriam sempiternam presens scriptum exinde conscribi et sigillo maiestatis nostre regie iussimus 5 communiri.

Act. et dat. Spire, XIIII. Kalen. Iunii, XII. indiccione, anno Domini MCC nonagesimo nono, regni vero nostri anno primo.

---

71. INFEUDATIO DE BONIS VACANTIBUS.

1299. Iul. 23.

Autographon tabularii Confluentini denuo benivolenter contulit vir d. Paulus Richter. 10 *Pendet sigillum valde laesum loro membranaceo. — Böhmer, Reg. Albr. 194. (P. deest.)*

Wir Albrecht, de von Godis genadin ein Romisch kuninc ist unt ein merere dis richis, kundin unde virjen allen die disin brief sehent oder horent lesen, daz wir dem edelin man Robin von Koverin unsen unt des richis holdin unde getruen lien unde han gelien unde sinin erbin zu rechteme lene von des richis wegen daz dorf zů Poliche unt 15 daz gerechte uf dem Meinevelde unde svaz dar zů horit, wan wir daz recht han von des richis wegin, daz wir alle gůt virlien mogin, die nieman underdenich noch dinisthaft sint. Unde dar umme want daz dorf ane rechtin herin her kůmin ist, so hain wir dem vorgenantin Robin unde sinen erbin daz vor gescribene dorf gelien zů rechteme lene von deme rechte, daz [wir][a] von richis wegin han, einis iclichin rechtis unverzigin, de 20 recht drane hait. Unde zů eime wizzinthaftin urkunde gebin wir ime unt sinin erbin disin brif besigilt bit unseme kuninclichin ingesigile.

Unt der brief wart [gebin][a] na Godis geburte zvolfhundirt jair unde nune unt nunzich jair, des anderin dagis na sente Marien Magdalenen dage.

72—94. TRACTATUS FOEDERIS NUPTIALIS CUM REGE FRANCIAE. 25

1299. Aug. — 1300. post Iul. 7.

Documenta annorum 1299—1300. ad matrimonium inter filium Alberti regis et filiam regis Philippi incundum spectantia, quae supersunt omnia hic coniunctim proponere liceat. Exceptis nr. 74 P et 75 sunt exemplaria regis Alberti regi Franciae 30 *tradita, hodie Parisiis asservata. Tractatuum variorum, qui nostros praecedunt, acta servata non sunt; de quibus rebus potius conferas Henneberg 'Die politischen Beziehungen zwischen Deutschland und Frankreich unter König Albrecht I' (1891) pag. 5 sqq. et supra tom. III, 626 nr. 642. Sed hic in adnotatione ponere liceat ex Formulario regis Alberti, de quo v. supra ad nr. 5, procuratorium Alberti ducis ante 1298. Iun. 23 datum,* 35

71. a) *deest or.*

itemque litteras congratulatorias regis Philippi circa m. Aug.— Sept. 1298. scriptas[1]. *Cf. etiam in Inventario infra nr. 91 edendo notitiam quorundam documentorum nunc deperditorum.*

1) *Ex Formulario Alberti regis sub nr. 68 (= Chmel l. c. pag. 277 nr. 40). Est ibi rubrum:* Procuratorium ad regem Franci[e] pro contractu connubii. *Negligentissime scriptum est. Denuo contulit socius noster H. Hirsch.*

[N]os Albertus Dei [gratia][a] dux Austrie etc. presentibus profitentes scire cupimus quibus expedit universos, quod cum nos amiciciam sinceram et stabilem per indissolubile vinculum parentele cum domo magnifica excellentis domini Philippi regis Francie contrahere cupiamus, constituimus, ordinamus et facimus virum spectabilem Al. comitem de Hohenburch avunculum nostrum, Eberhardum de Walse nobilem consaguineum nostrum et strenuos milites Hainricum Laubenberch etc. nostros fideles, exhibitores presencium, de quorum industria et circumspectione presumimus, in ipso negocio procuratores nostros et nuncios[b] speciales. Dantes et concedentes[c] eisdem auctoritatem plenariam inter unam sororum dicti domini regis Francie et inclitum Rudolfum primogenitum nostrum karissimum sponsalia ordinandi, statuendi, firmandi matrimonium, dotalicium seu donacionem propter nuptias nominandi, promittendi in animam nostram iurandi et omnia alia et singula faciendi, que ad consumacionem eiusdem matrimonii secundum datam sibi discretionem a Domino viderint expedire, que legitimi procuratores facere possunt et debent, eciamsi mandatum exigant speciale, et que nos ipsi, si interessemus personaliter, faceremus aut facere deberemus. Ratum et gratum perpetue habituri, quicquid idem procuratores et nuncii nostri statuerint, ordinaverint, firmaverint, promiserint et fecerint in premissis et consequentibus ad premissa. Quod[si] hiis exequendis omnes interesse non poterint, duo ex eis qui presentes fuerint ea nichilominus exsequantur. In cuius rei testimonium etc.

Ex eodem Formulario sub nr. 67 (= Chmel l. c. pag. 276 nr. 39). Rubrum: De congratulacione Philippi regis Francie de optenta victoria. *Negligenter scriptum est. Item contulit Hirsch.*

[S]erenissimo principi Alb[erto] Dei gracia Romanorum [regi][a] illustri et semper augusto amico karissimo Ph[ilippus] eadem gracia Franc(ie) rex salutem cum honoribus et felicibus incrementis.

Iocundi rumores, quos de festivo vestre promocionis eventu ad regie fastigia dignitatis nuper ad nos relatio fidedigna [pertulit][a], inmense cordi nostro leticie iubilum attulerunt. Set ex eo precipue quod votiva ipsius promocionis auspicia, exercituum Domini dextera vestros dirigens sua virtute processus, tam victoriosi triumphi gloria decoravit, materia nobis gaudii et exultacionis accrevit, sicut per alias nostras statim eisdem intellectis rumoribus destinatas litteras magnificencie vestre perfectius curavimus intimare[1]. Quod autem nos, de vestrorum ubilibet p[ro]speritate successuum ex pura qua vos ab[d] olim dilectione complectimus avidos auditores, de tam placidis letisque rumoribus reddidistis[e] per speciales nuncium et litteras cerciores, gratum gerentes admodum et acceptum et exinde vobis graciarum plenitudinem referentes, eosdem nuncium et litteras sincera mentis affectione recepimus et tam intimata per eas quam relata per illum diligenter intelleximus, et libenter ad ea, que circa tractatum de contrahendo inter vestram nostramque domum mutuo federe unitatis iam pridem habitum eedem littere continebant dictique nuncii solicitudo subiunxit, breviter respondentes, quod nos votis vestris in hac parte pari[f] concurrentes affectu ad tractatus eiusdem prosecucionem finalem nostros cum plenis et sufficientibus mandatis nuncios apud Novum Castrum die XV. instantis mensis Septembri[s] futuros ibidem infallibiliter transmittemus[g]. Ad preces equidem, quas nuncius ipse super liberacione nobilis viri filii comitis Gillburchensis ex parte vestra porrexit, sibi pro eo non duximus respondendum, quod de hoc in prefatis litteris nulla prorsus mentio haberetur, nec specialis sibi super certis articulis commissa credencia per easdem se ad hoc quomodolibet extendebat. Si vero liberacio ipsa insideat cordi vestro, id nobis expressius intimetur, qui vestris in hiis ut[a] in aliis parati sumus affectibus conplacere. Datum etc.

Sept. 15.

a) *deest c.* b) nunce. *semper c.* c) concedimus *c.* d) *supra lineam c.* e) *praecedit* credidistis *deletum c.* f) pari *c.* g) transmittentes *c.*

1) *Servatae non sunt.*

Documenta, quae in tabulario Parisino exstant, iam olim exemplavit Waitz. Quae omnia nos ipsi denuo accuratissime contulimus, nonnulla addendo vel corrigendo.

72—75. *PRAELOCUTIO TRACTATUUM. 1299. Aug.*

Praelocutio tractatuum Parisiis et post Novi Castri in Lotharingia habita est. Cf. Henneberg l. c. pag. 32 sq. Qua finita documenta sequentia a cancellario Alberti regis 5 *sigillo maiestatis sigillata sunt, qui sigillum secum duxerat. Cf. supra pag. 48 not. 1.*

72. *LITTERAE SUPER COMPROMISSO.*

Servantur in tabulario Parisino 'carton J. 610 nr. 18'. In cancellaria regis Franciae scriptae sunt. Pendet sigillum fere illaesum loro membranaceo. In verso leguntur: Antiqua littera super compromisso. *Edidit Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 188* 10 *nr. 269. — Böhmer, Reg. Albr. 202.* *(P. deest.)*

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis presentes litteras inspecturis salutem.

Notum facimus, quod nos ad evitandam cuiuslibet dissensionis materiam et mutue caritatis amiciciam solidius nutriendam inter nos et inclitum principem Ph(ilippum) Dei 15 gratia regem Franc(orum) illustrem, amicum nostrum carissimum volumus, concordamus et consentimus bona fide, quod ad inquirendum et cognoscendum de questionibus, controversiis et dissensionibus mutuis excepta Burgundia motis vel que moveri potuissent temporibus retroactis inter nos et eundem Franc(orum) regem vel nostros et ipsius predecessores quoscunque occasione vel pretextu occupacionum vel supprisiarum 20 aut usurpacionum quarumlibet, que de imperii et regni Franc(ie) iuribus facte dicuntur utrinque, quatuor vel sex persone, tot videlicet ab una parte quot ab alia, per nos et dictum Franc(orum) regem concorditer eligantur. Que inquisita plenius veritate et corporali ab eis prestito iuramento infra triennium continuum a tempore compromissi vallati computandum de alto et de basso, summarie et de plano cognoscant, declarent, 25 ordinent, statuant et disponant, prout eis secundum Deum et iusticiam visum fuerit expedire. Quod si forsan persone predicte vel maior pars earum in eandem non possent sentenciam convenire, quintam si quatuor vel septimam si sex fuerint electe persone, secum poterunt advocare. Ita quod quicquid per predictas personas, si concordes fuerint aut per maiorem partem earum aut per duas cum quinto communi et medio, 30 si quatuor, vel per tres cum septimo communi et medio, si sex fuerint assumpte persone, sentencialiter fuerit diffinitum, robur obtineat firmitatis, tam a nobis quam a dicto Franc(orum) rege ac nostris et eiusdem heredibus et successoribus perpetuo et inviolabiliter observetur. Huiusmodi siquidem pendente arbitrio, nos vel idem Franc(orum) rex aut alius pro nobis vel ipso preiudicialem non faciemus aliquatenus novitatem. Si 35 vero infra predictum terminum huiusmodi non esset negocium terminatum, utrique nostrum iura nostra in omnibus et per omnia in eo statu salva debent et integra remanere, in quo ea esse constiterit tempore compromissi vallati, eademque iura prosequi potuerimus, ubi et quando, viis et modis, quibus nobis expediens visum erit. In cuius rei testimonium presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. 40

Actum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, mense Augusti.

73. *LITTERAE SUPER PRIMO MATRIMONIO.*

Servantur ibidem 'carton J. 610 nr. 22'. Item in cancellaria regis Franciae exaratae sunt. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. In verso leguntur: littera[a]

73. a) *corr. eadem manu supra* due littere una antiqua et alia nova *deleta.* 45

super matrimonio. *Servatur forma huius documenti in Formulario regis Alberti, de quo v. supra ad nr. 5, sub nr. 69, ubi rubrum:* De connubio ducis Rudolfi filii regis Alberti Romanorum; *Chmel l. c. pag. 278 nr. 41. — Böhmer, Reg. Albr. 204.*

(P. deest.)

5 Albertus Dei gratia rex Romanorum et semper augustus universis presentes litteras inspecturis salutem.

(1) Notum facimus, quod nos affectantes, ut confederationis affinitas et amicicie fructuose contractus inter nos et serenissimum principem Philippum Dei gratia regem Franc(orum) illustrem amicum nostrum carissimum eo ferventius roboretur et vigeat stabilius-
10 que perduret, quo matrimoniali federe concurrente melioribus firmatus auspiciis nexuque constrictus fuerit fortiori, voluimus, concordavimus, consensimus, promisimus, volumus, concordamus, consentimus et promittimus, quod ratione contrahendi matrimonii inter carissimum primogenitum nostrum Radulphum ducem Austrie et nobilem dominam Blancham sororem dicti regis Franc(orum) eidem primogenito nostro et heredibus suis
15 ab eo descendentibus ducatus[a] Austrie et Stirie necnon dominia Carniole, Marchie ac Portus Naonis cum omnibus aliis iuribus et pertinentiis ducatus[a] et dominiorum predictorum ac omnibus emolumentis, rebus et iuribus quibuscumque intra vel extra ducatum constitutis eumdem, que cum ipso ducatu ad duces Austrie solent hactenus devenire vel quomodolibet pertinere, perpetuo et hereditarie remanebunt. (2) Ac nichilominus
20 dedimus et concessimus, damus et concedimus et exnunc assignamus et assidemus predicte sorori [in][b] dotalicium seu donationem propter nuptias comitatum Alsatie et terram de Fribourc Lausan. dioc. cum omnibus iuribus et pertinentiis suis. Quorum comitatus et terre, qui prefato duci perpetuo et hereditarie remanebunt, nobilium homagia et fidelitates ac universitatum et incolarum villarum insignium iuramenta faciemus prestari statim
25 post contractum matrimonium procuratori dicte Blanche sororis dicti regis pro ea solempniter stipulanti, quod eidem sorori, si prefato duci forsitan supervivat, tanquam fideles vassalli et subditi domine sue quoad vixerit[c] obedient et intendent[1]. (3) Ac secundogenitum aliosque minores liberos nostros renunciare faciemus penitus et expresse cum auctoritate et decreto nostro ac electorum principum et baronum
30 regni Alemannie et alia quavis auctoritate, forma et modo, de quibus dicto regi Franc(orum) pro plena securitate expediens visum erit, omni iuri sibi competenti vel competituro in ducatu, comitatu, terra, iuribus et pertinentiis supradictis[2]. (4) Ac de premissis omnibus et singulis tenendis firmiter et fideliter adimplendis dabimus prefato regi Franc(orum) idoneas cautiones et securitates, que ipsi regi Franc(orum) in hac
35 parte utiles vel necessarie videbuntur. (5) Et premissa omnia idem Franc(orum) rex per sedem apostolicam faciet confirmari, si sibi viderit expedire. (6) Salvo tamen secundogenito et aliis minoribus liberis nostris iure sibi competenti vel competituro in omnibus et singulis supradictis, si dictum ducem decedere forte contigeret sine liberis procreatis ex eo et sorore predicta. (7) Dotalicium vero pretactum nos de redditibus et terris
40 comitatuum de Quibourc et de Ausebourc[d] et pertinenciarum ipsorum sic sufficienter et plene supplere et augmentare tenemur, quod dictus Franc(orum) rex exinde merito contentetur. Summa vero dotis dande predicto duci in voluntate et arbitrio dicti regis Franc(orum) residebit. In cuius rei testimonium presentibus nostrum fecimus apponi sigillum.

45 Actum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, mense Augusti.

73. a) us *in rasura or.* b) *deest or.* c) t *in rasura or.* d) *sic pro* Auesbourc *or.*

1) *Cf. infra nr. 92. 93.* 2) *Cf. infra nr. 90.*

74. LITTERAE SUPER SECUNDO MATRIMONIO.

Servatur A *exemplar Alberti regis ibidem 'carton J. 610 nr. 20'. Item in cancellaria regis Franciae scriptum est. Pendet sigillum parum laesum loro membranaceo. Edidit Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 189 nr. 270.*

P *autographon exemplaris regis Philippi superest Pisis in tabulario capituli maioris ecclesiae nr. 1281 inter archivi Heinrici VII. reliquias*[1]. *Sigillum iam deest. Vulgavit a. 1854. J. Ficker 'Die Ueberreste des Deutschen Reichsarchives zu Pisa' pag. 51 nr. 27 (= Wiener Sitzungsberichte 1854 pag. 187). Nos ipsi denuo contulimus. Verba* vicesima prima, *quae in verso leguntur, a notario quodam cancellariae regis Heinrici VII. scripta esse patet. Cf. Ficker l. c. pag. 21 (= 157). — Böhmer, Reg. Albr. 203.*

(P. deest.)

EXEMPLAR ALBERTI REGIS. *A.*

Albertus Dei gratia rex Romanorum semper augustus universis presentes litteras inspecturis salutem.

Notum facimus, quod nos attendentes, quod inter alia, per que regnantium et regnorum exaltatio procuratur, pacis et transquille quietis amenitas acquiritur ac felici et prospero statui consulitur subditorum, illud videtur attenta consideratione precipuum, ut inter reges et regna solide caritatis unitas et fidelis amicicie federa nutriantur, et quod alter alteri libenter assistat in prosperis et non deficiat in adversis, hac consideratione inducti, ut inter nos et inclitum principem Philippum regem Franc(orum) illustrem amicum nostrum carissimum huiusmodi fedus unionis et amicicie stabilius permaneat in futurum, concordavimus, voluimus, consensimus et promisimus, concordamus, volumus, consentimus et promittimus, quod inter unum de filiis ipsius regis Franc(orum), quem excepto primogenito ipsius elegerimus, et unam de filiabus nostris, quam dictus Franc(orum) rex de non nuptui traditis duxerit eligendam, matrimonium contrahatur. De dote autem et dotalicio filio et filie predictis dandis in nostra et ipsius Franc(orum) regis voluntate et arbitrio residebit. In cuius rei testimonium presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum.

Actum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, mense Augusti.

EXEMPLAR PHILIPPI REGIS. *P.*

Ph. Dei gratia Francorum rex universis presentes litteras inspecturis salutem.

Notum facimus, quod nos attendentes, quod inter alia, per que regnancium et regnorum exaltacio procuratur, pacis et transquille quietis amenitas acquiritur ac felici et prospero statui consulitur subditorum, illud videtur attenta consideracione precipuum, ut inter reges et regna solide caritatis unitas et fidelis amicicie federa nutriantur, et quod alter alteri libenter assistat in prosperis et non defficiat in adversis, hac consideracione inducti, ut inter nos et inclitum principem A. regem Romanorum illustrem amicum nostrum carissimum huiusmodi fedus unionis et amicicie stabilius permaneat in futurum, concordavimus, voluimus, consensimus et promisimus, concordamus, volumus, consentimus et promittimus, quod inter unum de filiis nostris, quem excepto primogenito nostro rex Romanorum predictus elegerit, et unam de filiabus ipsius Romanorum regis, quam nos de non nuptui traditis duxerimus eligendam, matrimonium contrahatur. De dote autem et dotalicio filio et filie predictis dandis in nostra et ipsius Romanorum regis voluntate et arbitrio residebit. In cuius rei testimonium presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum.

Actum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, mense Augusti.

1) *Etiam litteras supra nr. 72 (aut forsitan 73) ibidem olim exstitisse, ex indice veteri tabularii capitularis circa a. 1800. scripto, nunc in tabulario familiae Roncioni asservato patet.*

75. *LITTERAE REGIS PHILIPPI DE TREUGIS QUIBUSDAM BURGUNDIS CONCESSIS.*

Autographon exstat in tabulario capituli Pisani nr. 1280. Sigillum iam deest. Edidit Ficker l. c. pag. 52 nr. 28 (= pag. 188). Nos ipsi denuo contulimus.
5 *(P. deest.)*

Ph. Dei gratia Francorum rex universis presentes litteras inspecturis salutem.

Notum facimus, quod cum quidam Burgond(i) de comitatu Burgondie contra nos guerram habeant, nos ad preces et requisicionem egregii principis . . regis Romanorum illustris amici nostri carissimi concedimus, quod dictus Romanorum rex treugam seu
10 sufferenciam usque ad certum terminum duraturam possit prolongare ad sue beneplacitum voluntatis, dum tamen dicta prolongacio triennium non excedat, hoc acto quod si predicti Burgondi vel aliqui ex eis nobis vel nobili domicelle Iohanne nate nobilis viri dilecti et fidelis Otthonis comitis Burgondie aut nostris vel suis pendente dicta sufferencia dampnum aliquod facerent sive guerram, nos et domicella predicta huiusmodi sufferencia
15 minime ligaremur. In cuius rei testimonium presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum.

Actum anno Domini MCC nonagesimo nono, mense Aug.

76—79. *SCRIPTA CONVENTIONIS PRAEVIAE. 1299. Sept. 5.*

76. *SCRIPTUM FOEDERIS.*

20 *Servatur in tabulario Parisino 'carton J. 610 nr. 19bis'. In cancellaria regis Romanorum scriptum est. Pendet sigillum illaesum loro membranaceo. In verso leguntur:* Quatuor littere Alberti regis Romanorum super compromisso et confederacionibus habitis cum rege Franc. et ipm̄[a]. Cum duabus litteris super compromisso[1]. *Forma superest in formulario regis Alberti, de quo v. supra ad nr. 5, sub nr. 70, ubi rubrum:*
25 De concordia inter regem Romanorum Albertum et regem Francie; *Chmel l. c. pag. 280 nr. 42. — Böhmer, Reg. Albr. 205.* *(P. 472.)*

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis presentes litteras inspecturis salutem.

Notum facimus, quod nos considerantes, quod per regum et principum unanimes
30 voluntates divine laudi quietius attenditur et christiana ad Deum crescit devocio, cum pace proximi pax Dei acquiritur et augetur, salus eorum et honor extollitur et humane laudis preconio ampliatur ac suorum imposterum roborantur iura regnorum, sincere dilectionis glutino amicicie, societatis et unionis federa perpetuo duratura nos et serenissimus princeps Philippus Dei gratia Francorum rex amicus noster karissimus inivi-
35 mus, voluimus, consensimus et ad invieem concordavimus ac eciam promisimus fide data nomine iuramenti. Iurabunt eciam in animas nostras nobis presentibus, videlicet pro iam dicto illustri rege Francie . . comes Sancti Pauli, pro nobis vero rege Romanorum comes Burchardus de Hohemberg avunculus noster karissimus, quod exnunc inantea erimus ad invicem veri et fideles amici ac in nostris et regnorum nostrorum et
40 imperii honoribus, libertatibus et iuribus mutuo conservandis contra omnem hominem veri et validi adiutores, quodque inter nos et successores nostros Romanorum et Francorum reges seu imperatores pacis et fidelis amicicie federa perpetuis duratura temporibus servabuntur. Et hec omnia premissa et singula promisimus et presentibus

76. a) *sic or.*

45 1) *Cf. Inventarium infra nr. 91.*

promittimus pro nobis nostrisque heredibus in Romano regno nobis succedentibus predicto regi Francie suisque heredibus sibi in regno Francie succedentibus firmiter observare, attendere et nullatenus contravenire sub virtute a nobis date fidei et per predictos comites prestiti sacramenti. In cuius rei testimonium presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum.

Act. et dat. Argentine, Non. Septembr., indictione XII, anno Domini MCC nonagesimo nono, regni vero nostri anno secundo.

77. *LITTERAE PRO DOMICELLA BURGUNDIAE.*

Servantur ibidem 'carton J. 254 nr. 39'. In cancellaria regis Romanorum scriptae sunt. Pendet sigillum fere illaesum loro membranaceo. In verso legitur: Antiqua littera pro domicella Burgond. *Edidit ad exemplar Waitzianum etiam Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 190 nr. 272. — Böhmer, Reg. Albr. 206.* *(P. deest.)*

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis presentes litteras inspecturis salutem.

Notum facimus, quod nos voluimus, concordavimus, consensimus et promisimus, volumus, concordamus, consentimus et promittimus bona fide, quod nos nobilem domicellam Iohannam natam nobilis viri Ottonis comitis Burgondie vel quemcumque alium ius sibi vendicantem in comitatu Burgondie ad iudicium curie nostre super comitatu eodem, iuribus et pertinenciis universis comitatus eiusdem, si qua vel que ab imperio tenentur, vocare poterimus, quandocumque nostre placuerit voluntati, ipsaque vel alius[a], qui se in eodem comitatu ius habere pretenderet, de iure suo in nostra curia super hiis experiri secundum cursum eiusdem curie nostre debebit et de se conquerentibus respondere[1]. Nosque sibi facere tenebimur de nobis et aliis nostre iurisdictioni subiectis in nostra predicta curia iusticie complementum dicte domicelle super comitatu Burgondie memorato et iuribus et pertinenciis suis, quam diu aliquod iuris remedium partibus vel alteri partium competet, contra iusticiam guerram aliquam non movendo, remediis et beneficiis iuris quibuscumque salvis partibus hinc et inde. Et serenissimus princeps . . rex Francorum illustris amicus noster karissimus domicelle predicte in prosequcione et defensione iuris sui sine qualibet iniusta guerra assistere poterit favoribus et auxiliis opportunis, ita tamen quod ipsam domicellam in hac parte contra iusticiam et equitatem non foveat aut defendat. In cuius rei testimonium presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum.

Act. et dat. Argentine, Non. Septembr., indictione XII, anno Domini MCC nonagesimo nono, regni vero nostri anno secundo.

78. *ALIAE LITTERAE PRO EADEM.*

Servantur ibidem 'carton J. 254 nr. 42'. Item in cancellaria regis Romanorum scriptae sunt. Pendent sigilli fragmenta loro membranaceo. In verso leguntur: lr̄a Alberti Romanorum regis, quod non currat tempus contra domicellam de Burgundia, *haec omnia post deleta; item:* Antiqua lr̄a super gracia fc̄a domicelle Burgond., ne quamdiu vocata non fuerit, mora ei non noceat; *item:* et fuit renovata. *Item edidit Winkelmann l. c. II, 191 nr. 273. — Böhmer, Reg. Albr. 207.* *(P. deest.)*

Nos Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus tenore presentium scire cupimus universis, quod nos nobili domicelle Iohanne nobilis viri Ottonis comitis Burgondie nate hanc gratiam specialem de benignitate regia duximus faciendam, quod

77. a) aliis *or.*

1) *Cf. supra nr. 40.*

quam diu ad iudicium curie nostre super comitatu Burgondie responsura per nos vocata non fuerit, ipsi domicelle tempus non currat nec mora deroget iuri suo. Dantes has litteras sigillo nostro munitas in testimonium et cautelam.

Dat. in Argentina, Non. Septembr., indictione XII, anno Domini MCC nonagesimo 5 nono, regni vero nostri anno secundo.

79. *TERTIAE LITTERAE PRO EADEM.*

Servantur ibidem 'carton J. 254 nr. 40'. In cancellaria regis Franciae scriptae sunt. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. In verso leguntur: due lre Alberti super sufferentia concessa domicelle Burgundie; *item iam prius scriptum erat:* Antiqua lra 10 super concessa sufferencia Burgond. *Cf. supra nr. 75 scriptum regis Franciae, cuius prima pars mutatis mutandis cum hiis litteris concordat. — Böhmer, Reg. Albr. 208.* *(P. deest.)*

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis presentes litteras inspecturis salutem.

15 Notum facimus, quod cum serenissimus princeps Ph(ilippu)s rex Franc(orum) illustris amicus noster carissimus ad preces et requisicionem nostras nobis duxerit concedendum[1], quod nos quibusdam Burgond(is) de comitatu Burgond(ie), qui guerram habent contra ipsum treugam seu sufferenciam usque ad certum terminum duraturam prolongare possimus ad nostre beneplacitum voluntatis, dummodo dicta prolongatio triennium non 20 excedat, hoc acto quod si predicti Burgond(i) vel aliqui ex eis ipsi regi vel nobili domicelle Iohanne nate nobilis viri Othonis comitis Burgond(ie) vel suis pendente dicta sufferencia dampnum aliquod facerent sive guerram, predicti rex et puella huiusmodi sufferentia minime ligarentur, non est intencionis nostre nec volumus, quod si predicti Burgond(i) vel aliqui ex eis regi vel domicelle predictis sufferencia predicta pendente 25 dampnum aliquod, ut premittitur, facerent sive guerram, ipsi rex et puella huiusmodi sufferencia aliquatenus ligarentur.

Dat. in Argent(ina), Non. Septembr., indiccione XII, anno Domini MCC nonagesimo nono, regni vero nostri anno secundo.

80. *PROTESTATIO ARCHIEPISCOPI COLONIENSIS. 1299. Dec. 5.*

30 *Documentum gravissimum a. 1896. in tabulario generali regni Bawarici 'Mainz Erzstift Nachträge' fasc. 9 a nobis inventum publici iuris iam fecimus 'Neues Archiv' XXIII, 41 nr. XIV. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. Editionem nostram hic repetimus. Cf. ea quae l. c. not. 3 notavimus, itemque mandata infra nr. 99. 100 edenda.* *(P. deest.)*

35 (1) Nos Wicboldus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus sacri imperii per Italiam archicancellarius notum facimus universis has presentes litteras inspecturis, quod nos de consilio prelatorum et fidelium ecclesie nostre venerabili in Christo patri domino Gerhardo sancte Moguntine sedis archiepiscopo sacri imperii per Germaniam archicancellario promisimus et promittimus per presentes, quod in negotio inter sere-40 nissimum dominum nostrum Albertum Romanorum et illustrem principem Philippum Francie reges moto cum ipso domino archiepiscopo Moguntino stabimus et constanter manebimus et ipse nobiscum. Et quicquid turbacionis vel adversitatis, commoditatis vel utilitatis ex parte ipsius domini nostri regis Romanorum vel sedis apostolice vel alias qualitercumque occasione predicta ipsi domino archiepiscopo et nobis acciderit vel 45 evenerit, super eo nos eidem domino archiepiscopo sub nostris usque ad terram suam

1) *Cf. supra nr. 75.*

et in terra eius sub suis expensis et ipse nobis sub eodem modulo expensarum vice versa invicem assistemus fideliter et constanter, potenter et patenter consiliis et auxiliis oportunis, quandocumque alter nostrum ab altero super hiis fuerit[a] requisitus. (2) Verum quia tenor litterarum inter dictos reges confectarum sapit manifeste dilapidacionem imperii, nec salvo nostro iuramento, quo domino nostro regi predicto et imperio sumus 5 astricti, huiusmodi litteris et tractatibus inter ipsos reges preconceptis consentire possumus vel debemus, prout iurisperiti sentiunt et nos ac idem dominus Moguntinus et alii principes, videlicet venerabiles patres domini . . Leodiensis, . . Cameracensis et . . Tullensis ecclesiarum episcopi ex dictis litteris cavillosis et preiudicialibus imperio oculata fide videmus, extraximus, enucliavimus et sentimus, promisimus eidem domino G(erhardo) 10 archiepiscopo Moguntino, quod huiusmodi tractatibus et placitis predictorum regum propter dilapidacionem et alienationem bonorum imperii, quas[b] per ea fieri debere ex coniecturis verisimilibus et ex causis precedentibus formidamus, quocumque modo nostrum non adhibebimus consensum tacitum vel expressum. (3) Que omnia et singula promisimus idem dominus archiepiscopus et nos ad invicem fide prestita corporali inter- 15 posito iuramento quoad vixerimus facere et inviolabiliter observare. Salvis aliis ligamentis et pactis inter nos, predecessores nostros et ecclesias super mutuo adiutorio hinc inde prestando confectis[c] aut factis in suo robore super omnia permansuris. In quorum testimonium presens scriptum nostro sigillo tradimus communitum.

Acta sunt hec Tulli, presentibus honorabilibus viris Henrico preposito Coloniensis, 20 Emmerico scolastico Moguntinensis, Rudolfo de Dycke canonico Coloniensis ecclesiarum, nobilibus viris Gerlaco de Bruberg, Gerlaco de Dollendorp, Iohanne de Ryferscheyt et Robyno de Koverna dominis necnon Hermanno de Hademarc et dicto Randeckere militibus eiusdem domini Moguntini et nostris, hinc et inde prelatis fidelibus et amicis. Anno Domini MCC nonagesimo nono, in vigilia beati Nycolai episcopi. 25

81. *CONFIRMATIO LITTERARUM RUDOLFI REGIS DE LIMITIBUS IMPERII. 1299. Dec. 6.*

Confirmationis Albertinae, qua tam approbatio inquisitionis a. 1289. Oct. 12. supra tom. III, 405 nr. 411, quam confirmatio commissionis Rudolfinae per regem Adolfum a. 1295. Mart. 21. data l. c. pag. 503 nr. 528 innovantur, autographon exstat in biblio- 30 *theca Parisiensi 'Collection de Lorraine vol. 199 nr. 19'. Quod denuo descripsimus. Pendet sigillum laesum filis sericis viridis coloris. In cancellaria regis scriptum est. — Böhmer, Reg. Albr. 238.* *(P. deest.)*

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum. 35

Noveritis, quod nos litteras inclite recordationis quondam domini Rudolfi Romanorum regis nostri genitoris karissimi infrascriptas vidimus et respeximus continentie huiusmodi et tenoris:

'Rudolfus Dei gratia — anno septimodecimo'. *supra tom. III, 405 nr. 411.*

Item profitemur, nos vidisse litteras quondam Adolfi Romanorum regis prede- 40 cessoris nostri, quarum tenor incipit per omnia in hec verba:

'Adolfus Dei gratia — anno tertio.' *supra tom. III, 503 nr. 528.*

Nos itaque universa superius in predictorum regum litteris annotata ex certa scientia approbamus, ratificamus et presentis scripti patrocinio confirmamus. Dantes has litteras maiestatis nostre sigillo communitas in testimonium super eo. 45

Dat. apud Tullum, VIII. Idus Decembr., indictione XIII, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, regni vero nostri anno secundo.

80. a) er *in rasura or.* b) s *in rasura or.* c) fectis *in loco raso vix legibilia or.*

82—88. *CORROBORATIO DOCUMENTORUM REGIBUS PRAESENTIBUS FACTA. 1299. Dec. 8.*

Documenta nr. 82—88, excepto nr. 84, omnia in cancellaria regis Alberti scripta sunt.

82. *CORROBORATIO FOEDERIS.*

5 *Corroboratur supra nr. 76. Quae concordant, typis minoribus expressa sunt.*
Servatur in tabulario Parisino 'carton J. 610 nr. 19' (= Musée AE III, 6). Pendet sigillum laesum loro membranaceo. Apographon coaevum cancellariae regis Franciae sub nr. 19 quater iuxta servatur. Cuius dorso inscriptum est: Littera confederacionis inter Franc. et Alem. reges sub sigillo regis Alem. — *Böhmer, Reg. Albr. 240.*
10 *(P. 473.)*

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis presentes litteras inspecturis salutem.

Notum facimus, quod nos considerantes, quod per regum et principum unanimes voluntates divine laudi quiecius intenditur et christiana ad Deum crescit devocio, cum pace proximi pax Dei 15 acquiritur et augetur, salus eorum et honor extollitur et humane laudis preconio ampliatur ac suorum imposterum roborantur iura regnorum, sincere dileccionis glutino amicicie, societatis et unionis federa perpetuo duratura nos et serenissimus princeps Philippus Dei gratia rex Franc(orum) amicus noster karissimus inivimus, volumus, consensimus et ad invicem concordavimus ac eciam promisimus fide data nomine iuramenti. Iuraverunt eciam in animas nostras nobis presentibus, videlicet pro iam 20 dicto rege Franc(ie) spectabilis vir Guido comes Sancti Pauli, pro nobis vero rege Romanorum vir nobilis Burchardus comes de Hohemberg avunculus noster karissimus, quod exnunc inantea erimus ad invicem veri et fideles amici ac in nostris et regnorum nostrorum et imperii honoribus, libertatibus et iuribus mutuo conservandis contra omnem hominem veri et validi adiutores, quodque inter nos ac heredes, successores nostros Romanorum et Franc(orum) reges seu impe- 25 ratores pacis et fidelis amicicie federa perpetuis duratura temporibus servabuntur. Et hec omnia premissa et singula promisimus et presentibus promittimus pro nobis nostrisque heredibus, successoribus in Roman(o) regno nobis succedentibus predicto regi Franc(ie) suisque heredibus, successoribus in regno[a] Franc(ie) succedentibus firmiter observare, attendere et nullatenus contravenire sub virtute a nobis date fidei et per predictos comites prestiti sacramenti. In cuius rei testimonium 30 presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum.

Act. et dat. nobis et prefato rege Francie presentibus apud Quatuor Valles, die Martis octava mensis Decembr., anno Domini MCC nonagesimo nono, indiccione XIII, regni vero nostri anno secundo.

83. *CORROBORATIO COMPROMISSI.*

35 *Corroboratur supra nr. 72. Quae concordant, typis minoribus expressa sunt.*
Servatur ibidim 'carton J. 610 nr. 18'. Pendent sigilli fragmenta loro membranacco. In verso legitur: Nova. *Item apographon coaevum cancellariae regis Franciae sub eodem numero iuxta servatur, cuius dorso inscriptum est:* Nova littera super conpromisso. *Cf. infra nr. 91. — Böhmer, Reg. Albr. 241.* *(P. deest.)*

40 Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis presentes litteras inspecturis salutem.

Notum facimus, quod nos ad evitandam cuiuslibet dissensionis materiam et mutue caritatis amiciciam solidius nutriendam inter nos et inclitum principem Philippum Dei gracia regem Fran-

82. a) *bis scriptum or.*

corum illustrem amicum nostrum karissimum volumus, concordamus et consentimus bona fide, quod ad inquirendum et cognoscendum de questionibus, controversiis et dissensionibus mutuis excepta Burgund(ia) motis vel que moveri potuissent temporibus retroactis inter nos et eundem Francorum regem vel nostros et ipsius predecessores quoscumque occasione vel pretextu occupacionum vel supprisiarum aut usurpacionum quarumlibet, que de imperii et regni Franc(ie) iuribus facte dicuntur utrimque, quatuor vel sex persone, tot videlicet ab una parte quot ab alia, per nos et dictum Franc(orum) regem concorditer eligantur. Que inquisita plenius veritate et corporali ab eis prestito iuramento, infra trienniuu continuum a tempore compromissi vallati computandum de alto et de basso, summarie et de plano, cognoscant, declarent, ordinent, statuant et disponant, prout eis secundum Deum et iusticiam visum fuerit expedire. Quod si forsan persone predicte vel maior pars earum in ea(n)dem non possent sentenciam couveuire, quintam si quatuor vel septimam si sex fuerint electe persone, secum poterunt advocare. Ita quod quicquid per predictas personas* aut per maiorem partem earum aut per duas cum quinto communi et medio, si quatuor, vel per tres cum septimo communi et medio, si sex fuerint assumpte persone, sentencialiter fuerit diffinitum, robur obtineat firmitatis, tam a nobis quam a dicto Franc(orum) rege ac a nostris et eiusdem heredibus et successoribus perpetuo et inviolalibiter observetur. Huiusmodi siquidem pendente arbitrio, nos vel idem Franc(orum) rex aut alius pro nobis vel pro ipso preiudicialem non faciemus aliquatenus novitatem. Si vero infra predictum terminum huiusmodi nou esset negocium terminatum, utrique nostrum iura nostra in omuibus et per omnia in eo statu salva debent et integra remanere, in quo ea esse constiterit tempore compromissi vallati, eademque iura prosequi poterimus, ubi et quando, viis et modis, quibus nobis expediens visum erit. In cuius rei testimonium presentibus litteris uostrum fecimus apponi sigillum.

Act. et dat. nobis et prefato rege Franc. presentibus apud Quatuor Valles, die Martis octava mensis Decembris, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, indictione XIII, regni vero nostri anno secundo.

84. *CORROBORATIO PRIMI MATRIMONII.*

Corroboratur supra nr. 73. Quae concordant, typis minoribus expressa sunt.

Cum autographon deperierit, codicem saec. XVII. hodie Musaei Britannici 'Additional 30686', tunc temporis in bibliotheca Parisiensi Serilly 88[1] *asservatum contulit Waitz. In minutiis correximus. Edidit iam olim a. 1700. Leibnitius in 'Codice iuris gentium' I, 41 nr. 25* (L). — *Böhmer, Reg. Albr. 243.* *(P. deest.)*

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis presentes litteras inspecturis salutem.

(1) Noverit universitas vestra, quod cum in prelocutione[a] seu tractatu matrimonii inter illustrem Radulphum[b] ducem Austrie primogenitum nostrum carissimum et* dominam Blancham sororem magnifici Philippi regis Francorum amici nostri carissimi contrahendi inter nos et eumdem regem Francorum per solennes procuratores et nuntios utriusque actum fuerit et conventum ac ex parte nostra expresse promissum[2], quod* eidem primogenito uostro et heredibus suis ab eo descendentibus ducatus Austrie et Stirie[c] necnon dominia Carniole, Marchie ac Portus Naonis[d] cum omnibus aliis iuribus et pertinentiis ducatus et dominiorum predictorum ac omnibus emolumentis, rebus et iuribus quibuscunque intra vel extra ducatum constitutis eundem, [que][e] cum ipso ducatu ad duces Austrie solent hactenus devenire vel quo[modo]libet pertinere, perpetuo et hereditarie remanebunt. (2) Ac nichilominus extunc dederimus*, concesserimus*, assignaverimus et assederimus predicte sorori regis Francorum in dotalitium seu donationem propter

84. a) prolucutione *c.*; prolocutione *L.* b) Rodolphum *c.*; Rudolphum *L.* c) siriae *c.* d) narius *c.* e) *deest c*; quemadmodum *L.*

1) *Cf. 'Archiv' VIII, 301.* 2) *Supra nr. 73.*

nuptias comitatum Alsacie et terram de Friburc Lausan. dioc. cum omnibus iuribus et pertinentiis suis. Quorum comitatus et terre, que prefato duci perpetuo et hereditarie remanebunt, nobilium homagia et fidelitates ac universitatum et incolarum villarum insignium iuramenta prestari faciemus, antequam matrimonium contrahatur, procuratori predicte* sororis* regis Francie pro ea solenniter stipulanti[f]
5 quo[a]d predictum contractum matrimonium, quod eidem sorori, si prefato duci forsitam supervivat, tanquam fideles vassalli et subditi domine sue quoad vixerit obedient et intendent. (3) Ac secundogenitum aliosque minores liberos nostros renuntiare faciemus penitus et expresse cum auctoritate et decreto nostro regio ac electorum principum et baronum regni Alemanie ac alia quavis auctoritate, forma et modo, de quibus dicto regi Francorum pro plena securitate expediens visum erit,
10 omni iuri sibi competenti vel competituro in ducatu, comitatu, terris, iuribus et pertinentiis supradictis. (4) Et de premissis omnibus et singulis tenendis*, adimplendis et inviolabiliter observandis dabimus memorato regi Francorum idoneas cautiones et securitates, que sibi in hac parte utiles* videbuntur. (5) Ac premissa omnia et singula per Romanorum reginam illustrem Elizabeth consortem nostram approbari, ratificari ac fieri ac de iis servandis et fideliter adimplendis
15 ipsam faciemus efficaciter obligari, salvo dotalitio, quod dicta Roman(orum) regina ad vitam suam habet in ducatu, terris et[g] dominiis supradictis. (6) Item[g] placet predicto regi Francorum et litterarum suarum tenore consentit, quod ducatu Austrie cum principatu eiusdem prefato duci[h] eiusque heredibus remanente, secundogenito aliisque minoribus liberis nostris premissis primitus assentientibus, sufficiens et competens paterna fiat
20 provisio de terris supradictis ad ducatum Austrie pertinentibus vel aliunde, sicut melius fieri poterit, absque ducatus Austrie dimembratione notabili vel enormi[1]. (7) Ceterum cum omnium electorum principum predictorum assensus, auctoritas vel decus prestandi premissis, ut superius est expressum, propter quorumdam ipsorum absentiam et alia certa impedimenta[2] commode haberi non possunt, vult predictus rex Francorum et ad precum
25 nostrarum instantiam consentit et promittit bona fide, iuravit etiam in animam ipsius regis ipso rege presente spectabilis vir Guido comes Sancti Pauli dilectus et fidelis suus[i], quod tribus ex electoribus ipsis suam in premissis auctoritatem prestantibus et assensum, propter aliorum absentiam vel auctoritatem [non][g] prestitam in hac parte contractus matrimonii, supradictis aliis tamen conditionibus et conventionibus supradictis promissis
30 adimpletis, nullatenus differatur, sed bona fide modis omnibus consumetur. (8) Et[g] promisimus cum fide data nomine iuramenti, expresse nos curaturos et facturos, iuravit etiam in animam nostram nobilis vir Burchardus comes de Hohemberg avunculus noster, quod alii electores principes supradicti suum congruo tempore premissis impertientur assensum et auctoritatem prestabunt modo et forma, de quibus pro cautione et securi-
35 tate sepedicto regi Francorum visum fuerit expedire. In cuius rei testimonium etc. ut supra[3].

85. *CORROBORATIO SECUNDI MATRIMONII.*

Corroboratur supra nr. 74. Quae concordant, typis minoribus expressa sunt.

Servatur autographon in tabulario Parisino 'carton J. 610 nr. 20bis'. Pendent
40 *sigilli fragmenta loro membranaceo. In verso leguntur:* Littere procurator. Alberti regis Romanorum[a] ad tractandum de matrimonio ducis Austrie. — *Böhmer, Reg. Albr. 242. (P. deest.)*

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis presentes litteras inspecturis salutem.

45 Notum facimus, quod nos attendentes, quod inter alia, per que regnantium et regnorum exaltacio procuratur, pacis et tranquille quietis amenitas acquiritur ac felici et prospero statui consulitur sub-

84. f) *sequuntur* eidem *c. L.* g) *deest c.* h) ducis *c.* i) dilectis et fidelibus suis *c*; *deest L.*
85. a) *corr. ex* Francorum *or.*
1) *Cf. infra nr. 90.* 2) *Cf. supra nr. 80.* 3) *Praecedit infra nr. 85.*

ditorum, illud videtur attenta consideracione precipuum, ut inter reges et regna solide karitatis unitas et fidelis amicicie federa nutriantur et quod alter alteri libenter assistat in prosperis et non deficiat in adversis, hac consideracione inducti, ut inter nos et inclitum principem Philippum regem Franc(orum) illustrem amicum nostrum karissimum huiusmodi fedus unionis et amicicie stabilius permaneat in futurum, concordavimus, voluimus, consensimus et promisimus, concordamus, volumus, consentimus et 5 promittimus bona fide, iuraverunt eciam in animas nostras nobis presentibus nobiles viri, videlicet pro iam dicto rege Franc(orum) Gwido comes Sancti Pauli, pro nobis vero Burch(ardus) comes de Hohemberch dilectus et fidelis noster, quod inter unum de filiis ipsius regis Franc(orum), quem excepto primogenito ipsius elegerimus et unam de filiabus nostris, quam dictus Franc(orum) rex de non nuptui traditis duxerit eligendam, matrimonium contrahatur. De dote 10 autem et dotalicio filio et filie predictis dandis in nostra et ipsius Franc(orum) regis voluntate et arbitrio residebit. In cuius rei testimonium presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum.

Act. et dat. nobis et prefato rege Franc. presentibus apud Quatuor Valles, in die Martis octava mensis Decembr., anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, indictione XIII, regni vero nostri anno secundo. 15

86. *CORROBORATIO LITTERARUM PRO DOMICELLA BURGUNDIAE.*

Corroboratur supra nr. 77. Quae concordant, typis minoribus expressa sunt.

Autographon servatur ibidem 'carton J. 254 nr. 61'. Pendet sigilli fragmentum loro membranaceo. In verso leguntur: lrā Alberti pro domicella Burgundie de conservacione iuris sui in comitatu Burgundie ; *item iam prius alia manu scriptum:* Nova littera pro 20 domicella Burgond. — *Böhmer, Reg. Albr. 244.* *(P. deest.)*

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis presentes litteras inspecturis salutem.

Notum facimus, quod nos voluimus, concordavimus, consensimus et promisimus, volumus, concordamus, consentimus et promittimus bona fide, quod nos nobilem domicellam Iohannam natam nobilis 25 viri Ottonis comitis Burgondie vel quemcumque alium ius sibi vendicantem in comitatu Burgondie ad iudicium curie nostre super comitatu eodem, iuribus et pertinentiis universis comitatus eiusdem, si qua vel que ab imperio tenentur, vocare poterimus, quandocumque nostre placuerit voluntati, ipsaque vel alius, qui se in eodem comitatu ius habere pretenderet, de iure suo in nostra curia super hiis experiri secundum cursum eiusdem curie nostre debebit et de se conquerentibus respondere. Nosque sibi facere 30 tenebimur de nobis et aliis nostre iurisdictioni subiectis in nostra predicta curia iusticie complementum dicte domicelle super comitatu Burgondie memorato et iuribus et pertinenciis suis, quam diu aliquod iuris remedium partibus vel alteri partium competet, contra iusticiam guerram aliquam non movendo, remediis et beneficiis iuris quibuscumque salvis partibus hinc et inde. Et serenissimus princeps . . rex Francorum illustris amicus noster karissimus domicelle predicte in prosecutione et defensione iuris sui 35 sine qualibet iniusta guerra assistere poterit favoribus et auxiliis opportunis, ita tamen quod ipsam domicellam in hac parte contra iusticiam et equitatem non foveat aut defendat. In cuius rei testimonium presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum.

Act. et dat. nobis et prefato Francorum rege presentibus apud Quatuor Valles, die Martis octava mensis Decembr., anno Domini MCC nonagesimo nono, indictione XIII, 40 regni vero nostri anno secundo.

87. *CORROBORATIO ALTERA PRO EADEM.*

Corroboratur supra nr. 78. Quae concordant, typis minoribus expressa sunt.

Autographon servatur ibidem 'carton J. 254 nr. 43'. Pendet sigillum fere illaesum loro membranaceo. In verso leguntur: lrā Alberti Romanorum regis, quod non currat 45 tempus contra domicellam de Burgundia. — *Böhmer, Reg. Albr. 245.* *(P. deest.)*

*Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus tenore presentium scire cupimus uuiversos, quod nos nobili domicelle Iohanne nobilis viri Ottonis comitis Burgond(ie) nate hanc gratiam specialem de benignitate regia duximus faciendam, quod quam diu ad iudicium curie nostre super comitatu Burgond(ie) responsura per nos vocata non fuerit, ipsi domicelle tempus non currat nec mora 5 deroget iuri suo. Dautes has litteras sigillo nostro muuitas iu testimonium et cautelam.

Dat. et actum nobis et prefato rege Franc. presentibus apud Quatuor Valles, die Martis octava mensis Decembr., anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, indictione XIII, regni vero nostri anno secundo.

88. *CORROBORATIO TERTIA PRO EADEM.*

10 *Corroboratur supra nr. 79. Quae concordant, typis minoribus expressa sunt.*

Autographon servatur ibidem 'carton J. 610 nr. 21'. Pendent sigilli fragmenta loro membranaceo. Iuxta servatur sub nr. 21bis apographon coaevum cancellariae regis Franciae, cuius dorso inscriptum est: Antiqua littera super concessa sufferencia Burgond. *Edidit ex autographo etiam Funck-Brentano 'Bibliothèque de l'école des chartes' XLIX,* 15 *246 nr. VI. — Böhmer, Reg. Albr. 246. (P. deest.)*

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis presentes litteras inspecturis salutem.

Notum facimus, quod cum serenissimus princeps Ph. rex Frantie illustris amicus noster karissimus ad preces et requisitionem nostras nobis duxerit concedendum, quod nos quibusdam Burgond(is) 20 de comitatu Burgond(ie), qui guerram habent contra ipsum, treugam seu sufferenciam usque ad certum terminum duraturam prolongare possimus ad nostre beneplacitum voluntatis, dummodo dicta prolongatio triennium non excedat, hoc acto quod si predicti Burgond(i) vel aliqui ex eis ipsi regi vel nobili domicelle Iohanne nate nobilis viri Ottonis comitis Burgond(ei) vel suis pendente dicta treuga vel sufferencia dampnum aliquod facerent sive guerram, predicti rex et puella huiusmodi treuga seu 25 sufferencia minime ligarentur, non est intentionis nostre nec volumus, quod si predicti Burgond(i) vel aliqui ex eis regi vel domicelle predictis treuga seu sufferencia predicta pendente dampnum aliquod, ut premittitur, facerent sive guerram, ipsi rex et puella huiusmodi treuga seu sufferencia aliquatenus ligarentur.

Dat. et actum nobis et prefato Francorum rege presentibus apud Quatuor Valles, 30 die Martis octava mensis Decembr., anno Domini MCC nonagesimo nono, indictione XIII, regni vero nostri anno secundo.

89. 90. *LITTERAE DE DOTIS ASSIGNATIONE. 1300. Febr. 5.*

89. *ASSIGNATIO DOTALITII.*

Autographon servatur ibidem 'carton J. 611 nr. 25'. In cancellaria regis Roma- 35 *norum scriptum est. Pendet sigillum fere illaesum loro membranaceo. Edidit Winkelmann l. c. II, 192 nr. 275. Cf. supra nr. 84. — Böhmer, Reg. Albr. 265. (P. deest.)*

Nos Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus notum facimus universis, ad quos presentes pervenerint, quod nos inclite Blance sorori magnifici Philippi regis Francorum amici nostri karissimi, sponse illustris Rudolfi ducis 40 Austrie et Styrie primogeniti nostri karissimi, dedimus, concessimus et exnunc damus, concedimus et presentium serie assignamus in dotalicium seu donacionem propter nupcias pro eodem filio nostro comitatum Alsacie et terram de Friburg Lausanen. dyoc. cum iuribus et pertinenciis suis universis et singulis. In cuius quidem dotalicii seu donacionis propter nupcias supplementum vel augmentum iuxta promissum, quod

nostra serenitas per patentes litteras nostras meminit se fecisse[1] damus, concedimus deputamus ac eciam assignamus comiciam in Veringen cum hominibus, districtibus, villis, forestis, nemoribus, pratis, pascuis, piscacionibus et possessionibus, honoribus, iuribus, iurisdicionibus, emolumentis, utilitatibus et suis pertinenciis universis, dominium in Chrenchingen, opidum in Waltshůt, opidum in Aha et opidum in Celle Constancien. dyoc. cum universis iuribus et pertinenciis eorundem, volentes et inviolabiliter decernentes, ut nobiles, universitates et incole terrarum, districtuum, civitatum, opidorum, castrorum et villarum insignium assignatarum et concessarum predicte Blance tam in donacionem propter nupcias quam in supplementum vel augmentum donacionis eiusdem fidelitatis et homagii iuramenta prestare debeant procuratori dicte Blance pro ea sollempniter stipulanti, antequam inter memoratos sponsales matrimonium contrahatur, et post contractum matrimonium inter ipsos eidem Blance pro se sollempniter stipulanti, quod sibi, si prefato duci forsitan superviveret, tamquam vasalli et subditi domine sue quoad vixerit obedient et intendent. Decedente vero Blanca iam dicta, omnia bona supradicta cum suis pertinenciis universis ad liberos nostros revertentur libere, sicut prius. In cuius rei testimonium evidens et cautelam presentes exinde conscribi et nostre maiestatis sigillo fecimus communiri. Testes sunt: venerabilis Heinricus ecclesie Constanciensis episcopus, illustris Heinricus dux Karinthie, spectabiles viri Burchardus de Hohemberg, Ludewicus de Ötingen, Eberhardus de Wirtemberg, Rudolfus de Werdenberg, Menhardus de Ortenberg comites, strennui viri Heinricus et Ulricus fratres de Walsse, Hermannus marschalcus de Landenberg, Marquardus de Schellemberg, Dietdegeno de Chastel, Ulr(icus) et Albertus fratres de Chlingenberg, Waltherus et Heinricus fratres de Butichon et Pilgrimus de Wagenberg ac plures alii fidedigni.

Dat. Ulme, Non. Febr., anno Domini MCCC, indictione XIII, regni vero nostri anno secundo.

90. *LITTERAE DE RENUNTIATIONE LIBERORUM REGIS.*

Autographon transsumti per regem Philippum Parisiis a. 1306. Apr. 15. facti[2] *servatur ibidem 'carton J. 408 nr. 10'. Pendent sigilli parva fragmenta loro membranaceo. Textum litterarum edidit Winkelmann l. c. II, 191, nr. 274. Forma servatur in Formulario regis Alberti, de quo v. supra ad nr. 5, sub nr. 71, ubi rubrum:* Confirmatio privilegiorum regis Francie; *v. Chmel l. c. pag. 281 nr. 43. Cf. supra nr. 84.— Böhmer, Reg. Albr. 266.* *(P. deest.)*

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus tam presentibus quam futuris salutem et noticiam subscriptorum.

Notum facimus universis, quod iuxta tractatus, ordinaciones, pacta, promissa et conventiones inter nos ex una et magnificum Philippum regem Francorum amicum

1) *Supra nr. 73.* 2) *Cuius textum hic in adnotatione ponere liceat:*

Ph. Dei gratia Franc(orum) rex universis presentes litteras inspecturis salutem.

Notum facimus, quod nos anno Domini millesimo trecentesimo sexto, die Veneris post octabas Resurrectionis dominice quasdam litteras sigillis magnifici principis Alberti Dei gratia Romanorum regis, Elizabeth regine eius uxoris necnon illustrium principum electorum regis Romanorum ac quorundam aliorum nobilium et baronum regni Alemanie sigillatas vidimus, formam que sequitur continentes:

'Albertus Dei gratia — anno secundo.'

In cuius visionis nostre testimonium presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum.

Actum Par(isiis), anno et die predictis.

In plica legitur: Bituris; *item:* facta est collatio
per me Bituris.

nostrum karissimum ex parte altera habitos et admissos illustres Fridericus et Lupoldu filii nostri predilecti, in nostra constituti presencia, nobis volentibus, conseneicentibus, auctoritatem prestantibus et decretum nostrum interponentibus, accedente eciam expresso et spontaneo consensu serenissime Elizabeth Romanorum regine consortis nostre karissime, 5 ipsis primo petentibus et volentibus per nos emancipatis sollempnitate debita et consueta, etatis venia petita a nobis impetrata pariter et obtenta, adveniente insuper consensu illustrium principum electorum regis Romanorum, videlicet Rudolfi comitis palatini Reni ducis Baioarie, Rudolfi ducis Saxonie et Henrici marchionis Brandemburgensis, omni iuri sibi competenti in ducatu Austrie et Styrie necnon in dominiis Carniole, Marchie et 10 Portusnaonis, terris, iuribus et pertinenciis ducatus eiusdem et dominiorum predictorum ac eciam in comitatu Alsacie et terra Friburg Lausanen. dyoc. renunciaverunt spontanee, libere et expresse, eo tamen incluso moderamine et protestatione premissa, quod ducatu Austrie cum principatu eiusdem illustri Rudolfo duci Austrie primogenito nostro suisque liberis ex eo et inclita Blanca coniuge sua descendentibus perpetuo et hereditarie rema- 15 nente, Friderico, Lupoldo predictis ceterisque liberis nostris minoribus per nos sufficiens decens et competens paterna fiat provisio de terris et dominiis supradictis, sicut melius fieri poterit absque ducatus Austrie dimenbracione notabili vel enormi. Salvo eciam Friderico, Lupoldo predictis et aliis minoribus liberis nostris procreatis et imposterum procreandis iure sibi competenti vel competituro in omnibus et singulis supradictis, si 20 dictum ducem Rudolfum decedere forte contingeret sine liberis procreatis ex eo et Blanca predicta. Dotalicium vero cum augmento et supplemento ipsius, prout alias in litteris nostris super eo confectis et traditis, plenius est expressum[1], predicte Blance, si prefato duci supervixerit, ad vitam suam salvum, quietum et integrum remanebit. Ad hoc bona fide promittimus nos facturos et curaturos, quod alii liberi nostri, qui nundum 25 etatis sue annum septimum attigerunt, necnon Fridericus et Lupoldus prenominati liberi nostri et alii, si qui sint, cum omnes predicti et quilibet singulariter ad etatem pubertatis pervenerint, predictis ducatui Austrie et dominiis renunciabunt per sua sacramenta et renunciacioni prefate suum impercientur et adhibebunt consensum. In quorum omnium robur, testimonium et cautelam presentes litteras exinde conscribi et maiestatis 30 nostre ac prelibate Elizabeth regine consortis nostre necnon predictorum principum electorum ac eciam nobilium et baronum regni Alamannie, qui presentes aderant, sigillis fecimus communiri.

Nos itaque Elizabeth Dei gratia regina Romanorum predicta premissis omnibus assencientes et nos ad omnia predicta et singula firmiter et fideliter tenenda ac invio- 35 labiliter observanda efficaciter obligantes, salvo tamen et integre preservato nobis dotalicio, quod ad vitam nostram in ducatu Austrie et Stirie necnon in dominiis Carniole, Marchie et Portusnaonis predictis dumtaxat dinoscimur obtinere, et nos Dei gratia Rudolfus comes palatinus Reni dux Baioarie, Rudolfus dux Saxonie et Henricus marchio Brandemburgensis, principes electores predicti, nostrum consensum prebentes 40 et decretum nostrum in predictis interponentes, nos quoque Henricus Dei gratia ecclesie Constanciensis episcopus et Henricus eadem gratia dux Karinthie nosque barones et nobiles regni Alemanie Burchardus comes de Hohemberg et Ludeivicus comes de Ötingen, Eberhardus de Lapide aule regalis cancellarius, Henricus et Ulricus fratres de Walsse, Hermannus marschalcus de Landemberg, Marquardus 45 de Schellemberg, Ulricus et Albertus fratres de Chlingemberg, qui premissis interfuimus, sigilla nostra presentibus ad memoriam et evidenciam pleniorem duximus appendenda.

Actum et datum Ulme, Non. Februar., anno Domini millesimo trecentesimo, indictione XIII, regni vero nostri anno secundo.

50 1) *Supra nr. 89.*

91. *INVENTARIUM LITTERARUM ALBERTI REGIS.*

Apographon coaevum litterarum de compromisso, quod supra ad nr. 83 commemoravimus, in eadem membrana sequitur index actorum ad hos tractatus spectantium manu cancellariae regis Franciae scriptus. Denuo nos ipsi contulimus. In verso scriptum est: Inventarium litterarum Aleman. regis. *Hic proponendum duximus, cum multum faciat ad nonnulla documenta, quae hodie desiderantur, melius cognoscenda. Numeros latinos uncis inclusos nos ipsi adiecimus.* *(P. deest.)*

C. Item[a] cum predictis litteris[1] invenientur littere infrascripte:

(I) . . Littera confederacionis antiqua. *(= supra nr. 76.)*

(II) . . Littera super compromisso antiqua. *(= nr. 72.)*

(III) . . Transcriptum[b] conventionum habitarum inter Franc. et Alaman. reges super matrimonio ducis Austrie et Blanche sororis domini regis Franc.[b. 2]

(IV) . . Antiqua littera super eodem matrimonio. *(= nr. 73.)*

(V) . . Nova littera super eodem matrimonio. *(= nr. 84.)*

(VI) . . Nova littera et prima super assisia terre et[c] dotis ratione eiusdem matrimonii. *(= nr. 89.)*

(VII) . . Alia littera super assignatione dotis eiusdem et ipsius augmentatione. *(= nr. 90.)*

(VIII) . . Item antiqua littera super secundo matrimonio. *(= nr. 74.)*

(IX) . . Item nova littera super secundo matrimonio. *(= nr. 85.)*

(X) . . Item antiqua littera super concessa sufferentia Burgond. *(= nr. 79.)*

(XI) [. . Item nova littera super eodem][d]. *(= nr. 88.)*

(XII) . . Item antiqua littera super gratia facta domicelle Burgond., ut quamdiu vocata non fuerit, mora ei non noceat. *(= nr. 78.)*

(XIII) . . Item nova littera super eodem. *(= nr. 87.)*

(XIV) . . Item antiqua littera pro domicella Burgond. *(= nr. 77.)*

(XV) . . Item nova littera super eodem[a]. *(= nr. 86.)*

(XVI) Item[e] confederaciones concordate[f] Par(isius) inter procuratores regum Franc. et Alem.[3].

(XVII) Item littera de potestate procur(atorum) dicti regis Alem.[4].

(XVIII) Item littera eiusdem regis de[g] designacione personarum, qui alias personas poterunt eligere, que de interprisiis et controversiis poterunt ordinare[3].

(XIX) Item littera eiusdem de respectu domini Phi. secundogeniti domini regis[3].

(XX) Item littera de confirmatione confederationum. *(= supra nr. 82?)*

(XXI) Item litterarum[h] tractatorum utriusque partis, quod virtute convencionum non tenebitur unus alii subvenire de pecunia vel armatis vel regna vetare[3].

(XXII) Item littera de personis electis a tribus, quibus hoc rex Alem. commiserat[e. 3].

91. a) Item — (XV) super eodem *in col. sinistra scripta.* b) Transcriptum — Franc. *in loco raso.* c) *sequitur* dictis *deletum.* d) *uncis inclusa post cancellata sunt.* e) Item — (XXII) commiserat *in col. dextra atramento pallidiori, ductu acutiori, tempore posteriori scripta esse videntur.* f) *super* fcte fce *deletis.* g) *sequitur* p *deleta.* h) *sic.*

1) *I. e. nr. 83.* 2) *De transsumto quodam documenti nr. 84 cogitandum est.* 3) *Deperditum.* 4) *Dubium est, num de procuratorio a. 1295. Mart. 6. supra tom. III, 626 nr. 642 (ubi rubrum:* lr̄a regis Alemanie super matrimonio contrahendo*) aut alio, quod supra pag. 55 not. 1 proposuimus, cogitandum sit.*

92. 93. *PRAESTATIONES IURAMENTI FIDELITATIS. 1300. Febr. 14. 26.*

92. *PRAESTATIO COMITIAE DE VERINGEN. Febr. 14.*

Autographon servatur ibidem 'carton J. 611 nr. 25'. Scriptum est a scriba quodam Germano. Pendet fragmentum sigilli loro ex ipsa membrana exsecto. Edidit Winkelmann l. c. II, 754 nr. 1081. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 244.

(P. deest.)

Universis presentes litteras inspecturis Ůlricus de Klingenberg advocatus in Sigemeringen et in Meingen, miles serenissimi domini Alberti Romanorum regis salutem cum noticia subscriptorum.

Noscant universi presencium inspectores, quod nos ex mandato prefati domini Alberti Romanorum regis domino Philippo Converso et Petro de Monciato clericis regis Francie, procuratoribus domine Blanche sororis dicti regis Francie, fecimus prestari iuramenta comicie de Veringen nobilium et ignobilium, scilicet ville de Veringen cum villis adiacentibus et ville de Cella Ratolfi cum villis adiacentibus et ville de Ahe. In cuius rei testimonium presentes litteras sigilli nostri munimine dedimus roboratas.

Dat. anno Domini MCCC, die dominica post octavam purificationis beate Marie virginis.

93. *PRAESTATIO VARIORUM DISTRICTUUM. Febr. 26.*

Autographon servatur ibidem 'carton J. 611 nr. 25'. Scriptum est a scriba quodam Gallico, ut nomina propria edocent. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. Edidit Winkelmann l. c. II, 755 nr. 1082. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 245.

(P. deest.)

Universis presentes litteras inspecturis magister Ulricus de Rammescho canonicus ecclesie Constanciensis et Nicholaus de Vartenvels miles et magister curie magnifici principis domini Alberti Dei gratia regis Romanorum semper augusti salutem.

Notum facimus, quod nos ex mandato domini nostri regis predicti magistris Philippo Converso et Petro de Monciaco clericis illustris regis Francie, procuratoribus nobilis domine domine Blanche sororis regis Francie predicti, fecimus prestari iuramenta nobilium et ignobilium commorancium in dominiis de Walleshout et de Chrenchingen Constanc. dyoc., in dominiis de Friburg cum suis pertinentiis[a] Lauxanen. dyocesis et in[b] comitatu Alsacie cum suis pertinenciis, quod omnes predicti tam nobiles quam ignobiles tanquam fideles et subditi dicte domine Blanche quoad vixerit obedient et intendent tanquam domine sue, si domino Rudolpho filio predicti domini regis Romanorum duci Austrie, cum quo debet matrimonialiter copulari, forsitan supervivat, et quod huiusmodi iuramenta dicte domine Blanche, matrimonio inter ipsam et dictum ducem celebrato, quando ab ea seu mandato suo fuerint requisiti, renovabunt.

In cuius rei memoriam et evidenciam pleniorem nos N. de Vartenveles miles predictus, dicto magistro Hourrico sigillum suum non habente, specialiter ad predicta deputato ex parte dicti domini regis Romanorum, priore de Lebraha et C. de Murell(o) can(onico) Carn. predictis omnibus personaliter assistentibus, sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum.

Dat. apud Huiquesein, die Veneris post festum beati Mathie apostoli, anno Domini MCCC.

93. a) et in *sequitur deletum or.* b) et in *supra lineam add. or.*

94. *PROPOSITIONES REGI FRANCIAE FACTAE. (1300. post Iul. 7.)*

Publici iuris fecit A. Werminghoff socius noster 'Neues Archiv' XXVI, 27 ex membrana coaeva in cancellaria regis Franciae exarata tabularii Parisini 'carton J. 995 A nr. 1'. In dorso leguntur: In quodam rotulo. Illa[a] que scolasticus Sareburgensis regis Alem. nuncius proposuit domino regi Franc. super certis negociis. *Nos ipsi textum denuo inspectum hic illic correximus. De tempore v. ea quae l. c. Werminghoff adnotavit. Paullo post Iul. 7. rex nuntium mandavisse videtur. (P. deest.)*

(1) Proponatur domino .. regi Francorum per vos, domine scolastice, qualiter .. Romanorum rex pro constanti infeodare vult filium suum dominum Radulfum ducem Austrie et dominam Blancham consortem suam, regis Francorum sororem[b], de comitatibus et dominiis terrarum Hollandie, Zelandie et Frisie. Quare petit Romanorum rex, ut placeat regi Francorum sub dilectionis et fidei debito, quo simul uniti sunt, sibi assistere in conquisicione terrarum earundem, que impresentiarum de iure vacare sibi et imperio dinoscuntur, consiliis et auxiliis oportunis.

(2) Item petatur, ut .. rex Francorum ducem Austrie una cum domina Blanca sorore regis remittat modis omnibus Romanorum regi in Novocastro vel[c] in civitate Tullensi, qui locus magis placet, super festum assumpcionis beate Marie virginis. Quo tempore Romanorum regina ipsam recipiet et ad partes ducatus Austrie in persona propria secum ducet.

(3) Item regratiemini regi Francorum de honore et benigna pertractacione exhibita duci Austrie et familie sue.

(4) Item rogetis cum diligencia studiosa reginam Francorum, dominam Blancham ducissam Austrie et precipue dominam Mariam socrum ducis, ut ad premissa complenda et impetranda hortentur et invitent regem Francorum cum affeccione et sollicitudine studiosa, et regratiemini eisdem de honore et benigna pertractacione ducis Austrie et familie sue cum recommendacione ipsius ducis. Et dicatis domine Marie, quod certa sit et secura, quod dominus rex Romanorum concedet in feodum terras predictas duci Austrie et domine Blanche uxori sue, volens de mansione et statu eorundem disponere et ordinare, prout placuerit voluntati domine Marie.

(5) Ceterum si videritis, quod via premissa super comitatibus predictis processum apud regem Francorum habere non possit, tunc proponatis regi Francorum, quod Romanorum rex paratus est, si sibi placuerit, pro filio suo Frederico secundogenito filiam domini Karoli fratris regis Francorum recipere in uxorem et eisdem filio et filie terras predictas concedere in feodum, ita quod rex Francorum Romanorum regi assistat in premissis auxiliis et consiliis oportunis[d]. Et dicatur regi Francorum, quod Romanorum rex validum iam instauravit exercitum sub gravibus expensis contra .. comitem Hanonie, qui dictas terras occupat minus iuste.

(6) Insuper si videritis, quod premissa processum non habeant, et .. rex Francorum directe regem Romanorum iuvare noluerit, tunc laboretis apud regem Francorum, ut non permittat ab incolis et subditis regni Francorum suis fidelibus et vassallis auxilium aliquod prestari comiti Hanonie vel iuvamen ad impediendum Romanorum regis intentum et desiderium in premissis.

(7) Domine scolastice, super omnibus premissis ad personas predictas dominus Argentinensis vobis litteras credencie assignabit.

94. a) que Hec sunt *sequuntur, sed deleta.* b) ē *in rasura.* c) *supra lineam add.* d) q *sequitur deletum.*

(8) Item hortemini regem Francorum pro restitucione rerum ablatarum civibus de Lubekke et festinetis quantum potestis ad reditum, ut per vos in brevi super premissis, quia hoc summe expedit, plenarie informetur.

Hec sunt, que scolasticus Sareburgensis domini . . regis Romanorum nuncius
5 proposuit vive vocis oraculo domino . . regi Francorum.

---

95. 96. SCRIPTA PRO ARCHIEPISCOPO MOGUNTINO.

1299. Oct. 3.—4.

95. *ASSIGNATIO PECUNIAE RATIONE CANCELLARIAE SOLVENDAE.*
10 *Oct. 3.*

Repetimus editionem, quam ex autographo tabularii civitatis Francofurtanae paravit Böhmer-Lau 'Codex diplomaticus Moenofrancofurtanus' I², 375 nr. 750. Pendet sigillum laesum filis sericis rubei coloris. In cancellaria scriptum non esse, protocollo probatur. — Böhmer, Reg. Albr. 213. *(P. deest.)*

15 Nos Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus.

De maturo consilio fidelium et procerum nostrorum venerabili Gerhardo sancte Maguntine sedis archiepiscopo sacri imperii per Germaniam archicancellario, principi et conpatri nostro karissimo, acceptanti quingentas libras Hallensium percipiendas annis singulis a Iudeis nostris Frankenfordensibus pro decima et iuribus eidem archiepiscopo
20 racione cancellarie cedentibus in futurum de bonis Iudeorum per Germaniam seu exactionibus, quas eisdem inantea duxerimus inponendas, liberaliter assingnamus. Salvis ante omnia ipsi archiepiscopo trecentis marcis denariorum Coloniensium per felicis recordacionis domini Adolfi predecessoris nostri donacionem[1] et nostram confirmacionem ex certa sciencia subsecutam[2], debitis annuatim in Iudeis Franken-
25 fordensibus supradictis. Litteris quoque nostris et prefati quondam regis Adolfi salvis et intactis omnino confectis super hiis et aliis, que in ipsis expressius continentur. In quibus omnibus prenominatum archiepiscopum, principem et conpatrem nostrum dilectum manutenebimus et per nostre manum mangnitudinis defendemus, quandocunque et quocienscunque fuerit hoc necesse. Nullam eciam peticionem, sturam vel exactionem
30 prefatis Iudeis Frankenfordensibus, qui nunc ibidem sunt aut erunt, aliqualiter inponemus existentibus taliter in manibus archiepiscopi memorati. Ad que nos obligamus presentibus nostris et ipsius archiepiscopi temporibus et non ultra inviolabiliter duraturis, quas nostre typario maiestatis ad omnium premissorum certitudinem fecimus communiri.

35 Datum Oppinheym, anno Domini M CC nonagesimo nono, quinto Non. Octobris.

1) *Böhmer, Reg. Ad. 353.* 2) *Supra nr. 14.*

96. *DECLARATIO DE OPPIDO SELIGENSTAD ET COMITATU BACHGOWE. Oct. 4.*

Ineditam damus ex autographo tabularii generalis regni Bawarici 'Kaiserselekt Nachtrag' nr. 144⅓. Nos ipsi descripsimus. Pendet sigilli fragmentum filis sericis rubei coloris. In cancellaria scripta non esse videtur, at eadem manu exarata ac supra nr. 95. In verso leguntur: lra super comitatu Bachgowe, *deinde manu posteriori:* et opido Selingenstad. lrā Alberti regis; *item alia manu:* Rta ad librum dnī Bertholdi archiepiscopi. *Cf. supra nr. 16 et ea quae notavimus 'Neues Archiv' XXIII, 528. — Böhmer, Reg. Albr. 214.* *(P. deest.)*

Albertus Dei gratia Rom(anorum) rex semper augustus recougnoscimus et tenore presencium publice profitemur, quod super opido Seliginstad et comitatu qui vocatur Bachgowe spectantibus sine dubio cum omnibus suis pertinentiis ad ecclesiam Maguntinam, sicut eciam alias pronunciando, statuendo, ordinando et diffiniendo plane et plene declaravimus[1], per singulos super hiis dubietatum angulos serenitatis nostre splendore previo transeuntes rectitudinis et iusticie via ducti, consideratis diligentius et inspectis privilegiis eiusdem ecclesie Maguntine venerabilem Gerhardum archiepiscopum Maguntinum principem nostrum dilectissimum, successores suos et ecclesiam Maguntinam per nos, alium vel per alios verbo vel opere, clam vel palam nullatenus inpetemus aut inquietabimus, quin immo ipsos in hiis manutenebimus et brachio nostre mangnitudinis defendemus, per nostros eciam successores efficaciter propter claram iustitiam defensandos. Ad que nos bona fide nostre felicitatis tempore firmiter observanda sine excepcione qualibet obligamus sub tenore presentium litterarum, quas singnatas nostre typario magestatis tradimus liberaliter ad maiorem certitudinem super eo.

Datum Oppinheym, anno Domini millesimo ducentesi[mo] nonagesimo nono, quarto Nonas Octobris, rengni nostri anno secundo.

---

97. INFEUDATIO DOMINI DE OSSELER.

1299. Oct. 10.

Autographon superest in tabulario Bisuntino 'Archives départementales. Série B. 411', quod iam publici iuris fecimus 'Neues Archiv' XXVII, 720. Sigillum deest, filis sericis relictis. Cf. supra nr. 40 et 77. *(P. deest.)*

Nos Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium noticiam publicam tenore presencium volumus pervenire, quod nos instantivis precibus nobilis viri Iohannis de Osseler fidelis nostri dilecti favorabiliter annuentes, litteras illustris quondam Adolphi Romanorum regis predecessoris nostri super domo et deveria de Vezour quondam Aymoni domino de Faucoingny vicecomiti de Vezour et heredibus suis, videlicet Iohanni et aliis, traditas et concessas[1] in omnibus suis articulis ratas et gratas habebimus et habemus, ipsas auctoritate regia confirmantes. In cuius confirmationis nostre evidens testimonium et memoriam sempiternam presentes litteras sigillo maiestatis regie iussimus communiri.

Dat. in Ezzelingen, VI. Idus Octobr., anno Domini MCC nonagesimo nono, indictione XIII, regni vero nostri anno primo.

1) *Supra nr. 14 et 16.* 2) *Supra tom. III, 537 nr. 573.*

98. RECEPTIO CASTELLANI.

1299. Oct. 20.

Autographon, quod asservatur in tabulario regio Confluentino, denuo contulimus. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. De transsumto tempore Heinrici VII. cancellariae regiae porrecto, quod asservatur Pisis in tabulario nobilissimae familiae Roncioni, v. supra tom. III, 534 nr. 570 et Ficker l. c. p. 52 nr. 29 (= W. SB. p. 189). — Böhmer, Reg. Albr. 227. *(P. deest.)*

Nos Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium noticiam cupimus pervenire, quod cum inclite recordationis quondam Rudolfus Romanorum rex genitor noster karissimus nobilem virum Gerlacum de Limpurch ob sue fidei merita in castro Calsmûnt in castellanum duxerit conquirendum et pro eo trecentas marcas argenti sibi promiserit se daturum, prout in instrumento super hoc confecto[1] plenius continetur, nos dictam conquisitionem et obligationem in nobilem virum Iohannem predicti Gerlaci filium liberaliter transferentes, ipsas tenore presencium confirmamus. In cuius rei testimonium presentes litteras exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo fecimus communiri.

Dat. Pinguie, XIII. Kal. Novembr., indictione XIII, anno Domini MCC nonagesimo nono, regni vero nostri anno secundo.

---

99. 100. MANDATA PRO ARCHIEPISCOPO COLONIENSI.

1299. Dec. 2.—4.

99. *MANDATUM CIVIBUS TREMONIENSIBUS DIRECTUM.* *Dec. 2.*

Denuo contulimus autographon tabularii regii Dusseldorpiensis 'Köln Domstift 399'. Sigillum illaesum pendet loro membranaceo. In verso leguntur: De opido Tremonien. archiepo Colon. obligato. — *Böhmer, Reg. Albr. 235.* *(P. deest.)*

Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris . . sculteto, scabinis, consulibus et universis civibus Tremoniensibus, fidelibus suis dilectis, graciam suam et omne bonum.

(1) Licet iam dudum venerabili Wicboldo Coloniensi archiepiscopo principi et secretario nostro karissimo opidum nostrum Tremoniense cum iuribus et redditibus nostris et imperii ibidem universis de principum nostrorum consilio et consensu conmiserimus[2] habendum et tenendum vobisque ob id multociens nostris litteris dederimus seriosius in mandatis[3], quemadmodum eciam quibusdam ex vobis coram nostra maiestate regia apud[a] Pingwiam[4] propter hoc specialiter constitutis vive vocis oraculo memi-

99. a) regia apud *atramento pallidiori in rasura scripta or.*

1) *Supra tom. III, 366 nr. 385.* 2) *Cf. supra nr. 24 c. 3.* 3) *Mandata priora, quae hic proponere supersedimus, sunt haec: a. 1298. Aug. 28., Reg. Albr. 17; a. 1299. Aug. 4., Reg. Albr. 615 (Addit. I(Oct. 18., Rübel 'Dortmunder Urkundenbuch' I, 180 nr. 265; cf. Reg. Albr. 222.* 4) *A. 1299. Oct. 18—20.*

nimus iniunxisse, ut ipsi vice nostra et imperii fidelitatis homagium prestaretis ac de redditibus et iuribus nostris eidem responderetis integre et complete, tamen, ut nostre magnificencie est relatum, nec mandatis nec minis apud vos profecimus hactenus in hac parte, eo quia pretendere dicimini, quod nulli nisi nobis apud vos presencialiter constitutis ad fidelitatem prestand(am) sitis obligati ex consuetudine sic inducta seu privilegiis vobis a nostris predecessoribus de hoc concessis. Asserentes vos pocius velle omnia[b] mala pati, quam contra huiusmodi consuetudinem seu privilegia ad mandatum nostrum dicto archiepiscopo, ut premittitur, obedire. (2) Verum cum consuetudo contra imperialis celsitudinis libertatem introducta non consuetudo, sed corruptela pocius sit dicenda nec privilegia predecessorum nostrorum aliqua vobis hoc tribuant, ut nobis in hoc, utrum per nos ipsum vel per alium a vobis fidelitatis homagium recipere velimus, legem imponere valeatis, maxime cum par in parem non habeat imperium, ne per vestre desuetudinis corruptelam nobis et nostris successoribus et sacro Romano imperio in hac parte preiudicium generetur, deliberato super hoc prehabito consilio, vestre fidelitati gratie nostre sub obtentu iteratis vicibus tenore presentium duximus precipiendum firmiter et mandandum, quatinus omnis consuetudinis et privilegiorum vestrorum allegacione penitus quiescente, prefato Wicboldo Coloniensi archiepiscopo non tamquam archiepiscopo vel suo, sed nostro et imperii nomine et veluti gestori negociorum imperii per nos deputato fidelitatis homagium, quam primum a vobis requisierit, prestetis et de iuribus ac redditibus nostris et imperii in opido Tremoniensi et ad ipsum pertinentibus eidem respondeatis integre et complete. Ipsa fidelitate commissionis tempore sibi de ipso opido Tremoniensi per nostras et principum nostrorum litteras facte tantummodo duratura. (3) Pro certo tenentes, quod si secus feceritis, quod de vestra prudencia non presumimus, regiam contra vos tamquam mandati nostri contemptores pro hiis ulcionem prosequcione iuris nostri nos ad hoc artante procul dubio sencietis. Ipsique archiepiscopo nichilominus dabimus in mandatis, ut pro conservacione iuris nostri et imperii ad obediendum nobis in hac parte viis quibus expedit vos inducat.

Dat. apud Tullum, IIII. Non. Decembr., anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, indictione XIII, regni vero nostri anno secundo.

100. *MANDATUM HOMINIBUS WESTFALIAE MISSUM.* *Dec. 4.*

Autographon eiusdem tabularii 'Köln Domstift 400' denuo contulimus. Sigillum laesum pendet filis sericis rubei coloris. In verso leguntur: Quod in ducatu Westfal. quicunque ad mortem dampnati per sigillum Colon. archiepi reducantur ad vitam per VI septimanas. *Item inter sigilli foramina manu coaeva scripta sunt:* s f s (= sigilletur filis sericis?). — *Böhmer, Reg. Albr. 236.* *(P. deest.)*

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus et precipue comitibus, baronibus, nobilibus et militibus ceterisque hominibus quibuscumque in ducatu Westphalie[a] et in ipsa terra Westphalie constitutis, ad quos presentes littere pervenerint, gratiam suam et omne bonum.

(1) Ex parte venerabilis Wicboldi Coloniensis archiepiscopi Westphalie ducis nostro est culmini supplicatum, quod cum ipse archiepiscopus suique antecessores archiepiscopi Colonienses Westphalie duces, qui pro tempore fuerunt, ratione ducatus sui Westphalie fuerunt in possessione iuris vel quasi sive consuetudine[b] a tempore cuius memoria non existit habuerint, tenuerint et possederint, habeant, teneant et

99. b) velle omnia *atramento pallidiori in rasura scripta or.*

100. a) pha *in rasura or.* b) *ultima* e *in rasura or.*

possideant in ipso ducatu Westphalie pacifice et quiete, quod ubicumque infra terminos dicti ducatus Westphalie aliquis homo per iuditium quodcumque morti adiudicatus seu ex quacumque causa ultimo supplitio deputatus per ceram ducis, que impressione cere ad sigillum dicti archiepiscopi fieri assolet, arrestatur, ipsius dampnati seu ad mortem 5 iudicati vita ad sex septimanarum spatium per arrestationem huiusmodi prorogatur, iudicis seu actoris aut alterius cuiusvis contradictione aliquatenus non obstante, nos cum dictus ducatus a nobis et sacro Romano imperio descendat, ius sive consuetudinem huiusmodi de benignitate regia ipsi archiepiscopo et sue ecclesie cum adiectione pene contra rebelles hoc ius sive consuetudinem infringentes dignaremur innovare et pariter 10 confirmare. (2) Attendentes igitur iustis petentium precibus animum fore regium inclinandum, cum etiam ex hoc, quod nostris principibus eorum iura corroboramus, ipsorum devotionem et fidelitatem erga nostram celsitudinem augmentemus, ius et consuetudinem predictam in omni ea forma, qua premittitur et hucusque observatum est, ipsi archiepiscopo et ecclesie sue Coloniensi auctoritate regia innovamus et tenore 15 presencium imperpetuum confirmamus. Inhibentes universis et singulis, cuiuscumque status preeminentie aut conditionis existant, ne quis contra ius seu consuetudinem antedictam venire presumat. Quod si quis fecerit, penam decem marcarum auri puri nostre camere pro media parte et archiepiscopo Coloniensi duci Westphalie pro tempore existenti pro alia media parte sine remissione qualibet exsolvendis incidat 20 ipso facto. In huius innovationis et confirmationis nostre testimonium et perpetuam firmitatem has litteras dicto archiepiscopo duci Westphalie et ecclesie sue Coloniensi nostre maiestatis appensione sigilli tradimus communitas.

Dat. apud Tullum, II. Non. Decembr., anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, indictione XIII, regni vero nostri anno secundo.

---

25 101—104. TRACTATUS CUM IACOBO REGE ARAGONUM.

1299. Dec. 22. — 1300. Aug. 14.

Documenta quatuor, quae ad tractatus cum Iacobo II. habitos spectant, hucusque prorsus incognita Barcinonae in tabulario regio ('Archivo general de la Corona de 30 Aragon') detecta exemplavit Henricus Finke. Quae ut primum inter Constitutiones nostras publici iuris faceremus, idem vir cl. summa cum benivolentia m. Iul. a. 1905. concessit.

Dolendum est, quod quibus de rebus secretis inter reges mediante Iohanne de Cabilone illo tempore actum sit, plane nescimus. Sed de matrimonio quodam tractatum esse, 35 opinari forsan licebit[1].

101. *LITTERAE ALBERTI REGIS. 1299. Dec. 22.*

Autographon exstat in tabulario Barcinonensi 'nr. 839' signatum. Sigillum dorso impressum erat. Membrana hic illic valde corrosa est. In dorso inscriptionis pars adhuc legitur. Sed non licuit, omnia contextus verba recte supplere. (P. deest.)

40 1) *Cf. Reg. imp. VI, 1838 et H. von Zeissberg 'Elisabeth von Aragonien, Gemahlin Friedrichs des Schönen von Oesterreich (1314—1330)' (= 'Wiener Sitzungsberichte' XXXVII. 1898) pag. 6.*

Magnifico et illustri principi [domino][a] Iacobo regi Aragonie, Valencie et Murcie comitique Barch(i)n(one) ac sancte Romane ecclesie vexillario, ammirato et capi[taneo generali amico suo][a] karissimo Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus affectum benivolum et sincerum.

Litteras[1] v[estras[b] . . . .][a] plenas amicicie et favoris gratanter accepit regia celsitudo super inmense congratulationis affectu, quo succe[ssus nostros][a] felices diligitis, benivolencie vestre acciones eximias referens graciarum et summis amplectens congaudiis graciosos eventus, de [quibus ad][c] personam et statum vestrum victoriosum vot[a nostra][a] Deo auspice diriguntur. Et quia de prosperis nostrorum successuum iocundam confidimus et credimus indubitanter dulcedinem mentis vestre, ad uberioris materiam leticie benignitati vestre duximus intimandam, quod propicio Rege regum, qui nostram erexit ad nominis sui gloriam in sublime potenciam, nos cum tota domu nostra sospitate vigemus corporea et creditum nobis desuper regnum Romanum ac rempublicam magnifice gubernamus, cunctis ad votum nobis succedentibus in eisdem. Ex quo facultas plenior nostris datur affectibus, vestra semper beneplacita prosequendi. Specialiter autem super hiis, que vir discretus Iacobus de Turicella familiaris et fidelis vester ad nostros transmissus aspectus sub clausula de credencia nomine vestro nobis exposuit, hanc de nostra sinceritate dileccio vestra constanter gerat fiduciam nec ignoret, quod verbis, relatibus et suggestionibus quibuscunque derogantibus fame vestre fidem, consensum seu applausum non [exibe]bimus[a], sed zelo sincero laudis et honoris[d] fovere, defendere ac mag[nif]icare[a] studebimus incrementa. Ceterum spectabili viro Iohanni de Cabilone fideli et familiari nostro dilecto ad ea, que ex parte vestra nobis retulit, breviter velle nostrum scire dabimus, prout idem intellectum vestrum exp[ositis][a] suis informabit. Deinde quoque idem negocium ulterius, si placebit, poteritis pertractare.

Dat. in Ezzelinga, XI. Kalendas Ianuarii, regni nostri anno secundo.

102. *RESPONSUM REGIS ARAGONUM.* *1300. Febr. 3.*

Ex Registro nr. 252 eiusdem tabularii fol. 213. *(P. deest.)*

Serenissimo principi Alberto Dei providencia Romanorum regi semper augusto Iacobus Dei gracia etc.

Per excellencie vestre litteras de persone ac familie vestre incolumitate ac regiminis vobis ab eius, per quem reges regnant et principes dominantur[2], comissi providencia prosperitate noticiam obtatam recepimus, ex quo cordi nostro [apar]et[a] cumulus gaudiorum, firma et solida spe tenentes, quod ille, a quo omne donum obtimum et perfectum descendit[3], bono principio incrementum continuum exhibebit. Placeat siquidem regie maiestati successus suos prosperos nobis velut speciali amico nunciare frequenter, nosque, qui cum domo nostra et familia gubernatore omnium faciente sospitate gaudemus, vos ut frequencius poterimus de hiis, que prospere nobis evenient, faciemus per litteras aut nuncios cerciores. Quia vero nobilis et dilectus consanguineus noster Iohannes de Cabilone dominus de Arlato nobis ex parte vestra quedam refferenda per proprios nuncios destinavit, cum illa, si ad effectum venerint, inter vos et nos amoris nexu[m][b] vinculent et augmentent, gratanti audivimus animo et in brevi ordinante Domino per speciales nuncios nostram eidem declarabimus voluntatem.

Dat. Barch(inone), III. Nonas Februarii, anno Domini MCCXCIX.

101. a) *uncis inclusa desunt or.* b) *post* vestras *duo verba desiderantur; forsan legendum* nuper transmissas. c) *locus incertus; pauca desunt or.* d) vestre *addendum est.*

102. a) *quatuor litterae desunt R.* b) nexu *R.*

1) *Quae servatae non esse videntur.* 2) *Cf. Prov. 8, 15. 16.* 3) *Iac. 1, 17.*

103. *LITTERAE REGIS ARAGONUM INTERNUNTIO DIRECTAE.*
(1300. Febr. 3.)

Ex eodem Registro l. c. *(P. deest.)*

Ia(cobus) etc. nobili et potenti viro Iohanni de Cabilone domino de Arlato 5 dilecto consanguineo nostro etc.

Que nobis per vestros nuncios presencium portitores ex parte vestra fuerunt relata, diligenter audivimus et animo recepimus gratulanti, intelligentes firmiter, vos vigilare sollicite pro nostro comodo et honore. Ex quibus promptiores efficimur ad procurandum et agendum, quicquid vestri et vestrorum utilitati cederet et augmento vestro. Quia 10 res grandis est, que ex parte vestra per ipsos nuncios extitit intimata, non per litteras, set per proprios nostros nuncios ad hoc specialiter ordinatos, quos e vestigio ad vos destinabimus, providimus respondendum.

Dat. ut supra[1].

104. *ALIAE LITTERAE EIUSDEM. 1300. Aug. 14.*

15 *Ex eodem Registro fol. 232'.* *(P. deest.)*

Ia(cobus) etc. nobili et prudenti viro ac sibi dilecto Iohanni de Cabilone domino de Arlato salutem et sue benivolencie ubertatem.

Cordis amenitate nec minus leta et grata manu litteras, quas nobis nun[c] ultimo destinastis[2], inter cetera continentes, excellentem principem regem Romanum[a] una cum 20 illustri consorte sua et liberis corpoream obtinere salutem, circa secreta negocia sicud [prius][b] eficaciter intenturum, nos noveritis recepisse et tam predicta quam alia in dictis litteris contenta pleno collegimus intellectu. Ad que comendantes[c] prudenciam vestram, quam circa tractandos et perficiendos actus huiusmodi vere cognoscimus utriusque partis honoris et comodi zelatorem, vobis taliter providimus respondendum, quod nos 25 iam speciales et sollempnes nuncios nostros ad hoc destinare proposueramus. Set quia nostris adheserat auditibus prefatum regem Romanorum quosdam inire contractus cum illustri principe Francorum rege[3], qui inceptos tractatus nostros retrahere quodammodo videbantur, propterea retardare actenus dictos nostros nuncios transmittere [in][d] consilio nostro [est][d] provisum. Verum nunc super hiis tam per litteras vestras premissas, 30 que animum nostrum plenarie informarunt, quam aliis causis cognito, quod tractatus inter dictos reges Romanorum et Francie initi nostris secretis negociis in aliquo non repugnant, idcirco scrupulo impedimenti predicti a longe repulso speciales et sollempnes nuncios super premissis ordinare disposuimus, quos de intencione nostra plene instructos ad partes ipsas brevius ut poterimus curabimus destinare. Demum quia scimus vos 35 ad gaudium renovari, quociens de nobis aliqua felicia nunciantur, vobis ducimus intimandum, nos[e] una cum illustri regina Aragonum consorte et liberis nostris corporea per Dei misericordiam obtinere salutem.

Dat. Cesarauguste, XIX. Kal. Septembris, anno Domini MCCC.

B(er)n(ardus) de Auersone ma(ndato) re(gis) facto
40 per dominum episcopum.

104. a) *sic R.* b) *vix legibile R.* c) comendamus ? *R.* d) *deest R.* e) vos *R.*

1) *Supra nr. 102.* 2) *Quae servatae non esse videntur.* 3) *V. supra nr. 72—94.*

105—119.
TRACTATUS CUM BONIFACIO VIII. PAPA.
1300. Mai. 13.—1302. (Dec.)

Tractatuum annis 1300.—1302. habitorum acta hic coniunctim proponere liceat. Legationum, quae praecedunt, documenta ad nos non pervenerunt. Sed cf. ea, quae fusius disseruit A. Niemeier 'Untersuchungen über die Beziehungen Albrechts I. zu Bonifaz VIII.' (Historische Studien XIX. Berlin 1900) pag. 1 sqq. 5

105. *SCRIPTUM PONTIFICIS PRINCIPIBUS ELECTORIBUS DIRECTUM.* *1300. Mai. 13.*

Supersunt autographa duo: C *archiepiscopo Coloniensi missum, quod asservatur in tabulario regio Dusseldorpiensi*[1] *'Köln Domstift 405', a nobis ipsis descriptum; pendet bulla plumbea filo cannabis; in plica scripta sunt manibus coaevis:* Io. Pon de cur̄, *sub plica vero:* In e. m. . . archiep̄o Maguntin̄ In e. m. dil. fil. . . electo Treueren̄; *in verso leguntur:* lr̄a dirigenda Colonien̄ multiplicata per alios principes. 10

S *exemplar duci Saxoniae destinatum, quod adhuc Romae servatur in tabulario secreto Vaticano 'Arm. XIII c. II nr. 1; hic illic corrosum contulit vir cl. Paulus Kehr*[2]*; pendet bulla plumbea filo cannabis; in plica scripta sunt alia manu coaeva:* Io. Pon de cur̄[3]. *In verso leguntur:* duci Saxonie. *Ediderunt Kopp 'Geschichte der eidgenössischen Bünde' III, 1 pag. 313 nr. 29 et male Theiner 'Codex diplomaticus dominii temporalis s. sedis' I, 371 nr. 547. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Päbste 295. Potthast 24953.* *(P. deest.)* 15 20

Bonifatius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri . . archiepiscopo Coloniensi salutem et apostolicam benedictionem.

(1) Apostolica sedes divinitus constituta super reges et regna, ut evellat et dissipet, edificet et plantet[4] dominice domus dominium et omnis possessionis eius obtinens principatum, cui omnis anima quasi sublimiori preminentie debet esse subiecta[5], per quam principes imperant et potentes decernunt iustitiam ac reges regnant et legum conditores iusta decernunt[6], quamque gloriosissimi apostoli Petrus et Paulus pariter Christo domino consecrarunt eamque omnibus urbibus et universo mundo sua presentia atque venerando triumpho pretulerunt[a], Romanum imperium in personam magnifici Caroli transtulit in Germanos iusque eligendi Romanorum regem in imperatorem postmodum promovendum certis principibus ecclesiasticis et secularibus sedes ipsa concessit, et quicquid honoris, preminentie, dignitatis et status imperium seu regnum Romanum habet[b], ab ipsius sedis gratia, benignitate et concessione manavit, a qua Romanorum imperatores et reges[c], qui fuerunt pro tempore, receperunt gladii potestatem ad laudem bonorum, vindictam vero malefactorum[7]. Et ad hoc dicta translatio maxime facta fuit, ut Romanorum imperatores et reges, qui forent pro tempore, sepe dicte sedi se redderent strenuos advocatos et precipuos defensores. (2) Preteri- 25 30 35

105. a) *praecedit locus rasus C.* b) et *in rasura C.* c) et reges *desunt S.*

1) *V. 'Neues Archiv' XIV, 359 nr. 51.* 2) *Cf. 'Neues Archiv' XX, 428.* 3) *In Catalogo chartarum archivi Romanae ecclesiae a. 1366, de quo v. supra tom. III ad nr. 206—209, commemoratur. V. Muratori 'Antiquitates Italicae' VI, col. 93.* 4) *Cf. Ierem. 1, 10 et 18, 9.* 5) *Cf. Ps. 61, 1.* 6) *Prov. 8, 15. 16.* 7) *1. Petr. 2, 14.* 40

torum tamen exhibitio et experimenta multa declarant, quod in nonnullis Romanorum imperatoribus et regibus quod fuerat ad medelam provisum, tetendit ad noxam, et qui credebantur non solum coniecturis, sed etiam promissionibus, sponsionibus et iuramentorum prestationibus sancte Romane ecclesie profuturi, cuius fuerant favore, appro-
5 batione et auctoritate promoti, cum multa ingratitudinis macula inventi sunt impugnatores et persecutores dicte ecclesie eiusque fidelium et terrarum. (3) Nos igitur attendentes divinarum et humanarum scripturarum documenta et predecessorum nostrorum Romanorum pontificum vestigia imitantes, ex quibus instruimur et docemur, quod nonnulla que fuerunt in eis sancte et[d] salubriter instituta, quia processu temporis per abusum
10 vel alias ad dampnum tendebant et malum postmodum sacro inspirante Spiritu revocata fuerunt et omnino sublata, ne diutius, si starent pernitiose, nocerent, providimus ad honorem Dei, christianitatis pacem, tranquillitatem ecclesie memorate ac vassallorum et fidelium, provinciarum, civitatum, universitatum terrarum atque locorum et subiectorum ipsius, provinciam Tuscie, que finibus provinciarum, terrarum atque
15 locorum ecclesie sepedicte valde noscitur esse vicina cuiusque provincie comites, barones et nobiles, civitates, castra, terre, loca, universitates, cives et incole multum inter se dissident, dampnis gravibus sibi irrogatis ad invicem odiis radicatis in ipsis, ex quibus se frequenter impetunt invicem et impugnant, quorum mala etiam ad contingentia provincias, civitates et loca periculose nimis et dampnabiliter extenduntur et habita-
20 torum ipsius provincie detestanda malitia diffunditur in populos contingentes, revocare ad ius et proprietatem ecclesie memorate, cuius auctoritate, ut premittitur, in Romanum imperium noscitur fuisse translata. Per Romanorum enim imperatores et reges tenentes eandem ecclesia predicta in suis vassallis, fidelibus atque terris magnas et graves de ipsa provincia impugnationes accepit et fuit multipliciter molestata. (4) Et licet ad
25 revocationem huiusmodi faciendam sufficiat auctoritas dicte sedis, a qua quicquid habet imperium, sumpsit exordium, impresentiarum tamen preelegimus experiri fraternitatis[e] tue promptitudinem ad nos et ecclesiam sepedictam et devotionis affectum, quem te ad nos et ecclesiam ipsam gerere credimus et habere. Ideoque venerabilem fratrem nostrum N(icolaum) Anconitanum episcopum, de cuius experta circumspectione, industria
30 et fidelitate confidimus, ad te ac Germanie partes duximus propter hoc specialiter destinandum, fraternitatem[f] tuam affectuose[g] rogantes et hortantes actente, quatinus si magnificus princeps Albertus Austrie dux illustris, natus clare memorie Rodulfi Romanorum regis, super ista materia vel contingentibus eam nunc in statu in quo est vel in[h] quovis in futurum statu fuerit nostris beneplacitis se coaptet et faciat cum effectu,
35 que pro utilitate publica volumus in hac parte, ea ad petitionem dicti episcopi, nostre super hoc conscii voluntatis, approbare studeas eisque[i] spontaneum prebere consensum per tuas patentes litteras tuo sigillo signatas necnon et per publicum instrumentum, que nobis per eundem episcopum destinare procures. Exauditurus nostras exhortationes et preces taliter in hac parte, quod nos et ecclesia memorata in te promptitudinem
40 devotionis et gratitudinis invenisse letemur ac perinde[k] reddamur et merito in tuis processu temporis profectibus promptiores.

Dat. Anagnie, III. Id. Maii, pontificatus nostri anno sexto.

106. *COMMISSIO LEGATIONIS IN GERMANIA. 1300. Mai. 15.*

Ex Registri Bonifacii VIII. tom. III, iam in serie Registrorum tabularii Vaticani
45 *tom. 49 fol. 383 ep. cur. 18 edita est 'Registres de Boniface VIII' nr. 3884. Quam editionem hic repetimus.* *(P. deest.)*

105. d) ac *S.* e) nobilitatis *S.* f) magnitudinem *S.* g) affectuose *deest S.* h) *deest S.* i) *in rasura C;* et quod *S.* k) proinde *S.*

Venerabili fratri Nicolao episcopo Anconitano.

Experta[a] tue circumspectionis industria, que in magnis et arduis provide novit attendere quid[b] deceat, quid[b] expediat, merito nos inducit, ut tibi, in quo secure quiescimus, que grandis sunt etiam ponderis committamus. Cum igitur pro altis et arduis ecclesie Romane negotiis et cordi nostro plurimum insidentibus te[c] ad Germanie partes cum specialibus nostris litteris destinemus, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus illuc te personaliter conferens et illis, quibus huiusmodi nostre littere diriguntur, eas provide representans, illa, que pro quiete, honore et exaltatione ac dilectionis et sinceritatis augmento inter eandem Romanam ecclesiam, cunctorum matrem fidelium et magistram, ac sacrum Romanum imperium et prospero statu mundi ac maxime Italicarum partium tue circumspectioni committimus, sic diligenter et fideliter exequaris, nobis que super hiis feceris et inveniris provide relaturus, quod diligentie tue studium non habeatur inefficax, sed possis exinde merito commendari.

Dat. Anagnie, Id. Maii, anno sexto.

107. *FORMA DONATIONIS PROVINCIAE TUSCIAE REGI MISSA.*

Documentum grave, cuius forma A *hiis certe temporibus Alberto regi mediante legato missa est, exstat in Formulario regis, de quo v. supra ad nr. 5, sub nr. 12, ubi rubrum:* Qualiter rex Albertus dedit regnum Thuscie summo pontifici. *Edidit Chmel l. c. pag. 236 nr. 7. Nos ipsi denuo contulimus.*

Formae prioris cuiusdam L, *item ex cancellaria papali tam regi quam principibus electoribus, ut opinari licet, mandatae, textum, in quo nonnulla enuntiata omissa erant*[1], *servaverunt 'Collectanea Rudolfi Losse' sacc. XIV. in. fol. 130 (143), quae in tabulario Darmstadensi exstant. Ubi rubrum:* Papa Bonifacius volebat sibi dari totam Tusciam. *Denuo nos ipsi accuratissime descripsimus. De hoc codice notissimo cf. ea, quae una cum amico Priesack nos ipsi disseruimus 'Westdeutsche Zeitschrift' VIII (1889) pag. 81 sqq. Edidit etiam Ficker 'Forschungen zur Reichs- und Rechtsgeschichte Italiens' IV, 506 nr. 499, qui in adnotatione non omnia recte exposuit.*

Quae in capitibus 1 et 2 concordant cum litteris papae supra nr. 105, ea typis minoribus excudenda curavimus. De numero singulari cancellariae regiae minime proprio cf. ea, quae iam supra tom. III, 42 lin. 6 sq. animadvertimus. Cf. Böhmer, Reg. 1246—1313 Päbste 295. *(P. deest.)*

1. Agitur quod ego talis recognoscens[a], quod Romanum imperium[b] per sedem apostolicam de Grecis translatum est in persona magnifici Karoli[c] in Germanos et quod ius eligendi Romanorum regem in imperatorem postmodum promovendum certis principibus ecclesiasticis et secularibus est ab eadem sede concessum, et quod quidquid honoris, auctoritatis, eminencie, dignitatis aut status imperium seu regnum Romanum habet, ab[d] ipsius sedis gracia, benignitate et concessione manavit, a qua *reges et inperatores, qui fuerunt et erunt pro tempore, recipiunt temporalis gladii potestatem ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum, pia devocione ac sincero corde profiteor, quod Romanorum reges in imperatores postmodum promovendi per sedem eandem[e] ad hoc potissime ac specialiter assumuntur, ut sint sancte Romane ecclesie advocati, catholice fidei et eiusdem ecclesie

106. a) Ex parte *ed.* b) quod *ed.* c) *deest ed.*

107. a) recongnoscens *A.* b) inperium *A.* c) Caroli *A.* d) *supra lineam add. A.* e) apostolicam *L.*

1) *Cf. infra pag. 84 lin. 35.*

precipui defensores. Quapropter et ego et alii Romanorum reges et imperatores, qui erunt pro tempore, totis viribus abstinere debemus ab illis[f], que ipsi ecclesie possunt esse nociva et per que inter sanctissimum patrem et dominum meum[g] dominum Bonifacium sacrosancte Romane ac universalis[h] ecclesie summum pontificem, qui nunc 5 apostolice sedi preest, et successores ipsius, qui canonice intrabunt, me[i] et Romanorum reges et imperatores, qui erunt pro tempore[i], possent scandala suscitari et materia dissensionis oriri, et debemus illa devotis et ferventibus affectibus promovere, ex quibus christianitati Italie[k] et presertim provincie Thuscie[l] tranquillitas, pax et quies proveniat[m], odia[n], rancores civiles et intestina bella tollantur et mala alia, per que paterna 10 sinceritas et vera[o] dilectio, quam prefatum dominum meum summum pontificem et ecclesiam sepedictam ad me habituros fiducia firma confido, minui vel obfuscari valerent[p].

2. Considerantes itaque, quod provincia Thuscie[q] memorata finibus provinciarum, terrarum[r] atque locorum ecclesie sepedicte est valde vicina, cuius[s] * provincie comites, barones 15 et nobiles, civitates, castra, terre, loca, universitates, cives et incole multum inter se dissident, dampnis gravibus* illatis *invicem odiis radicatis in ipsis, ex quibus se frequenter impetunt[t] invicem et impugnant[u], quorum mala etiam ad contingencia provincias, civitates et loca periculose[v] nimis et dampnabiliter extenduntur et habitatorum ipsius provincie detestanda[g] malicia diffunditur in populos contingentes, rememoransque[w], quod nonnulli Romanorum[x] impera- 20 tores et reges, qui fuerunt actenus[y], multiplicibus honoribus, beneficiis et graciis ab apostolica sede obtentis, immemores[z] et ingrati, promissionibus et iuramentis ipsi sedi prestitis violatis, ipsam multipliciter impugnarunt[a], terris et vasallis eiusdem iniuriis et dampnis gravibus irrogatis, unde[b] premissis in maturam deliberacionem adductis ad ecclesie sepe dicte ac aliorum suorum fidelium et vasallorum securitatem memoratam 25 sedem providi munire talibus et armare presidiis ac fortificare largicionibus, ut si quod absit per me vel per meos ipsam molestari contingeret aut per reges vel imperatores Romanorum, qui fuerint[c] pro tempore, ad[d] defendendum se et sua sibique subiecta reddatur robustior et validior ad iniqua molimina refrenanda.

3. Presencium igitur[e] tenore ipsi domino meo domino B. pape predicto eiusque 30 successoribus canonice intrantibus et sancte Romane ecclesie sepedicte do, cedo[f], dono et trado inperpetuum[g] totam provinciam Thuscie[h] ad Romanum imperium pertinentem cum omnibus comitatibus, marchionatibus, baroniis, dignitatibus, honoribus, preeminenciis[i], civitatibus, castris, terris, villis et locis, hominibus et habitatoribus atque incolis, territoriis[k], districtibus et pertinenciis, montibus, alpibus, terminis et confinibus, aquis, 35 fluminibus, portubus, plagiis atque ripis, introitibus et exitibus, accessibus et egressibus suis et cum omni mero et mixto imperio, dominio et iurisdiccione, omnibus que[l] reditibus et fructibus, proventibus, bonis et iuribus, quocunque nomine ipsa et eorum quodlibet censeantur[m], in ipsis ad regnum et imperium pertinentibus memoratum. Abdicans[n] exnunc totaliter et omnino ea omnia et singula a me ac[o] a regno et imperio 40 Romanorum illaque in ipsum dominum papam et successores eius predictos ac prefatam[p] ecclesiam perpetuo ac[o] totaliter transferens[q], ita quod[r] ammodo ipse et[s] suc-

107. f) ab illis *desunt A.* g) *deest A.* h) ac universalis *in margine add. A.* i) me — tempore *desunt L; cf. pag. 84 lin. 40.* k) Ytalice *L.* l) Tuscie *L.* m) proveniant *L.* n) et *add. A.* o) prefata *male L.* p) valeret *L.* q) Tussie *L.* r) terr. prov. *L.* s) huius *male A.* 45 t) inpetunt *L.* u) inpugnant *L;* impungnant *A.* v) periculosa *L.* w) rememorans quoque *L.* x) Romonorum *A.* y) hactenus *L.* z) inmemores *L.* a) inpungnarunt *A.* b) unde *deest A.* c) fuerunt *L.* d) *deest A.* e) Et ecce igitur quod presencium *L.* f) concedo *A.* g) imperpetuum *L.* h) Tuscie *L.* i) preminentiis *L.* k) territoribus *A.* l) que *deest A. L.* m) censentur *A.* n) abdicantes *A;* abdicantibus *L.* o) et *L.* p) Romanam *add. L.* q) transferentes *A. L.* r) ut *L.* s) ac *L.*

cessores[t] et ecclesia supradicti[u] per se ac alios quandocunque[v], qualitercunque et quotienscunque auctoritate propria absque mea[w] et cuiuslibet[x] alterius requisicione vel consensu possint ipsa omnia et singula libere et[s] licite apprehendere, intrare, recipere[y], retinere ac possidere vel quasi[z] et[a] contradictores[b] si qui fuerint vel rebelles, prout expedire viderint, coartare. Volens quod ea omnia sint proprietatis et iuris imperpetuum[c] ecclesie memorate.

4. Promitto[d] quoque tactis sacrosanctis ewangeliis in presentia talium iuramento, quod premissa omnia et singula inviolabiliter observabo nec per me vel alios scienter, publice vel occulte veniam vel temptabo vel procurabo veniri contra ea vel aliquod eorundem. Et[e] si contrarium facerem, preter illam auctoritatem, quam habet super me ac bona mea apostolica sedes, suppono me sponte ac bona mea, honorem et dignitatem habita et habenda[f] ipsi domino pape et sedi prefate ac ipsorum mandato quocien[s]cumque faciendo ac spiritualibus et temporalibus penis, sententiis atque multis, quibus me ac familiam meam duxerint puniendos.

5. Promitto[g] quoque et firmo sacrosanctis tactis ewangeliis proprio iuramento, quod ad quemcunque gradum seu statum cuiuscunque eminencie seu dignitatis ascendero seu promotus fuero vel assumptus, supradicta omnia et singula confirmabo et innovabo et eciam de novo faciam verbis competenter mutatis et ipsi domino meo pape Bonifacio suisque successoribus canonice intrantibus et apostolice sedi super hoc patentes litteras meo magno sigillo signatas et eciam bulla aurea, cum illa me uti contigerit, faciam assignari[g]*.

108. *LITTERAE PONTIFICIS DE STATU TUSCIAE. 1300. Mai. 15.*

Ex Registri Bonifacii VIII. tom. III (tom. 49) fol. 301 ep. 135 publici iuris fecit Guido Levi 'Bonifazio VIII e le sue relazioni col Comune di Firenze' (Archivio della società Romana di Storia patria V. 1882) pag. 455 sqq. nr. 4. Denuo contulit vir d. H. Pogatscher Romanus. — 'Registres de Boniface VIII' 3570. (P. deest.)

Venerabili fratri .. episcopo Florentino ac dilecto filio .. inquisitori heretice pravitatis in provintia Tuscie.

(1) Perlato pridem ad audientiam nostram, quod .. potestas, .. capitaneus[a], priores, .. vexillifer iustitie, consilium et comune civitatis Florentie contra dilectum filium Symonem Gerardi familiarem nostrum nostreque camere mercatorem ac magistrum Cambium de Sexto procuratorem in audientia nostra et Noffum Qintavallis, qui tunc ad curiam nostram accesserat, processerunt vel fecerunt ex arrupto procedi, nos quedam per nostras sub certa forma litteras primo eis super revocatione ipsorum processuum

*) *in codice A sine signo paragraphi haec sequuntur:* In hac cedula continentur addiciones, que deficiebant in antiqua, cum clausula ultima que incipit 'Promitto quoque etc. usque assignari': 'Agitur[h] quod ego talis recognoscens[i] etc. usque possunt[1] esse nociva et per que inter sanctissimum patrem et dominum dominum B. divina providencia sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summum pontificem, qui nunc sedi preest eidem, et successores ipsius, qui canonice intrabunt, me et Romanorum reges et imperatores, qui erunt pro tempore, possent scandala suscitari etc. usque refrenanda[2]. Presencium igitur tenore ipsi domino meo domino B. pape predicto etc. usque duxeri[n]t[3] puniendos'.

107. t) eius *add. L.* u) supradicta *L.* v) et *add. L.* w) nostra *L.* x) cuiusvis *L.* y) et *add. A.* z) q̅i *corr. ex* q̅u *L.* a) *deest A.* b) contrarii *male L supra lineam add.* c) impiu̅ *A.* d) promittens *L.* e) *deest A.* f) habitam et habendam *A.* g) Promitto — assignari *desunt L; cf. lin. 36.* h) *sine signo paragraphi A.* i) recongnoscens *A.*

108. a) *sequitur .. delet. c.*

1) *Supra pag. 83 lin. 2.* 2) *Ibid. lin. 28.* 3) *Supra lin. 14.*

habitorum et ut de cetero non facerent contra illos absque conscientia nostra processus, et postmodum per alias nostras litteras[1] tibi, frater episcope, quedam alia contingentia presentem materiam dedimus in mandatis, prout in ipsis nostris litteris plenius continetur. Ex hiis autem fuit nobis maioris turbationis materia ministrata, quod ex
5 quadam relatione ipsis facta, que veritate carebat, ex qua, etiamsi vera fuisset, vel ex inquisitione presumpta latenter in nostra curia contra illos, ubi nullam comune Florentie vel officiales eius iurisdictionem habebant, non fuit tam precipitanter quomodolibet procedendum, presumpserunt sic ex arrupto procedere, feriis etiam in aliqua parte ipsorum processuum non servatis. Nam que civitas, terra, villa vel locus patienter
10 pateretur, infra suos limites per alios peregrinos seu advenas iustitiam exerceri, cum extra iurisdictionem ius dicenti non pareatur impune. (2) Post hec ad nostrum pervenit auditum, quod nonnulli iniquitatis filii de civitate predicta spiritu irreverentie ac tumoris inflati conati sunt populum Florentinum ab obedientia nostra retrahere ipsumque contra nostra beneplacita excitare, falso et mendaciter per civitatem diffundendo
15 eandem, quod per dictas nostras litteras nostra ferebatur intentio, civitatis ipsius iurisdictionem tollere et diminuere libertatem, quas non minuere disponimus, set augere. Et quod amplius est et gravius, talibus falsis verbis et mendacibus non contenti, in verba non tam heretica quam insana relaxare linguas suas temere presumpserunt, maxime Lapus Saltarelli, unus ex prioribus Florentinis, qui visus est inique suggerere
20 publice arengando et alias suis affirmando concivibus, quod de processibus et sententiis Florentini comunis non debebamus nos intromittere nec etiam poteramus, non attendentes, quod Romanus pontifex vices gerens illius, qui vivorum et mortuorum iudex est constitutus a Deo[2] et cui in celo et in terra omnis est data potestas[3], imperat super reges et regna omniumque dominicarum ovium curam gerens super omnes mortales
25 obtinet principatum, ad quem omnis oppressus et quavis adversitate pulsatus pro suffragio quasi ad capud suum potest confugere, ut defendatur et a suis oppressionibus relevetur. Huic militantis ecclesie summo ierarche[b] omnis anima debet subesse omnesque fideles cuiuscumque eminentie sive status colla submittere et eius mandata et monita, cum delinquunt, suscipere necessario velut medicamenta curantis. Nam alias
30 viverent nonnulli homines sine lege, qui superiorem non agnoscerent et crederent se impune peccare. Quis eorum errata corrigeret? quis malefacta puniret? Certe qui sic sapiunt, desipere dinoscuntur. Et ideo plus turbamur, quando per insipientes corde apostolice sedis auctoritati detrahitur et commissa nobis a Deo potestatis plenitudo non absque heresis suspitione mordetur, presertim ab illis, qui speciali et quasi peculiari
35 nobis sunt ratione subiecti. (3) Numquid Romanorum imperatores et reges civitate predicta et officialibus eius maiores existunt, qui nobis fidelitatem prestant et subesse noscuntur? Quis errata corriget per civitates et loca provincie Tuscie et relevabit oppressos, si ad nos non possit recursus haberi? An non nostris temporibus, dum adhuc essemus in minori officio constituti, eadem sedes clare memorie Carolum regem
40 Sicilie in dicta provincia constituit vicarium generalem vacante imperio, et ad huius vicarie exercendum officium idem rex admissus extitit ab incolis dicte provincie ac receptus? Quod imperium et nunc vacare dinoscitur, dum nobilem principem A(lbertum) ducem Austrie sedes ipsa in Romanorum regem nondum admiserit nec approbaverit nec sibi favorem prestiterit impendi solitum legitime in Romanorum reges electis? Quid
45 igitur dictus Lapus, qui vere dicendus est lapis offensionis et petra scandali, in caninos latratus prorupit, detrahendo tradite nobis a Deo plenitudini potestatis? (4) Nos itaque considerantes, quod indiscreti hominum mores confusique vagarentur, si culpa

108. b) *super* ierarchie *deleto* c.

1) *Cf. Levi l. c. pag. 450 nr. 2.* 2) *Act. 10, 42.* 3) *Matth. 28, 18.*

formidinem et virtus premium non haberet, decrevimus talium latratorum in freno et camo maxillas constringere, qui non approximant veritati et se a nobis elongant, qui eius, qui via est, veritas et vita[1], vices tenemus in terris. Quocirca discretioni vestre sub excommunicationis pena districte precipiendo mandamus, quatinus vos vel alter vestrum per vos vel alium seu alios premissa in consilio civitatis eiusdem et alibi ubi 5 expedire videritis diligentius exponentes, dictos potestatem, capitaneum, priores, vexilliferum, consilium et comune ac prefatum Lapum necnon Bondonem Girardi notarium et Lippum Ranucii Becca et sex ex aliis, qui contra nos et dicte sedis auctoritatem presumpserunt relaxare, ut premittitur, temere linguas suas, de quibus vobis videbitur, ex parte nostra peremptorie citare curetis, ut memorati potestas, capitaneus, priores, 10 vexillifer, consilium et comune per syndicum vel procuratorem ydoneum ad hoc ab eis specialiter constitutum, prefati vero Lapus, Bondo et Lippus necnon et sex alii personaliter infra octo dierum spatium post citationem huiusmodi nostro se conspectui representent, recepturi pro meritis ac parituri nostris beneplacitis et mandatis aut suam si poterunt innocentiam ostensuri. (5) Alioquin contra ipsos ad exponendum 15 ipsorum personas citra mortis ac mutilationis periculum et bona eorum etiam capienda, immo ad faciendum arestari bona mercatorum et civium civitatis eiusdem eiusque districtus per diversas mundi partes et precipiendum debitoribus ipsorum, ut eis non respondeant de debitis, in quibus ipsis tenentur, et specialiter contra dictos Lapum et alios, qui nostram et dicte sedis auctoritatem mordere temere presumpserunt, tamquam 20 contra hereticos eorumque fautores et alias spiritualiter et temporaliter, prout exegerint eorum culpe, contumacie ac excessus ac expedire viderimus, procedemus. (6) Diem vero citationis et formam et quicquid super hiis duxeritis faciendum, nobis per vestras litteras harum seriem continentes fideliter intimare curetis.

Dat. Anangnie, Idus Maii, anno sexto. 25

109. *LITTERAE PONTIFICIS PRINCIPIBUS ELECTORIBUS MISSAE.* *1301. Apr. 13.*

Superest exemplar principibus ecclesiasticis destinatum, propter rasuras, ut opinarer, non emissum, in tabulario Vaticano 'Arm. IX c. II nr. 8', quod denuo descripsit Paulus Kehr[2]. *Pendet bulla plumbea filo cannabis. In plica scripta sunt alia manu:* G. de 30 Sang̅ de c̅ur. *In verso leguntur:* Littera Theotonicorum, *itemque* Lictera prelatorum etc.[3]. *Edidit Kopp l. c. III, 1 pag. 315 nr. 30. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Päbste 296. Potthast 25036.* *(P. deest.)*

Bonifatius episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus .. Maguntino et .. Coloniensi ac .. Treverensi archiepiscopis salutem et apostolicam benedictionem. 35

(1) Romano pontifici successori Petri et vicario Iesu Christi, cui in celo et in terra omnis est data potestas[4], super solium excelsum et elevatum sedenti congruit dissipare suo intuitu omne malum, illud presertim, quod accusatione non indiget ac evidentia facti et opus publicum confitentur nec tergiversatione aliqua tegi potest et pene totus orbis ad apostolicam sedem undique confluens detulit clamore sonoro. Hoc 40 utique tam orrendum et piaculare flagitium sic per mundi climata diversa diffusum multorum corda perturbat, mentes sautiat, incitat ad perditionis exempla, maxime si non habeat tanta culpa supplitium et remaneret delictum tam notorium impunitum, magne iustitie virtute petente vindictam effusi sanguinis innocentis. Cur igitur premissa dixerimus, explicamus. (2) In publicam enim devenit notitiam, quod clare memorie 45

1) *Ioann. 14, 6.* 2) *V. 'Neues Archiv' XIV, 359 nr. 52.* 3) *Enumeratur bulla in Catalogo a. 1366. supra citato, Muratori l. c. VI, col. 93.* 4) *Cf. Matth. 28, 18.*

Adulfo[a] in Romanorum regem electo et apud Aquisgranum more solito coronato, a[b] principibus et aliis magnatibus Germanie iuramentis prestitis fidelitatis eidem, feudis ac terris ab ipso recognitis et in feudum receptis ab eo, nobilis vir Albertus, natus clare memorie Rodulphi Romanorum regis, dux Austrie vassallagium et ligium homagium ut 5 Romanorum regi fecit eidem, nonnullis magnis et grandibus feudis ab ipso receptis, et tandem quasi ad vomitum rediens, contra ipsum superbe rebellans ipso rege Adulfo vivente de facto, cum de iure non posset, in Romanorum regem se eligi procuravit et cum ipso[c] rege domino suo hostiliter[d] in campo confligens de rege triumphavit, eodem ipso occiso in prelio memorato, ac postmodum se eligi iterato procurans in Romanorum 10 regnum se non expavit intrudi in exempli mali pernitiem et scandalum plurimorum, a prefata[e] sede nec approbatione nec regia nominatione obtentis, et nichilominus de facto ut Romanorum rex maxime in Germanie partibus administrare presumpsit. (3) Contra quem licet propter diversas considerationes et causas in libram provide considerationis adductas adhuc non duxerimus, prout exigebat negotii qualitas, procedendum, ne tamen 15 propter dissimulationem temporis longioris vel tractum indebitus sibi approbationis color vel favoris accrescat, nos, ad quos ius et auctoritas examinandi personam in regem Romanorum electam pro tempore eiusque inunctio, consecratio, coronatio, manus impositio necnon denuntiatio seu reputatio ydoneitatis persone vel forme et nominatio regia seu ratione indignitatis persone vel forme reprobatio pertinere noscuntur, frater- 20 nitati vestre de fratrum nostrorum consilio per apostolica scripta districte precipiendo mandamus, quatinus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel per alium seu alios publice et expresse auctoritate nostra denuntiare curetis in civitatibus, terris seu locis, de quibus expedire videritis et sit verisimile denuntiationem huiusmodi ad predicti Alberti notitiam perventuram, quod nisi prefatus Albertus, qui pro Romanorum rege 25 se gerit, per suos solemnes nuntios et procuratores ydoneos sufficienter instructos cum omnibus iuribus, actis et munimentis suis infra sex mensium spatium a tempore denuntiationis huiusmodi computandum compareat coram nobis ostensurus, si velit et possit et sua crediderit interesse, suam innocentiam et propositurus rationabiles excusationes, si quas habet super suis impedimentis notoriis, crimine videlicet lese maiestatis com- 30 misso, ut premittitur, contra regem Adulfum prefatum necnon excommunicatione publica, periuriis manifestis et divulgata persecutione, quam eius affines seu consanguinei, quorum acquiescit consiliis, et ipse presumpserunt contra dictam sedem et alias ecclesias exercere, et impedimentis aliis, et expositurus ius, si quod sibi competit vel dicat competere in premissis vel aliquo premissorum, et ad faciendum super premissis omnibus 35 et singulis ipsaque contingentibus que iustitia suadebit et expedire videbimus sibique duxerimus iniungenda ac nostris beneplacitis pariturus, nos principibus electoribus ecclesiasticis et secularibus ac universis et singulis sub imperio Roman(o) degentibus, de quibus expedire videbitur, districtius iniungemus, quod nullus sibi ut Romanorum regi obediat vel intendat, quin potius omnes recedant ab eo, et omnes et singulos ab 40 homagiis factis ipsi Alberto ut Romanorum regi et fidelitatis prestitis iuramentis absolvemus seu faciemus absolvi vel denuntiabimus seu denuntiari faciemus potius absolutos, et alias tam contra ipsum Albertum quam contra fautores et adiutores ipsius, etiam huiusmodi dilatione, denuntiatione seu termini assignatione pendentibus, que magis ex gratia seu misericordia, quam ex iuris necessitate procedunt, tam ex preteritis ipsorum culpis, ex- 45 cessibus et offensis, quam ex futuris, si quos eos committere forte continget, procedemus spiritualiter et temporaliter, prout, quotiens et quando viderimus expedire. (4) De hiis autem que super premissis et circa premissa feceritis, confici faciatis publica

109. a) Adulfo *or.* b) *post add. or.* c) et cum ipso *in loco raso or.* d) n̄o suo hostiliter *in loco raso or.* e) *in loco raso or.*

instrumenta illaque nobis per fidelem nuntium transmittatis, significaturi nichilominus per vestras litteras harum seriem continentes, qualiter processeritis in premissis.

Dat. Laterani, Idus Aprilis, pontificatus nostri anno septimo.

110. *COMMISSIO LEGATIONIS ALTERA. 1301. Mai. 19.*

Ex Registri Bonifacii VIII. tom. IV, iam in serie Registrorum tabularii Vaticani tom. 50 fol. 114' ep. cur. 11 dedit Kopp l. c. III, 1 pag. 317 nr. 31, cuius editionem hic repetimus. Textus fere omnino concordat cum supra nr. 102. — Potthast 25048. 5

(P. deest.)

Venerabili fratri Angelo episcopo Nepesino.

Experta tue circumspectionis industria, que in magnis et arduis provide novit attendere quid deceat, quid expediat, merito nos inducit, ut tibi, in quo secure quiescimus, eciam que grandis sunt ponderis committamus. Cum igitur pro altis et arduis ecclesie Romane negotiis et cordi nostro plurimum insidentibus, te ad partes Germanie destinemus*, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus illuc te personaliter conferens*, illa, que* tue circumspectioni committimus, sic diligenter et fideliter exequaris, nobis que super hiis feceris et inveniris provide[a] relaturus, quod diligentie tue studium non habeatur inefficax, sed possis exinde merito commendari. 10 15

Dat. Anagnie, IIII. Kal. Iunii, anno septimo.

111. 112. *LITTERAE CIVITATIS ARETINAE AD ALBERTUM REGEM. (1301—1302.)*

111. *LITTERAE PRIORES. (1301—1302.)* 20

Hic subiungere liceat litteras, quibus tractatus inter regem et civitates Tusciae partis imperialis illustrantur. Supersunt in Formulario regis Alberti, de quo v. supra ad nr. 5, sub nr. 34, ubi rubrum Littera credencie. *Edidit Chmel l. c. pag. 251 nr. 14. Denuo contulit socius noster H. Hirsch. Cf. nr. 112. (P. deest.)*

Serenissimo ac triumphanti principi domino Alberto Dei gracia Romanorum regi semper augusto Pochaterra potestas[1], octo gubernatores et defensores, consilium et commune civitatis Arecii imperii Romani fideles devocionis osculum ante pedes. 25

Ut maiestati regie fidelium devotorum intencio satius vive vocis oraculo quam litteris explicetur, nobilem et sapientem virum dominum Paganellum de Vico iurisperitum Pisanorum[2] nostrum ambaxiatorem precipuum, latorem presencium, tam de intencione quam passione fidelium plenarie informatum cum devocionis confidencia destinamus. Cui in litteris hiis que pro eorumdem fidelium parte retulerit tamquam veritatis nuncio dignetur [c]redere regia celsitudo. 30

Datum etc.

112. *ALIAE LITTERAE. (1302. post Iul.)* 35

Denuo descripsimus ex Formulario, quem praebet codex universitatis Taurinensis H. III. 38. saec. XIV. fol. 77'. E quo iam a. 1839. publici iuris fecit Doenniges 'Acta Henrici VII.' II, 252 nr. 15. Cf. nr. 111 et litteras a. 1305. Mai. 17 datas, quas nuper Pisis inventas infra edemus. (P. deest.)

110. a) proinde *ed.* 40

1) *Pocaterra potestatis officio a. 1301. et 1302. usque ad mensem Iunium fungebatur; v. Muratori 'Rerum Italicarum Scriptores' XXIV, 862.* 2) *Cf. Redlich 'Rudolf von Habsburg' pag. 201 not. 1.*

Serenissimo principi domino Alberto Dei gratia Romanorum regi et semper augusto P(etrus)[1] de Montiliano potestas, consilium et comune civitatis Aretii devoti et fideles imperii se promptos [ad][a] fidelitatis obsequia et hostibus ubique calcatis imperii expectatam aquile gloriam triumphantis.

(1) Fervida mentium nostrarum devotio, quam erga Romanum imperium indefessa semper constantia gessimus, dudum periclitationis nobis fuit occasio et nos adversitatum plurimis et guerrarum laceramentis exposuit et ruinis. Notum est et imperatoriam maiestatem latere non credimus, qualiter propter servatum nobis solum nomen imperii ex universa quidem Tuscia et partibus Lombardie et ex aliis nonnullis provinciis copiosi collecti exercitus pro desolatione nostra et ad extinguendum nominis imperialis memoriam ante limites nostros importunas vastationes diutius prestiterunt, quantumque cum ipsarum gentium populis arva sanguine largius effuso conspeximus, quantis[que][a] pervigiliis domos nostras sub ancipiti vita defendimus, nunquam laboribus substantieque nostre dispendiis indulgentes. (2) Modo respirantibus nobis ab ipsis adhuc recentium guerrarum furoribus, supereminet formidandum grande negotium et occurrit materia instantie gravioris subinferens cogitatus. Nam de novo ad partes transivit Ytalie vir egregius dominus Karolus dictus [de Valesio][a] cognomine sive clarissimi regis Francie frater germanus et ad presens in potentatu et fortia summi pontificis profectus in Tusciam principavit sibi nove iurisdictionis offitium, quam sibi fore concessam circa pacem[b] Tuscie ab ipso summo pontifici contestatur[2]. Etenim non ipsius titulo formidamur[c] offitii, quasi simus pacis vel quietudinis contemptores, sed ex consequentia operis, quam reliquit preteriens alius eodem nomine Karolus, qui per totam provinciam fideles imperii tirannica depopulatione dispersit. Preterea neque gens Gallica neque Gallorum potentia, cum quibus semper acutis in morte gladiis cedes et bella peregimus, nobis pacis vel tranquillitatis benefitia largiretur. Ipse etiam Romane pastor ecclesie nunquam super nos oculum sue benignitatis aperuit, set causam de nichilo fabricans semper sub interdicti sententia nos detinet illigatos. (3) Quocirca fluctuantes inter dubia et incerta consilia a remotis valida invocatione deposcimus imperiale subsidium, sub longe cuius expectationis patibulo inter angustias, famem, excidia iam etas nostra consenuit, nec auxilium nobis eveniens a parte aliqua intuemur. Quid igitur facturi sumus[d] circa obedientiam, quam a nobis in processu postulabit offitii, quid eligimus, quod ad decus magis redundat imperii, quid insuper sumendum est pro salute nostra securius, de maiestatis vestre procedat imperio. Exequemur namque pro viribus, quantum nobis spiritus[e] et vita suffecerit, quicquid providentie vestre serenitas imperabit.

113—118. *SCRIPTA AD LEGATIONEM REGIS SPECTANTIA. 1302. Mart. 27.*

Cf. ea quae de scriptis ad hanc legationem spectantibus proponit Niemeier l. c. pag. 96 sq.; itemque Böhmer, Reg. Albr. 378.

113. *CREDENTIA GENERALIS.*

Credentiam generalem quinque nuntiis coniunctim datam praebet Formularius regis Alberti, de quo v. supra ad nr. 5, sub nr. 72 (= Chmel l. c. pag. 283 nr. 44). Denuo contulit Hirsch. Linea chronologica caret. Cf. Böhmer, Reg. Albr. 378. (P. deest.)

112. a) *uncis inclusa codici desunt.* b) paces *corr. super* partes *deleto c.* c) formidamus *c.* d) simus *c.* e) s̅p̅s̅ *c.*

1) *Petrus m. Iulio a. 1302. officium potestatis sumpsit; cf. Muratori l. c.* 2) *Paciarius nominatur a. 1301. Sept. 5. Potthast 25069.*

Sanctissimo in Christo patri domino suo domino Bonifacio sacrosancte Romane ecclesie sum[m]o pontifici Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus cum filiali obediencia [a] devota pedum oscula beatorum.

Inclite memorie Rudolfi quondam Roman(orum) regis patris nostri karissimi vestigiis inherere volentes, qui se constancia fidei apostolicis beneplacitis exponebat, firma mente disponimus monita vestra corde promto suscipere nosque vestris mandatis et beneplacitis, prout possumus, coaptare. Cumque super hiis et aliis incumbentibus nobis ad presens sanctitati vestre affectemus aperiri votum nostrum plenius quam litteris valeat declarari, venerabilem Iohannem Tullensem episcopum principem nostrum dilectum, qui tamquam apostolice sedis factura honorem et exaltacionem ipsius sedis sinceris zelatur affectibus et nos ad id pluries oretenus et litteris excitavit, ac honorabilem Iohannem prepositum [b] Thuricensem prothonotarium ac vicecancellarium nostrum, religiosum virum fratrem Wernh(erum) suppriorem domus Predicatorum Argentine, nobiles viros Marquardum dominum de Schellemberch et Cunradum dictum Monachus de Basilea, de quorum industria, legalitate et fidelitate plene confidimus, ad vestram presenciam destinamus supplicantes, quatinus eisdem tamquam nobis credere ipsosque benigne vestra sanctitas dignetur audire. Dominus vos conservet ecclesie sue sancte et incolumem per tempora longiora [c].

Datum etc. etc.

114. *PROCURATORIUM GENERALE.*

Procuratorii generalis quinque nuntiis dati autographon valde corrosum e tabulario Vaticano 'Arm. C fasc. 37 nr. 4' descripsit Paulus Kehr [1]. *Sigillum desideratur. Quae contra documenti authenticitatem notaverunt Waitz 'Archiv' IX, 443 et Kaltenbrunner 'Actenstücke zur Geschichte des Deutschen Reiches' pag. VIII, erronea sunt* [2]. — *Böhmer, Reg. Albr. 378.* *(P. deest.)*

Sanctissimo in Christo patri et domino suo domino Bonifacio sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici Albertus dei gracia Romanorum rex semper augustus cum filiali obediencia devota pedum oscula beatorum.

Sanctitati vestre notum [facimus] [a] per presentes, quod nos venerabilem Iohannem Tullensem episcopum princ[ipem] [a] nostrum dicte[que] [a] sedis apostolice ex debito fidum et fervidum zelatorem, honorabilem virum Iohannem prepositum Tu[ri]censem [a] prothonotarium ac vicecancellarium nostrum, religiosum virum Wernherum suppriorem domus Predicatorum Argentine, nobiles viros Marquardum de Schellemberg dominum et Conradum dictum Monachus de Basilea, consiliarios et familiares nostros, presentes et mandatum suscipientes, nuncios et ambaxatores ac procuratores nostros generales et speciales fecimus et facimus, [constitui]mus [a] et ordinamus ipsosque ad vestram presenciam specialiter destinamus. D[an]tes [a] et concedentes eisdem, de quorum circumspectione, [legalitate] [a], industria et fidelitatis [prestancia fiduciam gerimus indubitatam] [a], plenam et liberam potestatem et speciale [mandatum] [a], in vestre sanctitatis presencia devocionem

113. a) obbediencia *c.* b) propositum; *praecedunt deleta* precipo *c.* c) long'a *c.*

114. a) *uncis inclusa plus minusve corrosa sunt or.*

1) *V. 'Neues Archiv' XIV, 359 nr. 53.* 2) *Autographi mentio fit in Catalogo a. 1366. supra citato (apud Muratori l. c. VI, col. 94), cuius codicem Estensem tabularii regii Mutinensis 'Documenti e carteggi di stati e città estere. Italia-Roma. Inventario di Avignone' fol. 32, de quo v. iam supra tom. III pag. 161 not. 6, interim contulimus:* Item alia littera patens eciam magno sigillo sigillata, continens procuratorium domini Alberti imperatoris Romanorum missum domino Bonifacio pape super certis causis hic contentis. Datum ut supra *(i. e. infra nr. 115; cf. pag. 91 lin. 35).*

et reverenciam filialem, quam erga vos et sacrosanctam Romanam ecclesiam [matrem] nostram [sinceris] affectibus gerimus et gerere intendimus, exponendi et nomine nostro et pro nobis servicia nostra contra hostes et rebelles eiusdem ecclesie, eciam in persona propria, si necesse fuerit et sanctitas vestra expedire viderit, promittendi, ad 5 unionem quoque et concordiam inconcusse et inviolabiliter perpetuis temporibus observandam ac privilegiorum, iurium et bonorum predicte ecclesie conservacionem et tuicionem ac eiusdem sacrosancte ecclesie Romane exaltacionem pro posse nostro [nos][a] firmiter obligandi, firmandi, concordandi, mediandi ac ordinandi predicta et ea contingencia, [necnon dicendi][a], petendi ac procurandi seu impetrandi pro nobis et nostris 10 graciam et favorem ac omnia et singula faciendi, promovendi, explicandi, exercendi et eciam promittendi in premissis et eorum quolibet, que secundum Deum et honestatem absque dimembracione imperii viderint expedire et que regalis excellencia faceret aut facere posset, si presens esset, eciam in hiis que mandatum exigant speciale. Et in animam nostram iurandi, nos facturos, executuros et completuros omnia et singula, que 15 pro nobis seu nostro et imperii nomine per ipsos nuncios, ambaxatores et procuratores nostros circa premissa et singula premissorum aut ea seu aliquod eorum contingencia dicta, gesta, procurata, acta vel concessa fuerint apud sedem apostolicam seu promissa. Promittentes nos gratum, ratum et firmum perpetuis temporibus habituros et irrefragabiliter observaturos ac nullomodo contraventuros per nos vel per alium seu alios 20 publice vel occulte, aliquo iure, lege, canone, racione vel causa quacumque vel quovis alio colore quesito, quicquid in premissis et circa premissa per eosdem nuncios, ambaxatores et procuratores nostros, omnes insimul aut illos, qui presentes fuerint, aliis nequeuntibus interesse, dictum, factum, promissum, gestum, concessum, assertum, iuratum fuerit seu modo quolibet procuratum. In quorum omnium testimonium evidens presentes 25 litteras exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Dat. in Baden, anno Domini MCCC secundo, indictione XV, VI. Kalen. Aprilis, regni vero nostri anno quarto.

115. *PROCURATORIUM SPECIALE DE EXCUSATIONE PROPONENDA.*

Procuratorium tribus ex quinque nuntiis super excusatione proponenda traditum 30 *item praebet Formularius regis Alberti sub nr. 73 (= Chmel l. c. pag. 283 nr. 45). Denuo contulit Hirsch. Linea chronologica caret, quam supplevimus ex summario Catalogi a. 1366. supra citati, in quo autographi nunc deperditi mentio fit his verbis:* Instrumentum sive littera patens magno sigillo sigillata, continens qualiter Albertus rex Romanorum constituit procuratores suos ad excusandum ipsum regem coram domino Bonifacio papa 35 super excusatione et innocentia ipsius regis etc. Datum in Radam, anno Domini MCCCII, ind. XV, VI. Kal. Aprilis, regni sui anno quarto[1]. *Cf. Böhmer, Reg. Albr. 378.* *(P. deest.)*

Sanctissimo in Christo patri domino suo domino Bonifacio[a] sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus cum 40 filiali obedientia[b] devota pedum oscula beatorum.

Sanc[ti]tati vestre notum facimus per presentes, quod nos coram vobis ac curia sanctitatis vestre honorabilem virum Iohannem prepositum[c] Thuricensem prothonotarium et vicecancellarium nostrum ac nobiles viros Marquardum dominum de Scellemberch necnon Chun[radum] dictum Monachum de Basilea milites, consiliarios et familiares

45 **114.** a) *uncis inclusa plus minusve corrosa sunt or.*

115. a) *supra lineam add. super* Rom̄ *deletum c.* b) obbediencia *c.* c) propositum *c.*

1) *Cod. Estens. fol. 32. (Muratori l. c. col. 94).*

nostros dilectos, de quorum circumspectione industria et fidelitate comprobata fiduciam gerimus inconcussam, et quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior condicio occupantis[1] et quod per unum eorum inceptum fuerit, per alium vel alios valeat terminari, presentes et mandatum suscipientes fecimus et facimus, constituimus et ordinamus nostros procuratores, nuncio[s] et actores generales et speciales in omnibus nostris, regni 5 et inperii causis. Et specialiter ad proponendum, allegandum, ostendendum innocenciam nostram super excommunicacione, persecucione ecclesiarum ac aliis, super quibus per litteras vestre beatitudinis[2] ad vestram presenciam dicimur evocati, et ad proponendum legittimas excusationes nostras contra eadem[d] et singula eorumdem. Ad iurandum quoque in animam nostram super premissis et quolibet premissorum de calumpnia et 10 de veritate dicenda seu quodlibet alterius generis iuramentum prestandum. Ratum et firmum habituri, quicquid per dictos procuratores nostros seu alterum eorumdem in premissis et premissorum quolibet actum fuerit seu eciam procuratum, eciamsi mandatum exigant speciale. In cuius rei testimonium etc.

[Dat. in Baden[e], anno Domini MCCC secundo, indictione XV, VI. Kalen. Aprilis, 15 regni vero nostri anno quarto.]

116. *LITTERAE EXCUSATORIAE REGIS.*

Documentum gravissimum solus servat Formularius Alberti regis sub nr. 7, quo omnes redeunt editiones. Est ibi rubrum unum: Excusacio regis Alberti de interfeccione regis Adulfi sibi falso inposita, *alterum post additum:* Excusacio regis Alberti de inter- 20 feccione regis Adolphi. *Denuo nos ipsi contulimus. Cf. de ratione, quae inter Excusationem et litteras papae supra nr. 105 intercedit, ea quae notavit Niemeier l. c. pag. 89. — Böhmer, Reg. Albr. 379.* *(P. deest.)*

1. Inperscrutabilis divine clemencie altitudo cunctis in terris pretulit vicarium Ihesu Christi, qui supra solium sedens militantis ecclesie in reddendo iusticiam nec 25 misericordiam deserendo principatum eiusdem optinet monarchie vice illius, qui est vita[3] et iter ad vitam, apperiens aditum[a] ad noticiam veritatis. Sane previsa meditacione pensantes, quod in illesa existimacione vestra sanctitas delectetur, quamquam ex unius eventu belli antiqui hostis invidia quedam de nobis sinister rumor asperserit[b] minus iuste, prout cognita facti series manifestius declarabit, super quibus apostolice sedi 30 vestreque beatitudini, quam devotissime reveremur, cunctisque regibus, principibus et fidelibus christianis innocentiam nostram cupimus esse notam, speramus quidem, pater, quod vos una cum venerabilibus vestris fratribus dominis cardinalibus rei geste serie declarata et nuda veritate conperta, seriosius presentibus nostris apicibus in vestram et cunctorum fidelium noticiam exponenda, sic mentes vestras serenabitis, quod vestro 35 aminiculo evanescet emulorum invidia et firmabitur causa nostra.

2. Dudum siquidem per obitum inclite memorie domini Rudolfi quondam Romanorum regis genitoris nostri ipso regno vacante, principes, qui vocem in eleccione ipsa dinoscuntur habere, apud Frankenfürt in loco ad hoc solito convenientes in unum, recolende memorie dominum Adulfum comitem de Nassow in Romanorum regem 40 elegerunt, eoque sic electo ac Aquisgrani prout moris est coronato, nos ab ipso rege ducatum nostrum Austrie et Styrie necnon dominia Carniole, Marchie, Portusnaonis in feodum recepimus ac homagium ac fidelitatis iuramentum sibi personaliter prestitimus, ut decebat, sperantes ex connexione huiusmodi inter eum et nos, dominum et vasallum veram concordiam inviolabiliter duraturam. 45

115. d) eiusdem *c.* e) Radam *C.*

116. a) additum *c.* b) a *super* re *deleto c.*

1) *Cf. supra tom. III, 64 not. 2.* 2) *Supra nr. 109.* 3) *Cf. Ioann. 14, 6.*

3. Verum prefatus rex, quem inordinatus appetitus habendi ducatum nostrum predictum arripuit, karitatis et mutue fidelitatis vicem et fedus infringens, ut ducatum nostrum dimitteremus eidem, nos indebite et contra iusticiam requisivit. De quo non inmerito admirati ac vehemencius stupefacti ad eum transmisimus honorabiles discretos et
5 fideles nuntios nostros, primo videlicet religiosum virum fratrem Ber(toldum) abbatem monasterii Sancte Crucis Cisterciensis ordinis Pataviensis dyocesis necnon nobiles viros Eber(hardum) de Walse, H(ermannum) marscalcum de Landenberc milites. Secundo[c] nobiles viros Mar(quardum) dominum de Schellenberc, Conradum de Leubenberc et Iohannem[d] de Sumerow milites. Tercio viros religiosos[e] fratrem Henr(icum) dictum Manstok
10 comendatorem provincialem fratrum Theuthunicorum per Austriam et fratrem H. comendatorem domus Sancte Petronelle ordinis Hospitalis sancti Iohannis necnon C(onradum) de Leubenberc camerarium nostrum militem. Quarto religiosum[e] virum abbatem Sancte Crucis predictum, nobiles viros Eber(hardum) dominum de Wal(se), Ulr(icum) dominum de Schell(enberc) et cet. Quinto spectabiles viros Eber(hardum) comitem de Kazen-
15 elpoge et cet. Per quos eum fecimus omni humilitate requiri, ut ab huiusmodi iniuste concepto proposito desisteret et nos indebite non vexaret, cum parati essemus in eius curia sibi et quibuslibet aliis de predicto ducatu facere debitum et iusticie complementum, facientes eidem motivum animi nostri manifestius apperiri, quod non possemus equo animo iniuriam tantam pati. Qui iustis desideriis ac votis nostris humilibus non
20 admissis, quia iam in hoc perierat apud eum rectum iudicium, ubi res transierat in affectum, non armis patentibus, ut regem decuerat, sed insidiosis machinacionibus et validis continuacionibus, quod inviti quidem referimus, cepit fideles nostros ducatus eiusdem et alios amicos nostros allicere et contra nos ad rebellionis speciem instigare usque adeo, quod pene humano destituti auxilio ad Dei omnipotentis adiutorium spem
25 nostram totam duximus erigendam.

4. Cuius freti auxilio a venerabili Gerhar(do)[f] archiepiscopo Maguntino sacri imperii per Germaniam archicancellario, qui hoc sibi de iure et consuetudine ascribit competere, evocati ad excusaciones nostras, si quas haberemus apud Franken(fort) coram ipso rege et principibus imperii proponendas ac innocenciam nostram ostendendam super
30 indignacione, quam contra nos rex predictus nulla nostra culpa precedente conceperat minus iuste, locum eundem accedere cupientes cum paucis, qui de subtractis nobis in partibus illis remanserant, usque ad terram nostram Alsacie, ubi grandioris societatis comitivam recepimus, venimus ulterius processuri. Sane cum rex predictus nostram excusacionem ac innocenciam admittere recusaret animo indurato et nobis[g] armata manu
35 predictum locum viam precluderet adeundi, terras nostras hostiliter invadendo, castra et municiones rapinis et incendiis devastando, nos a memorato archiepiscopo Maguntino ad prestandum eidem subsidium contra illustrem Rud(olphum) ducem Bawarie, quem sibi et ecclesie Magunt(ine) iniuriari dicebat, seriosius[h] invitati, apud Alseiam predicti ducis opidum castrametati fuimus in ipsius auxilium et ecclesie Maguntine. Ubi ab
40 eodem archiepiscopo Magunt(ino) et aliis quibusdam principibus imperii electoribus presencialiter fuimus requisiti, ut cum idem rex propter certos excessus et defectus notabiles esset regno et regiis honoribus de iure privandus, eo prout moris esse dicebant per imperii principes amoto, nos in regem eligi sineremus. Quibus non assencientes, dum a principibus in regem nominati seu electi essemus, ut dicitur[1], prefato rege vivente,
45 votis eorum non annuimus, licet regio nomine nuncuparemur ab aliquibus, quod interdum dissimulavimus, ut exercitum et comitivam nostram regere et sub umbra nominis regii illi, qui de domino hostem se fecerat, facilius possemus resistere et nobis adherentes

116. c) *in margine add. c.* d) Iohannes *c.* e) rellig. *semper c.* f) Gothar. *c.* g) *sequuntur* animo indurata *deleta c.* h) seriosiosius *c.*

50 1) *Cf. supra nr. 105 c. 2.*

animosiores fierent ad ipsius violenciam propulsandam, volentes nichilominus prelii discrimen, ad quod[i] dictus rex contra nos se totis parabat viribus, evitare et quantum in nobis erat pacem habere cum eodem, ad vallem prope monasterium Munstertreis nos convertimus, exinde proponentes ad propria proficisci. In qua valle predictus rex nos et nostros insecutus cum suo exercitu copioso ac hostiliter et improvise aggrediens, nobis et nostris ad propulsandam violenciam et ob tutelam personarum et rerum resistentibus ex adverso, in bello inventus est periisse.

5. Sic Deus omnipotens sua ineffabili bonitate iuste defensioni prestans subsidium, nobis victis hostibus concessit triumphum. Non sic, ut credimus, lese magestatis crimen incurritur, non sic fidelitas reatu periurii maculatur nec sub vexillo iuste defensionis victor ut homicida censetur.

6. Deinde excommunicacionis publice ac divulgate persecucionis ecclesiarum, quibus describimur[1] esse rei, causam[k], ymo nec occasionem apud nos invenire possumus, nostram frequenter super hoc memoriam revolventes, nisi fortassis illud assumatur in causam, quod pro tuicione reipublice aliqua fecimus, regiminis nostri debitum exsequentes, per que nonnulle persone ecclesiastice sibi, etsi non sit, iniuriam fieri reputabant.

7. Hiis iam excusacionibus breviter concludentes, electionem de nobis celebratam in Romanorum regem concorditer per omnes ecclesiasticos et seculares principes, ad quos eleccio huiusmodi dinoscitur pertinere, vobis presencium tenore significamus. Cui eleccioni devotis electorum supplicacionibus annuentes assensimus ac postmodum per eos Aquisgrani iuxta morem[l] regiis insigniis insigniti regnum et regiminis curam suscepimus, prosperis dante Domino successibus prosequendam, nec per hoc intrusionis alicuius labem credimus incurrisse.

8. Quapropter, pater sanctissime, cum devocione omnimoda et sincera paternitatis vestre clemencie supplicamus, quatinus nostram innocenciam piis mentibus attendentes nos in ulnis vestre pietatis paterne suscipere dignemini favore benivolo prosequendo, cum parati simus tamquam katholice fidei, vester ac sacrosancte Romane ecclesie matris nostre devotus filius, salubribus vestris monitis et mandatis cum reverencia obedire et nos contra rebelles et inimicos ecclesie non[m] evitando mortem accingere intrepide, viriliter et potenter.

Datum et actum etc. ut supra[n].

117. *LITTERAE CREDENTIALES VERMILIO FLORENTINO MISSAE.*

Autographon, quod servatur in tabulario regio Florentino 'Badia' ad a. 1310, publici iuris fecimus 'Neues Archiv' XXVII, 722 nr. XX. Inscriptum est: Prudenti viro Vermilio de Florentia[2] fideli et creditori nostro dilecto. *Sigilli, quod dorso impressum erat, vestigia adsunt.* *(P. deest.)*

Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus prudenti viro Vermilio de Florentia fideli et creditori suo dilecto graciam suam et omne bonum.

Per honorabilem virum magistrum Iohannem prothonotarium ac vicecancellarium aule nostre propositum et affectum nostrum super tuis negociis tibi plenarie duximus referendum. Rogantes, quatinus dictis ipsius magistri Iohannis fidem cures credulam adhibere.

Dat. in Baden, VI. Kalen. Aprilis, regni nostri anno quarto.

116. i) *deest c.* k) *sequitur* nec *deletum.* l) in *male add. c.* m) *sequitur* euid *deletum c.* n) *sic c.*

1) *Cf. supra nr. 105 c. 3.* 2) *Cf. infra ad a. 1305. Mai. 7.*

118. *LITTERAE REGIS CARDINALIBUS MISSAE.*

Servantur in solo codice Formularum Erlangensi E, *de quo v. supra tom. III. ad nr. 14—16, fol. 161' nr. 311 a cum rubro* Cardinalibus. *Edidit Stobbe l. c. pag. 375 nr. 311 a. Denuo codicem contulimus.* *(P. deest.)*

5 Dudum devoto concepimus animo ad sanctissimi in Christo patris domini Bonifacii summi pontificis [presenciam][a] super nostris et imperii negociis nostros nuncios destinare. Sed propter ardua et urgencia facta, quibus pro necessitate rei publice et felici statu imperii diversimode occupamur, expedicioni celeri nunciorum eorundem intendere nequivimus usque modo. Nunc vero ceteris omnibus nostris occupacionibus quadam inter-10 missione suspensis, nuncios nostros sollempnes mandato et auctoritate plena suffultos ad conspectus beatissimi patris nostri predicti providimus e vestigio destinandos, sinceritatem vestram, de qua nobis summa prestatur fiducia, rogantes intimo ex affectu, quatinus consuetam erga nos et nostra negocia benivolencie vestre continuantes operam, de mora transmissionis nunciorum nostrorum devocionem nostram, qua semper Romane 15 ecclesie parere volumus et subesse, apud dominum nostrum papam excusare favorabiliter studeatis ad prestolandum ipsorum nunciorum nostrorum adventum, cum sint in via iam positi, et ad recipiendum ipsos benigne pacienciam apostolicam motivis affatibus piisque exhortacionibus temperantes, sicut amicicie vestre graciarum actiones referre perpetuas merito debeamus.

20 119. *LITTERAE REGIS LANDULFO CARDINALI DIRECTAE.* *(1302. Dec.)*

Supersunt in A *Formulario regis Alberti sub nr. 77 (= Chmel l. c. pag. 289 nr. 49), ubi rubrum:* Rex Romanorum regraciatur cardinali de bona[a] pertractatione nunciorum conmendans sibi alios; *contulit H. Hirsch. Nos ipsi descripsimus* E *codicem Erlangensem supra citatum fol. 162 nr. 313, ubi rubrum:* Credencia ad cardinales.
25 *De tempore v. Niemeier l. c. pag. 101. Cf. Böhmer, Reg. Albr. 378.* *(P. deest.)*

Reverendo in Christo patri domino Landolfo Sancti Angeli diacono[b] cardinali, amico suo karissimo, Alber(tus) Dei gracia Romanorum rex semper augustus sinceram ad beneplacita voluntatem[c].

Non solum proxime reversorum de curia Romana nunciorum nostrorum solempnium, 30 videlicet venerabilium[d] Iohannis Tullensis episcopi, magistri Iohannis vicecancellarii nostri et nobilis viri Marquardi domini de Scellemberch suorumque sociorum[d] laudabili relatu, verum eciam experimentis continuis evidenter cognoscimus, quod in promocione dictorum nunciorum nostrorum ac negociorum imperialium exercuistis amico vestro[e] studia fidei et labores, super quo debitas benignitati vestre graciarum referimus actiones fiducialiter 35 exhortando, ut bene ceptum erga nos dilectionis zelum[f] virtute[g] perseverancie[c] confirmare dignemini et pietate solita conservare. Virum honorabilem magistrum[h] Cunr(adum) prepositum[i] Werdensem[h] et strenuum virum[k] Cun(radum) dictum Monachum militem de Basilia familiares nostros dilectos[k] exhibitores presencium, quos ad presenciam sanctissimi in Christo patris[l] nostri domini Bon(ifacii) pape providimus destinandos, 40 vobis[g] habentes favorabiliter in nostris et inperii causis atque negociis recommissos. Quorum eciam verbis vobis nostro nomine proponendis auditum acommodari[m] benignum et fidem per vos credulam petimus adhiberi.

Datum etc. etc.

---

118. a) *deest E.*

45 **119.** a) *praecedit* procuracione *deletum A.* b) devocio *deletum praecedit A.* c) *inscriptio deest E.* d) *loco* venerabilium — sociorum *E*: talium. e) amice vestre *E.* f) solum *A.* g) *deest A.* h) *loco* magistrum — Werdensem *E*: tal. i) propositum *A.* k) *loco* virum — dilectos *E*: tal. l) domini *add. E.* m) prebere *E.*

120. INFEUDATIO BURCGRAVIATUS NORIMBERGENSIS.

1300. Mai. 15.

Autographon tabularii generalis regni Bawarici signato 'Kaiserselekt Nachtrag' nr. 146 descripsimus. Sigillum fere illaesum pendet filis sericis rubei coloris. Quae concordant cum privilegio regis Rudolfi a. 1273. Oct. 25 supra tom. III, 20 nr. 17, typis minoribus excussa sunt. — Böhmer, Reg. Albr. 287. (P. deest.)

Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis presentem paginam inspecturis salutem et credere subnotatis.

Regalis preeminencie requirit honestas, ut singulos et universos devote nobis et fideliter famulantes condignis debeamus premiorum retribucionibus prevenire, ut spe remuneracionis ceteri ad nostra et imperii obsequia[a] confidencius animentur. Notum igitur esse volumus et presentibus publice protestamur, quod nos advertentes devocionem et fidelitatem dilecti nobis Friderici burgravii de Nurenberch universa bona infrascripta, videlicet comiciam burgravie in Nurenberch, castrum quod tenet ibidem, custodiam porte site prope idem castrum, iudicium provinciale in Nurenberch, cui eciam vice imperatoris omne iudicium iudicans presidebit, — officialis eciam eiusdem burcgravii una cum sculteto nostro in civitate Nurenberch iudicio presidebit et quidquid emolimenti de ipso iudicio vel per homicidium vel quemcumque casum alium provenerit, idem officialis duas partes eiusdem lucri per se tollet. Dicto quoque burgravio queque fabrica in Nurenberch solvet unum solidum annuatim, censumque tollet de omnibus areis ab altera parte pontis et de qualibet tempore messis unum messorem, terciam feram, terciam arborem de foresto ac omnia ligna iacencia in eodem, — officium foresti ab ista parte pontis cum suis attinenciis, villam Werde, villam Bůch, opidum Swanth, castrum Crusen, advocaciam cenobii in Steina, redditus decem librarum denariorum de officio sculteti in Nurenberch et decem libras de theloneo ibidem cum reliquis feodis, que idem et sui progenitores a nostris antecessoribus habuisse dinoscuntur, titulo feodali duximus in feodum concedenda.* Ad maiorem itaque observanciam premissorum et roboris firmitatem scripta presencia nostri sigilli karactere iussimus roborari.

Datum apud Argentinam, Idus Maii, indictione XIII, anno Domini millesimo trecentesimo, regni vero nostri anno secundo.

---

121. RECEPTIO IN IMPERII PROTECTIONEM.

1300. Iun. 21.

Denuo descripsimus autographon tabularii regii Dusseldorpiensis 'Köln Domstift 354'. Pendet sigillum laesum loro ex ipsa membrana exsecto. Edidit Laeomblet 'Urkundenbuch für die Geschichte des Niederrheins' II, 619 nr. 1053. — Böhmer, Reg. Albr. 620 (Addit. I). (P. deest.)

120. a) *cf. privilegium Rudolfi regis l. c. pag. 20 not. a.*

Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Ad universitatis vestre noticiam tenore presentium cupimus pervenire, quod nos futuris dispendiis venerabilis W. Coloniensis archiepiscopi, principis et secretarii nostri 5 karissimi, salubriter precavere volentes, ipsum cum personis et rebus in nostram et imperii protectionem recipimus et conductum, sic quod veniendo ad nos, morando in nostra curia et ad propria revertendo secura pace gaudeat et nullius perturbacionibus molestetur. Propter quod fidelitati vestre sub obtentu nostre gracie firmiter precipiendo mandamus precise volentes, quatinus memoratum nostrum principem, comitivam suam et 10 familiam contra protectionis et conductus nostri tenorem molestare nullatenus presumatis, sicut indignacionem nostram perpetuam diligitis evitare.

Dat. Argentine, XI. Kalen. Iulii, anno Domini MCCC, indictione XIII, regni vero nostri anno secundo.

---

122. 123.
15 GRATIAE COMITI DE MONTE CONCESSAE.

1300. Sept. 2. — 1301. Febr. 4.

122. *EXEMTIO COMITATUS A IURISDICTIONE PACIS COMMUNIS.* *1300. Sept. 2.*

Autographon tabularii regii Dusseldorpiensis 'Jülich-Berg nr. 142' denuo descripsimus. 20 *Pendet sigillum laesum loro membranaceo. Edidit Lacomblet loco ad nr. 121 citato II, 624 nr. 1061. Cf. Böhmer, Reg. Albr. 306 et infra nr. 123. — Böhmer, Reg. Albr. 307. (P. deest.)*

Nos Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum Romani imperii fidelium noticiam volumus pervenire, quod nos de circumspeccione, legalitate, 25 equitatis industria et bono regimine spectabilis viri Wilhelmi comitis de Monte fidelis nostri dilecti expertam et indubitatam gerentes fiduciam, sibi hanc gratiam et prerogativam concedimus et presentibus indulgemus, videlicet quod preses provincie, advocatus, iudex, provisor seu conservator pacis communis, si quem nostro et imperii nomine circa Reni partes prefecerimus, nullam iurisdiccionem iudicandi, mulctandi, puniendi, pro- 30 nunciandi, vindicandi seu eciam statuendi de iudiciis, negociis, factis, excessibus et delictis[a], que infra comitatum, territoria et districtum Montensem[a] imposterum acta, perpetrata, contracta fuerint seu commissa, vel quamvis aliam potestatem intra vel extra comitatum eundem de predictis quoad vixerimus ullatenus sibi vendicet vel usurpet. Volumus enim, ut dictus comes in exercendis iudiciis et iurisdiccionibus iuribus suis 35 quibuscumque gaudeat libere et fruatur, quemadmodum hactenus est gavisus. Dantes has litteras nostre maiestatis sigillo signatas in testimonium super eo.

Datum Colonie, IIII. Non. Septembris, anno Domini MCCC, regni vero nostri anno tercio.

123. *SCRIPTUM DE PECUNIA COMITI SOLVENDA. 1301. Febr. 4.*

40 *Autographon hic illic corrosum eiusdem tabularii 'Cleve-Mark nr. 87' descripsimus. Sigillum deest, lori membranacei fragmentis relictis. In verso leguntur:* Albertus rex

122. a) *in rasura or.*

littera nova. *Edidit Lacomblet l. c. II, 616 nr. 1044. — Böhmer, Reg. Albr. 624 (Addit. I).* *(P. deest.)*

Nos Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum noticiam cupimus pervenire, quod nos ob gratuita et sumptuosa servicia, que spectabilis vir Wilhelmus comes de Monte fidelis noster karissimus nobis et imperio impendisse 5 dinoscitur et inposterum impendere poterit gratiora, promittimus bona fide nos soluturos, deliberaturos et assignaturos[a] eidem in civitate Coloniensi vel in Marpurk sub nostris expensis et periculis mille et centum marcas examinati argenti ponderis Coloniensis Mai. 1. infra hinc et diem beate Walburgis proxime affuturam. Quod si non fecerimus, extunc inmediate absque monitione aliqua intrabimus civitatem Spirensem propria in persona 10 ad iacendum ibidem, inde nullatenus recessuri, donec prefato . . comiti de dicta summa fuerit plenarie satisfactum. Et quousque eadem summa, ut premittitur, soluta fuerit, ipsum comitem ad conservationem, tuitionem et defensionem generalis pacis artari nolumus et astringi. In cuius rei testimonium has litteras nostre maiestatis sigillo fecimus communiri. 15

Datum in Wytflaria, sabbato post p[u]rificationem beate Marie virginis, anno Domini millesimo trecentesimo, regni nostri anno tertio.

124—126. COMMISSIO ADVOCATIAE PROVINCIALIS.

1300. Oct. 20.—1301. Febr. 19. 20

124. *MANDATUM CIVITATIBUS MISSUM. 1300. Oct. 20.*

Repetimus editionem, quam paravit Reimer 'Hessisches Urkundenbuch' II, 1 pag. 600 nr. 808 ex autographo tabularii regii Marburgensis 'Hanauer Urkunden. Kaiser und Reich'. Sigillum deest, loro membranaceo relicto. — Böhmer, Reg. Albr. 314. *(P. deest.)* 25

Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris . . scultetis, . . consulibus seu scabinis in Oppenheim, Bopardia, Wesalia, Frankenvort, Frideberch, Wetzelaria et in Geilnhusen, fidelibus suis dilectis, graciam suam et omne bonum.

Cupientes ex sinceri cordis affectu hiis, que promocionem sacri imperii respiciunt, 30 tam sollerter intendere, quod fidelium et devotorum nostrorum salutare commodum feliciter dirigatur, habito itaque maturo deliberacionis consilio de preficiendo vobis advocato generali et rectore, in hoc nostrum resedit consilium et voluntas, quod nobili viro Ulrico de Hanowe fideli nostro dilecto, de cuius circumspectionis industria, strennuitate et fidelitate fiduciam gerimus inconcussam, gubernationem vestram et civitatum vestra- 35 rum duximus committendam. Volentes pariter et mandantes, quatinus eidem tamquam advocato vestro nostro et imperii nomine intendatis in omnibus et fideliter pareatis. Presentium testimonio litterarum.

Dat. in Wormatia, XIII. Kalen. Novembris, indictione XIIII, anno Domini millesimo trecentesimo, regni vero nostri anno tertio. 40

123. a) uros *corr. ex* os? *or.*

125. *MANDATUM DE SERVITORIBUS IMPERIO ACQUIRENDIS.*
1300. Dec. 16.

Edidit Reimer l. c. nr. 809 ex autographo eiusdem tabularii. Pendet sigillum laesum loro membranaeco. *(P. deest.)*

5 Nos Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum noticiam volumus pervenire, quod de nobilis viri Ulrici de Haynowe advocati nostri provincialis fide et industria plurimum presumentes, sibi attrahendi et conquirendi nobis et imperio adiutores et servitores damus plenariam potestatem. Et quicquid idem Ulricus cum illis, quos nobis et imperio pro servitoribus et adiutoribus attrahet et conquiret, tracta-10 verit, ordinaverit et fecerit et eisdem dandum promiserit nostro nomine, ratum habebimus atque firmum. Presencium testimonio litterarum.

Datum Spire, XVII. Kalend. Ianuarii, anno Domini MCCC, regni vero nostri anno tercio.

126. *ALIUD MANDATUM DE EODEM.* *1301. Febr. 19.*

15 *Aliud mandatum simile hic subiungimus, quod vulgavit Böhmer 'Acta imperii selecta' pag. 404 nr. 554 ex copiario Amorbacensi. Cuius editionem hic repetimus. — Böhmer, Reg. Albr. 625 (Addit. I) et 671 (Addit. II).* *(P. deest.)*

Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus nobili viro Friderico comiti de Lyningen advocato provinciali, avunculo et fideli suo dilecto, graciam suam 20 et omne bonum.

De tue fidelitatis prestantia gerentes fiduciam inconcussam, tibi pro acquirendis et attrahendis nobis et imperio amicis et servitoribus vice et nomine nostri presentibus plenariam tradimus potestatem. Ratum, gratum et acceptum habere volentes, quicquid cum eisdem, quos nobis attraxeris ac acquisiveris in adiutores, ordinaveris et tractaveris 25 seu duxeris promittendum. Presencium testimonio litterarum.

Datum Spire, XI. Kal. Marcii, anno Domini MCCC primo, regni vero nostri anno tercio.

---

127. UNIO CUM EPISCOPO LEODIENSI.
1300. Dec. 19.

30 *Repetimus editionem, quam paraverunt Bormans et Schoolmeesters 'Cartulaire de l'église Saint-Lambert de Liége' II (1895) pag. 591 nr. 889 ex tabularii Leodiensis autographo nr. 1289. Quod cum valde corrosum sit, texti verba, quae hic uncis inclusa sunt, suppleverunt ex Chronico Iohannis des Preis dit d'Outremeuse 'Ly myreur des histors' l. III (in edit. tom. V, 573). — Böhmer, Reg. Albr. 317.* *(P. deest.)*

35 (1) Nos Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus publice profitemur et ad universorum noticiam volumus pervenire, quod quia venerabilis Hugo episcopus ecclesie Leodiensis princeps noster dilectus contra Iohannem comitem Haynnonie et contra sibi adherentes vel quoslibet ipsum iuvantes adiuvare et nobis assistere bona fide promisit, nos eidem episcopo bona fide promittimus vice versa, quod ipsum iuvabi-40 mus et sibi assistemus contra eundem Iohannem comitem Haynnonie et contra cives

Leodienses et eorundem quoslibet adiutores. Immo eciam centum viros armatos tam milites quam armigeros in bonis equis in auxilium ipsi episcopo in episcopatum Leodiensem sub nostris expensis mittemus, ibidem mansuros guerra ipsius episcopi stante pariter et durante. De quibus armatis viginti erunt [balistarii], quos infra quindenam post purificationem beate [Marie virginis in episcopatum] Leodiensem ut premittitur transmittemus, residuam vero partem armatorum ad eundem episcopatum mittemus ad [festum Pasche proxime affuturum]. (2) Insuper ordinatum extitit et tractatum, ut si memoratus episcopus cum armatis nobis venerit in succursum, [ipsi expensas iuxta consideracionem] et ordinacionem venerabilis Heinrici Constanciensis episcopi principis nostri karissimi et spectabilis viri Iohannis [de Cabilone domini de Arlato] dilecti nostri fidelis tenebimur resarcire. (3) Sub pena eciam decem milium marcarum argenti solvendarum per nos ipsi episcopo, si ipsum ut premittitur non iuvabimus, [nos][a] obligamus. Ipse similiter episcopus, si nos in adiutorio ut predicitur deseret, nobis et imperio decem milia marcarum argenti expediet et persolvet. In cuius rei testimonium hanc litteram exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo fecimus communiri.

1301. Febr. 2. — 1301. Apr. 2.

Datum in Ezzelingen, anno Domini MCCC, indictione XIIII, XIIII. Kal. Ianuarii, regni vero nostri anno tercio.

128—136. SCRIPTA AD PACEM GENERALEM CIRCA RHENUM SPECTANTIA.

1301. Febr. 6.—Dec. 31.

128. *PRIVILEGIUM CIVIBUS COLONIENSIBUS CONCESSUM. Febr. 6.*

Autographon tabularii civitatis Coloniensis nr. 669 denuo benivolenter contulit vir d. Hermannus Keussen. Pendet sigillum fere illaesum loro membranaceo. Edidit Lacomblet 'Urkundenbuch für die Geschichte des Niederrheins' III, 2 nr. 2. — Böhmer, Reg. Albr. 320. (P. deest.)

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

(1) Recordatur nostra serenitas et nondum a memorie nostre tabulis est abrasum, quod attendentes incorrupte fidei puritatem, qua prudentes viri . . magistri, consules et universi cives Colonienses dilecti nostri fideles erga nos et imperium clarere non desinunt incessanter, ipsis ad instar inclite recordacionis domini Rudolfi Romanorum regis illustrissimi genitoris et predecessoris nostri karissimi ac aliorum etiam divorum imperatorum et regum Romanorum nostrorum predecessorum illustrium imitacionem iura, libertates et privilegia sua duximus confirmanda. Volentes et eisdem civibus nostris Coloniensibus presentibus auctoritate regia indulgentes, ut eos, qui thelonia, exacciones et conductus in terra et aqua ab ipsis civibus Coloniensibus contra tenorem privilegiorum suorum extorquere presumpserint, compellere possint et debeant viis et modis quibus expedit ad observacionem inviolabilem consuetudinum, privilegiorum, libertatum et iurium eorundem. (2) Preterea precipimus firmiter et districte, quod nec in Laynstein, Confluencia, Andernaco, Bunna, Nussia et Berke aliqua ab eisdem nostris civibus

127. a) *deest ed.*

Coloniensibus thelonea exigantur. Quodsi in predictorum locorum aliquo aut locis aliis quibuscunque, in quibus nova thelonea imposterum in nostrum et imperii preiudicium instituta fuerint, aliquod theloneum exactum fuerit aut extortum a civibus Coloniensibus supradictis, volumus, concedimus et permittimus auctoritate regia supradicta, ut iidem 5 cives nostri Colonienses ad personas et res exactorum et impositorum theloneorum huiusmodi respectum habeant et recursum, nostro et imperii in omnibus iure salvo. (3) Adicimus etiam, quod contra novorum theloneorum exactores et impositores prefatis civibus Coloniensibus assistemus et adherebimus consiliis et auxiliis oportunis. In quorum omnium premissorum testimonium hanc litteram exinde conscribi et maiestatis 10 nostre sigillo iussimus communiri.

Dat. in Wetflaria, anno Domini MCCC primo, indiccione XIIII, VIII. Idus Febr., regni vero nostri anno tercio.

129. *CONSTITUTIO PACIS GENERALIS AD RHENUM SUPERIOREM. (April.)*

15 *Repetimus editionem, quae ex copia membranacea coaeva tabularii civitatis Argentinensis parata est 'Urkundenbuch der Stadt Strassburg' II, 187 nr. 233. Qua omnes redeunt editiones. — Böhmer, Reg. 1246—1313 pag. XXI (Addit. I). (P. 475—477.)*

1. Wir Albrecht von Gotz gnaden der Rômische kúnig, Friderich von der selben gnaden bischof zû Strazburg, Peter öch von Gotz gnaden der bischoff zû Basile und 20 wir . . die lantgraven in dem obern und in dem nidern Elsaze, Peter von Schônnecke der meister und der rat und die burgere gemeinliche von Strazburg, Cônrat der Schaler, dem men sprichet Rummelher, der meister und der rât und die burgere gemeinliche von Basile tûnt kunt allen den, die disen brief gesehent und gehôrent lesen, daz wir der kúnig bi unserre kúniglichen trúwen und wir die andern bi gesworncm eide, den 25 wir getân hant, úberein sint kumen eines gemeinen lantfriden von der Selse untz an die Birse und von dem Rine unz an den Wasichen, alse daz bistûm zû Strazburg begrifet, und von der Birse unz an den Wasichen, alse daz bistûm von Basile gât, und ouch jensite Rines, alse daz bistûm zû Strazburg gat, hinnan unze sante Iohanneses mez, und dannan uber vier jar nach einander ane underlaz vúr uns und vúr alle die 30 unsern, also doch daz wir der bisschoff von Basile und die burgere von Basile jensite Rines ungebunden sint, und aber hie dissete Rines sint wir nút me schuldig noch gebunden ze helfenne wande von der Birse unz an die Sorne, und jensite Rines so ist nieman von dis frides halben gebunden durch walt ze helfenne. (1301. Iun. 24.)

2. Alle pfaffen und alle geistliche lúte und alle gotzhuser die súlent in diseme 35 friden sin und súlent in irme rechte und in irre vriheite bliben. Und alle edele lúte, graven, frien und dienstlúte, die disen friden gesworn hant zwisschen den vorgeschriben ziln oder noch swernde werdent, und alle stette und búrge und vestenen und dôrfer und dinghôve, die in diseme friden gelegen sint, der sol ieclichez bliben in sime rehte. Die stat zû Strazburg sol mit namen bliben in irme rehte und in irre vriheite. Ouch 40 sol die stat ze Basile mit namen bliben in irme rehte und in irre vriheite.

3. Wir Friderich der bischof von Strazburg und wir Peter der bisschof von Basile verjehent des, daz weder wir noch nieman, der in unsern bistûmen ist gesezzen, beholfen sol sin von dies lantfrides halben umbe deheiner shlahte ding, die beschehen sint vor den Winahten, die nu warent. (1300. Dec. 25.)

45 4. Die núwen zolle súlent auch abe sin, swa si gemachet sint uf dem lande oder uf dem wassere.

5. Und swer disen friden brichet, beschihet daz in unserme dies kúniges gerihte, daz sol der, an dem er gebrochen ist, oder sine frúnt an unsere pflegere, die hie nidenan

genemmet sint, selbe vordern oder mit gewissen botten und brieven, und sůlent unsere pflegere zehant ane geverde uf den eit botscheften und embieten dem, der den friden gebrochen het, daz er in den nehesten ahte tagen daz widertů und bessere, daz er also begangen het. Tůt er dies nůt, so sol derselbe unser pfleger alle die, an die von aller der vorgenanten herren wegen dirre fride gesetzet ist, die hie nidenan mit namen geschriben stant, die sol er alle manen mit botten und mit breiven uf den eit, ob er ez mit siner maht ane sie nit volle enden mag ane geverde. Und sůlent die denne, als ez hie nidenan bescheiden ist, in den nehsten ahte tagen dernach, so sie gemant werdent, bi irme eide mit solicher helfe und mit solicher maht, als sie alle oder die zweiteil under in uberein kůment, uf den eit den twingen, der den friden gebrochen het, daz er widertů und bessere, daz er wider den friden getan het. Mag aber er ez ane die andern gebessern mit siner maht, so sol men niemanne me manen umbe helfe. Wirt aber dirre fride gebrochen in unserme des bisschofes gerihte von Strazburg, so sol mens vordern, alse da obenan geschriben stat, an die, die von unsern wegen derzů gesetzet sint und hie nidenan geschriben stant. Und sůlent die denne uf den eit beide umbe daz widertůn und umbe daz bessern tůn und gebaren in alle wis, alse da obene von dies kůniges pflegern geschriben stat. In dirre selben wise sol men tůn ane alle geverde, obe der fride gebrochen wirt, do mens an den bisschof von Basile oder an die lantgraven in obern und in nidern Elsaze vordern sol. Und sůlent die, die von iren wegen derzů gesetzet sint und hie nidenan geschriben stant, derzů tůn uf den eit in alle wis, alse da obene geschriben stat. Wirt aber er gebrochen, do ez die burgere von Strazburg anegât, da sol mens vordern an den, der denne wissenthaft burgermeister ist, und sol der denne uf den eit schaffen, swelich burger von Strazburg den friden gebrochen het, daz er daz widertů und bessere in den nehesten ahte tagen. Beschehe das nicht, so sůlent die andern burgere alle von Strazburg und die andern dis frides eitgenossen den twingen, alse da vor von den andern geschriben stat. Zů glicher wis sol der burgermeister von Basile tůn, obe dirre fride gebrochen wirt, do ez die burgere von Basile ane gât, zu bessernde alles mit der bescheidenheit, die hie nidenan geschriben stat.

6. Alle geste und alle frömede lůte, sie sint varnde, blibende oder wesende in dem vorbescheidenen begriffe, die sůlent disen selben friden han, als es da obenan bescheiden ist.

7. Wirt ŏch ieman gevangen in dis frides begriffe und wirt darus gefůret, da sůlent alle dis frides eitgenossen bi dem eide ir helfe und ir maht zů tůn, daz der gevangene lidig werde und solich unrecht gebessert werde mit irre maht, alse die uberein kůment uf den eit, an die dirre fride gesetzet ist, sie alle oder daz zweiteil under in. Wůrde aber der lantfride gebrochen obwendig der Birse unz an den Howenstein und unz an Goldenfeils, derzů sint die, die nidwendig des Eckenbaches geseszen sint, helfe niht gebunden, und sůllent abir alle die, die obwendig geseszen sint, helfe unz dar gebunden sin.

8. Richet ŏch ieman deheine tot, gevehte oder wunden, die unz her geschehen ist und noch unversůnet ist, domitte ist dirre fride nůt gebrochen. Swer aber vůrbas wunt wirt, dem sol men rihten, alse men von wunden rihten sol. Und swer erslagen wirt, des frůnden sol men rihten, alse men davon ze rehte rihten sol, in den nehesten ahte tagen.

9. Men pfendet ŏch wol umbe kůntliche korngůlte und wingůlte[a] und zinse, und gât daz ŏch niht an den lantfriden. Anders sol nieman den andern pfenden ane gerihte. Het sich aber ieman verbunden mit sinen brieven, daz men in pfenden sůle ane gerihte, den sol men pfenden an sime eigene, an sime erbe, an sime lehene und an sime pfande.

129. a) und wingůlte *supra lineam eadem manu add. cop.*

Het aber ein gotzhus oder ein closter gůt oder lůte, der aber er voget ist, an dem gůte und an den lůten sol men in nůt pfenden.

10. Swa die, an die dirre fride gesetzet ist, alle oder die zweiteil uberein kůmment uf den eit, daz ein herre oder ein stat oder ein burg oder ein dorf, do der fride gebrochen wirt, selbe můgent gebessern daz, damitte der fride gebrochen wirt, do sol men niemanne me zů manen umbe helfe. Da sie aber uberein kůment[b] uf den eit alle oder die zweiteil, daz men helfen soll, swer denne dar niht kumet mit soliher maht ane geverde, alse sie uberein kůment uf den eit, der sol meineidig und trůwelos und erlos sin und sol uswendig dis frides sin. Und sol men abe ime rihten und ensol ime nieman rihten.

11. Swa mitte dirre fride gebrochen wirt, das sol men widertůn und bessern, alse die, an die ez gesetzet ist, sie alle oder die zweiteil under in uf den eit uberein kument. Were aber daz sie sich davon mahtent und die besserunge verzůgent durch můtwillen, so sůlent sie meineide sin und uswendig diz frides sin. Irret aber ir deheinen eheftigů nôt oder herren not oder einre lihte sturbe, so sol der herre, von dies wegen er derbi was, einen andern derzů schicken an sine stat ane alle geverde. Der sol ŏch denne swern, alse der erste gesworn hette, und so er geswert, so ist der eit alwege stete.

12. Alle die gůt, die zů erbe geluhen sint von altere her, die sůlent in der gewonheite stan, als ez her kůmen ist, die wile dirre fride wert.

13. Swer disen friden niht geswert, ieder man vor sime rihtere, in den nehsten zwein maneden, so dirre fride gekůndet wirt von stetten zů stetten, von bůrge zů bůrge, von dorfe zů dorfern, den sol men danah nůt me empfahen in disen fride und sol ime ŏch nieman rihten und sol men abe ime rihten. Sprichet aber der rihter, er habe nůt gesworn, bezůget er denne mit zwein ersamen mannen, daz er gesworn habe, dies sol er genieszen. Ist aber ieman uswendig landes oder siech oder gevangen, so er dies entladen wirt, so gat alrerst dise satzunge uber in. Die prelaten, die tůnherren und die phaffen die sint dies eides erlassen durch erberkeit.

14. Dis sint die wir der kůnig rihtere uber den friden gesetzet hant von unsern wegen: Iohannesen Ůlrichen von dem Hus, Iohannesen den schultheissen von sante Půlte und Iohannesen den schultheissen von Ehenheim. So han wir der bisschof von Strazburg von unsern wegen gesetzet her Cůnen von Geispolzhein und hern Cůnen von[c] Bůtenhein, und wir der bisschof von Basile Iohannesen von Wartenvels, der unser pfleger ist ze Swarzenberg. So han wir die obere lantgrave von unsern wegen gesetzet hern . .[d] von Schŏnenberg, der gesessen ist zů Ensishein. So ist von dies nidern lantgraven wegen her Walther von Matzenhein. So ist ŏch von der burgere wegen von Basile, der ie burgermeister ist. So hant ŏch die burgere von Strazburg iren burgermeister, der sol ie einen zů ime nemen, der die drizehen wochen vůr sich mit ime vare.

Daz dis war und stete sie, darumbe han wir die vorgenanten herren und stette unser ingesigele zů eime urkŏnde an disen brief gehenket. Der wart besigelt, do men von Gotz gebůrte zelte drizehen hundert jar und ein jar.

130. *PETITIO COMITIS CLEVENSIS PONTIFICI DIRECTA.* *(Mai.)*

Superest in solo Formulario regis Alberti, de quo v. supra ad nr. 5, sub nr. 61, ubi rubrum: Comes accusans episcopos propter mala theolonia. *Nos ipsi contulimus. Edidit Chmel l. c. pag. 290 nr. 51. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 434 (Addit. II).* *(P. deest.)*

129. b) kůmement *cop.* c) *supra lineam cop.* d) . . *deest, relicta lacuna cop.*

Sanctissimo patri et domino suo domino Bonifacio sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici Theod(ericus) comes Clevensis suus humilis et devotus devota pedum oscula beatorum.

(1) Ad vestre sanctitatis aures deferimus lacrimabiliter conquerendo, quod hii, qui deberent merito saluti animarum ex officiorum debito intendere, vicia evellere, virtutes plantare, paci insistere et in se ipsis ostendere, qualiter oporteret alios in ecclesia conversari, temporalia commoda spiritualibus profectibus preferentes delicta committere et delinquendi occasionem aliis tribuere Dei timore postposito non verentur, per quod infinitorum[a] animos labefactant. Verum divina inspirante gratia serenissimus dominus noster dominus Albertus Romanorum rex semper augustus et quam plures alii principes, duces, marchiones, langravii, comites, barones et nobiles imperii inspectis pie et consideratis guerris, commocionibus iusticie, pacis et securitatis defectibus ac diversis aliis incomodis et periculis, quibus maior pars Germanie hactenus longo tempore miserabiliter exstitit pregravata, cupientes pro posse suo destitutis theoloniis et rapinis, falsis monetis et quibuslibet iniuriis reseratis, ipsas terras in bonum statum reducere et quietem et tranquillitatem fidelibus imperii preparare, in pacem generalem una cum civitatibus Germanie duxerant salubriter concordandum, ipsam iuramento firmantes se ipsosque admittendum quaslibet suas iniurias astringentes, venerabilium patrum Coloniensis, Maguntinensis et Treverensis archiepiscoporum principum imperii super observacione eiusdem pacis consilio, auxilio et favore pluries requisiti[s] cum instancia et frivole denegatis, eo quod iidem pre ceteris dominis minus de observacione pacis et securitatis in suis districtibus cogitantes, plures rapinas et theolonia inconsueta, indebita et inportabilia tam[b] in aquis[c] quam in terris in tocius populi scandalum exercent. A quibus desistere non volentes paci huiusmodi dissenciunt, immo eius prosecutoribus non tamquam pacis amatores, sed verius detractores resistere moliuntur, [ut][d] adversus dominum nostrum predictum per ipsos concorditer electum et approbatum in sue magestatis lesionem magis quam[e] contra alios eodem laborantes vitio agere dinoscantur[f]. (2) Quorum quidem ecclesiasticorum principum exemplo pernicioso layci occasione sumpta, estimantes sibi id licere tot rapinas et theolonia iam instaurant[1], quod communis populus sustinere non potest nec sufferre et quasi omnes mercatores ac viatores propter pluralitatem theoloniorum et viarum pericula suas negotiaciones postponere compelluntur. (3) Preterea[g] ne[b] omittamus, quod toti populo incognitum non existit, quod dicti principes non secundum Deum et consuetudinem eligentes, sed anhelantes magis private utilitati quam communi et affectantes preesse pocius quam prodesse electo[h] regi[h], per importunitates, circumvenciones et difficultates in exhibendis dicto regi ab eisdem, theolonia nova in detrimentum tocius populi sibi concedi exigunt et bona imperii ipsis attrahunt. Et iam tam i[i]dem quam antecessores eorum usurpaverunt tanta, quod reges Romanorum propter inpotenciam et necessariorum defectum non possunt proch dolor iuxta magestatis sue debitum et decenciam regnare utiliter et preesse. Quibus de causis guerre et commociones insurgunt et timemus verisimiliter ob hoc destructionem et ruinam terrarum miserabilem et animarum pericula proventura, nisi per vestre benignitatis misericordiam celeriter succurratur. (4) Ad[i] portum igitur sanctitatis vestre tamquam ad Deum in terris desiderabiliter recurrentes, paternitati vestre pro nobis et toto populo supplicamus humiliter et devote, quatinus iacturas et pericula tocius terre in instanti iam imminencia misericorditer advertentes et eisdem festino et salubri remedio obviantes, prefatos principes eccle-

130. a) im- *c.* b) *supra lineam c.* c) et in t *sequuntur deleta c.* d) *supplevi; deest c.* e) *sic correxi; loco* magis quam *male:* malum *c.* f) dinoscatur *c.* g) *praecedit* pp *deletum c.* h) *correxi;* electos reges *c.* i) *super* et *delcto c.*

1) *Cf. infra nr. 131 c. 4.*

siasticos ad hoc inducere dignemini cum effectu, ut memores verbi apostoli precipientis, non solum a malo, sed ab omni specie mali abstinere[1], contenti licitis et honestis, de premissis, que tocius populi scandalum parant[g] et pericula animarum inducunt, se corrigant et emendent, pacem confovendo et ad hoc alios salubriter exhortando, ne occasio 5 mali ad dampnacionem, sed pocius exemplum boni[h] a personis ecclesiasticis maxime tante dignitatis originem sumere videatur.

Valeat vestra sanctitas in Domino etc.

131. *PETITIO CIVITATIS COLONIENSIS PAPAE ET CARDINALIBUS MISSA. (Mai.)*

10 *Servatur ibidem sub nr. 64. Rubrum est:* Quomodo cives Colonienses conqueruntur, quod episcopi male recipiunt theolonia. *Nos ipsi contulimus. Edidit Chmel l. c. pag. 294 nr. 53. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 435 (Addit. II). (P. decst.)*

Sanctissimo patri ac domino domino Bonifacio sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici ac venerabili collegio cardinalium iudices, scabini, consilium, cives et univer- 15 sitas civitatis Coloniensis devota pedum oscula beatorum.

(1) Cum graves novorum pedagiorum et antiquorum theoloniorum augmentatorum exactiones nos et nonnullas[a] professionis christiane provincias in terra[b] Germanie diucius afflixissent[c], serenissimus dominus noster[d] Albertus Romanorum rex et semper augustus circa statum pacificum suorum subditorum cogitans, principibus tam ecclesiasticis quam 20 secularibus, ducibus, marchionibus etc. universis inperii Romani et precipue principibus ecclesiasticis venerabilibus patribus dominis Maguntinensi etc. archiepiscopis proponi fecit, quod ipse dominus rex per se et principes seculares Almanie quantum in eis erat pacem per omnia[e] habere necnon cum omnibus optabat, offerens dictis archiepiscopis pacem et tranquillitatem dare ac mundo eciam universo. (2) Et quia novorum 25 pedagiorum et theoloniorum et antiquorum augment[ator]um, que dicti archiepiscopi et precipue venerabilis dominus Coloniensis archiepiscopus in terris suis statuerant et augmentaverant, extorquere presumpserunt et adhuc extorquent, deposic[i]o tocius regni poterat esse pacis plurimum inductiva, idem dominus rex rogavit et monuit in curia generali apud Nurenberch[f] celebrata archiepiscopos supradictos, qui electus fuit et 30 approbatus per eosdem, necnon omnes principes et barones seculares, ut omnia nova pedagia et augmentaciones antiquorum depone[re]nt et ab extorsione talium pedagiorum et iniustorum omnino cessarent. Quod eciam dicti archiepiscopi cum aliis principibus secularibus universa theolonia et pedagia nova et iniusta a tempore[g] decessus domini F(riderici) imperatoris instituta et augmentaciones antiquorum et quaslibet iniurias dimit- 35 tere et deponere tactis sacrosanctis in eadem curia se iuramenti vinculo astrinxerunt. Proponi fecit eciam eisdem, si dicti principes ecclesiastici, videlicet archiepiscopi predicti dicerent, quod contra debitum et iusticiam ipsos lederet, quod paratus erat dictus dominus rex vocare ceteros dominos tam ecclesiasticos quam seculares et secundum iusticiam, si eos lesisset in aliquo, revocare, si quid contra ipsos iniuste fecisset in omni 40 mansuetudine, quantum cum Deo et honore facere poterat et debebat. (3) Et licet idem dominus rex sic precibus et monitis apud dominos archiepiscopos predictos pro

130. g) paiunt *c.* h) ac *add. c.*

131. a) non *supra lineam c.* b) in terra *bis scriptum c.* c) afflexissent *c.* d) *in margine add. c.* e) *corr. ex* hoīa *c.* f) apud Nurenberch *bis scriptum c.* g) antiquorum deponent — cessarent 45 *sequuntur, sed deleta c.*

1) *1. Thess. 5, 22.*

deposicione et destitucione novorum pedagiorum et pro pace curaret insistere, dicti tamen archiepiscopi depredacionibus indurati preces huiusmodi et monita[h] elata obstinacione[i] despexerunt malum malo accumulantes, ubi prius quatuor vel circa theolonia extorserant, nova theolonia et pedagia decem et plura in diversis locis extorquere presumunt. (4) Quorum quidem archiepiscoporum pernicioso exemplo layci occasione sumpta, tamquam eis liceat, tot rapinas et pedagia nova iam instaurant[1], quod universitates civitatum, villarum, castrorum suffragiis hominum in commerciis, in quibus sibi mutuo consueverunt subvenire, carent omnino, que omnia tam a clericis quam a laicis et omnibus cum rebus suis transeuntibus infra duas dietas a civitate Coloniensi extorquere presumunt preter omnem auctoritatem, concessionem, dispensacionem et licenciam superioris et contra libertates et privilegia Romanorum imperatorum nobis indulta et concessa et contra translaciones et amicabiles composiciones inter nos [et][k] quondam[l] venerabiles patres dominos archiepiscopos Colonienses mediante reverendo in Christo patre domino Hugone tituli Sancte Sabine presbitero cardinali factas, habitas et postea per sedem apostolicam ex certa scientia confirmatas[2], per extorsionem dictorum pedagiorum totam terram Germanie in duris guerrarum comocionibus posuerunt in nostrum et omnium christianorum preiudicium et gravamen. Que omnia sunt adeo publica et notoria et manifesta, quod nulla possunt tergiversacione celari. Propter [quod][k] idem dominus rex non valens absque gravi Christi offensa et ob clamorem tocius populi Almanie depredaciones dictorum archiepiscoporum diucius tollerare, pro pace et tranquilitate tocius regni et pro destitucione novorum pedagiorum cogitur urgente necessitate animadvertere in eosdem. (5) Et quia disponente Domino, cui obediunt universa, Romana mater ecclesia super reges et regna tamquam mater omnium et[m] magistra supremum continet principatum, que sicut mater alma, fidelis nutrix et provida defensatrix suos devotos et humiles non solum consuevit ab iniuriis defensare, sed eciam eos favoribus et gratiis prevenire, [non][k] valentes tantas iniurias et molestias sub tanta dissimulacione diucius tollerare, idcirco sanctitati vestre et venerabili collegio cardinalium lacrimabiliter conquerimur de dominis archiepiscopis supradictis super iniuriis supradictis, supplicantes humiliter et devote, quatinus nobis et omnibus christianis paterno compacientes affectu et occurrentes pericula corporum et animarum tot et tantarum, cum mora in omnibus undique sit periculum illatura, dominum regem in iusto et bono proposito suo contra dictos archiepiscopos dignemini confovere et nobis et omnibus christianis contra nova et instituta pedagia, onera et servitutes indebitas festino remedio misericorditer subvenire.

Conservet vos etc. etc.

132. *MANDATUM DE PACIS OBSERVATIONE.*

Adiungere liceat mandatum signo chronologico carens, quod superest in solo Formularum codice E *Erlangensi, de quo v. supra tom. III. ad nr. 14—16, fol. 163 nr. 317, ubi rubrum:* De iurando observanciam pacis generalis et prohibendo extorsionem iniustorum theloneorum. *V. Stobbe l. c. pag. 378 nr. 317. Nos ipsi denuo contulimus*[3].

(P. deest.)

131. h) *sequitur* illata *deletum c.* i) *bis scriptum or.* k) *deest c.* l) quosdam *c.* m) *sequitur* regina *deletum c.*

1) *Cf. supra nr. 130 c. 2.* 2) *A. 1252. m. April. et Dec. 12. Cf. 'Quellen zur Geschichte der Stadt Köln' II, 306 nr. 311 et 328 nr. 314.* 3) *Hic etiam aliud mandatum e codice Formularum* T *Trevirensi, de quo v. supra l. c., nr. 395 in adnotatione ponere liceat. Edidit Bodmann l. c. pag. 116 nr. 103. Nos codicem denuo descripsimus. Item signo chronologico caret, itaque in Regestis imperii VI, 1301 receptum est. Attamen non est dubium, quin potius ad Alberti regis tempora spectet; cf. ea quae 'Neues Archiv*

Si meditacionum nostrarum recte pensetur intencio, si labores, quos agimus, consideracio iusta recipiat et opera nostre potencie sinceritate debita attendantur, nulli venit in dubium, quin ad pacem et tranquillitatem rei publice nostra molimina sint intenta. Voluntarios namque labores appetimus, ut quietem aliis preparemus, a quo quidem commodo, cum nullos, qui Rom(anum) profitentur imperium, cupiamus excludi, vobis universis et singulis mandamus firmiter per presentes, quatinus pacem generalem per universos nobiles infra Mosam constitutos et viros prudentes cives Col(onienses) ad ordinacionem nostram iuratam sub obtentu nostre gracie iurare similiter et observare inviolabiliter debeatis, ut et vos eidem paci decenter inclusi securitate ipsius merito gaudeatis. Alioquin gravamina sive dampna, incommoda sive pericula, si qua ex generalis pacis contemptu res vestre vel persone quocumque casu incurrerint, iuris et satisfactionis remedium non habebunt. Preterea cum apud vos iniustorum extorsione theloneorum enormia spolia committantur, per quod pacis turbatur amenitas, negociandi facultas opprimitur et respublica in non modicum imperialis equitatis preiudicium vulneratur, disponentes ut expedit bono communi salubriter providere, mandamus vobis districte precipientes nostre gracie sub obtentu, ut thelonea huiusmodi de cetero recipi, exigi sive dari aliqualiter non sinatis, exactiones eorundem pro viribus compescendo. Quod si secus feceritis, regie maiestatis offensam vos graviter incurrisse noveritis, penam vobis consencientibus tamquam facientibus infligendam nullatenus evasuri.

133. *UNIO CUM SPIRENSIBUS ET WORMATIENSIBUS. Mai. 6.*

Repetimus editionem, quam ex autographo S *tabularii civitatis Spirensis paravit Hilgard 'Urkunden zur Geschichte der Stadt Speyer' pag. 164 nr. 209. Sigillum, quod olim pendebat loro membranaceo, desideratur.*

XXVIII, 690 de hac re notavimus. Dolendum est, tempus accuratius diffiniri non posse. Cf. etiam infra pag. 112 lin. 28 et pag. 119 lin. 14.

Clamore populi valido nos urgente ac evidenti reipublice neccessitate cogente compellimur excessus notorios et populares iniurias, que in Reni partibus in communis pacis et terre dispendium ruinosum et scandalum [ac][a] honoris regii detrimentum non modicum perpetrantur, ad fidelitatis vestre deferre noticiam per presentes. Audivimus siquidem et universa [fama][a] clamoribus intonante iam dudum dolentes agnovimus, quosdam in partibus antedictis stratarum communium et aquarum libertate calcata iu terris et aquis ubilibet iniqua theolonia, que rapine seu spolia veriori nomine nuncupantur, in subversionem pacis et patrie et transeuncium dispendium perperam exercere. Et quoniam insolencias et iniurias tam enormes, per quas reipublice bonus status confunditur ac iurate pacis tranquillitas disturbatur, sub dissimulacione transire non convenit neque decet, expertam fidelitatis vestre constanciam studiose requirimus et rogamus, in fidei debito ac iurisiurandi super pacis observancia nobis apud Col(oniam) in palacio publico prestito sacramento vos nichilominus obtestantes, quod id in vestre consideracionis oculis provide collocantes, quod et vos et progenitores vestri a longis retroactis temporibus Rom(ani) imperii legibus singulari semper pre ceteris promptitudine paruistis, inpreciabile bonum pacis, statum terre tranquillum ac omnia alia, que ad honorem imperii specialiter pertinebant, fideliter amplexando, ad repellendas predictas toti terre noxias et dampnosas iniurias, que tam in terris quam in aquis per huiusmodi extorsiones illicitas publici spolii speciem exprimentes fidelibus nostris crudeliter et miserabiliter irrogantur, nobis et imperio una cum civitatibus et aliis imperii fidelibus prompte devocionis obsequio, sicut de vestra fidelitate confidimus, assistatis, omnem adhibituri opem et operam, quod effrenata excoriacionis predicte cupiditas penitus conquiescat. Et ut vestra devocio ad premissa prosequenda ferventius accendatur, desideria vestra volumus non latere, quod universe terre, quibus immoramur ad presens, multis nobis laboribus et sudoribus acquisite sic inseparabiliter nostro dominio sunt subacte, quod illis, quas nullius ambicio sive cupiditas ab imperii iugo secludere poterit, in tuto relictis, in proximo, Domino dirigente feliciter gressus nostros, ad partes Reni predictas intendimus proficisci, ad reformacionem status et pacis ibidem deformiter collapsorum personales curas nostras et operas impensuri. Super hiis itaque quid in vestro contineatur proposito et finalem intencionem vestram nobis apercius rescribatis.

132. a) *deest T.*

Autographon W deperiit. Edidit iam olim Ludewig 'Reliquiae manuscriptorum' II, 251, cuius varias lectiones pessimas adnotare supersedimus. — Böhmer, Reg. Albr. 337. 336. (P. deest.)

Nos Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum noticiam volumus pervenire, quod quia prudentes viri consules et universi cives Spirenses[a] dilecti nostri fideles nobis contra nostros inimicos et emulos ac pacis iurate turbatores toto suo posse et viribus adherebunt et quia eciam nos contra eosdem pacis turbatores necnon adiutores eorundem, quos nunc habent vel habebunt imposterum, fideliter adiuvabunt, nos cum eisdem nostris inimicis nullam ipsis civibus Spirensibus[b] exclusis inibimus aut[c] aliqualiter faciemus concordie unionem. Preterea adicimus, quod si dictos cives Spirenses[a] occasione dicti adiutorii nobis prestandi ab inimicis aut eorum adiutoribus aliqua imposterum gravamina contingeret sustinere, ipsos ad propulsandum gravamina huiusmodi per nos aut nostros officiatos[d], si extra terminos constituti fuerimus, iuvabimus et eis efficaciter assistemus. Immo succedens nobis in imperio vices nostras supplebit in impendendo adiutorio Spirensibus civibus in hac parte. In cuius rei testimonium hanc litteram exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo fecimus communiri.

Datum Spire, II. Nonas Maii, anno Domini millesimo trecentesimo primo, regni vero nostri anno tercio.

134. *CASSATIO THELONEORUM AD RHENUM. Mai. 7.*

Documenti notissimi imaginem photographicam, quam praebent 'Kaiserurkunden in Abbildungen' fasc. VIII nr. 14 ex autographo tabularii civitatis Coloniensis nr. 671 paratam, denuo contulimus. Sigilli fragmentum pendet loro membranaceo. Edidit Lacomblet l. c. III, 5 nr. 8. — Böhmer, Reg. Albr. 339. (P. 474.)

Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris .. magistris civium, .. scultetis, scabinis, consulibus et civibus civitatum Coloniensis, Maguntinen(sis), Trevirensis, Wormaciensis, Spirensis, Argentinen(sis), Basiliensis, Constanciensis ac universis civibus et fidelibus presencium inspectoribus per Romanum imperium constitutis, graciam suam et omne bonum.

(1) Avaricie cecitas et dampnande ambicionis improbitas aliquorum animos occupantes, eos in illam temeritatem impellunt, ut que sibi a iure interdicta noverint, exquisitis fraudibus usurpare conentur. Nonnulli siquidem et precipue venerabiles Coloniensis, Maguntinen(sis) et Trevirensis archiepiscopi, principes, duces, comites, barones, nobiles Romani imperii antiqua pedagia, thelonea sive exacciones, ab antiquis temporibus constituta non modicum augmentantes, illa et alia eciam a vobis et subiectis nobis et imperio de novo imposita, quociens vos et eos per partes illas transire contingit, in Bacherach, Loynstein, Confluencia, Andernaco, Bunna, Nussia, Berke et Smithusen contra iusticiam exigere et extorquere presumunt. (2) Nos pacifico statui et tranquillitati subiectorum nostrorum ex credito nobis officio intendentes, noctes ducimus insompnes, ut quietem vobis et aliis fidelibus imperii preparemus, ut ad presens maliciis, indignacionibus et predacionibus archiepiscoporum predictorum et cuiuscumque alterius occurramus, presenti pagina nostre maiestatis omnes donaciones, concessiones, tradiciones, imposiciones, augmentaciones, ordinaciones theloneorum, pedagiorum, exaccionum, quibuscumque nominibus censeantur, dictis archiepiscopis, principibus, ducibus, comitibus, baronibus, nobilibus seu quibuscumque aliis, cuiuscumque honoris, status et condicionis

133. a) Wormatienses *W.* b) Wormatiensibus *W.* c) vel *W.* d) officiales *W.*

existant, a divo patre nostro domino Rudolfo Romanorum rege seu aliis nostris inclitis predecessoribus et a nobis datas, traditas, donatas, concessas, habitas, confirmatas, sub quocumque colore a nobis seu a predecessoribus nostris exquisitas, in locis, opidis predictis seu in quibuscumque aliis locis Romani imperii, illis dumtaxat exceptis, que 5 per dive memorie Fridericum victoriosum imperatorem nostrum predecessorem fuerunt data, concessa et ordinata, que in suo robore volumus permanere, revocamus, amputamus et eisdem archiepiscopis et quibusvis aliis denegamus, nec eosdem archiepiscopos seu alios quoscumque in theloneis, pedagiis, exaccionibus in locis predictis et aliis quibuscumque auctorizamus nec eciam wandarizamus[a], et dicta thelonea, exacciones et 10 pedagia ipsis archiepiscopis et cunctis aliis in locis predictis et aliis quibuscumque recipere inhibemus et recipere per presentes decernimus non licere, iure nostro et imperii in omnibus semper salvo. (3) Iniungentes et auctoritatem ac potestatem vobis dantes, ut pro tranquillitate et pacifico statu Romani imperii pacem generalem vestris adiutoribus ordinctis et ipsam servare iuretis et omnibus receptoribus et exactoribus 15 theloneorum et pedagiorum in locis predictis impune et sine nostra offensa viriliter resistatis. (4) Et ut archiepiscopi predicti seu quivis alius ignoranciam revocacionis, amputacionis, inhibicionis et decreti predictorum non possint pretendere vel causare, vobis universis et singulis mandamus, quatinus per vos, alium vel alios revocacionem, amputacionem, denegacionem et inhibiciones nostras predictas dictis archiepiscopis con- 20 iunctim vel divisim seu quibusvis aliis publicetis, notificetis et ad eorundem noticiam perducatis. Et ne decani et capitula dictorum archiepiscoporum possint allegare, quod delictum persone in dampnum ecclesie non debeat redundare, supradictas theloneorum revocaciones et inhibiciones eisdem sub competenti testimonio notificetis et similiter publicetis. In cuius rei testimonium hanc litteram exinde conscribi et maiestatis nostre 25 sigillo fecimus communiri.

Dat. Spire, Non. Maii, anno Domini MCCC primo, indiccione XIIII, regni vero nostri anno tercio.

135. *MANDATUM TERRIS OSTFRISIAE MISSUM.* *Mai. 10.*

Autographon tabularii civitatis Traiectensis iam olim exemplavit Bethmann. Sigillum 30 *laesum pendet loro membranaceo. — Böhmer, Reg. Albr. 340.* *(P. deest.)*

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus bonis ac religiosis personis, abbatibus, prioribus, decanis totique clero, devotis suis dilectis, necnon prudentibus viris, gritmannis, consulibus, iudicibus ac universitatibus singularum terrarum Ostvrisie et aliarum terrarum circumpositarum, quocumque censeantur nomine, fidelibus suis 35 dilectis, gratiam suam et omne bonum.

(1) Cum nos ad regalis apicis regimen disponente Domino evocati invenimus[a] terras imperio subiectas concordia, pace, tranquillitate et iusticia miserabiliter desolatas, reformationi et emendationi status earumdem terrarum iuxta debitum crediti nobis officii sollicite intendentes, curia generali per nos indicta et apud Nurenbergh celebrata 40 sollempniter dono Dei fecimus ibidem pacem generalem per principes, archiepiscopos, episcopos, duces, marchiones, lantgravios, comites, barones et nobiles ac cives civitatum imperii pro tranquillitate et pacifico statu imperii ordinari et ad eiusdem pacis observantiam et ad dimittendum ac extirpandum indebita thelonea, rapinas, spolia, violentias, rebelliones et quaslibet iniurias iuramentis publice ab eisdem ibidem prestitis se astringi.

45 **134.** a) *sic or. pro* warandarizamus.

135. a) *sic or.*

Nuncque eiusdem pacis ordinationem innovari mandavimus et ab omnibus imperii fidelibus firmiter observari ac reprimi conatus presumptuosos . .[a] huic paci facto vel omissione volentium contraire. (2) Cum igitur speciales pacis referamini amatores et sitis inmediate colligati imperio, a quo libertates, exemptiones et prerogativas dicimini obtinere, providentiam vestram attente requirimus et monemus auctoritate regia studiose nichilominus iniungendo, quatinus pace inter vos in terminis et districtibus vestris ordinata et gwerris ibidem si que fuerint sedatis et sopitis, vos ob reverentiam nostram et imperii ac relevationem, commodum et utilitatum totius populi taliter disponatis, quod nostre maiestati et spectabilibus viris fidelibus nostris karissimis de Cleve, de Iuliaco, de Monte, de Marca comitibus, de Valkenburgh et de Kuke dominis ac prudentibus viris civibus Coloniensibus, prosecutoribus dicte pacis circa partes inferiores per nos deputatis et eisdem in prosecutione eiusdem pacis, que super omnia nobis est cordi, adherere volentibus toto posse vestro viriliter assistatis, quocienscumque et quandocumque a nobis vel ab eisdem aut eorum aliquo super hoc fueritis requisiti. (3) In quo ad conservandas, innovandas et augmentandas libertates vestras tamquam bene meriti efficietis nos iuxta vestrum desiderium procul dubio gratiosos. Alioquin si in premissis utilitatem rei publice respicientibus requisitione nostri et dictorum pacis prosecutorum parere neglexeritis vel recusaveritis, quod de vestra circumspexione et fidei puritate confisi non credimus nec speramus, scietis vos contra imperium et libertates vestras excessisse sicut ceteri, qui a dicte pacis observantia se irreverenter et dampnabiliter eximunt et excludunt. Hec autem sub maiestatis nostre sigillo hiis litteris appenso vestre prudentie in specialis fidutie inditium duximus intimandum.

Datum Spire, VI. Idus Maii, anno Domini MCCC primo, regni vero nostri anno tercio.

136. *RATIFICATIO FOEDERIS CIVITATUM. Dec. 31.*

Autographon tabularii regii Confluentini denuo contulit vir d. Paulus Richter. Pendet sigillum laesum filis sericis. — Böhmer, Reg. Albr. 367. (P. deest.)

Nos Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum volumus pervenire notitiam, quod amicitie et concordie ligaturas inter prudentes viros . . consules et cives de Wesalia et Bopardia dilectos nostros fideles ex una et prudentes viros . . consules et cives de Confluentia ex parte altera ordinatas, initas atque factas duraturas perpetuo necnon confederationem ad solidationem et confirmationem iurate pacis de mutuo auxilio ferendo et habendo inter eos ad decem annos, prout in litteris hinc inde datis apparet[1], factas, ratas habemus et gratas, immo eas auctoritate regia confirmamus, potissime cum illud ad augmentum honoris nostri et imperii cedere dinoscatur, iure tamen et honore nostro et imperii in omnibus semper salvo. In cuius rei testimonium hanc litteram exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo fecimus communiri.

Dat. in Spira, II. Kalen. Ianuarii, anno Domini millesimo trecentesimo secundo, indictione XV, regni vero nostri anno quarto.

---

135. a) *sic or.*

1) *Cf. Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 250.*

137—139. PAX CUM COMITE PALATINO.
1301. Iul. 20.—(post Iul. 20).

137. *PROMISSIO DE PECUNIA SOLVENDA. Iul. 20.*

Autographon tabularii secreti domus regiae Bawaricae, petente Fickero, olim exemplavit Bachmann (= Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 199 nr. 287). Pendebat sigillum. Nos, cum a. 1905. autographon reperiri non possit, editionem illam repetimus. — Böhmer, Reg. Albr. 349. Regesten der Pfalzgrafen I, 1468. (P. deest.)

Nos Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus tenore presentium scire cupimus universos, quod nos illustri Rudolfo comiti palatino Reni duci Bawarie, avunculo et principi nostro dilecto, pro impendendis nobis per ipsum, sicut promisit, auxiliis et obsequiis[a] pro absolutione bonorum imperii, que idem dux tenuit vel tenet in pignore, necnon pro donatione propter nupcias inclite Mehth(ildi) uxori sue debita decem milia marcarum argenti ponderis Augustensis damus et bona fide promittimus nos daturos, videlicet in festo beati Martini proxime affuturo quinque milia marcarum (Nov. 11.) et abinde per annum continuum residua quinque milia marcarum legaliter soluturi. Harum testimonio litterarum maiestatis nostre sigillo apposito signatarum.

Datum in castris ante Bensheim, XIII. Kalendas Augusti, anno Domini millesimo trecentesimo primo, indictione XIIII, regni vero nostri anno tercio.

138. *LITTERAE DUCIBUS KARINTHIAE MISSAE. (post Iul. 20).*

Servantur in solo Formularum codice E *Erlangensi, de quo v. supra ad tom. III. nr. 14—16, fol. 162 nr. 314. Inscriptio* Ducibus Karinthie *in fine posita est. V. Stobbe l. c. pag. 376 nr. 314. Nos ipsi contulimus. (P. deest.)*

Scientes, quod de successibus nostris et processibus rumores iocundos audire vestros delectat affectus, hiis novis vestra desideria recreamus, quod corporis sospitate fruimur et in omnibus agendis nostris et imperii divina providencia prosperamur. Specialiter autem noveritis, quod R(udolfus) dux Bauwarie exigentibus sue rebellionis excessibus, multis incommodis lacescitus et iacturis vexatus, ne omnino deficeret, a rebellionis sue resiliit errore, nostre gracie se conformans. Quem suadente sanguinis unione refovere pocius quam perdere decernentes, ipsum ad puram et perpetuam concordiam secundum nostri et imperii honoris decenciam duximus admittendum, ita quod inter cetera forme reconciliacionis inserta idem R(udolfus) et frater suus L(udowicus) duces nobis et liberis nostris contra quamlibet personam et in omnem eventum, imperio duntaxat quoad liberos nostros excepto, dum opus fuerit, totis suis viribus fideliter adherebunt. Quod eciam e converso imperio et vobis exclusis, liberi nostri memoratis ducibus facere tenebuntur. Porro licet in hiis et in aliis imperii gubernaculis dispensacio superna nobis indignis provideat, de nostrorum tamen amicorum, quibus exponere secure possumus mentem nostram, presencia gratulamur. Grates ergo sinceritati vestre super eo referimus copiosas, quod illustrem H(einricum) ducem fratrem vestrum decenti, sicut audivimus, expeditum milicia ad ampliandum victoriosum nostrum exercitum et gerendum nobiscum bellum iusticie transmittere voluistis, cuius adventum si qua forte adhuc difficultas vel impedimenta retardant, petimus, quatinus obstaculo tali sublato, expedicionem suam et processum ipsius ad nos, quem cottidie prestolamur, studeatis celeritate qualibet promovere. Consulcius adtendentes, quod nostre sublimitatis augmenta vobis ad incrementum glorie et pacis[a] commodum perpetuo redundabunt.

137. a) obsequuiis *ed.*

138. a) pacis et *E.*

139. *ALIAE LITTERAE CUIDAM DIRECTAE. (post Iul. 20).*

Servantur ibidem fol. 162' nr. 315 cum rubro: Rex significat cuidam sui status qualitatem. *V. Stobbe l. c. pag. 377 nr. 315. Nos ipsi denuo contulimus*[1].

(P. deest.)

Volentes non latere laudabilem fidei tue constanciam prosperitatis eventus, quibus eterni Regis clemencia dirigit actus nostros, significamus tibi, quod inter cetera nostrorum vota processuum illustris R(udolfus) dux Bauwarie ad rebellionis devia contra nos consiliis dudum seductus inanibus, iam prava derelinquens itinera gracie nostre celsitudinis humiliter se submisit et excessus commissos promittens gratis obsequiis compensare nobis et imperio contra quoslibet emulos nostros et imperii detractores fideliter totis viribus adherebit. Gaudemus eciam apud summum pontificem fore favorabilem statum nostrum, quemadmodum ex transmissi iam ab ipso legati presencia comperimus et nunciorum nostrorum nuper reversorum de curia relacione didicimus evidenter[1]. Ex quo non videmus nec ex ulla comminante ex adverso potencia conicere[a] possumus aliud, quam quod solita fortuna nobis favente de nostris in partibus istis adversariis triumphare valebimus. Et si in partibus inferioribus negocia nostra tibi ceterisque fautoribus et adiutoribus nostris confidenter commissa strennue ac provide disponantur, speramus verisimiliter, intentum nostrum victoriosum finem sortiri, breviter omnium amicorum, fautorum, adiutorum et fidelium nostrorum, quorum in presentis neccessitatis articulo proficimus meritis, accessurum commodis et honori. Unde fidelitatem tuam de fidei debito, quo nobis astringeris et imperio, ac de promisso nobis prestito per te iureiurando fiducialiter commonemus, requirentes et rogantes attente, quatinus cum adversariis nostris sine more dispendio gwerram agitans et exercens viriliter, ut cepisti, undique[b] eisdem inferre quecumque poteris studeas nocumenta, sicque circa hec vires tuas exponas intrepide, quod preter gloriam et honorem, quos exinde tibi et tuis posteris comparabis, indeficiens te ac tuos nostra et imperii beneficencia merito prosequatur. Nos quoque continuo studio taliter adaptamur, quod quam primum in partibus istis, ut speramus, feliciter expediti fuerimus, ad partes inferiores in mole nostre magnitudinis descendemus[2].

---

140. COMMISSIO GUBERNATIONIS CIVITATIS IMPERII.

1301. Dec. 3.

Repetimus editionem, quae ex autographo tabularii civitatis Lubecensis parata est 'Codex diplomaticus Lubecensis' II, 1 pag. 124 nr. 146. Pendet sigillum parum laesum loro membranaceo. Cf. infra ad a. 1304. Iul. 1, itemque Reg. Albr. 673 et 679 (Addit. II). — Böhmer, Reg. Albr. 677 (Addit. II). *(P. deest.)*

Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Attendentes illustris Hermanni marchionis Brandenburgensis filii et principis nostri karissimi preclara merita et fidei constanciam incorruptam, quibus multiformiter ador-

139. a) connicere *E.* b) *sequ.* eidem *deletum E.*

1) *Cf. supra nr. 110 et Niemeier loco supra ad nr. 105—119 citato pag. 94 not. 1.* 2) *Cf. supra pag. 107 lin. 48.*

natur, sibi civitatem nostram et imperii Lubegge gubernandam commisimus et tuendam, volentes ut ipsius civitatis incole super tuicione sua et necessitatibus ipsum interpellantes nostro nomine et intendentes eidem tamquam nobis et imperio, ad eum plenum de omnibus suis factis recursum habeant et agendis. Preterea collocantes graciose pre 5 oculis grata et utilia obsequia nobis et imperio per eundem exhibita et graciora ac utiliora per ipsum nobis inantea exhibenda, eidem marchioni redditus nostros et imperii universos in Lubegge, elapsis duobus annis proximis, in quibus illustris Angnes ducissa Saxonie, soror et princeps nostra karissima, de nostro indulto eosdem redditus recipiet suis usibus applicandos, ad quatuordecim annos subsequentes continue de liberalitate regia 10 duximus cum integritate qualibet largiendos. Mandantes civibus nostris in Lubegge, ut memorato marchioni de predictis redditibus et iuribus universis obediant, ut premittitur, et respondeant plenarie de eisdem. Adicimus quoque, ut si predictum marchionem infra annos nostri indulti decedere contingeret, illustris Anna marchionissa Brandenburgensis ipsius marchionis legittima, nostra filia karissima, et liberi eorundem succedere debeant 15 in perceptione reddituum predictorum. In cuius rei testimonium hanc litteram exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo fecimus communiri.

Datum in Heilprunnen, III. Non. Decembris, anno Domini millesimo trecentesimo primo, indictione XV, regni vero nostri anno quarto.

---

141. PAX CUM ARCHIEPISCOPO MOGUNTINO.

20 1302. Mart. 21.

Autographon deperiit. Superest in solo Copiario tabularii regii Wirzburgensis 'Mainzer Bücher verschiedenen Inhalts' nr. 20 (IV) f. 115', quem denuo accuratissime contulimus. Cf. infra nr. 159. — Böhmer, Reg. Albr. 377. (P. 477—479.)

Wir Albrecht von Gots genaden Romescher kunik alle tzijt eyn merrer des riches 25 virjehen und dun kunt allen den die diesen brieff sehent oder horent lesen, daz wir uns mit dem erbern fursten Gerharden dem ertzbischof von Mentze unser und des richs archicanceller in Tutschen landen umb alle die missehellunge, krig und zweyunge, die zwuschen uns und allen unsern helferen wer die sint eynhalp und zwischen dem vorgenantem ertzbischove von Mentze und allen sinen dienern und helfern wer die sin 30 anderthalbe ist biz here gewesen, nach unser und des riches erbern forsten marckgreven Otten von Brandenburc und ander unser und des richs getruen rat und helferen luterlich und gentzlich virsunet und virrichtet han nach allen den worten, die hernach gesreben sta[n]t:

1. Zů dem ersten ist gereddet und gesprochen, daz der vorgenant ertzbischoff von 35 Mentze uns gelobet hat mit guden truwen, wer der ist der uns und daz riche angriffet, wider den sol er uns beholfen sin nach aller siner macht an geverde und gen menlichen. Oich sullen wir dawider dem selben ertzbischove zů sinen rechten bestanden und beholfen sin widder aller menlich.

2. Ez ist auch gerettet mer, daz der vorgenante ertzbischove die zulle zů Layn- 40 steyn und waz er unrechter zulle hat, lazzen sal und war er daruber briffe hat von uns[1] und von kunik Adolf[2], die sol er widder geben. Und waz er nuer briffe hat von

1) *Cf. supra nr. 12.* 2) *Cf. supra tom. III, 468 nr. 481 c. 9.*

uns[1] und von kůnik Adolf dem vorgenannten, die sal er auch widder geben. Behelt aber er der selben briffe keynen, die sullen alle doit sin und zů nichte. Waz er aber briffe hat uber alte bestedunge[2], die sal er behalden. Daz ungelt und die Iuden zů Franckenfurd die sal er behalden recht als unser b[r]ieffe stent und kunik Adolfs[3], die er darnber hat; die briffe sal er auch behalden.

3. Ez ist auch geret me, daz wir behalden sullen Selgenstad und daz dar zů gehoret, als lange biß iz der vorgesprochen ertzbischoff uns mit recht ab[a] gewinnet, und wir sullen auch im rechtes gestaden.

4. Ez ist auch me geret, daz die vorgenant rede, die hie vorgeschreben ist, stede und feste blibe, des hat der vorgesprochen ertzbishoff von Mentze zů underphant gesatzet die stat und die burg zů Bingen und daz darzů gehoret, Ernvels und daz darzů gehoret, Scharpensteyn und daz darzů gehoret, Laynsteyn und Lanekke und daz darzů gehoret. Des hat der vorgenant markgreve von Brandenburc macht eyniz abzůlazzen, daz ist Lanecke die bůrc, und die hat er von siner gewalt abegelazzen mit deme daz dartzů gehoret.

5. Ez ist auch geret, daz die selben phant sullen stan fůnf jar, und wanne die funf jar ußgent, so sal man dem ertzebishove, der da vorgenant ist, die vorgeschreben phant widder geben oder sinem stifte, ob er nicht en ist. Haben wir danne an der stat und an der burg zů Bingen icht rechtes, da sol uns der bischof rechtes an gestaten. Wer aber, daz Got virbite, daz in selben funf jaren der erczebischof abe ginge, welich bischof nach eme qweme, wolt er in dem vorgenanten gelobte sin, so sullen die selben phant stan die vůnfe jar uz rech[t], als da vorgeschreben stad. Wolt er aber darinne nit sin, so sal man uns Bingen die stat und die[b] burc widder geben mit allem rechte als wir iz iczů haben, und dem bischof der nach ime kůmt oder sime cappitel die andern feste, die phant sin, widder geben mit allem deme daz darzů gehoret. Wer aber, daz Got virbite, daz in denselben funf jaren wir sturben, so sal man dem erzbischof von Mentze oder sime capitel die vorgenante veste, die phant sin, alle[c] widder geben mit allem dem, daz dar zů gehoret. Wyr haben auch und der vorgenante bischof eynen man gekoren, dem wir die vorgenante phant enpholen haben, der sal die phant haben, als hernach geschreben stet. Der die phant halden sal, daz ist Gotfrid von Brunecke oder Andres sin son, obe der fater sturbe in den funf jaren. Der sal die vorgenante phant besetzen mit turnhutern, mit wechtern, mit portennern, mit burchmannen. Die kost sal man von des ertzbischofs gut von Meyntze gelden.

6. Auch ist geret umb die kost die selbe von Bruneck haben sal, dar umme er sich der vorgenanten veste underwindet, daz sullen wir der bischof von Mentze und der marckgreve mit eynander machen. Zwiten aber wir daran, waran danne den von Bruneck genugen sal, daz sal an demselben marckraven sten. Waz uber die kost ist, iz sie off dem lande oder in den steten, an Iuden oder an kristen, daz sal dem bischof fulgen.

7. Auch ist geret, daz der bischof mit den sinen in die vorgenanten vesten riten sol darin und uß, also daz er mit dem von Brunecke redde, daz er eme gelaube.

8. Auch ist geret, daz alle die bischove, die in unser und des richs helfe sint gewest, oder phaffen oder emant von ir wegen in diesem urlowge widder den ertzbischof von Mentze, daz die sullen eyn gantz sůn haben.

9. Es ist auch geret zwischen dem ertzbischof von Meintze und der stat von Meyntze, daz der selb bischof sal halden die brieve, die er und sin vorvaren gegeben hant und sin capitel bestedegit hat. Wo daz gebrochen ist, daz die brieffe sprechen,

141. a) an *c.* b) *supra lin. add. c.* c) *in margine add. c.*

1) *Cf. supra nr. 13.* 2) *Supra tom. III, 468 nr. 481 et tom. IV, 13 nr. 14.* 3) *Supra nr. 95 et Böhmer, Reg. Ad. 353.*

daz sal man widder tûn. Da sal der bischof zwene man zû setzen und die stad von Meyntze zwene man, die daz besehen, waz daran gebrochen sie, off eynen bescheyden dack, daz sal man widder tun, da die vier sprechent, daz gebrochen si. Daz selbe sal die stat dem bischof widder tun.

5 10. Auch ist geret, wan der von Brunecke inne nimmet Bingen burc und stad, Scharpensteyn, Erenfels und Lansteyn die stat, darnach by firtzegen dagen alle die festen und alles daz gût dem bischof und allen sinen helferen sal man widder antworten, daz sie virloren hetten in disem krige und sal nieman sie daran hindern. Daz haben wir gelobet, waz vesten uzwendig landes lit, die gewunnen sint an diesem krige 10 von unsern helfern, die sal man widder antworten zwischen hie und sant Iacobs dag. Iul. 25. Daz haben wir gelobet und zehen herren, die man noch nennen sol, und geschee des nicht, so hant die vorgenanten herren gelobit zû leysten zû Wormiße in der stad kuntlich jeder herre vor sich zû legen eynen ritter und eynen edeln knecht, also lange biß daz geschecht, als da vor geschreben stat. Ist aber daz wir ansprechen den selben ertz- 15 bischoff, daz er an uns gebrochen habe, des sullen wie kysen zwene manne und der bischof zwene, die sullen die bruche virhoren und sullen daz scheyden, wes sie eyntrechtig werden off iren eit. Und waz die selben vier oder der merer teyl darnber scheidet oder sprechet, daz sal stede behalden werden. Zwiten aber sie sich daran, so sullen si ez vor den vorgenanten marckraven Otten bringen, wem der gestet, der 20 hat sin sache verbunden. Wer aber daz der marckrave, des Got nicht inwolle, abeginge, so sal uber denselben broch sprechen der vorgenant Gotfrid von Brunecke und daz selb sal man stede halden. Geschech auch daz derselbe Gotfrid von Brunecke sturbe, so sullen die vorgesprochen vier schidman eynen andern obern man welen und kisen off eren eyt, der gewalt habe zû sprechen ober den bruche, zû gelicher wise 25 als der vorgenant marckgrave oder der von Brunecke het. Hat aber der bischof von Mentze keyn gut, daz wir ansprechen, daz iz des riches sie, da sal er uns rechtes an gestaten. Wil auch der selb bischof uns umb keyn gut, daz sin oder sins stifts si, ansprechen, da sullen wir in auch rechts an gestaden.

11. Ez ist auch geredt, daz der bischof und sin helfer uns und unsern helferen 30 recht dun sullen, daz selb sullen wir und unser helfer dem bischof und sinen helferen auch widder tun.

12. Ez ist auch geret, daz die stete, die in unser und des riches helfe sint gewest, eyn recht sun sollen haben.

13. Ez ist auch geret, daz wir und der bischof eyn rechte sûn geteydinget haben 35 uns und allen unsern helffern zû beyden siten, die dorch uns in disen krich sint kummen.

14. Auch ist geredt, daz wir und der bischof von beyden siten, iz sie uns selben oder onser helferen, ieden man widder insetzen sal in sin erbe, iz sie burg oder stad oder dorfe oder gerichte aller hande gut, wie iz genennit ist, da sal man ieden man wider in setzen, als er saß vor dem krige.

40 15. Ez ist auch geret, wer off des andern gut gebuwet hat in diesem krieg, daz sal er ab tûn. Sint burge oder stede gebrochen, wes die sint, die sal er widder machen ob er wil, daz sal der herren wille sin, da in sal in nieman an hindern.

16. Auch ist geret, waz genummen ist an varen[den] gut[d] under den, die in dem urleyge begriffen waren, daz des sal eyn gantze sun sin.

45 17. Auch ist geret, daz alle gevangen, die in dem urlug gevangen sint, sullen ledig sin, die ir schatzunge nicht gegeben han, waz gegeben ist, daz si hin.

18. Ez ist auch geret umme den von Bruberg, daz man im alle sin veste und sin gût und sin phant widder sal lazzen, ez sie zurbrochen oder untzo[r]brochen.

141. d) varengut, den *alia manu superscriptum c.*

19. Ez sal auch der bischof von Mentze uns die briffe, die der Pallantzgreve widder geben hat sin briff, uns auch widder geben, da sie sich mit verbunden hatten, gelicher wise alsam der vorgenant Pallantzgref getan hat.

20. Ez ist auch geret, gift der bischof von Kollen uns widder die brieve, dar sich der bischof von Mentze und von Kollen und der Pallantzgref mit verbůnden hatten, so sal der bischof von Mentze uns auch sin briff widder geben, die daruber geschreben sint[1].

21. Ez ist auch me geret, wie wir den bischof vergewissen sullen, daz wir im beholfen sin, als unser brieve under uns beyden stent, daz sal an dem vorgenanten markraven von Brandenburg sten.

Daz diese sun in allen ir artikel, als da vorgeschreben stat, stede und untzerbrochen belibe, so geben wir diesen briff versigelten mit unserm kunicklichen ingesigel.

Der brief ist gegeben in der stad zů Spire, da man zalte von Gots geburd drutzehen hundert und zwey jar an sante Benedicten tage in der vasten, in dem firden jare unsers richs.

---

142. 143. MANDATA DE EXERCITU COLLIGENDO.

1302. Apr. 1.

142. *MANDATUM ADVOCATO DE WIDA DIRECTUM. 1302. Apr. 1.*

Edidit iam a. 1718. Feller 'Monumenta varia inedita' pag. 563 'ex veteri membrana bibliothecae Paullinae Lipsiensis', quae modo, nobis quamvis saepius quaerentibus, inveniri non poterat. Editionem igitur illam F *hic repetere necesse est.*

Superest forma eiusdem mandati in codice Erlangensi E, *de quo v. supra tom. III. ad nr. 14—16, fol. 161' nr. 311 cum rubro:* Instauracio exercitus *(Stobbe l. c. pag. 375). Denuo codicem contulimus. — Böhmer, Reg. Albr. 381.* *(P. 479.)*

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus strenuo viro Henrico advocato de Wida iuniori, fideli suo dilecto, gratiam et omne bonum[a].

Pro tranquillitate rei publice et sacri Romani imperii recuperandis iuribus in nonnullis terrarum partibus iniuriose distractis disponentes exponere potentie nostre vires et de consilio nostrorum et imperii principum[b] copiosum victoriosumque exercitum instaurare, fidelitatem tuam[c] requirimus et rogamus sub debito fidei[d], quo nobis et dicto[e] teneris imperio, seriosius commonentes, quatinus opportunum nobis exhibiturus auxilium statim post[f] festum ascensionis Domini proximum[f], sicut decentius poteris, sis apud Nurenberc[g] ad procedendum nobiscum finaliter constitutus, ut proinde beneficentie regalis promotio tibi semper gratiosius[h] debeatur.

Datum in Turego, Kal. Aprilis, regni nostri anno quarto[i].

142. a) *protocollon deest E.* b) pr. n. et imp. *E.* c) *loco* fid. tuam *E:* te. d) fid. deb. *E.* e) sacrosancte *male F.* f) *loco* post—proximum *E:* die tali cum armatis. g) *loco* sis—Nurenberc *E:* in loco tali sis. h) uberius *E.* i) *linea dati deest E.*

1) *Cf. Foedus a. 1300. Oct. 14. datum, quod infra in Appendice Variorum proponemus. Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 247.*

143. *MANDATUM CAPITULO CUIUSDAM ECCLESIE MISSUM.*

Signo chronologico carens subiungimus hic ex eodem codice E *fol. 161' nr. 312, ubi in fine haec adduntur:* Hoc scribitur capitulo cuiusdam ecclesie *(Stobbe l. c. pag. 376). Denuo codicem contulimus.* *(P. deest.)*

5 Oportuna, grata et meritoria obsequia, que nobis et imperio sumptuose, sicut recognoscimus, immo magis benivole pluries impendistis, celsitudinis nostre memoria non amisit, sed ea utpote thesaurum preciosum semper custodiet, quousque condignis et debitis beneficiis, que eciam non solum refundant prestita, set eciam prestanda provocent, fuerint compensata. Nec quisquam mirari posset inmensam quam de puritate 10 vestre devocionis habemus fiduciam, qui vicissitudinis affectum pariter et effectum, quibus erga vestram promocionem regia largitas elargatur, proprie compararet. Rogamus itaque benivolenciam vestram et hortamur studio quo possumus ampliori, quatinus non ut deiecti aut fatigati sumptibus obsequiorum priorum de virtute in virtutem, de auxilio in auxilium forciori promptitudine scalas regalis depositi, in quarum summitate datur 15 copia benemeritis florem, fructum et favorem decerpendi habundancius premiorum, conscendere studeatis, nobis in presentis necessitatis articulo, in quo nullius gradus condicionisve contingentis imperium subvencio pretermittitur, armatorum adiutorium festinum et promptum, sicut decencius poteritis, exhibentes, ad quod eciam similiter faciendum venerabilem . . episcopum vestrum, principem nostrum, vestris consiliis allici 20 petimus et induci. Spem vobis dantes plenissimam et securam, quod vacua vestra non remittemus obsequia, set pregnancia beneficiis et honore. Ut autem in specie vobis apercius nostre liberalitatis intencio largiflua exprimatur, placet nobis, ut aliquid de bonis vel possessionibus ad manus nostras spectantibus vobis aptis curetis inquirere. Quo ad cognicionem nostram delato vere faciemus, quod fuerit graciosum, quodque non 25 immerito poteritis contentari.

---

144. MANDATUM DE CASTRO IN DISPENDIUM PACIS EXSTRUCTO.

1302. Iul. 11.

Repetimus editionem, quae ex Copiario tabularii Goslariensis parata est 'Urkunden- 30 *buch der Stadt Goslar' III (= 'Geschichtsquellen der Provinz Sachsen' XXXI) pag. 19 nr. 30. Variarum lectionum, quas praebet Hahn 'Collectio monumentorum' I, 266, omnino non habuimus rationem. — Böhmer, Reg. Albr. 388.* *(P. 479.)*

Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus illustribus O(ttoni) marchioni Brandeburgensi, H(einrico) et Alb(erto) ducibus Brunsvicensibus, O(ttoni) duci 35 de Brunswich et de Luneburg principibus ac universis pacis generalis iuratis in Saxonia, fidelibus suis dilectis graciam suam et omne bonum.

Ad noticiam serenitatis nostre insinuacione querelosa pervenit, quod viri nobiles Alb(ertus) et Frid(ericus) comites de Werningerode in generalis iurate pacis dispendium quoddam castrum prope civitatem nostram Goszlariensem in fundo alieno de novo 40 erexerint et fundarint. Quod cum eidem civitati Goszlariensi et viis regiis, prout intelleximus, impedimenta possit et incommoda generare, serenitati vestre duximus commit-

tendum, quatinus circa dictum castrum, quicquid tranquillitati terre et bono communi expedire videritis, faciatis. Caventes, ne occasione castri eiusdem oriatur turbacio patrie sive pacis.

Datum in Ezzelingen, V. Idus Iulii, regni nostri anno quarto.

145—147. SENTENTIA CONTRA COMITEM HAYNONIAE. 5

1302. Aug. 21.—Nov. 16.

145. *SENTENTIA CURIAE. Aug. 21.*

Servatur in transsumto capituli Leodiensis a. 1302. Sept. 15. facto tabularii Montensis 'Trésorerie des chartes' nr. 264; sigillum pendet. In verso leguntur: uns jugemens 10 ke li roys dalem̄ a fait, par le quel li eveskes de liege est tenus de lui aidier contre mon sig^r de tout sen pooir *etc. Ineditam nos ipsi descripsimus. Cf. supra nr. 53—55. — Böhmer, Reg. Albr. 395.* *(P. deest.)*

Nos Eberhardus comes de Katzcnellembogen publice profitentes recognoscimus presentibus, quod anno Domini MCCC secundo, feria tercia ante diem beati Bartholomei 15 apostoli in Spira nobis loco serenissimi ac excellentissimi domini nostri domini Alberti Romanorum regis illustris pro tribunali sedentibus, idem dominus noster rex propria in persona per sententiam petivit inquiri: ex quo nobilis vir Iohannes comes Hanonie super actionibus et causis, quas dictus dominus noster rex et alii contra eum habebant proponere vel sibi movere in curia ipsius regis, iuri parere renuit et contempsit loco 20 et termino sibi sententialiter assignatis et propter quod exigente iusticia idem comes Hanonie sit proscriptionis sententia innodatus[1], si reverendus in Christo pater dominus Adulfus Leodiensis ecclesie episcopus, a quo et a cuius ecclesia dictus . . comes Hanonie comitatum Hanonie tenet in feodum, ipsi . . regi et imperio in comitatum Hanonie et in omnia loca imperii, ubi necesse habet, contra predictum . . comitem Hanonie tota 25 sua potentia et viribus adherere et assistere teneatur. Et per reverendorum in Christo patrum dominorum Gerhardi archiepiscopi Maguntini, Eberwini episcopi Wormaciensis ac nobilium virorum Burchardi de Hoemberg, Berchtoldi de Katzenellembogen, Hermanni de Sulcze, Georii et Conradi Irsutorum, Conradi Silvestris comitum Iohannis de Liechtemberg, Gotfridi de Bruneke et Gerlaci de Broberg dominorum et aliorum plurium 30 fidedignorum communem sententiam est obtentum: quod dictus . . episcopus Leodiensis predictum dominum nostrum . . regem cum tota sua potentia et viribus in comitatum Hanonie et alibi, ubicumque necesse habebit, contra predictum . . comitem Hanonie tenetur et debet fideliter et efficaciter adiuvare. Non obstante, quod dictus . . comes Hanonie a dicto . . episcopo Leodiensi et sua ecclesia tenet dictum in feodo 35 comitatum. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Nos vero Gerhardus Dei gratia sancte Maguntine sedis archiepiscopus sacri imperii per Germaniam archicancellarius, Eberwinus eadem gratia Wormaciensis ecclesie episcopus et nos . . comites, nobiles et domini supradicti predicta recognoscimus esse vera, apponentes nostra sigilla huic littere in testimonium premissorum. 40

Datum anno Domini, die et loco predictis.

1) *Supra nr. 53.*

146. *MANDATUM EPISCOPO LEODIENSI MISSUM. Aug. 22.*

Ex eodem transsumto tabularii Montensis ut supra nr. 145. Item nos descripsimus. — Böhmer, Reg. Albr. 396. (P. deest.)

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus venerabili Adulfo episcopo 5 ecclesie Leodiensis principi suo dilecto ac universis . . comitibus, nobilibus, militibus, civibus, opidanis, fidelibus et hominibus episcopatus Leodiensis, dilectis suis fidelibus gratiam suam et omne bonum.

Ex quo dictante sententia principum, comitum et nobilium nostrorum et imperii in nostra curia, prout in litteris super hoc confectis[1] ostenditur plenius, est obtentum, 10 ut vos nobis pro recuperandis bonis et iuribus nostris et imperii contra . . comitem Hanonie in comitatum Hanonie et in omnia loca, ubi necesse vos habuerimus, toto vestro posse et viribus assistere debeatis, vobis universis et singulis sub obtentu nostre gratie et sub pena amissionis bonorum, que a nobis et imperio possidetis, precipimus et mandamus, quatinus vos taliter disponatis, ut in descensu nostro ad illos vestros 15 terminos, qui est vicinus, vos inveniamus in armis ad prestandum nobis adiutorium contra . . comitem Hanonie supradictum in comitatum Hanonie et alibi, sicut decentius poteritis, expeditos.

Datum Spire, XI. Kalen. Septembris, anno Domini MCCC secundo, indictione quintadecima, regni vero nostri anno quinto.

20 **147.** *LITTERAE PONTIFICIS EPISCOPO LEODIENSI DIRECTAE. Nov. 16.*

Repetimus editionem, quam paravit Kaltenbrunner 'Actenstücke zur Geschichte des Deutschen Reiches' pag. 504 nr. 514 ex Registri Bonifacii VIII. tom. IV (= tom. 50) a. VIII. ep. 277. Cf. notam l. c. pag. 505. (P. deest.)

Venerabili fratri . . episcopo Leodiensi.

25 (1) Commissam nobis dominici gregis custodiam sic salubriter gerere cupimus, sic utiliter exercere, quod inter fideles Christi discordiarum et litigiorum amputemus anfractus et bonum quietis, salutis et pacis summe vigilantie studio procuremus. Sane pro parte dilecti filii nobilis viri Iohannis comitis Hanonie fuit nuper expositum coram nobis, quod cum inter te ac eum certa foret discordia suscitata, idem comes, qui tuus 30 et ecclesie tue homo ligius et vasallus existit, tibi obtulit, se paratum stare super huiusmodi discordia et parere ordinationi et dispositioni duorum canonicorum Leodiensium aut baronum vel militum sive aliorum feudatariorum tuorum, de quibus tibi videretur, et aliorum duorum feudatariorum tuorum etiam, quos ipse duceret nominandos, prout ipsi quatuor sic a te ac ab ipso electi faciendum de iure viderent. Sed tu huius35 modi oblationi eius acquiescere minime curavisti, quin immo castra et terras, que a te tenere dinoscitur, hostiliter invasisti, ac timetur, ne assistas . . duci Austrie contra eum. Eandem quidem oblationem dictus comes se servaturum coram nobis fecit offerri, subiuncto nichilominus, quod paratus est etiam super hoc ordinationi nostre parere. (2) Nos igitur attendentes, quod oblatio eiusdem comitis satis consonat 40 equitati, et considerantes, quod inhumaniter agit, qui addit afflictionem afflicto, sicque tuam dedecere plurimum honestatem, cum comiti memorato, hoc tempore maxime quo persecutio dicti ducis instat eidem, rigerose procedere, cui potius esset honoris tui pensata decentia per te viriliter assistendum, fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente per apostolica tibi scripta in virtute obedientie districte precipiendo mandantes,

45 1) *Supra nr. 145.*

quatinus dicto comite faciente, quod ut premittitur offert, nullam alias sibi molestiam inferas nec contra eum novitatem attemptes. Sed si prefatus dux ipsum comitem vel terram eius temptaret invadere, ab omni eiusdem ducis auxilio et favore prorsus abstineas, quin immo contra eum ipsi comiti, tuo ut predicitur et ecclesie predicte vasallo, ad cuius defensionem naturale debitum quodammodo te perurget, auxilium, consilium 5 et favorem impendas. Preces et mandata nostra huiusmodi sic efficaciter adimplere procures, quod Deo et nobis inde complaceas dictumque comitem ad tua et ecclesie memorate reddas obsequia promptiorem.

Dat. Laterani, XVI. Kalendas Decembris, anno octavo.

---

148. UNIO CUM SPIRENSIBUS ALTERA. 10

1302. Aug. 31.

Repetimus editionem, quam ex autographo tabularii civitatis Spirensis paravit Hilgard 'Urkunden der Stadt Speyer' pag. 168 nr. 216. Sigillum, quod olim pendebat loro membranaceo, iam deest. Cf. supra nr. 133. — Böhmer, Reg. Albr. 398. 15
(P. deest.)

Nos Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus notum facimus per presentes, quod cum prudentes viri consules et universi cives Spirenses fideles nostri dilecti nobis et imperio in presenti guerra, quam gerimus, adherere et assistere administracionibus victualium, serviciis et auxiliis armatorum promiserint ac eciam sint 20 parati, nos ipsis debita vicissitudine cavere et providere volentes, promittimus firmiter et constanter, quod cum venerabilibus . . Coloniensis et Treverensis ecclesiarum archiepiscopis et cum adiutoribus eorundem non concordabimus seu aliqualis composicionis formam aut finem acceptare curabimus, nisi dicti cives Spirenses concordie nostre et composicioni primitus sint inclusi, ita quod racione servicii vel auxilii predicti 25 nulla ipsis per dictos archiepiscopos et adiutores ipsorum inferantur gravamina vel offense. Super quo eciam eorundem archiepiscoporum litteras patentes memoratis civibus ordinabimus assignari. Harum testimonio litterarum sigilli nostri robore signatarum.

Datum in Wormacia, II. Kal. Septembris, anno Domini millesimo trecentesimo 30 secundo, indictione XV, regni vero nostri anno quinto.

149—154. OBLIGATIO BONORUM IMPERII.

1302. Oct. 21. — 1305. Iul. 31.

Autographa tabularii Darmstadiensis benivolenter nobis transmissa omnia denuo descripsimus vel contulimus nos ipsi. 35

149. *LITTERAE OBLIGATIONIS. 1302. Oct. 21.*

Pendet sigillum parum laesum filis sericis rosci coloris. Edidit Böhmer 'Acta imperii selecta' pag. 407 nr. 561. — Böhmer, Reg. Albr. 401. *(P. deest.)*

Nos Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri 5 Romani imperii fidelium noticiam volumus pervenire, quod nos viro nobili Iohanni de Liectemberch advocato provinciali per Alsaciam propter magna et utilia obsequia nobis et imperio exhibita et maiora ac utiliora nobis et eidem imperio per eum imposterum exhibenda mille marcas argenti Argentinensis ponderis duximus liberalitate regia largiendas, obligantes sibi pro pecunia huiusmodi villas Westhoven et Baldeburnen cum 10 redditibus, iuribus et pertinenciis universis, quos, quas et que in presenti dinoscimur imperii nomine possidere, tam diu possidendas, quousque eidem Iohanni aut suis heredibus per nos vel nostros in imperio successores prefate mille marce argenti dicti ponderis fuerint integraliter persolute. Fructibus medio tempore ab eodem vel suis heredibus in eisdem villis percipiendis in sortem principalem minime computandis, 15 quia ipsos sibi et suis heredibus ob eorumdem obsequiorum intuitum liberaliter elargimur. Presencium testimonio litterarum nostre maiestatis sigilli robore signatarum.

Dat. in castris prope Coloniam, XII. Kalen. Novembr., anno Domini millesimo trecentesimo secundo, ind. prima, regni vero nostri anno quinto.

150. *SCRIPTUM REGIS PRINCIPIBUS ELECTORIBUS DIRECTUM.* 20 *1302. Oct. 23.*

Sigilli fragmentum parvum pendet loro membranaceo. Edidit Böhmer l. c. nr. 562. — Böhmer, Reg. Albr. 404. *(P. deest.)*

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus venerabilibus et illustribus imperii electoribus universis, principibus suis karissimis, gratiam suam et omne bonum.

25 Cum nos nobili viro Iohanni de Liechtemberg advocato provinciali per Alsaciam, dilecto nostro fideli, propter grata et fructuosa que nobis et imperio non sine levibus[a] expensis et laboribus inpendit obsequia Westhoven et Baldeborne villas cum suis pertinentiis, sicut [in][b] litteris super hoc confectis apparet[1], pro mille marcis argenti obligaverimus, tam diu possidendas, quousque sibi aut suis heredibus per nos aut successores 30 nostros in imperio de dictis mille marcis plenarie fuerit satisfactum, desideremusque suis prospicere utilitatibus et dispendiis precavere, sinceritatem vestram studiosa precum instantia deprecamur, quatinus eundem Iohannem, cuius fidei puritas erga nos et imperium claret multiformiter, sinceris affectibus amplectentes ad obligationem villarum huiusmodi per nos factam vestrum assensum et consensum benivolum apponatis. Super 35 hoc sibi vestras litteras tribuentes.

Dat. in castris prope Coloniam, anno Domini millesimo trecentesimo secundo, X. Kalen. Novembr., indictione prima, regni vero nostri anno quinto.

151. *CONSENSUS ELECTORUM ECCLESIASTICORUM. 1302. Oct. 23. Nov. 9.*

Autographi M *sigillum laesum, autographi* C *fragmenta sigilli pendent filis sericis* 40 *rubei coloris; autographi* T *sigillum fere illaesum pendet filis sericis viridis coloris.* *(P. deest.)*

150. a) *sic or.* b) *deest or.*

1) *Supra nr. 149.*

Nos[a] Gerhardus Dei gratia sancte Maguntine sedis archiepiscopus sacri imperii per Germaniam archicancellarius publice profitentes[a] ad universorum noticiam cupimus pervenire, quod obligationi villarum Westhoven et Baldeburnen cum suis pertinentiis per serenissimum dominum nostrum dominum Albertum Romanorum regem illustrem[b] nobili viro Iohanni domino de Liechtemberg[c] advocato per Alsaciam et suis heredibus de mille marcis argenti, prout in litteris ipsius domini nostri regis apparet, facte nostrum consensum apponimus et assensum. Ipso domino nostro[d] rege nos super hoc suis patentibus litteris requirente. Presentium[e] testimonio litterarum nostri sigilli robore signatarum[e].

Dat. Colonie[f], anno Domini millesimo[g] trecentesimo[h] secundo, in[i] die beati Severini episcopi[i].

152. *CONSENSUS TRIUM ELECTORUM SAECULARIUM.*
1303. Apr. 21. Aug. 14.

Autographi S *sigillum parum laesum, autographi* B *sigillum laesum pendent filis sericis rosei coloris.* S *et* B *eadem manu exarata sunt. Autographi* P 1 *sigillum parvum, sed laesum pendet loro membranaceo. Consensum comitis Palatini v. Regesten der Pfalzgrafen I, 1489. Cf. nr. 154.* *(P. deest.)*

Nos[a] Rudolfus Dei gratia Saxonie, Angarie, Westfalie dux, comes in Bren et sacri imperii marschalcus publice profitentes[a] ad universorum noticiam cupimus pervenire, quod obligationi villarum Westhoven et Baldeburnen[b] cum suis pertinentiis per serenissimum dominum nostrum dominum Albertum Romanorum regem illustrem[c] nobili viro Iohanni domino de Lichtenberg[d] advocato[e] per Alsaciam et suis heredibus de[f] mille marcis argenti, prout in litteris ipsius domini nostri regis apparet, facte nostrum consensum apponimus et assensum[g]. Ipso domino nostro rege nos super hoc suis patentibus litteris[h] requirente. Presentium testimonio litterarum nostri sigilli robore[i] signatarum.

Datum[k] Wetflarie, XI. Kal. Maii, anno[l] Domini millesimo trecentesimo tercio, in die beati Georgii martiris[k].

153. *CONSENSUS REGIS BOHEMIAE. 1303. Mai. 25.*

Pendent sigilli bilateralis fragmenta filis sericis rubei coloris. *(P. deest.)*

Nos Wencezlaus Dei gratia Bohemie et Polonie rex tenore presentium ad universorum noticiam cupimus pervenire, quod obligationi villarum Westhoven et Baldeburnen cum suis pertinentiis per serenissimum dominum nostrum dominum Albertum Romanorum regem illustrem nobili viro Iohanni domino de Liechtemberg advocato per Alsatiam et suis heredibus de mille marcis argenti facte, prout in litteris ipsius

151. a) *protocollon in C:* Nos Wicb(oldus) D. gr. s. Coloniensis ecclesie archiep. s. imp. per Ytaliam archicanc. publ. prof.; *in T:* Nos frater Dietherus D. gr. s. Trevirensis ecclesie archiep. publ. prof. b) illustrem *deest C.* c) Lyechtemberg *C;* Liehtemberg *T.* d) nostro *deest C.* e) Presentium — signatarum *ante* Ipso — requirente *C.* f) Brule *C;* V. Idus Novembr. *add. T.* g) M *T.* h) CCC *C.* i) in — episcopi *desunt T.*

152. a) *protocollon in B:* Nos Hermannus D. gr. marchio de Brandenburg et dominus de Hennenberch publ. prof.; *in P 1:* Nos Rudolfus D. gr. comes pal(a)t(inu)s Reni dux Bawarie publ. prof. b) Waldenburnen *P 1.* c) et avunculum nostrum karissimum *add. P 1.* d) Lychtenberg *B;* Liehtenberch *P 1.* e) provinciali *add. B.* f) in *B.* g) ascensum *P 1.* h) *loco* suis pat. litt. *P 1:* vive vocis oraculo. i) munimine *P 1.* k) *linea dati sic in S et B; in P 1:* Dat. Spyre, anno Domini millesimo trecentesimo tercio, in vigilia assumptionis beate Virginis. l) ano *B.*

domini nostri regis apparet, nostrum consensum apponimus et assensum. Presentium testimonio litterarum maiestatis nostre sigillorum robore signatarum.

Dat. Prage, anno Domini millesimo trecentesimo tercio, VIII. Kalen. Iunii, indictionis prime, anno regnorum nostrorum Bohemie sexto, Polonie vero tercio.

5 **154.** *CONSENSUS ALTER COMITIS PALATINI. 1305. Iul. 31.*

Pendet sigillum equestre laesum filis sericis rubei coloris. Cf. supra nr. 152 P 1. — *Regesten der Pfalzgrafen I, 1523.* *(P. deest.)*

Nos Rudolfus Dei gratia comes palat(inus) Reni dux Bawarie tenore presencium profitemur, quod nos obligationem villarum Westhoven et Baldeborn per serenissimum 10 dominum nostrum dominum Albertum Romanorum regem semper augustum nobili viro Iohanni de Liechtemberg advocato provinciali per Alsaciam pro mille marcis argenti factam ratam habentes et gratam, eidem nostrum consensum et assensum plenissimum impertimus. Presencium testimonio litterarum nostri sigilli munimine signatarum.

Dat. in Nuremberg, II[e] Kalen. Augusti, indictione tercia, anno Domini MCCC 15 quinto.

155—162. PAX CUM ARCHIEPISCOPO COLONIENSI.

1302. Oct. 23. — Nov. 3.

155. *DECLARATIO DE CONFIRMATIONE PRIVILEGIORUM CIVITATIS* 20 *COLONIENSIS. Oct. 23.*

Descripsimus autographon tabularii Dusseldorpiensis 'Köln Domstift nr. 419'. Edidit Lacomblet 'Urkundenbuch für die Geschichte des Niederrheins' III, 13 nr. 20. Pendent sigilla primum et quartum fere illaesa, tertium laesum filis sericis rubei coloris; secundum desideratur. — Böhmer, Reg. Albr. 403. *(P. deest.)*

25 Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus salutem et infrascriptorum cognoscere veritatem.

Ne ea, que in nostre maiestatis presentia geruntur et fiunt, precipue tamen illa, que sacri Romani imperii et nostros principes eorumque principatus ac iura contingunt, lapsu temporis evanescant seu inversionis ingenio varientur, ipsa scripturarum serie ad 30 futurorum memoriam duximus transmittenda. Universitatis vestre noticie declarantes, quod cum venerabilis Wicboldus Coloniensis archiepiscopus princeps noster dilectus prudentibus viris . . civibus Coloniensibus iura, libertates et bonas ipsorum consuetudines, quibus hactenus sunt gavisi, ad instantiam nostram regiam hiis diebus litteris suis patentibus confirmarit, ita videlicet ut eidem archiepiscopo et ecclesie sue Coloniensi 35 per ipsos cives iura et libertates sue inconvulse et inviolabiliter e converso serventur, prefati cives in nostre maiestatis conspectibus constituti suo et universitatis communisve civitatis Coloniensis nomine protestati sunt et publice voluntate sua bona et libera deliberacione previa firmiter promiserunt, quod ipsi cives, iudices, scabini, consilium et commune civitatis Coloniensis prefato Wicboldo archiepiscopo et ecclesie 40 sue necnon capitulis, clericis, vassallis et ministerialibus universis ecclesie memorate

omnia iura omnesque libertates ac bonas et honestas consuetudines, que et quas iidem hactenus habuerunt et in presentiarum obtinent ab imperatoribus, regibus et archiepiscopis racionabiliter concessas, novas similiter et antiquas, scriptas pariter et non scriptas absque dolo tam infra civitatem Coloniensem quam extra inviolabiliter observabunt.

Acta sunt hec presentibus venerabilibus Gerardo Maguntinensi archiepiscopo, Emch(one) Frisingensis et Sifrido Curiensis ecclesiarum episcopis principibus nostris necnon viris spectabilibus Theoderico Clevensi, Gerardo Iuliacensi et Eberhardo de Katzenellembogen comitibus, Iohanne Hardevust, Brunone fratre suo, Francone de Cornu, Iohanne dicto Schervekin civibus Coloniensibus et aliis quam pluribus nobilibus et fidedignis personis. In cuius protestacionis et promissionis testimonium ac etiam firmitatem hanc paginam sepedicto archiepiscopo et ecclesie sue Coloniensi sigilli nostri regii dedimus munimine roboratam[a]. Et nos Gerardus Dei gratia Maguntinensis archiepiscopus, Emcho Frisingensis, Sifridus Curiensis ecclesiarum episcopi supradicti recognoscentes nos premissis interfuisse et ea sic per omnia acta esse, sigilla nostra scriptis presentibus ad premissorum cautelam et evidentiam ampliorem duximus apponenda.

Dat. in castris prope Coloniam, anno Domini millesimo trecentesimo secundo, in die beati Severini episcopi, indictione prima, regni vero nostri anno quinto.

156. 157. *SCRIPTUM PACIS.* *Oct. 24.*

Supersunt duo autographa, quae denuo descripsimus. Exemplar A *episcopo traditum servatur in eodem tabulario 'Köln Domstift nr. 420'. Sigillum parum laesum pendet filis sericis. Edidit Lacomblet l. c. III, 14 nr. 21. Exemplar* B *regi traditum exstat in tabulario civitatis Coloniensis nr. 679 signatum. Pendent quinque sigilla parum laesa loris membranaecis. Editum est 'Quellen zur Geschichte der Stadt Köln' III, 487 nr. 512. — Böhmer, Reg. Albr. 405.* *(P. deest.)*

156. *EXEMPLAR REGIS ALBERTI.*

A.

Wir Albrecht von Godes genaden Romischer kůnik des riches alle zit ein merer verjehen und kunden allen luden, di disen brief sehent oder horent lesen, daz wir mit dem ersamen Wicbolden ertzbischof zu Kolen und erzkantzeler des Romischen riches in Italy, unserin lieben fursten, umbe des riches gůt, umbe zŏlle unde umbe alle ander sache, krieg und mishelle, di zwischen uns und im sint gewesen biz her uf disen tak, sin verrichtet und versůnet williklich, gůtlich, lieplich und gentzlich, als her nach gescriben stat:

1. Des ersten daz er uns wider gebe, waz man ervert, daz er des riches gůtes biz her bekumbert und gehaben hat, und sol abtůn den zol und daz geleitte zu Andernach, also daz wir dri man nemen

157. *EXEMPLAR ARCHIEPISCOPI COLONIENSIS.*

B.

Wir Wicbolt van Godes genaden ertzbischof des heligen stichtes zů Kolne inde erczekanzeler des heiligen Roimschen riches in Italien verchein offenbare unde kůnden allen luden, di disen brif seynt unde horent, dat wir mit unseme heirren den hogen Roimschen kůninge Albrecht umbe des riches gůt, umbe zolle unde umbe alle ander sache, kreig und missehelunge, di tuschen îm und uns sint gewesen bis her up desen dag, sin verrichtet und versůnt willilig, leiflig, gůtlich und gentzlich, als henaig geschreben stat:

1. Des eirsten dat wir dem selven unserme heirren kůning Albrecht weͥder geven, so wat man ervert, dat wir des riches gůdes bisher bekumbert unde behalden hain, unde sůlen ave důn den zol und dat

155. a) roboratas *or.*

von den fumfen, di her nach geschriben stant, von den greven von Cleven, von Gůlich, von der Marke, von Katzenellembogen und von dem herren von Kvich, daz di uf iren eyt ervaren sulen an den steten von Basel den Ryn abe biz ze Nussen umb erber lude, si sin geistlich oder wertlich, und swaz si ervarent, daz altes rehtes[a] der ertzbischof von Kolen an dem zölle und an dem geleitte zů Andernach habe, daz sol er anhaltend sin; daz ander sol ab sin. Und were, des Got niht welle, daz der drier einer abginge, so sulen wir von den anderin zwein einen an sin stat nemen, welhen wir wellen. Ouch sol der selbe ertzbischof di bůrg ze Růlansekke brechen und sulen wir und der ertzbischof und di herren vom lande, di[b] priore und di stete, di man dar zu welen[c] sal, geloben, daz man furbaz[d] da kein borg laze gebowen. Ouh sol der vorgenant erzbischof den zolle und daz geleitte ze Bůnnen abtůn. Doch sol her behalten den zol zu Nussen nah sinen alden rechten und hat er dar uf iht mer gesazt, daz sal er ablazzen. Dar uber swaz stete oder borge gebrochen sint in disem urloge von unsen helfern, di sal man niht wider bowen an unsern willen. Ez sol ouch der selbe erzbischof den zol und daz geleitte zů Berke ablazzen. Und sal uns widergeben alle brief und handveste von den vorgenanten zöllen, di im sint worden von kunik Adolfen[1] und von uns[2], und sal des sicherheit tůn, ob er keinen brief oder hantveste dar uber behilte, daz di hernach kein maht haben.

geleide zů Andernach, also dat der kůninc drii man neme van den vůnfen, de herna geschreven staint, van den . . greven van Cleven, van Guliche, van der Marken, van Katzennellenbogen unde van dem . . heirren van Kůc, dat die up iren eyt ervaren sůlen an den steden van Basel den Rin af bis zů Nussen umbe erbere lude, si sin geistlich ove werentlich, und so wat sii ervarent, dat wir aldes rechtes an deme zolle und an deme geleide zů . . Andernach haven, dat sůle wir anhalten sin, dat ander sal ave sin. Und were, des Got neit enwille, dat der drier einer aveginge, so sal der kůninc van den andere zwein eynen an sine stat nemen, wielgen heͥ wilt. Oich sůle wir die bůrg zů . . Růlansekke brechen und sal der kůninc und wir und deͥ heirren vanme lande, di . . priore und de stede, deͥ man darzů welen sal, geloven, dat man vůrbaz da engeyne bůrg laize gebůwen. Wir sůlen oig den zol unde dat geleide zů Bůnne abdůn. Doch sůle wir behalden den zol zů Nussen na sime alden rechte unde have wir darup iht meir gesat, dat sůle wir ave laizen. Dar ůver[a] wat stede ove bůrge gebrochen ist in diesen ůrlůge van des kůninges helperen, de sal man neit wieder bůwen an sinen willen. Wir sůlen oich fůrbaz den zol unde dat geleide zů Berke avelegen. Darzů sůle wir wieder geven alle breif und haintveste van den vůrgenanten zollen, de uns sint wůrden van kůninc Adolf[1] unde nu van unserme heirren kůninc Albrechte[2], und sůlen des sicherheit důn, of wir engeinen breif ove haintfeste dar ůver biheilden, dat deͥ herna in geyne macht haven.

2. Vorbaz hat uns der vorgenant erzbischof getrwlich gelobet, daz er uns gen menniklich helfe und ze vodrist wider den greven von Hanigowe und niht wider unsern herren und geistlichen vater den pabst. Ouh sal der selbe erzbishof unsern helfern an allen stuken minne oder recht tůn, do

2. Vůrbaz love wir getrulich, dat wir deme selven unserme heirren kůninc Albrechte gon in ewelige helpen unde zů vordirst wider den greven van Henegowe unde neit wieder unsen heirren und geistligen vader den paves. Wir sůlen oich des . . kůninges . . helperen an allen stucken minne

156. a) *in rasura A.* b) *corr. ex* die *A.* c) *corr. ex* welln *A.* d) n fvr *in rasura A.*

157. a) v̊uer *B.*

1) *Cf. supra tom. III, 460 nr. 474, 466 nr. 479 et privilegium a. 1292. Sept. 13 concessum 'Quellen zur Geschichte der Stadt Köln' III, 334 nr. 372.* 2) *Cf. supra nr. 24 et Böhmer, Reg. Albr. 11 et 13.*

si ez an in voderut. Und sulen si im daz selbe hin wider tûn, mit solher bescheidenheit, daz der erzbischof kyese zwein erber man, und unser helfer ouch zwen, di sulen dar uber sprechen uf iren eyt, den si dar uber sweren sulen, und ende geben zwi- (Dec. 25.) schen hie und Wihnachten, die nu nehste komet, und swes di vir[e] uberein koment mit minne oder mit reht und sprechent, daz sal man bedenthalben[f] stete han und ufrichten inwendik einen manod, darnoch so si gesprochen hant. Wer aber daz dieselben vier uberein niht komen mohten, swaz si danne gesprochen hant, daz sulen si beidenthalben mit schrift uns antwurten uf iren eyt, und swaz wir danne dar uber sprechen, daz sol man beidenthalben stete han und ufrichten inwendik einen manod dar nach. Tete der erzbischof des niht, so sol er mit sin selbers lip mit fumfzik pheriden zu Dusebvrg invaren und dannen niht komen, bis daz er ufrichte und tû, swes di vir[e] schidman uberein komen sint oder swaz wir dar uber gesprochen han. Daz man des von im sicher si, so sal er uns geben und setzen virtzik man gûter lute, ritter und knechte, ze burgen, di sulen daz geloben mit guten[g] triwen, ob der erzbischof breche, daz si in varen ze Dusebvrg und dannen niht komen, biz ez ufgericht werde, als da vorgeschriben stat. Wer ouch daz ez belibe[h] an des erzbischofes schidluten, daz si dar zû niht komen oder sprechen wolden, so sal er und sin burgen inwendik einen manod, wenne er gemant wirt, zu Dusebvrg in varen und leisten, biz daz von den schidluten gesprochen und von im uf gerichtet werde.

3. Dar zû sal der vorgenant erzbischof alle di lehen, di[i] im in disen urlûge von sinen dinern und lehenern uf gegeben sint, wider lien, also daz igelicher an sinen rechte und an sinen erbe sal beliben. Daz sal man ouch im hin wider tûn. Vorbaz der bischof von Ludich und der graf von Kleven sulen ervaren uf ieren eyt umbe

ove recht dûn, da si it an uns vorderent. Und sûlen sii uns dat selve herwieder dûn mit sûlicher bescheidenheit, dat wir sûlen kiesen zwein ersame man unde sii oich zweine, de sûlen darûver sprechen up ieren eyt, den sii darûver sweren sûlen, unde ende geven tuschen heͥ unde Winachten, de nu neist kûmet, und sowat de veir ûvereyn kûment mit minnen ove mit rechte unde sprechent, dat sal man beidenthalven steide hain unde uprichten inwendich eynen mânet, darna so si gesprochen haint. Wer aver, dat deͥ selve veͥre ûvereyn neit kûmen in mochten, so wat si danne gesprochen hant, dat sûlen si beidenthalven mit geschrift deme kûninge antworden up îren eyt, und so wat danne der kûninc darûver spricht, dat sûle wir beidenthalven steide hain und uprichten inwendig eynen manet darna. Dede wir des neit, so sûle wir mit unses selves live mit vûnfzig pereden ze Dusebûrg invaren und danne neit kûmen, biz dat wir ufrichten und dûn, so wat di vîr scheideman ûvereyn kûmen sin ove so wat der kûninc darûver gesprochen hât. Und dat man des van uns sicher si, so geve wir unde setzen deme selven . . kûninge veirzich man gûder lude, riddere unde knechte ze burgen, deͥ sûlen dat geloven mit gûden truwen, ove wir brechen, dat si invaren zû Duseburg unde dannen neit kûmen, biz et upgerichtet werde, als it davûr geschreven stat. Weͥr oich dat it bleve an unsen scheideluden, dat si darzû neit kûmen ove sprechen wolden, so sûlen wir unde unse . . bûrgen inwendich eynen manet, wanne wir gemanet werden, ze Duseburg invaren unde leisten, biz dat van den scheideluden gesprochen und van uns upgericht werde.

3. Darzû sûle wir alle deͥ lehen, deͥ uns in deͥseme urlûge van unsen deͥneren und leneren upgegeven sint, weder lenen, also dat eweliger an sime rechte unde an sime erve sal bliven. Dat sal man oich uns herwieder dûn. Vorbaz der . . bischof van Ludiche und der . . greve van Cleve sûlen ervaren up ieren eit umbe de burc-

156. e) *corr. ex* wir *A.* f) lb *in rasura A.* g) n *corr. ex* r *A.* h) *secunda* be *in rasura A.* i) hen di *in rasura A.*

di bŏrkrafschaft ze Kolen. Und ist daz si lediklich zu dem riche horet, so sulen wir si behalden. Ist aber daz si an den stift horet zu Kolen, so sal si der erzbischof behalden. Ez sal ouch der erzbischof meister Conrat von Lorich in di gewer der brobstey zu Werde wider setzen, als er in dar us genomen hat. Vorbaz umbe di brobstey ze Kerpen wer di ze recht lehen[k] sul, sulen wir einen oder zwein[l] phaffen kyesen und der erzbischof ouch einen oder zwen. Swaz di dar uber sprechent mit dem rechten, daz sulen wir beidenthalben stete halden.

4. Noch me di bůrger von Kolen sin als vri burger quit mit alle irem gůt und ouch mit irem libe von allen zollen und von allen pedayen, di des vorgesprochen erzbischof sint uf wazzer und uf erde in allem sinen lande, und sol ouch der selbe erzbischof von Kolen besteten bit sinen offen briefen vriheit und recht, di di selben burger von Kolen hant gehabet von keysern und von kunigen und von erzbischoffen von Kolen, uzzen und innen der stat ze Kolen und ir alde gůt gewnheit, di si biz her hant gehabet. Ez sol ouch von der bůrg und von der stat zu dem Brůle der stat und den burgeren von Kolen her nach in[m] keiner zit kein schade geschehen, also daz di selben veste von den Brůle, burg und stat oder ir[n] hindersezzen von der stat ze Kolen niht geletzet oder besweret werden. Des sulen si bedenthalben an einander brief geben.

5. Vorbaz daz der selbe erzbischof di vorgenanten zolle, di er abgeleit hat, niht wider setze an unser und unser nahkomen kunig oder keyser gunst und gůten willen, so sal er ze sicherheit und ze phande antworten sin burg und sin veste Aspele, Berke, Leydberg und Nuwenberg dem ersamen manne Ludolfen von der Dycke, der tůmherre ist des obristen stistes[o] zu Kolen, inne ze haben von unsen[p] wegen biz Wihnachten, di nu nehste komet, und dar nach fumf[q] jar. Und sal der selbe

graschaf ze Kolne. Ist dat si lediklich zů dem riche hort, so sal sii der kůninc behalden. Ist ever dat si an gestichte hort, so sůlen wir si behalden. Wir sůlen oich meister Conrat von Lorich in de gewere der proifstie ze Werde wieder setzen, als wir in dar us genomen hain. Vorbaz umbe deͥ profstie ze Kerpene wer deͥ ze rechte lien sal, sal der kůninc eynen ove zweine paffen kiesen inde wir oich eynen ove zweine. Swat deͥ darůver sprechent mit dem rechte, dat sůle wir steide halden.

4. Noch me deͥ bůrgere van Kolne sin alse vrii bůrgere quit mit alle irme gůde unde mit irme live van allen zollen unde allen pedagien, deͥ unse sint up wassere unde up der erden in alleme unseme lande, und sůlen wir denselben . . bůrgeren van Kolne bestedigen mit unsem offenen breͥven vrijheit und recht, de sii hant gehat van . . keyseren und van . . kůningen und van . . erzebischoffen van Kolne uzzen und innen der stat van Kolne unde ĭr ailde gůde gewonede, de sii biz her haint gehat. Et sal oich van der bůrg unde van der stat zů dem Brůyle der stat und den . . bůrgeren van Kolne herna in geyner zit en geynen schaden geschein, also dat deͥ selbe veste zů dem Brůyle, burg inde stat ove ir hindersazzen van der stat van Kolne neit geletzet ove besweret werde. Des sůlen wir in beidenthalven breife an eynander geven.

5. Und dat wir deͥ vůrgenanten zolle, deͥ wir ave geleicht haven, neit weder setzen sůlen an unses heirren des vorgenanten Roimschen kůninges Albrechtes und siner nakůmen . . kůninge ove keysere gunst und gůden willen, so antworde wir ze sicherheit und ze pande unse burge und veste Aspele, Berke, Lydeberg und Nuwenburg dem ersamen manne Ludolfen van der Dicke unses stischtes důmheren zů Kolne ĭme zů haven van des Roimschen kůninges wegen biz Winachten, deͥ nu neiste Dec. 25.

156. k) lehem A. l) *in rasura* A. m) *corr. ex* sin A. n) *corr. ex* wir A. o) *sic* A. p) *secunda* n *ex* r A. q) praecedit *locus rasus* A.

Ludolf uns sicherheit tûn mit siner triwen[r], mit eyden und mit briefen, ob der selbe erzbischof der vorgenanten zollen, di er abgelazzen hat, kein wider satz oder kein gût da von neme und daz niht wider tete inwendik einen manod, swanne er gemanet wûrde, daz er di selben burge und veste uns antwûrte, als lange ze behaben und ze besitzen, biz dar der erzbischof wider tû und uf richte beide von zollen und swaz er da von genomen hat wider di vorgeschriben setze. Und swanne er daz[s] getan hat, so sal man dem vorgenanten Ludolfen von der Dycken diselben vîr veste wider antwurten ze halden von unsern wegen in phandes wise, als e. Wer aber daz der selbe Ludolf abginge in der zit, so sol man di vorgenanten vîr burge antwurten einen andern getriwen manne, dar an uns genûge, in alle der wisen ze halden, als[s] si demselben Ludolf geanwûrt waren. Uber daz[t] sol der vorgenant erzbischof heizen loben zweinzik herren und hundert ritter und knechte guter lute an geverde, op er di selben zolle wider anvinge und neme an unsern willen, daz si ime danne niht wider uns beholfen sin mit gunst, mit reten oder mit werken, und sulen di selben zweinzik herren und hundert ritter und knechte in dem selbe gelubde stan biz Wihnathen, di nu nehste komet, und von dem fumf gantze jar. (Dec. 25.)

kûmet, und van dannen vûnf jar. Und sal derselve Ludolf demeselven Roimschen kûninge sicherheit dûn mit sinen truwen, mit eyden und mit brieven, ove wir der vûrgenanten zolle, de wir abgelazen hain, en geynen weider setzen ove en gein gût davan nemen und dat neit weder deden inwendig eynen manet, so wanne wir gemanet werden, dat he dieselve burge und vestene dem vûrgenante Roimschen kûninge antworden, also lange inne ze haldene und ze bisetzen, biz dat wir weder dûn und uprichten beide an zollen und so wat wir da van genomen hain wieder de vûrgeschriven setze. Und so wanne wir dat gedûn, so sal man dem vorgenanten Ludolf deselve veir vesten weder antworden ze haldene van desselven Roimschen . . kûninges wegen in pandes wisen als e. Wer ever dat der selve Ludolf van der Dicke abeginge, so sal man de selve veir burge antworden eyme anderme getruwen manne, da deme . . kûninge ane genûget, in alle der wise ze halden, als si dem vorgenanten Ludolfe wûrden gantwûrt. Ûver dat sûlen wir heitzen geloven swantzich heirren und hundert ridder und knechte gûder lude an geverde, ove wir deselven zolle weder anevingen unde nemen an unsers heirren willen des vûrgenanten Roimschen kûninges Albrechtes, dat si uns danne neit weder denselven Roimschen kûnine beholfen sin mit gunst, mit reden ove mit werken. Und sûlen deselve zwenzich heirren und hundert riddere und knechte in denselben gelûbde stan biz Winachten, de nu neist komet, und van danne vûnf ganze jar.

6. Dan noch sulen di burger von Bunnen und von Berken loben uns und ir offen brief dar uber geben, daz si niht gestatten, daz der erzbischof di ablazen zolle ze Bunne und ze Berke her nach ze keiner zit wider setze oder neme an unsern gunst und guten willen. Ouch sulen di burger von Nussen loben und dar uber uns ir offen brief geben, daz si niht gestatten, daz der selbe erzbischof iht mer neme, wan den alten rechten zolle ze Nussen.

6. Dannoch sûlen de . . bûrgere van Bunnen und van Berke demselben Roimschen kûninge geloven und ir offennen breve darûver geven, dat si neit gestaden, dat wir de avegelazenne zolle zû Bunne und ze Berke herna in geiner zit weder nemen ove setzen an des vorgesprochen unses heirren kûninges Albrechtes gunst und gûden willen. Oich sûlen . . unse bûrgere van Nussen iem geloven und darûver iren offenen breif geven, dat si neit ge-

156. r) trîwen *A.* s) *in rasura A.* t) daz sol *in rasura A.*

Also sulen di burger von Andernach ouch loben und ir offen brief uns dar uber geben, daz si niht gestatten oder lazen den erzbischof von Kolen keinen andern zol zu Andernach nemen[u], wan als di drei greven oder herren sprechent, an di ez gelazzen[v] ist.

7. Alsus ist ein sûn gemachet under uns den greven von Kleven, von Gulich, von Berge, von der Mark, von den herren von Valkenburg und von Kvic under den burgern von Kolen und von Bunnen, dem burkreven von Rinekke und unsern helfern an einem teile und den vorgenanten erzbischof von Kolen und sinen helfern an dem andern teil von toden, von gevangen, von rûbe, von brande und von andern schaden, swi si geschehen sint phaffen, leyen oder Juden, also daz her nach dar ab kein wrag oder klag si oder werde. Ouch sulen di gevangen bedenthalben leidik sin und sol ouch alle beschatzunkge ab sin, di niht gegeben ist. Si sulen ouch urveht sweren. Ist ouch keiner unser helfer in disen dingen in des selbes erzbischof ban kome[w], den sal er dar utz[u] lazen. Uber daz sulen di drei herren von den funfen ervaren und erkennen, ob der vorgenant[x] erzbischof kein andern unrechten zol oder unrecht geleitte hab uf wazzer oder uf lande. Swo si daz ervarent, daz sol er ab tûn. Und sol der selbe erzbischof und sin helfer und unser helfer ieder man wider an sin gût und an sin recht komen als vor dem urluge, sunder der zolle und geleitte und ander gût, als an disen brief ist uzgenomen[y].

8. Daz dise sun gemachet und gelobet si, als da vor geschriben stat, und stete und unverkert belibe, des geben wir disen brief dar uber zu einen offen urkunde besigelt mit unserin kuniclichem ingesigel.

staden, dat wir iet meͥr nemen wan den alden rechten zol ze Nussen. Also sûlen oich deͥ bûrger van Andernach loven und des iren offenen breif geven, dat si neit gestaden noch lazen uns geynen anderen zol ze Andernach nemen, wan als deͥ drii heirren sprechent, an deͥ es gelazen ist.

7. Alsus is eyne sûne gemacht under dem vorgesprochen dem Roimschen kûninge Albrechte, den greven van Cleve, van Guliche, van den Berge, van der Marken, van den heirren van Valkenburg und van Kûyc under den bûrgeren van Kolne und van Bunne unde dem .. burgraven van Rinecken und iren helperen an eyne teil und uns und unsen helperen an dem anderme teil van doden, van gevangen, van royve, van braynde unde van anderen schaden, so we sii gescheit sint paffen, leyen ove Iûden, also dat herna darave en geyn vrage ove klage si ove werde. Oich sûlen de gevangenen beidenthalben ledig sin unde sal alle beschatzunge ave sin, deͥ neit gegeven ist. Oich sulen sii ze urveht sweren. Ist oich in geiner des vûrgenanten unses heirren des Roimschen kûninges Albrechtes helfer in desen dingen in unsen ban kûmen, den sûlen wir daruz lazen. Darûver sûlen de drii heirren van den vûnfen ervaren und erkennen, ove wir en geynen anderen unrechten zol ove unrecht geleide haven up wazzer ove up lande. So wa sii dat ervarent, dat sûlen wir ave dûn. Und sûlen wir unde unse helpere und des kûninges helpere weder ieder man an sin gût und an sin recht kûmen, als vûr dem ûrlûge, sunder der zolle und geleide und ander gût, als an desen breif ist uzgenomen.

8. Dise sûne unde eben[i]ng love wir mit guden truwen an alle geverde in allen ieren setzen und stucken vestinlich und unverkeret ze behalden, als hie vûrschreven ist, unde geven darûver zû eyme offen ûrkûnde und ze eyner gantzer stedigeit desen breif besigelt mit unseme und mit der ersamer heyrren heren Gerardes des ertzebischoffes van Megentze und der bi-

156. u) *in rasura A.* v) *corr. ex* gelazzent *A.* w) ban kome *corr. super* von Kolne *deleto A.* x) *sequitur littera erasa A.* y) vz *corr. ex* vor *A.*

schof herin Adolfs van Ludiche, heren Emches van Frisingen und herin Sifrides van Chur ingesigel bîsigelt. Wir van Godes genaden Gerhart ertzebischof ze Megentz, Adûlf ze Ludich, Emche ze Frisingen und Sifrid ze Chur de vorgenanten bischôf veirgein und bikennen, dat wir bi der vorgenanter sûnen sin gewesen und dat diese selve sûne also geredet, gemachet und gelovet ist, als si dar ûber geschreven stat, und dat wir durch bede des ersamen heirren Wicboldes erzebischoffes van Kolne unser ingesigel up bezzer kuntschaf und sicherheit an desen breif gehangen hain.

Ditze ist geschehen und diser brief gegeben in unserm her bì Kolen, do man zalt von Kristes gebûrt drûzehenhundert jar in dem andern jar darnach, des nehsten tages nach sant Severines tag[z], in dem fumften jar unsers riches.

Dit is gescheit und des breife gegeven up den velde bi Kolne, des neisten dages na sant Severines dage, do man zalte van Kristes gebûrt druzehenhundert jar in deme anderme jare darna.

158. *SCRIPTUM ARCHIEPISCOPI DE SOLUTIONE TELONEORUM.* *Oct. 24.*

Supersunt duo autographa: A *tabularii regii Dusseldorpiensis 'Köln Erzstift nr. 419', quod descripsimus. Pendet sigillum archiepiscopi laesum filis sericis viridis coloris, praeter quod viginti foramina sine sigillis exstant. Ex autographo* B *tabularii civitatis Coloniensis nr. 680 edidit Lacomblet l. c. pag. 16 nr. 22. Pendent undecim sigilla plus minusve laesa filis sericis viridis coloris. Cf. Lacomblet l. c. not. 2.* *(P. deest.)*

In Godes namen amen.

Wir Wicbolt der ertzebischof van Kolne dûn kûnt allen den gienen, die diesen breif seint inde hûrent, up dat tuschen uns inde unsen lieven . . bûrgeren van Kolne vrûntlige verbuntnisse gantzer hiemeligeit inde restliges vrieden vroligeit achtermales bliven unverbrûchlig ane argelist, so orkunde wir dat mit diesen brieven, dat wir gelovet haven inde geloven mit gûden truwen, alle recht, vriiheide, die in . . keysere, . . kûninge inde . . ertzebischoffe van Kolne geduldiget haint inde gegeven, inde[a] oich îre[b] gûde gewûnede, die sii van alders here bracht haint inde die sii nu haint binnen Kolne inde da in bussen, unverbruchlig ze haldene, inde stiedegen[c] in die[c] inde confirmeren. Oich bikenne wir[d] inde iergeyn mit diesen selven brieven, dat de selve . . bûrgere van Kolne sunderlige inde sementlige mit îrme gûde inde mit ierme live, varende inde kûmende zû wassere inde zû lande, in unseme lande inde in unser macht vrii, los inde guit sint inde sûlen sin inde oich sii halden van allen tollen inde pedagien sunder argelist.

Des zû eyme getuchnisse inde zû eyme kenligeme ûrkunde so hayn wir unse ingesigel an diesen breif gehangen. Inde wir . . capittel vanme dûme inde andere . . capittelle inde . . godeshus, so kanûnige inde . . mûnege binnen Kolne îrgein des,

156. z) *corr. ex* tages *punctis suppositis A.*

158. a) in *B.* b) *deest B.* c) i *supra lineam A.* d) in *add. B.*

dat wir unse ingesigele an diesen[e] breif hain gehangen zů eyme meirreme ůrkunde dieser dinge.

Dit is gescheit inde gegeven na Godes gebůyrde[f] dusent druuhundert inde zwei jar, des neisten dages sente Severines dage, inme legere kůninges Albrechtes bi Kolne.

5 **159.** *DECLARATIO REGIS DE EODEM. Oct. 24.*

Item nr. 368 denuo contulimus. Pendet sigillum laesum filis sericis rubei coloris. In verso leguntur: De privilegio civium Colon. de non solvent theloñ ad futura theloñ non extendendo. *Edidit Lacomblet l. c. pag. 17 nr. 23.* *(P. deest.)*

Nos Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus scire volumus universos, 10 quod quamvis venerabilis Wicboldus Coloniensis archiepiscopus princeps noster dilectus illam civibus Coloniensibus ad instinctum nostrum gratiam duxerit faciendam, datis super eo suis patentibus litteris in Theotunico scriptis, suo et capitulorum suorum sigillis signatis[1], quod ipsi cives in terra et dominio eiusdem archiepiscopi a solucione theloneorum ipsi archiepiscopo pertinentium liberi sint et quiti, tamen huiusmodi 15 libertatis gratiam, quam de theloneis, que memoratus archiepiscopus ad presens habet, interpretamur tantummodo, ad futura thelonea, si qua ipsum archiepiscopum ex nostra concessione adipisci vel obtinere contigerit, extendi nolumus nec predictos cives Colonienses a solvendis theloneis talibus eximi volumus, si qua prefato archiepiscopo de beneficentia nostra vel successorum nostrorum regum aut imperatorum Romanorum 20 exnunc inantea concedentur. In cuius rei testimonium, memoriam et cautelam has litteras sigillo nostro regio fecimus communiri.

Dat. in castris prope Coloniam, anno Domini millesimo trecentesimo secundo, in crastino beati Severini episcopi, indictione prima, regni vero nostri anno quinto.

160. *DECLARATIO ITERATA DE EODEM. Oct. 28.*

25 *Item nr. 421 descripsimus. In cancellaria regis scriptum est. Pendet sigillum fere illaesum filis sericis rubei coloris. In verso manu coaeva inter sigilli foramina legitur* Script; *item in margine inferiori:* Henr. Ysenburg. *Quae concordant cum nr. 159, typis minoribus excussa sunt. — Böhmer, Reg. Albr. 406.* *(P. deest.)*

Nos Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus scire volumus universos, quod quamvis 30 venerabilis Wicboldus Coloniensis archiepiscopus princeps noster dilectus illam civibus Coloniensibus ad instinctum nostrum graciam duxerit faciendam, datis super eo suis patentibus litteris in Theotunico scriptis, suo et capitulorum suorum sigillis signatis, quod ipsi cives in terra et dominio eiusdem archiepiscopi a solucione theloneorum ipsi archiepiscopo pertinentium liberi sint et quiti, tamen huiusmodi libertatis graciam, quam de theloneis, que memoratus archiepiscopus ad presens habet, 35 interpretamur tantummodo, ad futura thelonea, si qua ipsum archiepiscopum ex nostra concessione adipisci vel obtinere contigerit, extendi nolumus nec predictos cives Colonienses a solvendis theloneis talibus eximi volumus, si qua prefato archiepiscopo de beneficentia nostra vel successorum nostrorum regum aut imperatorum Romanorum exnunc inantea concedentur. In cuius rei testimonium, memoriam et cautelam has litteras sigillo nostro regio fecimus communiri.

40 Dat. in castris prope Coloniam, anno Domini millesimo trecentesimo secundo, in die beatorum Symonis et Iude apostolorum, indictione prima, regni vero nostri anno quinto.

158. e) i *supra lineam A.* f) *cetera sic in B:* druzeynhundert jar in deme anderme jare darna, d. n. d. s. S. d.*; reliqua desunt.*

1) *Supra nr. 158.*

161. *RESTRICTIO TERMINI CAUTIONIS. Oct. 28.*

Item nr. 420 denuo contulimus. Pendet sigillum fere illaesum loro membranacco. Edidit Böhmer 'Acta imperii selecta' pag. 408 nr. 563. — Böhmer, Reg. Albr. 407. (P. deest.)

Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus, ad quos littere presentes pervenerint, graciam suam et omne bonum.

Licet in composicione generali inter nos ex una et venerabilem Wicboldum archiepiscopum Coloniensem principem nostrum dilectum ex altera parte super bonis imperii et theloneis, pro quibus eundem archiepiscopum impetebamus, habita[1] sit ordinatum, actum et conscriptum, quod caucio seu promissio, quam idem archiepiscopus per castrorum suorum, videlicet Aspele, Berke, Ledeberg et Nuwemberg obligationem, ut ipse thelonea per eundem deposita absque nostra permissione et gracia non reponat, nobis fecit et prestitit, a festo nativitatis Domini proxime affuturo ad quinque annos continuos stare debeat et durare, tamen quia obligaciones odiose sunt ut in pluribus et penales, terminum dictorum quinque annorum seu caucionis eiusdem ob favorem dicti archiepiscopi duximus tenore presencium restringendum, ita videlicet quod dicta cautio per castra prefata nobis facta tantum per triennium seu tres annos continuos a memorato festo nativitatis Domini et non ultra stet et duret. Non obstante quod in litteris prelibate composicionis generalis in Theotunico conscripte ad quinque annos dicta caucio se extendit, tam ipsum archiepiscopum quam Lud(ewicum) de Dikka seu alium ipsa castra nomine nostro tenentem post lapsum dicti triennii de caucione huiusmodi quitos clamantes penitus et solutos. Harum litterarum testimonio nostri sigilli munimine signatarum.

Dec. 25.

Dat. in castris prope Coloniam, anno Domini millesimo trecentesimo secundo, in die beatorum Symonis et Iude apostolorum, indictione prima, regni vero nostri anno quinto.

162. *DECLARATIO ITERATA DE CONFIRMATIONE PRIVILEGIORUM CIVITATIS COLONIENSIS. Nov. 3.*

Item nr. 419 descripsimus. Pendet sigillum parum laesum filis sericis. Eadem manu scriptum est ac supra nr. 151. In verso legitur inter sigilli foramina: Expertū. *Quae concordant cum declaratione supra nr. 155, typis minoribus excussa sunt. — Böhmer, Reg. Albr. 409. (P. deest.)*

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus salutem et infrascriptorum cognoscere veritatem.

Ne ea, que in nostre maiestatis presentia geruntur et fiunt, precipue tamen illa, que sacri Romani imperii et nostros principes eorumque principatus ac iura contingunt, lapsu temporis evanescant seu inversionis ingenio varientur, ipsa scripturarum serie ad futurorum memoriam duximus transmittenda. Universitatis vestre noticie declarantes, quod cum venerabilis Wicboldus Coloniensis archiepiscopus princeps noster dilectus prudentibus viris . . civibus Coloniensibus iura, libertates et bonas ipsorum consuetudines, quibus hactenus sunt gavisi, ad instantiam nostram regiam hiis diebus litteris suis patentibus confirmarit, ita videlicet ut eidem archiepiscopo et ecclesie sue Coloniensi per ipsos cives iura et libertates sue inconvulse et inviolabiliter e converso serventur, prefati cives, universitas, conmune quoque civitatis Coloniensis in nostre maiestatis conspectibus constituti* protestati sunt et publice coram nobis promiserunt, quod* prefato Wicboldo archiepiscopo et ecclesie sue necnon capitulis, clericis, vasallis et ministerialibus universis ecclesie memorate omnia iura omnesque libertates ac bonas et honestas consuetudines, que et quas iidem hactenus habuerunt et in

1) *Supra nr. 156. 157 cap. 5.*

presentiarum obtinent ab imperatoribus, regibus et archiepiscopis racionabiliter concessas, novas similiter et antiquas, scriptas pariter et non scriptas absque dolo tam infra civitatem Coloniensem quam extra inviolabiliter observabunt.

Acta sunt hec in palatio archiepiscopi predicti in civitate Coloniensi constituto, 5 presentibus nobilibus viris Gerardo Iuliacensi, Everardo de Marka, Everhardo de Katzenellembogen comitibus, Iohanne domino de Lichtemberg advocato nostro per Alsaciam, Iohanne de Kuyc, Gerlaco de Dollendorp dominis, Gerardo advocato Coloniensi, Gerardo dicto Rost, Brunone et Iohanne dictis Hardevust, Rutghero et Iohanne dictis Ratzen fratribus, Emundo Byrkelin, Gerardo filio Gerardi Antiqui Comitis militibus 10 civibus Coloniensibus ac universitate civitatis eiusdem in eodem palatio congregatis.

In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem presentes litteras prefato archiepiscopo et ecclesie sue Coloniensi nostre maiestatis regie sigilli munimine tradimus communitas.

Dat. et actum in loco supradicto, anno Domini MCCC secundo, Sabbato post 15 festum Omnium sanctorum, indictione prima, regni vero nostri anno quinto.

---

163. MANDATUM DE PACE SAXONIAE ET THURINGIAE.

1303. Ian. 4.

Denuo contulimus Copiarium 'Mainzer Bücher verschiedenen Inhalts' nr. 20 (IV) 20 *tabularii regii Wirzburgensis, quem iam supra ad nr. 141 adhibuimus, fol. 82'. — Böhmer, Reg. Albr. 412.* *(P. 480.)*

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus illustribus Saxonie et in Brunswick ducibus, Thuringie lantgraviis necnon comitibus, baronibus, nobilibus, civitatibus, communitatibus et earum rectoribus ipsarum parcium Saxonie et Thuringie 25 ceterisque presentes litteras inspecturis, principibus et fidelibus suis dilectis, gratiam suam et omne bonum.

De statu pacifico et tranquillo parcium Saxonie et Thuringie, mediante sollicitudine venerabilis Gerhardi Maguntini archiepiscopi principis et compatris nostri karissimi, quem ad hoc specialiter expedire[a] novimus, ordinare et disponere cupientes, ipsum ad 30 vos et ad dictas partes Saxonie et Thuringie mandato nostro et auctoritate suffultum ad extingwendum in eisdem partibus pernitiosa gwerrarum et simultatum incendia, quibus proch dolor eedem terre variis tribulacionibus tribulantur, fiducialiter duximus destinandum, ex affectu plenissimo deposcentes vobisque universis et singulis nichilominus iniungentes, quatinus memorato G(erhardo) archiepiscopo super reformacione 35 status predictarum parcium iuxta ipsius requisicionem nostro nomine consiliis et auxiliis constanter et fideliter assistatis, in eo celsitudini nostre regie gratum obsequium inpensuri.

Datum in Hagenowe, II. Nonas Ianuar., regni nostri anno quinto.

---

163. a) exsped. *c.*

164. INNOVATIO DECLARATIONIS DE LIBERTATIBUS CIVITATUM.

1303. Ian. 15.

Rudolfi regis declarationem de libertatibus civitatum iuri imperii et praelatorum non praeiudicantibus a. 1282. Dec. 2 datam supra tom. III, 323 nr. 337 confirmavit 5 *Albertus rex. Cuius confirmationem exemplavit Lehmann ad codicem privilegiorum Weissenburgensem membranaceum hodie deperditum fol. 77 in 'Pfälz. Urkundenbuch' I, 475 bibliothecae universitatis Heidelbergensis, descriptam edidit Winkelmann 'Acta imperii selecta' II, 200 nr. 292. Cuius editionem hic repetimus. (P. deest.)*

Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani 10 imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Accedens nostre maiestatis presenciam venerabilis Egidius abbas ecclesie Wissenburgensis, princeps noster dilectus, nobis humiliter supplicavit, ut privilegium dive recordacionis domini Rudolfi Romanorum regis predecessoris et genitoris nostri karissimi per eundem abbatem nostris manibus porrectum innovare et confirmare de benignitate regia 15 dignaremur. Cuius privilegii tenor sequitur in hec verba:

'Rudolfus — anno decimo.' *supra tom. III, 323 nr. 337.*

Nos itaque ipsius devotis supplicacionibus favorabiliter annuentes, predictum privilegium de verbo ad verbum, prout superius est expressum, innovamus, approbamus et ipresentis scripti patrocinio communimus. 20

Datum Spire, anno Domini millesimo trecentesimo tercio, XVIII. Kalendas Februarii, ndiccione prima, regni vero nostri anno quinto.

165—167. MANDATA DE RECUPERATIONE BONORUM IMPERII.

1303. Ian. 23.—Febr. 1. 25

Cf. mandata Rudolfina supra tom. III, 29 sq. nr. 28—31 edita.

165. *MANDATUM ADVOCATO PROVINCIALI MISSUM. Ian. 23.*

Repetimus editionem, quam paravit Reimer 'Hessisches Urkundenbuch' II, 2 pag. 18 nr. 22 ex autographo tabularii regii Marburgensis 'Hanauer Urkunden. Kaiser und Reich'. Sigillum laesum pendet loro membranaceo. — Böhmer, Reg. Albr. 418. (P. deest.) 30

Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus nobili viro Ulrico de Hanowe advocato per Wetrebiam provinciali, fideli suo dilecto, graciam suam et omne bonum.

De tue fidelitatis prestancia plenius presumentes tibi committimus et mandamus precise et omnino volentes, quatinus bona imperii in tuo districtu quibuscumque obli- 35 gata, alienata illicite vel distracta, que iuri nostro et imperii competere dinoscuntur,

in potestatem nostram et proprietatem imperii cum integritate auctoritate nostra regia reducere non omittas. Presencium testimonio litterarum.

Datum Spire, anno Domini MCCC tercio, X. Kalen. Februar., indictione prima, regni vero nostri anno quinto.

5 **166.** *MANDATUM DOMINO DE LIMPURG DIRECTUM. Febr. 1.*

Cum autographon deperditum esse videatur, repetamus oportet editionem, quam iam a. 1775. paravit Grüsner 'Diplomatische Beyträge' II, 61 ex autographo, cuius sigilli fragmentum appendebat. In minutiis correximus. — Böhmer, Reg. Albr. 420.

(P. deest.)

10 Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus nobili viro Iohanni domino de Limpurg, fideli suo dilecto, graciam suam et omne bonum.

Nostre serenitatis est auribus non solum fama deferente, verum ec[iam][a] plurimorum fidedignorum assercione delatum, quod nonnulli feoda sua, que a nobis et imperio sine medio possident, in personas ecclesiasticas et seculares nostro vel tuo irrequisito 15 consensu vendicionis, donacionis, legacionis et aliis modis indebitis transferre et convertere presumpserunt. Quapropter nos, qui quorumlibet oppressorum iuris iniuriam ex nobis commissi regiminis debito cogimur submovere, fidelitati tue studiose committimus et mandamus firmiter et precise volentes, quatinus ea, que de feodis antedictis tue sollicitudinis studio modo prefato translata sine nostra vel tua licencia inveneris vel 20 conversa, ad ius et proprietatem nostram et imperii auctoritate nostra studeas quantocius revocare, ipsa per te et tuos heredes imposterum, amotis ab eisdem quibuslibet illicitis detentoribus, a nobis et imperio, feodali nomine possessurus. Et si in hiis nostre eminencie manum requirendam duxeris, peticioni tue grato assensu et iuvamine occurremus.

25 Datum Spire, anno Domini MCCC tertio, Kalendas Februarii, indictione prima, regni vero nostri anno quinto.

167. *ALIUD MANDATUM.*

Formam alius mandati signo chronologico carentem proponimus e codice Formularum Erlangensi E, *de quo v. supra tom. III. ad nr. 14—16, fol. 161 nr. 308, ubi* 30 *rubrum:* littere pro bonis imperii distractis recuperandis. *De tempore cf. Reg. imp. VI, 72.*

(P. deest.)

Rex talibus.

Cum Rom(ano) imperio non solum in recuperacione bonorum suorum distractorum illicite, verum eciam in cuiuslibet debite reformacionis augmento prodesse pro viribus 35 teneamur iuxta sentenciam et naturam augustalis tytuli, quo fulgemus, cuius abuti fulgore a Deo[a] concessa nobis desuper potestate nolumus nec debemus, ad reducendum possessiones et iura, in quorum alienacione seu detencione derogatum fore constat imperio, ad integritatis prisce statum, quantum de iure possumus, nostre tenemur pervigilis sollicitudinis[b] studium applicare. Solliciti ergo de hiis, ut expedit, et intenti 40 fidelitatem vestram requirimus districte mandando, quatinus municiones, possessiones et bona imperii, quas et que tytulo possidetis iniusto, restituere nobis et imperio difficultate postposita nullatenus omittatis, assignaturi easdem tali, quem ad repetendum et recipiendum ipsas nostro nomine duximus deputandum.

---

166. a) et *ed.*

45 **167.** a) adeo *scriptum c.* b) bis *scriptum c.*

168—172. ACTA CAUSAE IN IUDICIO CURIAE HABITAE.

1303. Apr. 17.—Dec. 19.

Acta, quae ad causam inter archiepiscopum Salzburgensem et illos de Vansdorf habitam spectant, nuper ex autographis tabularii caesarii Vindobonensis edidit M. Vancsa, 'Das erste Auftreten der Deutschen Sprache in den Urkunden' (= Preisschriften der Jablonowski'schen Gesellschaft. Leipzig 1895) pag. 134 sqq. Denuo contulit socius noster H. Hirsch. 5

168. *SENTENTIA REGIS. (Apr. 17.)*

Autographi pars inferior valde corrosa est. Sigilli dorso impressi vestigia fere nulla apparent. — Böhmer, Reg. Albr. 434. 10 *(P. deest.)*

Wir Albreht von Gotes gnaden Romscher kuneg alleweg ein merer des riches tun kunt, daz wir sazen ze gerihte und kom fur uns Rudolf der junge von Vansdorf und gerte ze ervarne an einer urteile, wan Cunrat der ertzbischof von Saltzburg unser lieber furste in und Rudolf sinen vater bi guetem gerihte hat gevangen, ob sie unde 15 ir burgen solten iht ledik sin. Do erteilet Heinrich von Kostentze und Peter von Basel bischofe unser fursten und ander graven und ffrien, die gegenwertik waren, wan der vorgenante Rudolf und Rudolf von Vansdorf reht nit verschluegen ze tunne iren klagern und wan si wrden gevangen bi gůtem gerihte mit gewalt und an reht, daz wir sie und ir burgen ledik solten sagen und solte dem vorgenanten ertzbischof von Saltzburg und 20 iren burgen einen tag bescheiden fůr uns ze nemen reht von in. Alse sagen wir Rudolf und Rudolf von Vansdorf ledik von ir vanknusse und ir burgen ledik von ir burgeschaft uf reht und [be]scheiden dem vorgenanten ertzbischof und den burgen vor Iun. 25. uns den nehsten tak [nach] sancte Johans baptisten tag ze nemen reht von den vorgenanten Rudolf und [Rudolf von] Vansdorf. 25

Diz geschach und dirre brief wart geben ze Spire, do [man zalte von Gotes] geburte druzehenhundert jar und in dem dritten jar, an [der mitwochen vor] san[te] Georientage, in dem vunften iar unseres riches.

169. *PROMULGATIO SENTENTIAE ARCHIEPISCOPO DIRECTA. Apr. 17.*

Eadem manu scriptum esse videtur ac nr. 168. Sigilli impressi vestigia adsunt. — 30 *Böhmer, Reg. Albr. 433.* *(P. deest.)*

Wir Albreht von Gotes genaden Rômisch kunig alleweg ein merer des riches embieten unserem lieben ffursten Cunrat dem ertzbischof von Salezburg unser gnade und allez gůt unde gebieten dir von unserem kuneglichen gewalte, daz du Rudolfen von Vansdorf und Rudolfen von Vansdorf sinen sun ledik lassest uf reht von der gevank- 35 nusse, alse du si mit unrehte gevangen hast unde solt ouch die burgen ledik lassen uf rehte, die du von in umbe die gevanknusse enpfangen hast, wan den vorgenanten von Vansdorf wart erteilt vor uns, daz si und ir burgen von der gevanknusse wegen ledig sulent sin, wan si dir und den burgen und aller mengelichem gehorsam sint reht ze tůnde[a] vor uns nach unsers hoves reht. Unde haben wir dir und den burgen unde 40 den vorgenanten von Vansdorf darumbe einen tag geben her ze hove fur uns den

169. a) d *corr. ex* n *or.*

nehsten tag nach sancte Johannes tage baptisten, daz si dir unde den burgen des tages Iun. 25. sulent ze rehte stan vor uns, swarumbe ir sie ansprechent. Unde sprachen dise urteile vor uns unser lieben fursten Heinrich der bischof von Costentze unde Peter der bischof von Basel unde andere graven und ffrien und ritter genuege.

5 Der brief wart geben ze Spire, do man zalte von Gotes geburte druzehenhunder[t] jar und in dem dritten jar, an der mitwochen vor sante Georientage, in dem funften jar unsers riches.

170. *PROMULGATIO SENTENTIAE FIDEIUSSORIBUS MISSA. Apr. 17.*

Sigilli impressi vestigia apparent. *(P. deest.)*

10 Wir Albrecht von Gotes genaden Rômisch kunig alleweg ein merer des riches enbieten den burgen gemeinlich[a], die burgen sint gen unserm lieben fursten Cůnrat dem ertzibischof von Saltzburk, unser genade und allez gůt.

Wir gebieten uch von unserm kunichlichem gewalt, daz ihr niht leistent umbe die burgeschaft, als ir burge wurdent Rudolfes von Vansdorf und Rudolfes sines suns 15 gen dem vorgenanten ertzibischof von Salzburk umbe di vanknusse, als er si mit unrecht gevangen hat, wan ez ist vor uns erteilet, seit si iedem man rechtes gehorsam sint ze tůnde vor uns nach unsers hoves recht, daz si denne ledig sulent sin von dem ertzibischof von Salzburk und von uch. Und darumbe geben wir uch und den vorgenanten von Vansdorf einen tag fur uns her ze hove an dem nestem tage nach sant 20 Johannes tage baptiste, daz si dem ertzibischof von Saltzburg und uch ze recht sulent Iun. 25. stan vor uns, swarumbe ir si ansprechent. Dise urteile sprachent vor uns unser lieben fursten Heinrich der bischof von Costentz und Peter der bischof von Basel und andere graven und frien und ritter genuege.

Der brief wart geben ze Spire, do man zalte von Gotes geburte druzehenhundert 25 jar und in dem dritten jar, an der mitwochen vor sante Georientag, in dem funften jar unsers riches.

171. *PROROGATIO TERMINI. Iun. 18.*

Item sigilli impressi vestigia adsunt. — Böhmer, Reg. Albr. 439. *(P. deest.)*

Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus venerabili Cunrado archi-30 episcopo Saltzburgensi principi suo dilecto graciam suam et omne bonum.

Terminum videlicet crastinum festi sancti Iohannis baptiste proximum affuturi tibi Iun. 25. pro iusticia recipienda prefixum in causa, que inter strennuum virum Rudolfum de Vansdorf ex una et te ex parte altera vertitur coram nobis, eiusdem cause continencia in omnibus et per omnia in suo statu et robore permanente usque ad festum beati Nov. 11. 35 Martini venturum proxime prorogamus. Harum testimonio litterarum sigilli nostri robore signatarum

Datum in Ezzelinga, XIIII. Kalendas Iulii, anno Domini millesimo trecentesimo tercio, regni vero nostri anno quinto.

172. *REVOCATIO SENTENTIAE. Dec. 19.*

40 *Sigillum, quod olim loro membranaceo appendisse videtur, iam desideratur. — Böhmer, Reg. Albr. 456.*

Nos Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus constare volumus universis, quod cum Rudolfus miles filius Rudolfi militis de Vansdorf nostram presenciam

170. a) n *post add. or.*

accessisset, conquerens et causans se et patrem suum predictum per dilectum principem nostrum venerabilem Cunradum archiepiscopum Saltzburgensem indebite et contra iusticiam captivatos et magnam se cautionem fideiussoriam super articulis pluribus prestitisse, supplicans sibi super hiis per serenitatem regiam provideri, presertim cum parati essent coram nobis unicuique secundum iusticiam respondere, data itaque pro 5 eis sentencia per aule nostre proceres coram nobis, quod iidem deberent esse a cautionibus tam predicto principi nostro quam fideiussoribus prestitis absoluti, ad memoratum principem nostrum citacionis litteras super comparendo in certo termino reportavit. Porro nobis Wiennam venientibus personaliter termino huiusmodi inminente, predictus princeps noster Cunradus comparuit coram nobis proponens et se offerens probaturum, 10 quod nobis mera rei veritas per dictum Rudolfum in obtenta pro se et dicto patre suo sentencia proposita non fuerit vel suggesta, quin imo quod eum iuste et racionabiliter captivavit. Et ideo nobis in aula nostra Wienne iudicio presidentibus per sentenciam datam a principibus imperii nostri et curie nostre fidelibus dictus princeps noster Cunradus archiepiscopus obtinuit et evicit, quod sentencia pro Rudolfo de Vans- 15 dorf et filio suo predictis data nec quoad se et pacta sibi facta nec quoad fideiussores sibi ac sue ecclesie obligatos in aliquo preiudicare debeat nec preiudicium generare, et ob hoc idem Rudolfus sentencie pro se date litteras dicto archiepiscopo resignavit. Unde supradicto archiepiscopo presentes litteras dedimus super premissis pro testimonio et cautela.

Sunt autem hii principes nobiles ac fideles nostri, qui hiis interfuerunt et eandem 20 sentenciam dictaverunt: videlicet Heinricus Constanciensis, Chunradus Ratisponensis, Wernherus Pataviensis, Heinricus Gurcensis, Ulricus Seccoviensis ecclesiarum episcopi, Rudolfus comes palatinus Reni dux Bawarie, Rudolfus dux Austrie et Stirie, Iohannes imperialis aule cancellarius, Otto de Ortemburg prepositus Brixinensis, comes Ludovicus de Ötinga, Hermannus marschalcus de Landemberch, Chunradus de Botendorf, Eber- 25 hardus et Ulricus fratres de Walsse, Ulricus de Clingemberch et plures alii fidedigni.

Datum Wienne, XIIII. Kalendas Iannar., indictione secunda, anno Domini millesimo trecentesimo tercio, regni vero nostri anno sexto.

173—182. TRACTATUS FINALES CUM BONIFACIO VIII. PAPA. 30

1303. Apr. 30.—Iul. 17.

Cf. supra nr. 119 itemque ea, quae de legatis a. 1303. ineunte ad curiam Romanam missis disseruit A. Niemeier loco supra pag. 80 citato pag. 105.

173—176. *ACTA APPROBATIONIS REGIS PER PONTIFICEM. Apr. 30.* 35

173. *RELATIO DE AUDIENTIA IN CURIA ROMANA HABITA.*

Apographon coaevum a scriba cancellariae apostolicae scriptum, quod ad acta consistorialia genuina redit, superest in bibliothecae Parisiensis cod. lat. 4350 (olim Colbert 4467) fol. 64—70. De variis documentis, quae in hoc codice continentur, v. Niemeier l. c. pag. 112 sq. Codicem ipsum olim in tabulario vel bibliotheca paparum Avenionensi 40 exstitisse itaque de documenti authenticitate minime dubitari posse, plane evincitur excerptis ab Iosepho Maria Suarez episcopo Vasionensi († 1677) factis, quae servat cod. Barberin.

lat. 3169 (olim XXXIX 73) bibliothecae Vaticanae[1]. *Ubi haec notantur sub rubrica 'Bonifacius VIII.': 5. 'Res gestae Bonifacii VIII. Praefatio antequam confirmaret imperatorem Albertum dat. Laterani die ult. April. a. p. s. q. Radulphus Alberti pater veridicus, istud dictum non habet veritatem sicut dictum Radulphi comitis, responsum Ioannis can-* 5 *cellarii Alberti' etc.*

Relationis partem iam olim edidit St. Baluzius in Petri de Marca dissertatione 'de concordantia sacerdotii et imperii' l. II cap. 3 inter additiones[2]*; nuper integram publici iuris fecit Niemeier l. c. pag. 114—129. Nos ipsi codicem denuo accuratissime contulimus*[3].

10 *Quae in II cap. 6 et 8 petita sunt ex Decreti electionis supra nr. 9 cap. 4, typis minoribus excussa sunt.* *(P. dcest.)*

(I) Allegacio domini pape Bonifacii pro confirmando rege Romanorum Alberto[a].

'Affuit tempus, quo sol refulsit, qui prius latebat in nubilo.' Machabeorum II[4].

15 (1) Fecit Deus duo luminaria magna, luminare maius, ut preesset diei, luminare minus, ut preesset nocti. Hec duo luminaria fecit Deus ad litteram, sicut dicitur in Genesi[5]. Et nichilominus spiritualiter intellecta fecit luminaria predicta, scilicet solem, id est ecclesiasticam potestatem, et lunam, hoc est temporalem et imperialem, ut regeret universum. Et sicut luna nullum lumen habet, nisi quod recipit a sole, sic nec aliqua 20 terrena potestas aliquid habet, nisi quod recipit ab ecclesiastica potestate. Licet autem ita comuniter consueverit intelligi, nos autem accipimus hic imperatorem solem, qui est futurus, et hoc est regem Romanorum, qui promovendus est in imperatorem, qui est sol sicut monarcha, qui habet omnes illuminare et spiritualem potestatem defendere, quia ipse est datus et missus in laudem bonorum et in vindictam malefactorum[6]. Per 25 dies autem intelligimus bonos et per noctes intelligimus malos, peccatores et tenebrosos iuxta illud: 'Dies diei eructat verbum et nox nocti indicat scientiam'[7]. Per dies autem intelligitur potestas ecclesiastica seu terrena iuxta illud: 'Dies formabuntur[b] et nemo in eis'[8], quia non possunt dicere: 'Ego Pauli, ego sum Apollo'[9]. Sicut enim a Christo christiani dicuntur, sic a Christo et Christi vicario successore Petri formantur et defen- 30 duntur[c] omnes dies, hoc est omnes potestates, et nemo in eis, quia non possunt dicere: 'Ego Pauli, ego sum Apollo', sed omnes sunt a Christo et a nobis tanquam a vicario Ihesu Christi.

(2) Unde hec nota et scripta sunt, quod vicarius Ihesu Christi et[d] successor Petri potestatem imperii a Grecis transtulit in Germanos, ut ipsi Germani, id est septem 35 principes, quatuor laici et tres clerici, possint[e] eligere regem Romanorum, qui est promovendus in imperatorem et monarcham omnium regum et principum terrenorum[10]. Nec insurgat hic superbia Gallicana, que dicit, quod non recognoscit superiorem. Mentiuntur, quia de iure sunt et esse debent sub rege Romano et imperatore, et nescimus, unde hoc habuerint vel adinvenerint, quia constat, quod Christiani subditi fuerunt 40 monarchis ecclesie Romane et esse debent. Nec habent hoc a lege veteri vel nova nec aliquo propheta vel evangelio vel apostolo. Unde hic dicimus quod dicit apostolus: 'Et si quis evangelizaverit vobis aliud, quam evangelizamus, etiam angelus de celo, anathema sit'[11]. Et nos volumus, quod quicumque evangelizaverit aliud, anathema sit.

173. a) *rubrica alia manu item coaeva scripta est c.* b) firmabuntur *c.* c) defendunt *in fine* 45 *lineae c.* d) ē *c.* e) possūt *c.*

1) *Cf. 'Archiv' XII, 387: 'Index bibl. quos vidit Avinione et in Gallia', itemque 'Nachrichten der Göttinger Gesellschaft. Philol.-histor. Klasse' 1903 pag. 92 sq.* 2) *Cf. etiam Niemeier l. c. pag. 110.* 3) *Cf. 'Neues Archiv' XXIX, 637.* 4) *1, 22.* 5) *1, 16.* 6) *1. Petr. 2, 14.* 7) *Psalm. 18, 3.* 8) *Psalm. 138, 16.* 9) *1. Cor. 1, 12.* 10) *Cf. supra nr. 105 c. 1.* 11) *Cf. Galat. 1, 8 u. 9.*

(3) Ille quidem, videlicet electus in regem Romanorum, prius fuit in nubilo arrogantie et ignorantie, etenim non fuit devotus ad nos et ecclesiam istam, sicut debuit. Nunc autem exhibet se devotum et promptum ad faciendum omnia, que volumus nos et fratres nostri et ecclesia ista. Unde nunc venit et affuit tempus miserendi eius, sicut alibi dicit apostolus: 'At ubi venit plenitudo temporis'[1]. Venit quidem tempus, ut con- 5 stituamus eum super gentes et regna, ut evellat et destruat, dissipet et dispergat et edificet et plantet[2].

(4) In nomine Domini constituimus sic eum hodie[f], non in hodie eternitatis, de quo dictum est filio[3]: 'Ego hodie genui te', sed in hodie temporis. Sicut enim pater dedit filio potestatem non in tempore, sed in eternitate, sic Christus homini et Christi 10 vicario dedit potestatem in tempore, ut ipse habeat ius constituendi imperatorem et imperium transferendi.

(5) Et attendant hic Germani, quia sicut translatum est imperium ab aliis in ipsos, sic Christi vicarius successor Petri habet potestatem transferendi imperium a Germanis in alios quoscumque, si vellet, et hoc sine iuris iniuria. Tamen dicit sapiens: 'Quod 15 iustum est, iuste exequeris'[4]. Unde si subveniat iusta et legitima causa, iuste posset transferre et iusta faceret, si eos privaret. Tamen hec fuit semper patientia istius ecclesie, que magis voluit cum eis de benignitate agere quam de rigore, ut non privaret eos, licet iuste privare potuisset.

(6) Et licet etiam multi essent defectus in electione istius, nos tamen volumus 20 supplere omnem defectum et magis de benignitate quam de rigore supplemus de plenitudine potestatis. Unde electionem de ipso factam approbamus et ratificamus. Et quia, sicut dicitur in iure, ratihabitio retro tra[h]itur et mandato comparatur, hodie vivificamus et roboramus omnes actus, quoscumque fecit a tempore ipsius electionis, dum tamen sint alias iusti et legitimi, quia iniusta nec inlegitima non approbaremus nec 25 approbare debemus. Et hoc facimus, quia de eo bona presumimus in futurum, quia, sicut dicitur in Thobia[5], boni patris filius est. Unde et alibi: 'Sepe solet filius similis esse patri'[6]. Pater vero suus Radulphus catholicus, fidelis et devotus isti ecclesie, homo verax et veridicus. Unde vulgariter dicebatur in tota terra illa, quando aliquis decipiebatur in promisso: 'Non habet veritatem dictum istius, sicut dictum Radulphi comitis.' 30 Si autem ipse vellet contrarium facere, non posset, quia nos non habemus alas[g] nec manus ligatas nec pedes[h] compeditos, quin bene possimus eum reprimere et quemcumque alium principem terrenum. Quidam enim principes faciunt colligationes suas. Et audacter dicimus, quod si omnes principes terreni essent hodie colligati contra nos et contra ecclesiam istam, dum tamen nos haberemus veritatem et staremus pro veri- 35 tate, non appretiaremus eos unam festucam. Et sine dubio, si veritatem et iustitiam non haberemus, bene timeremus, sed alias omnes confunderemus et veritas confunderet eos.

(7) Unde hodie de isto, quem hodie preficimus, dicimus, quod dicit Petrus in epistola huiusmodi tenoris[i]: 'Servi subditi estote regi tanquam precellenti'[7]. Iste enim 40 rex precellens super omnes reges et nullus est ab eo exemptus. Et ibidem: 'Deum timete, regem honorificate'[7], et bene[k] subiunxit 'regem honorificate', quia similiter hic est rex ab omnibus tanquam precellens timendus et honorificandus[k].

173. f) a die *c.* g) *corr. ex* alias *c.* h) *corr. ex* peditos *c.* i) temporis *male c.* k) *loco et* bene — honorificandus *c:* quia simul hic est rex ab omnibus tanquam precellens timendus et honorificandus 45 et bene subiunxit regem honorificate, quia similiter hic est rex ab omnibus tanquam precellens timendus et honorificandus; *quae notat Niemeier l. c. pag. 48 not.* b, *erronea sunt; cf. 'Neues Archiv' XXIX, 637.*

1) *Galat. 4, 4.* 2) *Ierem. 1, 10.* 3) *Act. 13, 33. Hebr. 1, 5. 5, 5.* 4) *Cf. Deut. 16, 20.* 5) *7, 7.* 6) *Unde sumptum sit, nescio.* 7) *1. Petr. 2, 13. 18. et 17.*

(8) Igitur faciat bene rex, quia si bene defendat et recuperet iura sua et iura regni et imperii, audaciter dicimus, quod nos defendemus plus iura sua quam nostra, et hoc contra quemcumque de mundo, et per nos firmabitur sententia sua et non flectetur.

(9) Ipse vero misit huc procuratores suos, qui sunt hic presentes cum plenario 5 mandato iurandi [in][l] animam suam et faciendi et exhibendi nobis omnia, que per ipsum sunt facienda vel exhibenda, et volumus, quod predicta faciant, sicut est consuetum.

Finito[m] sermone domini pape Iohannes cancellarius domini Alberti Romanorum regis proposuit infrascripta:

(II) Responsio domini Iohannis cancellarii regis Romanorum[n].

10 'Dominus[m] iudicabit fines terre et dabit imperium regi suo et sublimabit cornu Christi sui.' Primo Regum II[1].

(1) Sicut docent sapientes mundi, opus nature est opus intelligentie, et ideo satis congrue ars est imitatio quedam nature. In regimine autem naturali totius universi tria apparent necessaria, scilicet causa movens primaria, causa motum exequens secun-15 daria, causa motum terminans, scilicet finalis et ultima. Unde ad similitudinem et instar huius in regno ecclesie sancte Dei, in regno scilicet Romanorum, hec tria merito concurrunt, scilicet presidentis et mandantis auctoritas, obsequentis et exequentis ydoneitas et finis intenti debita utilitas. Et hec tria in verbis propositis tanguntur, cum dicitur: 'Dominus iudicabit etc.' 'Dominus', inquid, 'iudicabit fines terre': ecce presidentis auc-20 toritas. 'Et dabit imperium regi suo': ecce obsequentis et exequentis ydoneitas, scilicet regis. 'Et sublimabit cornu Christi sui', in quo apparet finis intenti debita utilitas.

(2) Dico ergo, pater sancte, quod in verbis propositis narrantur: primo apostolice (I) sedis inlimitata auctoritas, carens pondere, numero et mensura, cum dicit: 'Dominus iudicabit fines terre.' De qua quidem sede dicit canon, quod illi quicquid fidelium est 25 ubique submittitur, dum totius corporis capud esse designatur. IX q. III 'Aliorum'[2]. De qua etiam dictum est per prophetam: 'Si hec humiliatur, ad cuius fugietis auxilium et ubi relinqueritis gloriam vestram?' Ysa. X.[3] e[t][o] secundo Regum VI[4]. Est enim prima apostoli Petri sedes Romana ecclesia non habens maculam neque rugam, scilicet duplicitatis, nec aliquid huiusmodi. XXI. di. 'Quamvis etc.'[5] 'In novo testamento'[6]. Que 30 non tantum synodicis constitutis ceteris ecclesiis est prelata, sed etiam evangelica voce Domini et salvatoris nostri obtinuit principatum.

(3) Et idcirco, si verum est, quod Psalmista ait, ubi dicit: 'Cognoscetur Dominus iudicia faciens'[7], merito, pater sancte, tu, qui es 'dominus' absolute, non unius tantum terre, patrie vel provincie, sed absque determinatione et generaliter, 'iudicabis'[p] merito 35 et rationabiliter 'fines terre' sine exceptione, universaliter, ut tibi dici possit hoc verbum Ysaye: 'Dominus iudex noster, dominus legifer noster, ipse salvabit nos'[8]. Et merito, 'quia per te reges regnant et conditores legum iusta decernunt, per te principes imperant et potentes decernunt iustitiam', ut dicitur in Proverbiis[9]. 'Per te' inquam 'reges regnant', ergo rex; 'per te conditores legum iusta decernunt', ergo legifer; 'per te 40 principes imperant', ergo dominus; 'per te potentes decernunt iustitiam', ergo iudex; et ideo merito poteris et debes salvare nos. Tibi enim, qui huic sedi feliciter prehes[q], a Domino in persona Petri dictum est: 'Tu es Petrus etc.' 'et quodcumque solveris super terram etc.' Mathei XVI[10]. Et alibi: 'Tibi tradidit Deus omnia regna mundi'[11],

173. l) *deest c.* m) *nova linea c.* n) *rubrica alia manu item coaeva scripta est c.* o) E *c.* 45 p) iudicabit *c.* q) prehees *c.*

1) *2, 10.* 2) *c. 14 C. IX qu. 3.* 3) *10, 3.* 4) *Quid sibi velit, nescio.* 5) *c. 3 Di. XXI.* 6) *c. 2 ibidem.* 7) *9, 17.* 8) *33, 22.* 9) *8, 15—16.* 10) *16, 18. 19.* 11) *Cf. Matth. 11, 27. 4, 8. 1. Esdr. 1, 2.*

cunctos enim iudicaturus[r] a nemine es iudicandus. XL. di. 'Si papa'[1]. IX q. III 'Nemo'[2] etc., 'Aliorum'[3].

(4) Felix dominium, cuius dominus ratione sic regitur, cuius ratio sic lege dirigitur, cuius legem iustitia iusti iudicis[s] sic exequitur, quod omnium inde salus provenire dinoscitur. Digne autem premisi[t] 'felix dominium'. Ubi enim tante rationis, circumspectionis tanteque[u] discretionis atque considerationis occulta maturitas? Ubi tante potentie, auctoritatis, tante magnificentie, tante glorie tanteque sanctitatis atque virtutis sublimata nobilitas? Ubi tante scientie prefulgentis, tante litterature preheminentis illuminata profunditas? Unde tibi dictum est per prophetam: 'Tu signaculum similitudinis Dei, plenus sapientia et perfectus decore.' Ezechiel XXVIII[4]. Ubi etiam tot miraculorum, mirabilium, terribilium atque bonorum operum immensa sublimitas? Ubi tanti cordis veritatem intuentis, iustitiam observantis, caritatem habentis et propter hoc nichil timentis inaudita et insolita, admiranda atque stupenda magnanimitas? Ubi inter hec tante mansuetudinis, misericordie, gratie, bonitatis, patientie et miserationis erga subiectos benigna et a subditis peroptata[v] suavitas? Ipse enim novit disciplinam cum misericordia temperare. Scriptum est enim: 'Disciplina vel misericordia multum destituitur, si una sine altera[w] teneatur.' XLV. di. 'Disciplina'[5]. Nam circa subditos inesse debet rectoribus et iuste consulens misericordia et pie seviens disciplina. Debet enim bonus rector uti et virga et baculo, virga scilicet iustitie et baculo scilicet substentationis et humanitatis. Virga enim percutimur et baculo substentamur. Unde David: 'Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt'[6]. De con. di. II 'In calicem'[7]. Si ergo districtio[x] iustitie, que feriat, sic etiam consolatio baculi, que substentet. Unde de ipso domino et salvatore nostro, qui totius mundi dominio necnon sacrosancte Romane ac universalis[y] ecclesie regimini adeo novit preesse feliciter, potest vere intelligi, quod Psalmista ait, ubi dicit[8]: 'Generatio et generatio laudabit opera tua, et potentiam tuam pronuntiabunt, magnificentiam glorie sanctitatis tue loquentur et mirabilia tua narrabunt et virtutem terribilium[z] tuorum dicent et magnitudinem tuam narrabunt.' Deinde subiungit[9]: 'Miserator et misericors Dominus, patiens et multum misericors; suavis Dominus in universis et miserationes eius super omnia opera eius.' Et idcirco comparatione claritatis sue obumbrasse ceterorum creditur claritatem. De pen. di. II 'Principium'[10].

(5) Iterum felix dominium, felix ecclesia Romana, cuius capud et rector talibus membris tanta nobilitate et mira claritate perspicuis adornatur, sicut sunt reverendi patres et domini nostri domini cardinales, unde scriptum est per prophetam: 'Ubicumque fuerit corpus, illic congregantur et aquile.' Luce XVI ad finem[11]. 'Ubicumque fuerit corpus,' id est ecclesia Romana, 'illic congregantur et aquile', id est fideles et domini cardinales, de quibus ait beatus Ieronimus: 'Apud vos solos incorrupta patrum servatur auctoritas, hic cespite fecundo[a] terra dominici seminis puritatem centeno fructu profert.' XXIIII q. I 'Quoniam vetus oriens'[12]. 'Iterum vos estis lux mundi.' Mathei V[13]. Iuxta illud vos seculi iusti iudices et vera mundi lumina, 'vos sal terre, vos vasa aurea et argentea'[14], 'vos vasa aurea', scilicet sapientie, 'et argentea', scilicet eloquentie. Hoc enim venerabile collegium est illud corpus, de quo scriptum est: 'Circa hoc corpus sunt aquile', id est angeli sive domini cardinales vel fideles, quorum iuventus, ut aquile, renovatur[b]. De con. di. II 'In quibus'[15]. Merito autem aquile comparantur patres et

173. r) iudicaturos *c.* s) iudices *c.* t) *corr. ex* premissi *c.* u) tantaque *c.* v) perottata *c.* w) aliqua *c.* x) distinctio *c.* y) ac universalis *supra lineam add. c.* z) terribiliorum *c.* a) fecundo *c.* b) *corr. ex* renovantur *c.*

1) *c. 6 Di. XL.* 2) *c. 13 C. IX qu. 3.* 3) *c. 14 ibidem.* 4) *28, 12.* 5) *c. 9 Di. XLV.* 6) *Psalm. 22, 4.* 7) *c. 83 Di. 2 de consecr.* 8) *144, 4–6.* 9) *ibid. 8, 9.* 10) *c. 45 Di. 2 de poenit.* 11) *17, 37.* 12) *c. 25 C. XXIV qu. 1.* 13) *Cf. 5, 14.* 14) *Cf. Exod. 3, 22.* 15) *c. 38 Di. 2 de consecr.*

domini nostri domini cardinales, quia sicut aquila altissime ascendit, ita ipsi domini cardinales et patres nostri eternis desideriis innitentes quasi contemplationis penna ad sublimia se sublevant. XXIII q. IIII 'Cum in lege'[1]. Quorum patrum ministerio illa aquila imperialis per vos, pater sanctissime, elevabitur in sublime et ad nutum 5 vestre sanctitatis altissime ascendet et profundissime descendet, et oculi eius de longe respicient[2]. De qua quidem aquila potest intelligi, quod legitur in Iob, ubi dicitur: 'Numquid ad preceptum tuum elevabitur et ponet in arduis nidum suum?' Iob XXXIX[2].

(6) Sequitur in themate proposito: 'Et dabit imperium regi suo', ubi notatur exe- (II) quentis ydoneitas, que requirit in mandante et precipiente auctoritatem, in mandato 10 honestatem, in ipso exequente habilitatem et in fine intento utilitatem. Ergo, pater sancte, tu, cum habeas plenitudinem potestatis, 'da', quantum ad auctoritatem, 'imperium', quod decet maiestatem, 'regi', quantum ad congruitatem, 'tuo', quantum ad obedientiam et fidelitatem. Ergo, pater sancte, 'iudicium regi da et iustitiam filio regis'[3]. Et cui, nisi Alberto Romano[c] principi, qui est rex, quantum ad principum[d] electorum concordem 15 electionem, rex, quantum ad statum sui nominis et honoris per vestre sanctitatis gratiam, paternam reformationem et salubrem reintegrationem, et filius regis, quantum ad carnis[e] propagationem; ipse enim natus est ex patre christianissimo, videlicet domino Radulfo divine recordationis quondam Romano[c] rege, qui fuit devotissimus huius ecclesie filius et defensor, prout eius opera clamant et predicant evidenter. Ergo, ut dicit Psalmista: 20 'Da imperium puero tuo'[4], 'puero' propter puritatem innocentie, propter simplicitatem intentionis iustitie, sed 'tuo' propter humilitatem obedientie, 'tuo' propter intentionem et subiectionem filialis reverentie, 'tuo' propter reintegrationem et constanciam fidei catholice[f]. Ipse enim Albertus vir est vere christianissimus, ecclesiarum amator, iustitie cultor, nr. 9 c. 4. consilio pollens, propriis potens viribus et multorum parentum[g], principum, baronum atque 25 nobilium consanguinitate, amicitia et affinitate connexus, in omni virtuositate morum, patientie, humilitatis, mansuetudinis atque laudabilis vite et conversationis multipliciter commendatus, Deo ut speratur amabilis et humanis aspectibus gratiosus* et in actibus bellicis contra perfidos fidei orthodoxe[h], sacrosancte Romane ecclesie ac sacri imperii adversarios fortunatus, propter quod speratur in eo, qui reges et regna constituit*, quies et utilitas 30 regno et imperio*, pax ecclesiis, concordia plebibus et moribus disciplina. Digne ergo premisi 'tuo', quia vere totus, scilicet spiritu, mente et corpore tuus, spiritu et mente, quia tibi tanquam domino suo et parenti anime sue reverenter obediet et intendet, corpore tuus, quia pro te, sacrosancta Romana ecclesia et ipsius iuribus et honoribus et libertatibus manutenendis et perpetuo observandis necnon pro utilitate rei publice et iuribus 35 imperii defendendis et recuperandis mortem non evitabit. Immo procul dubio ipsum sentietis intrepidum sancte matris ecclesie pugilem et contra quoscumque de mundo et victoriosum dante Deo Terre Sancte recuperatorem et salvatorem necnon invictum catholice fidei defensorem.

(7) Nec erit fragilis defensor nec baculus arundineus, sicut fuit ille rex Egipti, 40 qui filiis Israel contra Assirios[i] et Caldeos defensionis auxilium promisit, et ideo Egiptus devastata est. Ysaias XXXVI[5]. Unde dictum est: 'Baculus arundineus rex Egipti, super quem si aliquis innixus fuerit, confri[n]getur et perforabit manum innitentis'[k]. Ezechielis XXIX[6]. Talis rex non est iste nec manus perforabit. Idcirco sibi tanquam regi constantissimo, potentissimo et fortissimo onus quodcumque intrepide imponatur,

45 **173.** c) *sic c.* d) principiū *c.* e) cari⁹ *c.* f) catholicei *c.* g) *sic c.* h) ordodorse *c.* i) Assiriosos *c.* k) inmitentis *c.*

1) *c. 16 C. XXIII qu. 4.* 2) *Iob 39, 27. 29.* 3) *Psalm. 71, 2.* 4) *85, 16.* 5) *Isai. 36, 6.* 6) *Ezech. 29, 6. 7.*

quia ad hoc suos humeros regales, non arundineos, ad vestre sanctitatis mandatum et arbitrium devote et humiliter inclinavit.

(8) Sequitur tertio in themate proposito: 'Et sublimabit cornu Christi sui', in quo notatur consequens ex premissis utilitas. Quid enim per cornu Christi nisi robur totius populi christiani designatur? Secundum quod dicitur in Ecclesiastico: 'Dedit Dominus in dextera eius exaltare cornu gentis sue'[1]. Dicit glosa: 'id est robur populi Israelitici.' Hoc autem robur tu, pater sancte, sublimabis, predictum dominum Albertum Romanum[l] regem in ulnis vestre sanctitatis paterne suscipiendo, statum ipsius regni et imperii Roman(i) salubriter reformando, susceptum et reformatum favore congruo et paterno gratiosius prosequendo, ut de te, pater sancte, et predicto rege dici possit, quod in Michea propheta scribitur, ubi sic dicitur: 'Ex te egredietur, qui sit dominator in Israel'[2]. 'Ex te', scilicet pater sancte, 'egredietur qui sit dominator in Israel' id est in populo fideli Domini, scilicet per fidem vidente, et sequitur: 'Et magnificabitur usque ad terminos terre'[3], scilicet totius ecclesie, sibi enim omnes principes terreni et potestates seculares de iure in temporalibus subesse debent. Postea subiungitur: 'Et iste erit pax, Assyrius[m] cum venerit in terram nostram'[4], id est iste erit pacis occasio contra omnem adversarium fidei catholice et sancte Romane ecclesie supradicte, ut sic sciant et intelligant universi catholice fidei et pacis amene totius et communis patrie zelatores, scilicet quod posuerit in lucem gentium vos Dominus et quod per vestre sanctitatis arbitrium orbi terre post nubilum exobtata pacis serenitas illucescat, quam ut doceret, Deus venit in mundum[5]. Discessurus etiam de mundo ad patrem hanc nobis reliquid hereditatem dicens: 'Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis.' Mathei X[6] et Io. XIIII[7].

(9) Ergo ad perficiendum omnia supradicta ad laudem Dei et beatissime et gloriose Virginis matris sue, ad honorem apostolorum Petri et Pauli, ad exaltationem sancte Romane[n] ecclesie et sacri Romani imperii necnon ad comodum et utilitatem totius rei publice vobis vitam longevam cum sanitate mentis et corporis tribuere dignetur per multa temporum incrementa, qui est benedictus in secula seculorum amen.

(10) Nos autem, qui sumus nuntii et procuratores domini nostri regis Romani, de hiis, que acta sunt, secundum traditam nobis formam etc. parati sumus in presentia vestre sanctitatis etc.

(III)

(1) Et[o] post hec procuratores et nuntii predicti regratiati sunt domino nostro, quia ipsum regem reformavit et emendavit et sibi reconciliavit sicut bonus pater, et quia approbavit et ratificavit, que facta fuerunt de eo vel per ipsum. Et sic regratiando genua flexerunt et obtulerunt se paratos tanquam procuratores ad omnia iuranda, facienda et exequenda, que domino suo in presenti negotio incumbebant. Et postquam per dominum nostrum sunt iussi surgere et stare, resumpsit dominus noster illud: 'Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis a templo sancto tuo, quod est in Ierusalem'[8], et dixit[9], quomodo constabat sibi et fratribus istos procuratores habere mandatum plenarium ad omnia predicta, et qualiter confidebat, quod omnia conventa et pacta et scripta et scribenda ipse servaret, 'quia' inquid 'boni et veridici patris filius est, sicut nos diximus et tu dixisti,' et qualiter promittebat, quod ipse defenderet [et][p] manuteneret eum et iura imperii, 'ita' inquid 'quod nos secum et ipse nobiscum confundemus superbiam Gallicorum'. 'Unde' inquid 'volumus pandere in publicum, quod hactenus inter nos

173. l) *sic c.* m) Assyriis *c.* n) *corr. super* matris *deleto c.* o) *nova linea c.* p) *deest c.*

1) *47, 6.* 2) *5, 2.* 3) *5, 4.* 4) *5, 5.* 5) *Cf. Luc. 12, 51.* 6) *10, 12. 13.* 7) *14, 27.* 8) *Ps. 67, 29.* 9) *Cf. Niemeier l. c. pag. 141.*

fuerat secretum. Verum est, quod fuerunt federationes, pacta et iuramenta etiam penis vallata et firmata inter regem Francie et Alamanie, et hoc contra omnes homines, licet non contra nos, sicut' inquid 'habuimus per nuntios utriusque regis. Omnia predicta pacta et iuramenta et penas quascumque appositas dissolvimus[1] et evacuamus et ipsum
5 regem vestrum ab omnibus supradictis absolvimus de plenitudine potestatis, et non dimittat[q] propter illa defendere et recuperare iura regni et imperii sui, [et][p] vos, qui nunc debetis iurare certa capitula, inter que est illud, et quedam alia'.

(2) Et cum post hec genu flexissent quatuor procuratores ante librum, et dominus Matheus Rubeus assumpsit verbum et dixit, quod ipse esset cardinalis, et exegit iura-
10 mentum de servando personam suam et papatum et super aliis, que continentur ibidem. Et postquam omnia iuraverunt[r] genu flexo, dominus noster incepit: 'Te Deum laudamus.' Quo finito capellani dixerunt versum: 'Advenit redemptor noster, aspice Deus', et ipsemet dixit orationem: 'Perfice, quesumus, Domine, ut et mundi cursus etc.' et aliam orationem: 'Deus, a quo omnia bona procedunt etc.'

15 Dat. Lateran., die ultima mensis Aprilis, pontificatus ipsius domini pape octavi anno nono.

(3) Die[s] duodecimo mensis Iunii fuerunt indicte vacationes per dominum .. vicecancellarium ex parte pape in audientia publica. Et reassumetur audientia X. die, postquam dominus papa applicuerit ad locum, ubi curia yemabit. Iun. 12.

20 ## 174. *LITTERAE PONTIFICIS REGI DIRECTAE.*

Documenti gravissimi autographon A *hucusque ineditum descripsimus, quod exstat in tabulario Vindobonensi. Pendet bulla plumbea filis sericis. In plica scriptum est:* N. Leonardi. *Adnotavimus etiam varias lectiones, quas praebet* R *Registri Bonifacii VIII. tom. IV, iam in serie Registrorum tabularii Vaticani tom. 50 fol. 378 ep. cur. 21;*
25 *quem denuo contulit Pogatscher. Ex* R *ediderunt Kopp l. c. III, 1 pag. 319 nr. 34a et Theiner 'Codex diplomaticus dominii temporalis s. sedis' I, 387 nr. 567. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Päbste 303. Potthast 25234. (P. deest.)*

‖ Bonifacius episcopus servus servorum Dei ‖ carissimo in Christo filio Alberto regi Romanorum illustri. ‖ Ad perpetuam rei memoriam. ‖

30 (1) Patris eterni filius dominus Ihesus Christus, cuius licet immeriti vices in terris gerimus[a], misericordie benignitatem exercens, ut in eius beneplacita feramus iugum apostolice servitutis, viam nos[b] humilitatis edocuit nosque suorum doctrinis mandatorum instruxit, ut ipsius vestigia, qui patiens et humilis est atque misericors, quantum patitur humana fragilitas, imitemur. Nos itaque ipsius exemplo dirigi cupientes, quos ad nos
35 fiducia devota reducit, libenter brachiis paterne benignitatis amplectimur illisque sinum mansuetudinis et misericordie non negamus, dum eis presertim devotionis et humilitatis instantia suffragatur. (2) Profecto dum fidem et devotionem inclite[c] memorie Rudolfi regis Romanorum patris tui, quibus ipse dum viveret erga sedem apostolicam studuit cum sinceritate vigere, ad memoriam nostre considerationis adducimus, dum clara et
40 provida magnificentie tue studia, per que diebus istis gratificari Deo et ipsi sedi cum summe devotionis et humilitatis promptitudine decrevisti, diligentius intuemur, suggerit nobis horum fervens instantia, ut erga te mansuetudinem et misericordiam exercentes statui tuo salubriter ad laudem divini nominis, honorem et exaltationem sancte matris

173. q) dimittāt *c.* r) iuraverint *c.* s) *nova linea c.*

45 **174.** a) i *corr. ex* a? *A.* b) s *in rasura A.* c) *in loco raso A;* dive *R.*

1) *Cf. infra nr. 176.*

ecclesie sacrique imperii ac tranquillitatem et pacem fidelium auctore Domino consulamus. (3) Dudum siquidem clare memorie Adulfo rege Romanorum de hac luce subtracto et per eius obitum Romano regno vacante, principes ecclesiastici et seculares, ad quos translato olim Romano imperio de Grecis per sedem apostolicam in persona magnifici Caroli in Germanos, futuri Romanorum regis in imperatorem postmodum promovendi electio pertinet[d], te in Romanorum regem unanimiter et concorditer elegerunt, tuque huiusmodi electioni de te facte consentiens fuisti more Romanorum regum apud Aquisgranum in Romanorum regem postmodum coronatus et deinde fere per quinquennium exercuisti administrationem regiam, sicut predecessores tui legitime ac concorditer in Romanorum reges electi exercere solent hactenus, postquam apud dictum locum Aquisgrani, ubi hoc fieri consuevit, coronati fuerunt. Verum cum medio tempore nonnulla contra te super hiis ad nostram audientiam deducta fuissent, certis a nobis adversus te propterea processibus subsecutis, tu devoti et prudentis more filii de solita patris benignitate confidens super hiis non iudicium, sed misericordiam humiliter implorasti, nichilominus offerens te paratum, tuam prout posses super eis ostensurum[e] innocentiam et alias nostra et dicte sedis beneplacita et mandata facturum. Prestitisti quoque nobis et eidem sedi fidelitatis et obedientie iuramentum et nonnulla etiam alia promisisti et iuramento firmasti, que tam a predicto patre tuo quam a predecessoribus eius Romanorum regibus iurata, promissa, facta, recognita et concessa fuerunt, sicut hec et alia in duabus patentibus litteris[1] tuo sigillo signatis, que in ipsius archivo conservantur ecclesie, plenius continentur. (4) Cumque vices geramus illius, qui sedens ut rex circundante exercitu est merentium consolator[2] et omnipotentiam suam parcendo et miserando maxime manifestat, devotione ac humilitate tua gratanter inspecta viam mansuetudinis, misericordie ac dulcedinis erga te potius elegimus quam rigoris, ut apud nos et ecclesiam memoratam obedientia humilis tibi prosit, sicut obesse debent contemptoribus inobedientia et contemptus. Et quia levantes in circuitu oculos[3] nostros et Romanorum regnum et imperium intuentes invenimus in ipsis gentem[4] peccatricem, populos graves iniquitate, semen nequam, filios sceleratos, qui deliquerunt in Dominum, blasphemaverunt sanctum Israel, et alienati sunt retrorsum, et in eis omne capud languidum et omne cor merens, ita quod a planta pedis usque ad verticem capitis[f] quasi non est sanitas in eisdem, quorumque vulnus et plaga tumens non est circumligata medicamine nec fota oleo[4], Samaritani illius[g], qui homini descendenti de Ierusalem in Iericho vulneribus sauciato[h] ut proximus verus subvenit plagis eius vinum et oleum misericorditer infundendo[5], vestigia imitantes, decrevimus tecum misericorditer agere severitatem superando rigoris, ut tu memor tam grandis nove nostre miserationis accepte tuorum discas vulnera subiectorum[g] et plagas per mansuetudinem olei et vini acrimoniam restaurare. (5) Modum nanque sequi providimus in hac parte, per quem tu approbatus a nobis ac nostro et eiusdem ecclesie fultus auxilio et favore super reges constituaris et regna, ut evellas et destruas, dissipes et disperdas[g], edifices et plantes[6] ac sedens in solio iudicii tuo intuitu profuges omne malum[7], accepta secundum apostolum ad vindictam malefactorum laudemque bonorum[8] gladii potestate.

(6) Ad gloriam igitur omnipotentis Dei Patris et Filii et Spiritus sancti et beate ac gloriose semperque virginis Marie, beatorum quoque Petri et Pauli et ad honorem et exaltationem sancte Romane ecclesie ac imperii predictorum et prosperum statum mundi de fratrum nostrorum consilio, presente quoque prelatorum et aliorum copiosa

174. d) t *in rasura A.* e) m *in loco raso A;* ostensurus *R.* f) ad verticem capitis *in loco raso artius scriptum A;* ad verticem *R.* g) *sequitur parva rasura A.* h) o *in rasura A.*

1) *Quae servatae non sunt. Cf. Kopp l. c. III, 2 pag. 128 not. 1 et Niemeier l. c. pag. 106 sq.* 2) *Iob 29, 25.* 3) *Cf. Is. 49, 18. 60, 4.* 4) *Is. 1, 4—6.* 5) *Cf. Luc. 10, 34.* 6) *Ierem. 1, 10.* 7) *Prov. 20, 8.* 8) *1. Petr. 2, 14.*

multitudine curialium, auctoritate apostolica et de apostolice plenitudine potestatis te in specialem filium nostrum recipimus et ecclesie memorate ac in regem Romanorum assumimus[i] in imperatorem auctore Domino promovendum. Volentes et statuentes, ut de cetero talis filius rexque Romanorum existas in imperatorem ut premittitur 5 promovendus, et quod pro tali ab aliis habearis tibique sicut Romanorum regi electo legitime et Aquisgrani coronato obediri debere ab omnibus et singulis sacro Romano subiectis imperio, sicut pareri solet et debet predecessoribus tuis Romanorum regibus legitime intrantibus et a prefata sede hactenus approbatis. Supplentes omnem defectum, si quis aut ratione forme aut ratione tue vel tuorum electorum personarum seu ex 10 quavis alia ratione vel causa sive quocunque modo in huiusmodi tua electione, coronatione ac administratione fuisse noscatur. Omnia insuper et singula per te vel alios de mandato tuo facta et habita in administratione predicta, que alias iusta et licita extitissent, ita valere decernimus et tenere, sicut si administratio ipsa tibi competiisse legitime nosceretur. (7) Excellentiam itaque regiam monemus, rogamus et hortamur 15 attente ac obsecramus in filio Dei patris, quatinus ad ipsum Deum et prefatam ecclesiam matrem tuam mentem et oculos tuos dirigens reverenter ac benignitatem nostram dicteque matris, qua preventus agnosceris, devota meditatione considerans illamque conscribens in sacrario tui pectoris inibi sub recognitione debita perpetuo permansuram, sicut christianissimus catholicusque princeps fide preclarus, claritate fervens, devotione 20 sincerus et iudicio rectus eandem ecclesiam et libertatem ecclesiasticam ubilibet summo studio totisque viribus revereri et colere studeas ac tueri, et grata et grandia ipsi ecclesie pro gratis et grandibus impensis tibi muneribus recompenses. Populos quoque in equitate iudices et dirigas in terris tibi subiectis gentium nationes ad bonum, ac alias commissa tibi regni et imperii gubernacula congruis temporibus sic laudabiliter et 25 utiliter exequaris, quod eterne vite premium, illius tibi dextera suffragante, a cuius misericordia omne datum optimum et omne donum perfectum descendit[1], exinde consequi merearis et prefate ecclesie te gratum et utilem filium representes ac de bono semper in melius in eius dilectione concrescas tuique fama nominis latius in gentibus extollatur. (8) Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre receptionis, 30 assumptionis, statuti, supplect[i]onis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Dat. Laterani, II. Kal. Maii, pontificatus nostri anno nono.

In R *fol. 379' haec sequuntur*[2]*:*

35 In e(undem) m(odum) venerabili fratri .. archiepiscopo Maguntino.

Patris eterni filius etc. ut in proxima superiori verbis competenter mutatis usque competiisse legitime nosceretur. Ideoque fraternitatem tuam monemus, rogamus et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes, quatinus mentem tuam cum devotione debita beneplacitis nostris in hac parte coaptans, eundem regem 40 honorificentia condigna pertractes sibique ut Romanorum regi in imperatorem auctore Domino promovendo devote ac humiliter intendas et pareas, sicut debes, ita quod exinde nostram et prefate sedis commendationem et gratiam plenius consequi merearis, et prefatus rex in tua sinceritate letetur, tuque in eo benivolentiam sinceram obtineas assidue tibi dante Domino gratiosam.

45 Dat. ut supra.

174. i) *sequitur parva rasura A.*

1) *Iac. 1, 17.* 2) *Contulit Pogatscher. Ediderunt Kopp l. c. III, 1 pag. 322 nr. 346 et minus accurate Theiner l. c. 388 ad nr. 567.*

In e. m. venerabili fratri .. archiepiscopo Treverensi.

In e. m. venerabili fratri .. archiepiscopo Coloniensi.

In e. m. carissimo in Christo filio .. regi Boemie illustri verbis competenter mutatis.

In e. m. dilecto filio nobili viro .. comiti palatino Reni duci Bawarie. 5

In e. m. dilecto filio nobili viro .. duci Saxonie.

In e. m. dilecto filio nobili viro .. marchioni Brandeburgensi[1].

In e. m. universis Christi fidelibus per sacrum Romanum imperium constitutis[2].

Patris eterni etc. usque nosceretur. Ideoque universitatem vestram monemus, 10 rogamus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus mentes vestras cum devotione debita nostris in hac parte beneplacitis coaptantes, eundem regem condigna honorificentia pertractetis sibique ut regi Romanorum in imperatorem auctore Domino promovendo intendatis et pareatis devote ac humiliter, ut debetis. Ita quod exinde nostram et prefate sedis commendationem et gratiam plenius consequi 15 mereamini, et prefatus rex in vestra sinceritate letetur, vosque in eo sinceram benevolentiam habeatis assidue vobis dante Domino gratiosam.

Dat. ut supra.

175. *PROMULGATIO FIDELIBUS IMPERII MISSA.* *Apr. 30.*

Autographon superest in tabulario civitatis Bisuntinae[3], *quod asservatur in biblio-* 20 *theca publica, signatum 'AA V. I. Layette 13'. Hucusque ineditum nos ipsi a. 1903. descripsimus. Leguntur in plica:* N. de Fractis; *sub plica:* XX; *in dorso:* N. de Vico. *Alia manu dorso inscriptum est:* du roy Bot. *Capita 1—6 mutatis mutandis concordant supra cum nr. 174 cap. 1—6. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Päbste 304. Potthast 25235.* *(P. deest.)* 25

Bonifatius episcopus servus servorum Dei universis Christi fidelibus per sacrum Romanum imperium constitutis salutem et apostolicam benedictionem.

(1) Patris eterni filius dominus Ihesus Christus, cuius licet immeriti vices in terris gerimus, misericordie benignitatem exercens, ut in eius beneplacita feramus iugum apostolice servitutis, viam nos humilitatis edocuit nosque suorum doctrinis mandatorum 30 instruxit, ut ipsius vestigia, qui patiens et humilis est atque misericors, quantum patitur humana fragilitas, imitemur. Nos itaque ipsius exemplo dirigi cupientes, quos ad nos fiducia devota reducit, libenter brachiis paterne benignitatis amplectimur illisque sinum mansuetudinis et misericordie non negamus, dum eis presertim devotionis et humilitatis instantia suffragatur. (2) Profecto dum fidem et devotionem inclite 35 memorie Rudolphi regis Romanorum patris carissimi in Christo filii nostri Alberti regis Romanorum illustris, quibus ipse Rudolphus dum viveret erga sedem apostolicam studuit cum[a] sinceritate vigere, ad memoriam nostre considerationis adducimus, dum clara et provida magnificentie ipsius Alberti studia, per que diebus istis cum summe devotionis et humilitatis promptitudine gratificari Deo et ipsi sedi decrevit, diligentius 40 intuemur, suggerit horum nobis fervens instancia, ut erga dictum Albertum mansuetudinem et misericordiam exercentes statui suo salubriter ad laudem divini nominis, honorem et exaltationem sancte matris ecclesie sacrique imperii ac tranquilitatem et pacem fidelium auctore Domino consulamus. (3) Dudum siquidem clare memorie

175. a) *in loco raso or.* 45

1) *Cf. Böhmer, Reg. 1246—1313 Päbste 305. Potthast 25235. 25237. 25238.* 2) *Cf. infra nr. 175.* 3) *Cf. 'Neues Archiv' XXVIII, 491.*

Adulfo rege Romanorum de hac luce subtracto et per eius obitum Romano regno vacante, principes ecclesiastici et seculares, ad quos translato olim Romano imperio de Grecis per sedem apostolicam in persona magnifici Caroli in Germanos, futuri Romanorum regis in imperatorem postmodum promovendi electio pertinet, eundem Albertum 5 in Romanorum regem unaniminter et concorditer elegerunt, qui huiusmodi electioni de ipso facte consentiens fuit more Romanorum regum apud Aquisgranum in Romanorum regem postmodum coronatus et deinde fere per quinquennium exercuit administrationem regiam, sicut predecessores sui legitime ac concorditer in Romanorum reges electi exercere solent hactenus, postquam apud[b] dictum[b] locum Aquisgrani, ubi hoc fieri 10 consuevit, coronati fuerunt. Verum cum medio tempore nonnulla contra ipsum Albertum super hiis ad nostram audientiam deducta fuissent, certis a nobis adversus eum propterea processibus subsecutis, ipse Albertus devoti et prudentis more filii de solita patris benignitate confidens super hiis non iudicium, sed misericordiam humiliter imploravit, nichilominus offerens se paratum, suam prout posset super hiis ostensurum 15 innocentiam et alias nostra et dicte sedis beneplacita et mandata facturum. Prestitit quoque nobis et eidem sedi fidelitatis et obedientie iuramentum et nonnulla etiam alia promisit ac iuramento firmavit, que tam a predicto patre suo quam a predecessoribus eius Romanorum regibus iurata, promissa, facta, recognita et concessa fuerunt, sicut hec et alia in duabus patentibus litteris ipsius Alberti sigillo signatis, que in ipsius archivo 20 conservantur ecclesie, plenius continentur[1]. (4) Cumque vices geramus illius, qui sedens ut rex circumdante exercitu est merentium consolator et omnipotentiam suam parcendo et miserando maxime manifestat, devotione et humilitate sua gratanter inspecta viam mansuetudinis, misericordie ac dulcedinis erga eundem Albertum potius elegimus quam rigoris, ut apud nos et ecclesiam memoratam obedientia humilis sibi prosit, sicut obesse debent[b] 25 contemptoribus inobedientia et contemptus. Et quia levantes in circuitu oculos[2] nostros et Romanorum regum et imperium intuentes invenimus in ipsis gentem peccatricem, populos graves iniquitate, semen nequam, filios sceleratos, qui deliquerunt in Dominum, blasfemaverunt sanctum Israel et alienati sunt retrorsum, et in eis omne caput languidum et omne cor merens, ita quod a planta pedis usque ad verticem capitis[c] non est sanitas in eisdem, 30 quorumque vulnus et plaga tumens non est circumligata medicamine neque fota oleo, Samaritani illius, qui homini descendenti de Ierusalem in Iericho vulneribus sauciato ut proximus verus subvenit plagis eius vinum et oleum misericorditer infundendo, vestigia imitantes, decrevimus cum dicto Alberto misericorditer agere severitatem superando rigoris, ut ipse memor tam grandis nove nostre miserationis accepte suorum 35 discat vulnera subiectorum et plagas per mansuetudinem olei et vini acrimoniam restaurare. (5) Modum namque sequi providimus in hac parte, per quem ipse approbatus a nobis ac nostro et eiusdem ecclesie fultus auxilio et favore super reges constituatur et regna, ut evellat et destituat, dissipet et disperdat, edificet et plantet ac sedens in solio iudicii suo intuitu profuget omne malum, accepta secundum apostolum 40 ad vindictam malefactorum laudemque bonorum gladii potestate.

(6) Ad gloriam igitur omnipotentis Dei Patris et Filii et Spiritus sancti et beate ac gloriose semperque virginis Marie, beatorum quoque apostolorum Petri et Pauli et ad honorem et exaltationem sancte Romane ecclesie ac imperii predictorum et prosperum statum mundi de fratrum nostrorum consilio, presente quoque prelatorum et aliorum 45 copiosa multitudine curialium, auctoritate apostolica et de apostolice plenitudine potestatis eundem Albertum in spetialem filium nostrum recepimus et ecclesie memorate ac in regem Romanorum assumpsimus in imperatorem auctore Domino promovendum. Volentes et statuentes, ut de cetero talis filius rexque Romanorum existat in imperatorem

175. b) *in loco raso or.* c) quasi *deest or.*

50 1) *Cf. supra pag. 146 not. 1.* 2) *Bibliorum locos iam supra ad nr. 174 indicavimus.*

ut premittitur promovendus, et quod pro tali ab aliis habeatur sibique sicut Romanorum regi electo legitime et Aquisgrani coronato obediri debere ab omnibus et singulis sacro Romano subiectis imperio, sicut pareri solet et debet predecessoribus suis Romanorum regibus legitime intrantibus et a prefata sede hactenus approbatis. Supplentes omnem defectum, si quis aut ratione forme aut ratione sue vel[c] suorum electorum personarum 5 seu ex quavis alia ratione vel causa sive quocumque modo in huiusmodi sua electione, coronatione ac administratione fuisse noscatur. Omnia insuper et singula per eum vel alios de mandato suo facta et habita in administratione predicta, que alias iusta et licita extitissent, ita valere decrevimus et tenere, sicut si administratio ipsa sibi competiisse legitime nosceretur. (7) Ideoque[1] universitatem vestram monemus, rogamus et 10 hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus mentes vestras cum devotione debita nostris in hac parte beneplacitis coaptantes, eundem regem condigna honorificentia pertractetis sibique ut regi Romanorum in imperatorem auctore Domino promovendo intendatis et pareatis devote ac humiliter, ut debetis. Ita quod exinde nostram et prefate sedis commendationem et gratiam plenius consequi mereamini, et 15 prefatus rex in vestra sinceritate letetur, vosque in eo sinceram benivolentiam habeatis assidue vobis dante Domino gratiosam.

Dat. Laterani, II. Kal. Maii, pontificatus nostri anno nono.

176. *ALIAE LITTERAE PONTIFICIS REGI DIRECTAE.*

Registri R *tom. IV (tom. 50) fol. 379' ep. cur. 22 contulit Pogatscher. Item ser-* 20 *vatur in* F *Formulario regis Alberti, de quo v. supra ad nr. 5, sub nr. 10, cuius varias lectiones, quae maioris sunt pretii, ad editionem a Chmel l. c. pag. 233 nr. 5 paratam notavimus. Ex* R *edidit Kopp l. c. III, 1 pag. 323 nr. 35. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Päbste 306. Potthast 25236.* *(P. deest.)*

Bonifacius[a] episcopus servus servorum Dei[a]. Ad perpetuam rei memoriam. 25

Quia plerumque contingit, quod ex causa mali sub pretextu boni confederationibus, compagniis seu societatibus aliisque colligationibus homines invicem se colligant contra sanctiones canonicas et civiles[2], et ob hoc honori sancte matris ecclesie, iusticie cultui, paci et tranquillitati fidelium[b] deperit multipliciter et decrescit[c], ac nonnunquam inde animarum discrimina corporumque pericula et dampna rerum gravia subsequuntur, 30 consuevit in talibus circumspecta sedis apostolice providentia, cum ad ipsius ea perferri contingit auditum, per adhibitionem oportuni remedii salubriter providere. Cum igitur carissimus in Christo filius noster Albertus rex Romanorum illustris devoti et prudentis more filii nuper nostris et ipsius matris ecclesie beneplacitis se coaptasse noscatur, nosque[d] circa promotionem ipsius ad regnum Romanorum, ad quod electus extitit, 35 statum eius duxerimus paterna gratia solidandum, quia forsan ipse cum aliquo vel aliquibus se hactenus colligavit, nos volentes omne ab eo super hoc obstaculum summovere[e], per quod actus eius inposterum circa divina et ipsius matris[b] ecclesie[f] beneplacita prosequenda minus liberi redderentur, omnes confederationes, colligationes, societates vel compagnias et conventiones initas, factas vel habitas hactenus inter ipsum 40 et alium seu alios cuiuscumque dignitatis, ordinis, conditionis aut status ecclesiastici vel mundani, etiam si regali seu quavis alia prefulgeant dignitate, quocumque tempore vel modo sub quovis nomine vel vocabulo seu sub quacunque verborum expressione processerint, etiam si fuerint iuramentorum et penarum adiectione vel quovis alio vinculo

175. c) *in loco raso A.* 45

176. a) Bonifacius — Dei *desunt R.* b) *deest F.* c) *sic R. F.* d) nos itaque *F.* e) *sic R. F.* f) *deest R.*

1) *Cf. iam supra pag. 148 lin. 10—17.* 2) *Cf. Constit. I, nr. 176 cap. 6.*

roborate, omnino dissolvimus et carere decernimus omni robore firmitatis, et eundem regem ac omnes alios, qui se ad earum observationem quomodocumque seu quantumcunque solenniter astrinxerunt, ad eas servandas decernimus non teneri, nec pro eo quod ipsas de cetero non servaverint, de reatu periurii aut ratione penarum vel
5 conventionum quarumlibet adiectarum in illis posse in iudicio vel extra iudicium impeti seu aliquatenus molestari. Quin immo eas ab observatione[g] illarum, quatenus ipsi regi circa plenam et liberam observationem eorum, que ipse nobis et successoribus nostris et eidem ecclesie per suas patentes litteras, que in ipsius archivo conservantur ecclesie[1], se facturum et servaturum promisit et iuramento firmavit, qualitercumque
10 prestaretur obstaculum, precipimus penitus abstinere, iuramenta de ipsis servandis vel alias quomodocunque pro predictis hinc inde prestita relaxantes. Nulli ergo omnino[h] hominum liceat hanc paginam[h] nostre dissolutionis, constitutionis, precepti et relaxationis infringere[i] vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius
15 se noverit incursurum[i].

Dat. ut supra[k].

177. *LITTERAE PONTIFICIS REGI MISSAE.* *Mai. 20.*

Ex eodem Registro fol. 380 ep. cur. 23. Contulit Pogatscher. Edidit Kopp l. c. pag. 326 nr. 38. V. nr. 178. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Päbste 307. Potthast 25243.
20 *(P. deest.)*

Carissimo in Christo filio Alberto regi Romanorum illustri.

Inter cetera, que circa gubernationem regni Romanorum, ad cuius fastigium te nuper assumpsimus ut filium specialem, in te clarere cupimus et vigere, illud potissime affectamus, ut tamquam princeps christianissimus, devotionis et illustrium meritorum
25 titulis insignitus, ad Deum et sedem apostolicam gerens reverentiam filialem, prelatos, ecclesias et personas ecclesiasticas regulares et seculares dicti regni favore regio et benignitatis gratia prosequaris et ab gravaminibus earum abstineas illasque quantum in te fuerit in eorum iuribus manuteneas et conserves ac molestiis et iniuriis affici non permittas, cum enim hiis bonum impenditur, divine acquiritur gratia magestatis et
30 dominici pupillam oculi offendere cernitur, qui manu nocua tangit eos. Quare celsitudinem tuam rogamus et hortamur attente, quatinus velut amator divini nominis constanter in sancte matris ecclesie devotione persistens, predictos prelatos, ecclesias et personas manuteneas favorabiliter et defendas, ac specialiter venerabilibus fratribus nostris . . Maguntino, . . Treverensi et . . Coloniensi archiepiscopis et ecclesiis, quibus
35 dampna gravia et iniurias diceris intulisse, deinceps ob divinam et nostram ac prefate sedis reverentiam efficacis presidio, ubi necesse fuerit, defensionis assistens, omnia eorum bona stabilia, destructa vel non destructa, detenta per te vel alios tibi subditos, liberaliter eis absque obstaculo dilationis et difficultatis restituas et facias restitui cum effectu, super dampnis autem et iniuriis eis, ut premittitur, irrogatis componas benigne, man-
40 suete ac curialiter cum eisdem, in quibus, ut credimus, promptam liberalitatem invenies in condescendendo tuis beneplacitis, si consona rationi requires. Sic te in premissis benigne ac liberaliter habiturus, quod exinde tibi salutis premium et fame preconium acquiratur ac nos, qui hoc desideranter appetimus, exinde gratulemur ac reddamur processu temporis in tui exaltatione culminis promptiores.

45 Dat. Anag(nie), XIII. Kal. Iunii, anno nono.

176. g) ad observationem *male R.* h) *loco* omnino—paginam *R:* etc. i) etc. *add. F; loco* infringere—etc. *R:* etc. k) Dat. ut supra *deest F.*

1) *Cf. supra pag. 146 not. 1.*

178. *LITTERAE PONTIFICIS ARCHIEPISCOPIS DIRECTAE. Mai. 20.*

Ex eodem Registro fol. 380 ep. cur. 24. Item contulit Pogatscher. Edidit Kopp l. c. pag. 326 nr. 39. V. nr. 177. Cf. Böhmer, Reg. 1246—1313 Päbste 307. — Potthast 25244. (P. deest.)

Venerabilibus fratribus .. Maguntino, .. Treverensi et .. Coloniensi archiepiscopis. 5
Vos et ecclesias vestras, quos intendimus a dispendiis et gravaminibus relevare, prerogativa favoris et gratie prosequentes, ea libenter paternis studiis promovemus, per que vobis et ecclesiis ipsis quietis et profectus provenire valeant incrementa. Sane cum nuper statum carissimi in Christo filii nostri Alberti regis Romanorum illustris super negotio electionis facte de ipso ad regnum Romanorum duxerimus paterna gratia 10 solidandum, desiderantes ipsum allicere ad ea, que Deo sint placita et prelatorum et personarum ecclesiasticarum dicti regni comoda respiciant et honores, inter cetera, que super hoc sibi scribimus, attentius rogamus et hortamur eundem, ut omnia vestra et ecclesiarum vestrarum stabilia bona, destructa vel non destructa, detenta per ipsum vel alios sibi subditos, faciat vobis et ecclesiis ipsis absque dilationis et difficultatis obstaculo restitui cum 15 effectu ac super dampnis et iniuriis vobis et eisdem vestris ecclesiis irrogatis vobiscum curialiter et mansuete componat, sicut hec in aliis nostris litteris[1], quibus similes regi diriguntur eidem, plenius poteritis intueri. Quare fraternitatem vestram attentius exhortamur, quatinus eodem rege super compositione huiusmodi se coaptante ad ea, que sint consona rationi, sic vos ei reddatis circa compositionem huiusmodi liberales, 20 quod inter vos et ipsum plena concordia Domino faciente proveniat et sincera caritas nutriatur omnisque tollatur hinc inde occasio dissidendi.

Dat. ut supra.

179. *LITTERAE PONTIFICIS DE REGNO ARELATENSI. Mai. 31.*

Duos codices bibliothecae Parisiensis contulimus, qui sunt: A *lat. 10919 (olim* 25 *Cartul. 170)*[2] *f. 25' (= Boutaric 'Notices et extraits des manuscrits' XX, 2. 1862 pag. 147 nr. 17) et* B *lat. 4350 (ol. Colb. 4467) f. 70', de quo codice v. supra ad nr. 173*[3]. *— Potthast 25253. (P. deest.)*

Bonifatius episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.
Iuxta verbum propheticum preceptum a Domino emanavit ad apostolice sedis 30 antistitem dicens: 'Dissolve colligationes impietatis, solve fasciculos deprimentes'[4]. Nos igitur, qui disponente Domino sumus super ipsius sedis specula constituti, ad observantiam huiusmodi precepti dominici, ubi expedire conspicimus, intendentes, venerabiles fratres nostros ..[a] archiepiscopos et episcopos ac dilectos filios electos, abbates, priores et[b] ceteros ecclesiarum prelatos et personas ecclesiasticas regulares et seculares ecclesiarum 35 et monasteriorum capitula et conventus Cysterciensis et aliorum quorumlibet ordinum necnon magistros et preceptores ac fratres Hospitalis sancti Iohannis Ierosolimitani, domorum milicie Templi, beate Marie Theutonicorum[c] et Calatravensis, duces quoque, marchiones, comites et barones ceterosque nobiles, potestates insuper seu rectores[d], scabinos, consules, consilia[d], consiliarios[e] et officiales quoslibet et alios cuiuscumque 40 eminentie, conditionis et status, quocumque nomine censeantur, ac populos, communia, communitates et universitates terrarum et locorum quorumlibet per Tarantasiensis[f], Bisuntin(ensis), Ebredunensis, Aquensis, Arelatensis, Viennensis et Lugduneu(sis) civitates[g],

179. a) *deest B.* b) ac *B.* c) Teotonicorum *B.* d) *deest A.* e) consiliares *A.* f) Tarcrassieñ *A.* g) civitatum *A; et add. A.* 45

1) *Supra nr. 177.* 2) *Cf. de hoc codice notissimo 'Archiv' VIII, 329 et Boutaric l. c. pag. 168 sqq., itemque 'Neues Archiv' XXIX, 632.* 3) *Cf. Niemeier loco supra citato pag. 112.* 4) *Is. 58, 6.*

dioeeses et provincias et[i] per totam Burgundiam, Lothoringiam, comitatum Barrensem, terram Dalphini[k] et comitatum Provincie et Forealquerii[l] et principatum Aurasice[m] ac[n] per totum regnum Arelatense constitutos, imperio et regno Romano[o] de iure subiectos, qui iuramentum[p] fidelitatis seu vassallagii vel alia prestiterunt vel promissiones et
5 obligationes quascumque[q] cum penarum vel sine penarum[r] adiectione fecerunt de facto in preiudicium predictorum imperii et regni et carissimi in Christo filii nostri Alberti regis Romanorum illustris, cuicumque seu quibuscumque personis cuiuscumque preeminentie[s], dignitatis[t], ordinis, conditionis et status ecclesiastici vel mundani existant[i], eciamsi imperiali vel[u] regali seu quavis alia prefulgeant dignitate, quibus ad ea pre-
10 standa et facienda de iure minime tenebantur et per que posset[v] impedimentum afferri vel obstaculum interponi, quominus idem rex Romanorum libere posset exequi prefati Romani[w] regni regimen[x] sive Romani imperii, postquam eius receperit dyadema, et facere, adimplere et[y] servare, que nuper nobis et diete sedi promisit, ab omni vinculo iuramentorum, promissionum et penarum huiusmodi exnunc absolvimus et totaliter
15 liberamus ac ipsos omnes et singulos ad ea servanda decernimus non teneri nec pro eo, quod ipsa, que omnino dissolvimus et nullius volumus esse[z] roboris vel momenti[a], de cetero non servaverint, de reatu periurii vel aliqua pena se privatione bonorum posse in iudicio vel extra iudicium impeti seu aliquatenus molestari. Quin immo eos ab observatione illorum precipimus penitus abstinere, iuramenta totaliter prestita
20 relaxantes de apostolice plenitudine potestatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolutionis, liberationis, constitutionis, dissolutionis, precepti et relaxationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc[b] attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum[b] etc.
25 Dat. Anagnie, II. Kal. Iunii, pontificatus nostri anno nono.

180. *LITTERAE PONTIFICIS EXECUTORIBUS MISSAE. Iun. 3.*

Ex Registri tom. IV (tom. 50) fol. 381 ep. cur. 28 edidit Kopp loco supra citato pag. 327 nr. 40. Cuius editionem hic repetimus. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Päbste 309. Potthast 25258. (P. deest.)

30 Dilectis filiis .. in Wettingen et .. Vallis Uterine abbatibus Cisterciensis ordinis Constantiensis et Spirensis diocesium ac .. suppriori fratrum Predicatorum Argentinen(sium).

Apostolice sedis circumspecta benignitas ad instar Altissimi, qui semper est gratiose misereri paratus, se cunctis propitiam exhibens, non severam, gremium misericordie sue peccatoribus aperit, dum ab ipsa veniam reverenter implorant, ac eos absolvit libentius,
35 quam condemnet. Profecto gratum votis nostris advenit, quod carissimus in Christo filius noster Albertus rex Romanorum illustris pro se, familiaribus, sequacibus, [complicibus][a], fautoribus et coadiutoribus suis super omnibus et singulis seditionibus, guerris, exercitibus, cavalcatis, incendiis, rapinis, dampnis, iniuriis, excessibus et offensis factis, illatis et perpetratis per eum, familiares ac sequaces, complices, fautores et coadiutores predictos
40 contra prelatos, ecclesias et personas ecclesiasticas regulares et seculares in Alemanie partibus constitutos dudum tempore, quo idem Albertus impugnavit ac persecutus est clare memorie Adulfum regem Romanorum tunc viventem, ad nostra et ecclesie Romane mandata per speciales eius nuntios humiliter redire curavit, mansuetudinem et miseri-

179. i) *deest B.* k) Dalfini *B.* l) Folkalquerii *B.* m) Auraisice *A.* n) et *A.* o) Roma-
45 norum *A.* p) iuramenta *B.* q) prom. quasc. et obl. *A.* r) vel sine pen. *deest A.* s) preminentie *B.* t) et *add. A.* u) *super* aut *deleto B.* v) exequi *sequitur B.* w) Romanorum *B.* x) regnum *A.* y) atque *B.* z) esse vol. *B.* a) mandati *male A.* b) hoc—incursurum *deest A.*

180. a) *deest B.*

cordiam pro se ac illis super hiis a nobis reverenter implorans. Cum igitur omnia huiusmodi dampna, iniurie ac offensa sint, ut asseritur, pro bono pacis communi concordia ac spontanea voluntate remissa, nos, qui perniciem nolumus animarum, volentes eis misericordie ianuam aperire, ipsius regis supplicationibus inclinati discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios auctoritate nostra regi, familiaribus, [complicibus][a], sequacibus, fautoribus et coadiutoribus supradictis et cuilibet eorum, cum ab eis super hoc fueritis humiliter requisiti, recepto prius ab ipsis et quolibet eorum de stando nostris et ecclesie Romane mandatis super omnibus et singulis dampnis, excessibus et iniuriis supradictis solempniter et publice iuramento et quod de cetero in eiusdem ecclesie devotione persistant, super omnibus et singulis excommunicationum sententiis hominis vel canonis, quas incurrerunt inferendo, perpetrando et committendo dampna, excessus et iniurias prelibata seu impendendo in eis alias auxilium, consilium vel favorem, absolutionis beneficium, dummodo de predictis dampnis, iniuriis et offensis sit, ut predicitur, facta remissio, alioquin ea passis satisfacto competenter, iuxta formam ecclesie impendatis. Iniuncta eis nichilominus pro premissis, prout animarum suarum saluti expedire videritis, pro modo culpe penitentia salutari.

Dat. Anagnie, III. Nonas Iunii, anno nono.

181. 182. *PROMISSIONES REGIS PONTIFICI FACTAE. Iul. 17.*

De ratione, quae intercedit inter haec documenta et litteras regis hodie deperditas, quarum mentio fit in bulla pontificis supra pag. 146 lin. 19, v. Niemeier l. c. pag. 106 sq. De numero singulari in documentis nostris adhibito cf. supra ad nr. 107.

181. *PROMISSIO PRIOR.*

Documenti gravissimi autographon exstat in tabulario Vaticano signatum 'Arm. I c. IX nr. 1', quod contulit Paulus Kehr[1]. *Pendet sigillum filis sericis rubei flavique coloris*[2]. *Edidit iam a. 1862. Kopp l. c. pag. 328 nr. 42. Ex transsumto a. 1339. ab Iohanne de Amelio facto*[3], *item tabularii Vaticani 'Arm. I c. IX nr. 2', vulgatum est apud Theiner 'Codex diplomaticus' I, 390 nr. 570.*

Quae in capite 3 concordant cum Formae supra nr. 107 capite 1, ea typis minoribus excussa sunt. — Böhmer, Reg. Albr. 440. (P. 483.)

Sanctissimo in Christo patri et domino suo domino Bonifacio divina providencia sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summo pontifici Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus devota pedum oscula beatorum.

1. Profiteor, sanctissime pater et domine, me bonorum omnium largitori ac vobis et ecclesie sancte sue fore pro innumeris misericordiis et inmensis beneficiis obligatum. Profiteor, quod desiderii mei recepi desideratum effectum, et diffiteri non audeo, quod in eo plus quam desiderare sciverim adinveni, mirans sic in preteritis esse provisum,

180. a) *deest R.*

1) *V. 'Neues Archiv' XIV, 359 nr. 54.* 2) *In Catalogi a. 1366. supra ad nr. 114 citati fol. 32' autographi mentio fit his verbis (cf. Muratori l. c. VI, col. 94):* Item alia patens littera, eciam magno sigillo sigillata, continens recognitionem Alberti regis Romanorum confitentis videlicet, quod reges Romanorum in imperatores postmodum promovendi accipiunt gladii potestatem ab ecclesia Romana. Iuramentum fidelitatis ipsius. Confirmat eciam omnia, que donata fuerunt ecclesie Romane a patre suo et aliis predecessoribus suis et maxime que data fuerunt per Ludovicum et Ottonem tempore bone memorie Paschalis et Iohannis, prout in capitulis Decretorum continetur. Datum anno Domini MCCC[III], XVI. (XII. *cod.*) Kal. Augusti, regni sui anno V. *Transsumtum ibidem, sed aliis verbis registratur.* 3) *V. 'Neues Archiv' XIV, 375 nr. 23.*

quod de hiis, que circa talia in futuro peti poterunt, spes miseracionis habetur. Assurgens itaque Deo et sanctitati vestre ac eidem ecclesie matri mee ad gratiarum devotissimas et humilimas acciones totum me devoveo totumque me offero et expono ad gratificacionis debitum per omnia, in quantum humane imbecillitatis condicio patitur, 5 exolvendum.

2. Ad hec licet pridie, antequam circa negocium electionis de me ad Romanorum regnum et imperium celebrate ac alia, que in hac parte incumbebant, esset per sanctitatis vestre beneficenciam mei status essencia solidata, fecerim infrascripta et super eis meas patentes litteras[1] beatitudini vestre duxerim destinandas, ac in solidacione huius- 10 modi procuratores mei ad hoc specialiter constituti ea in vestra presencia innovaverint[2], ecce nunc tamen, ut gratus reddar et ipsa in maiori firmitate procedant, illa duxi presentibus innovanda.

3. Recognoscens igitur, quod Romanum imperium per sedem apostolicam de Grecis translatum est in persona magnifici Caroli in Germanos, et quod ius eligendi Romanorum regem in 15 imperatorem postmodum promovendum certis principibus ecclesiasticis et secularibus est ab eadem sede concessum*, a qua reges et imperatores, qui fuerunt et erunt pro tempore, recipiunt temporalis gladii potestatem ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum, pia devocione et sincero corde profiteor, quod Romanorum reges in imperatores postmodum promovendi per sedem eandem ad hoc potissime ac specialiter assumuntur, ut sint sancte Romane ecclesie advocati, 20 catholice fidei ac eiusdem ecclesie precipui defensores. Quapropter et ego et alii Romanorum reges et imperatores, qui erunt pro tempore, totis viribus ab illis abstinere debemus, que ipsi ecclesie possunt esse nociva et per que inter vos dominum meum*, qui nunc apostolice sedi feliciter preestis, et successores vestros, qui canonice intrabunt, et me, ac Romanorum reges et imperatores, qui erunt inantea, possent scandala suscitari et materia dissensionis oriri, et 25 debemus illa devotis et ferventibus affectibus promovere, ex quibus christianitati* tranquillitas, pax et quies proveniant, dissidia* et mala* tollantur, per que paterna sinceritas et vera dilectio, quas vos et Romanam Ecclesiam supradictam ad me habituros fiducia firma confido[c], minui vel offuscari valerent.

nr. 107 c. 1.

4. Iuro eciam, tactis sacrosanctis ewangeliis, quod ero fidelis et obediens beato 30 Petro et vobis vestrisque successoribus canonice intrantibus sancteque apostolice Romane ecclesie. Non ero in consilio, consensu vel facto, ut vitam perdatis aut membrum aut capiamini mala captione. Consilium, quod vos vel ipsi michi credituri estis per vos aut per nuncios vestros sive per litteras, ad vestrum vel eorum dampnum nemini pandam me sciente. Et si scivero fieri vel procurari sive tractari aliquid, quod sit in 35 vestrum vel ipsorum dampnum, illud pro posse impediam, et si impedire non possem, illud vobis et eis significare curabo. Papatum Romanum et regalia sancti Petri adiutor ero ad retinendum, defendendum et recuperandum ac recuperata manutenendum contra omnem hominem, divino fultus auxilio, secundum meum scire et posse[3].

5. Et recognosco et fateor omnia et singula, que a dive memorie Rudolfo patre 40 meo Romanorum rege et eciam a quibuscumque predecessoribus eius Romanorum regibus vel imperatoribus sive super fidelitatis iuramento sive super quibuscumque aliis recognita, confessata, promissa, facta, iurata, confirmata, innovata, remissa seu de novo donata fuerunt simul vel diversis temporibus, et ipsa ratifico, innovo et confirmo et ea iuro et promitto me inviolabiliter servaturum, et exnunc similia in presentibus litteris 45 meis patentibus meo magno signatis sigillo remitto, facio et de novo concedo.

6. Omnia eciam et singula privilegia, libertaciones, donaciones, concessiones, recogniciones, confessiones, tradiciones, remissiones et gracias ab eisdem clare memorie patre

181. c) o *secunda corr. ex* i *or.*

1) *Cf. supra pag. 146 not. 1.* 2) *Cf. supra nr. 173 III, 2.* 3) *Cf. Niemeier l. c. pag. 147 sq.*

meo seu eciam a regibus vel imperatoribus predecessoribus eius aut ipsorum aliquo vel aliquibus confessata, innovata, recognita seu confirmata, facta sunt seu concessa aut remissa vel donata, de novo de quibuscumque iuribus seu rebus, bonis aut libertatibus vel aliis quibuscumque ratifico, approbo, confirmo et facio et de novo concedo, prout magis ipsi sedi poterunt expedire.

7. Statuo insuper, facio et concedo quecumque per clare memorie Lodovicum imperatorem augustum tempore bone memorie Paschalis pape et a clare memorie Ottone rege tempore felicis recordacionis Iohannis pape statuta vel iurata, recognita, facta seu concessa fuerunt, sicut in capitulis positis in sexagesima tercia distinccione continentur in corpore Decretorum, quorum unum incipit 'Ego Lodovicus imperator' et aliud incipit 'Tibi domino Iohanni pape', et omnia et singula contenta in uno quoque ipsorum capitulorum ipsaque promitto me inviolabiliter servaturum.

8. Devocionem quoque et reverenciam filialem vobis domino meo summo pontifici et sancte Romane ecclesie reverenter exhibeo et devote. Et ut devocionem et zelum, quos ad vos gero et exaltacionem ipsius Romane ecclesie efficaciter per operis exhibicionem[d] ostendam, paratum me offero, vos et apostolice sedis primatum ac iura et libertates vestras ac dicte sedis contra omnem hominem defendere et tueri et esse contra quoscumque hostes et rebelles, adversarios seu inimicos sedis eiusdem, cuiuscumque fuerint preeminencie, ordinis, dignitatis aut status, eciamsi regali aut imperiali prefulgeant dignitate, nec cum talibus vel aliquo eorum vel aliquibus amicicie, coniuracionis, confederacionis aut societatis vel ligaminis fedus iniam[e] nec servabo, si quod forsan inivi[1] cum aliquo vel aliquibus, qui nunc sunt vel quod absit erunt in hostilitate, rebellione, adversitate seu inimicicia vestra et Romane ecclesie memorate, quin pocius ad mandatum vestrum successorumque vestrorum vel ecclesie supradicte talibus guerram movebo et pro posse inpugnabo eosdem.

9. Prelatos, ecclesias, monasteria, capitula, conventus, personas ecclesiasticas regulares et seculares scienter iniuste aut iniuriose non offendam, sed ipsa in suis iuribus, bonis, libertatibus et inmunitatibus, prout et quantum in me fuerit, conservabo[2]. Contra libertates et bona ac iura sepe dicte Romane ecclesie non veniam, sed ea defendam et ad defendendum iuvabo, et de nullo, quod ad ipsam sedem pertinet vel pertinebit, me contra eius beneplacitum intromittam.

10. Et si divino fultus auxilio velim intrare Italiam[3], meum adventum seu introitum vobis domino meo summo pontifici ac eidem sedi ante significabo et a vobis et ab ea requiram humiliter et fideliter, ut michi super meo introitu et adventu vos et sedes ipsa dignemini paterni favoris auxilium impertiri.

11. Item iura Romani regni et imperii defendere et recuperare[4] studebo secundum scire meum et posse, prout divino fultus adiutorio fuero. Insuper omnia et singula supradicta et infrascripta iuro me bona fide inviolabiliter servaturum et contra non venturum scienter.

12. Ad hec promitto et iuro tactis sacrosanctis ewangeliis, quod ad quemcumque gradum et statum cuiuscumque eminencie seu dignitatis aut solium quantumcumque sublime, quocumque nomine censeatur, ascendero seu promotus vel assumptus fuero, supradicta omnia et singula confirmabo, innovabo et eciam de novo faciam et concedam, verbis competenter mutatis, ac vobis domino meo pape B(onifacio) vestrisque successoribus canonice intrantibus et apostolice sedi super hiis patentes litteras meo magno sigillo signatas et eciam bulla aurea, cum illa me uti contigerit, faciam assignari.

181. d) exhibiconem *or.* e) *sic or.*

1) *Cf. supra nr. 176.* 2) *Nr. 177.* 3) *Cf. Niemeier l. c. pag. 108 et 141.* 4) *Cf. supra nr. 173 I, 8 et III, 1.*

In quorum omnium testimonium evidens atque robur sigillum meum regium presentibus est appensum.

Dat. apud Nuremberg, anno Domini millesimo trecentesimo tercio, indictione prima, XVI. Kalen. Augusti, regni vero mei anno quinto.

182. *PROMISSIO ALTERA.*

Cum autographon deperditum sit, proponimus ex transsumto a. 1339. ab Iohanne de Amelio facto eiusdem tabularii 'Arm. XIII c. II nr. 2', quod contulit Paulus Kehr[1]. *Ediderunt Kopp l. c. pag. 331 nr. 43 et Theiner l. c. I, 389 nr. 569.*

Autographi mentio fit in Catalogo a. 1366. supra citato fol. 32' (v. Muratori l. c. VI, col. 94) his verbis: Item alia littera patens quodam sigillo valde magno sigillata continens promissionem Alberti regis Romanorum, videlicet quod non mittet vicarium in Tuscia usque ad quinquennium et post quinquennium nisi fidelem ecclesie Romane. Et quod non procurabit aliquem de filiis suis, quos suscepit seu suscipiet de uxore sua sorore Coraldini, eligi [et] assumi ad regnum Theotonie seu imperium Romanorum. Et ita iuravit. Datum anno Domini MCCCIII, XVI. Kal. Augusti, regni sui anno V.

Transsumtum ibidem, sed aliis verbis registratur; cf. Muratori l. c.

Capita 1. 2. 6 concordant supra cum nr. 181 cap. 1. 2. 12. Quae in capite 3 sumpta sunt ex Formae supra nr. 107 capite 2, ea typis minoribus excudenda curavimus. — Böhmer, Reg. Albr. 441. *(P. deest.)*

Sanctissimo in Christo patri et domino suo domino Bonifacio sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summo pontifici Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus devota pedum oscula beatorum.

1. Profiteor, sanctissime pater et domine, me bonorum omnium largitori ac vobis et ecclesie sancte sue fore pro innumeris misericordiis et immensis beneficiis obligatum. Profiteor, quod desiderii[a] mei recepi desideratum effectum, et diffiteri non audeo, quod in eo plus, quam desiderare sciverim, adinveni, mirans sic in preteritis esse provisum, quod de hiis, que[b] circa talia peti in futuro[b] poterunt, spes miserationis habetur. Assurgens itaque Deo et sanctitati vestre et eidem ecclesie matri mee ad gratiarum devotissimas et humilimas actiones totum me devoveo, totumque[c] me offero et expono ad gratificationis debitum per omnia, in quantum humane imbecilitatis[d] conditio patitur, exolvendum.

2. Ad hec licet pridie, antequam circa negotium electionis de me ad Romanorum regnum et imperium celebrate ac alia, que in hac parte incumbebant, esset per sanctitatis vestre beneficentiam mei status essentia solidata, fecerim infrascripta et super eis meas patentes litteras[2] beatitudini vestre duxerim destinandas ac in solidatione huiusmodi procuratores mei ad hoc specialiter constituti ea in vestra presentia innovaverint, ecce nunc tamen, ut gratus reddar et ipsa in maiori firmitate procedant, illa duxi presentibus innovanda.

3. Rememorans igitur, quod nonnulli Romanorum imperatores et reges, qui fuerunt hactenus, multiplicum bonorum, beneficiorum et gratiarum a sede apostolica obtemptorum immemores et ingrati, promissionibus et iuramentis ipsi sedi prestitis violatis, ipsam sedem multipliciter impugnarunt[e], provinciis, civitatibus, castris, terris et locis ac vassallis sedis eiusdem dampnis gravibus et iniuriis irrogatis et occupatis nonnullis ex eis etiam et detentis in ipsius ecclesie ac subiectorum eius grave preiudicium et gravamen, providi nonnulla facere, per que de me et meis suspitio valeat amputari, et sedes ipsa reddatur securior, (nr. 107 c. 2.)

182. a) dessid. *semper tr.* b) que — futuro *in loco raso tr.* c) tutumque *tr.* d) imbechilitatis *tr.* e) arunt *in loco raso tr.*

1) *V. 'Neues Archiv' XIV, 375 nr. 24.* 2) *Cf. supra pag. 146 not. 1.*

quod a me vel meis nullatenus offendetur in se vel in provinciis, civitatibus, terris, castris vel locis, personis aut vassallis sibi subiectis, promitto itaque, quod vicarium nec in Lombardia nec in Tuscia ponam absque beneplacito et consensu sanctitatis vestre vel dicte sedis usque ad quinquennium a data presentium numerandum, sed nec ultra dictum quinquennium ponam ibidem aliquem vicarium indevotum vel suspectum vobis vel ipsi sedi, et si posuero, admovebo. Et si etiam vicarius devotus et non suspectus ante dictum quinquennium vel post ibi positus efficeretur indevotus vel suspectus vobis vel sedi predicte, illum quotiens hoc contigerit similiter amovere curabo.

4. In propria etiam persona vel per decentem armatorum equitum et peditum comitivam ad requisitionem vestram vel sedis eiusdem exnunc potenter et liberaliter me offero et exponam cum effectu bona fide secundum meum posse, quibuslibet dolo et fraude penitus circumscriptis, contra hostes Romane ecclesie seu rebelles. Verumtamen cum ad hoc a vobis vel prefata sede vocatus personaliter venero, recipiam procurationes sive fodrum[f] ab illis, a quibus et sicut Romanorum reges seu imperatores debuerunt et consueverunt recipere.

5. Ad maiorem autem securitatem vestram et eiusdem sedis et ad tollendam suspitionem, si qua orta est occasione quondam Conradini fratris uterini presentis uxoris mee, promitto, quod nec per me nec per alium vel alios tacite vel expresse procurabo vel me intromittam, quod aliquis ex filiis meis ex eadem uxore in Romanorum regem vel imperatorem eligatur vel promoveatur quomodolibet, nisi prius per eandem sedem detur licentia, ut hoc procurare possim et me intromittere valeam, quod aliquis dictorum filiorum meorum ad Romanum regnum vel imperium assumatur. Et predicta omnia et singula iuro me bona fide inviolabiliter servaturum et contra ea non venturum scienter.

6. Ad hec promitto et iuro tactis sacrosanctis euangeliis[g], quod ad quemcunque gradum et statum cuiuscunque eminentie seu dignita[ti]s aut solium quantumcunque sublime, quocunque nomine censeatur, ascendero seu promotus vel assumptus fuero, supradicta omnia et singula confirmabo, innovabo et etiam de novo faciam et concedam, verbis competenter mutatis, ac vobis vestrisque successoribus canonice intrantibus et apostolice sedi super hiis patentes litteras meo magno sigillo signatas et etiam bulla aurea, cum illa me uti contigerit, faciam assignari.

In quorum omnium testimonium evidens atque robur sigillum meum regium presentibus est appensum.

Dat. in Nuremberg, anno Domini millesimo trecentesimo tertio, ind. prima, XVI. Kal. Augusti, regni vero mei anno quinto.

---

183. 184. SCRIPTA PRO SCULTETO OPPENHEIMENSI.

1303. Aug. 15.

183. *CONFIRMATIO TRANSLATIONIS FEUDI CASTRENSIS.*

Descripsimus autographon, quod Monaci asservatur in tabulario generali regni Bawarici 'Kaiserselect Nachtrag' nr. 151¼ signatum. Sigillum laesum pendet loro membranaceo. Cf. Schaus loco ad nr. 184 citato. — Böhmer, Reg. Albr. 449.

(P. deest.)

182. f) rum *in rasura tr.* g) euagneliis *tr.*

Nos Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus presentibus profitemur, quod strennuus vir Petrus de Lurtzewilre scultetus noster in Oppenheim feodum suum castrense, quod a nobis et imperio tenet ibidem, in strennuum virum Dilmannum de Sowelnheim, postquam ipsum Petrum ab hac luce decedere contigerit, de nostro bene-5 placito transtulit et consensu. In cuius nostri consensus testimonium presentes litteras nostre maiestatis sigillo fecimus communiri.

Dat. Spire, XVIII. Kalen. Septembr., anno Domini millesimo trecentesimo tercio, regni vero nostri anno sexto.

184. *COLLATIO BONORUM IMPERII.*

10 *Autographon deperiisse videtur. Itaque editionem, quam a. 1819. Bodmann 'Rheingauische Alterthümer' I, 96 ex autographo, ut videtur, paravit, in minutiis correctam proponere liceat. Cf. ea quae e codice saec. XVII. iam notavit E. Schaus 'Mittheilungen des Instituts' XXVI, 545. — Böhmer, Reg. Albr. 446. (P. deest.)*

Nos Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus presentibus profitemur, 15 quod strennuo viro Petro de Lurczewilre sculteto nostro in Oppinheim dilecto nostro fideli contulimus et per presentes conferimus tredecim iugera agrorum campestrium sita in terminis ville Lurczewilre, ubi sedes regalis ab antiquo dinoscitur esse constructa prope locum, qui in vulgari dicitur Kunigesboum. Que quidem iugera sibi assignavimus tenenda et possidenda, quousque sibi de XX marcis denariorum Coloniensium, in 20 quibus nos eidem tenemur, plenarie fuerit satisfactum, fructibus equidem in sortem predicte pecunie minime conputandis. In cuius nostre traditionis robur et testimonium presentes litteras nostre maiestatis sigillo fecimus communiri.

Dat. Spire, XVIII. Kalen. Septembr., anno Domini millesimo CCC tercio, regni vero nostri anno sexto.

25

185. TRANSLATIO IUDICII.

1303. Sept. 3.

Autographon, quod Magdeburgi in tabulario regio exstat, denuo contulit vir d. Reibstein. Pendet sigillum filis sericis rubei coloris. Edidit Böhmer 'Acta imperii selecta' pag. 409 nr. 566. — Böhmer, Reg. Albr. 452. (P. deest.)

30 Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Libenter ad pietatis opera allicimur, maxime ubi postulancium affectio beneficio rectitudinis adiuvatur. Hinc est quod ex parte honorabilium et religiosorum personarum . . prepositi, . . abbatisse et conventus monasterii sanctimonialium in Yehtrishusen 35 nostre celsitudini fuit humiliter supplicatum, quod cum nobiles viri Guntherus et Guntherus fratres comites de Kevernberg, fideles nostri dilecti, iudicium sanguinis, quod vulgariter halsgerichte dicitur, in villis et campis Egenstede et Rudelin a nobis et imperio descendens in feodum, in prefatos prepositum, abbatissam et conventum et per eos in monasterium predictum in augmentum divini cultus transtulerint perpetuo possi-

dendum, nos consensum nostrum translacioni huiusmodi adhibere necessarium dignaremur. Volentes itaque ipsorum prepositi, abbatisse et conventus iustis peticionibus non deesse, ipsis ex pietate regali in premissis annuimus et concedimus postulata. In cuius rei testimonium presentes litteras conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Dat. in Nuremberg, III. Non. Septembr., indictione prima, anno Domini mil- 5 lesimo trecentesimo tercio, regni vero nostri anno sexto.

---

186. COMMISSIO BONORUM IMPERII.

1303. Sept. 5.

Descripsimus autographon tabularii generalis regni Bawarici 'Kaiserselect Nachtrag' nr. 151 1/6. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. Edidit etiam Weller 'Hohenlohisches 10 *Urkundenbuch' I, 476 nr. 658. Cf. ibidem nr. 646 et 680. — Böhmer, Reg. Albr. 453. (P. deest.)*

Nos Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium noticiam volumus pervenire, quod de nobilis viri Alberti de Hohenloch dilecti nostri fidelis circumspeccione plurimum presumentes sibi universa 15 bona nostra et imperii sita sub Montibus, videlicet Sawensheim, Hernsheim, Uffenheim, Weigenheim, Ahusen et Ahusen, Heittingesvelt, curiam Lutzelvelt et Lindelbach cum omnibus suis iuribus et pertinenciis ad quinque annos inmediate sequentes duximus committenda, tali condicione adiecta, quod primis tribus annis nobili viro Lud(ewico) comiti de Ötingen tria milia librarum Hallensium assignabit, quarto vero anno mille 20 libras Hallensium et quinto anno sexcentas libras Hallensium, quibus centum libre de expensis nostris factis Herbipolim[a] sunt incluse, idem Albertus pro se colliget de bonis predictis et de quadringentis libris Hallensium quinti anni residuis ad iussum nostrum faciet et disponet, et sic quinque annis expletis bona universa predicta cum suis redditibus et pertinenciis ad nos et imperium[b] exoccupata libere revolventur. Tamen per- 25 mittimus, ut dictus Albertus de Hohenloch in sexto anno dicta bona et redditus gubernabit et faciet de redditibus illius sexti anni ad nostrum beneplacitum et mandatum. In predictis autem omnibus annis homines ad dicta bona pertinentes pertractabit benigne. Quod si secus fieret, illud strennuus vir Heinricus magister coquine de Nortemberg ad nostram noticiam deferet emendandum. Adicimus etiam, ut si infra tempus com- 30 missionis predicte grando aut sterilitas fructuum fieret memorato Alberto, iuxta ordinacionem et arbitrium dicti Heinrici de Nortemberg graciam faciemus et id, quod dandum sibi de gracia nostra fuerit, recipiet de quadringentis libris Hallensium supradictis. Harum testimonio litterarum nostri sigilli robore munitarum.

Dat. in Nuremberg, III. Non. Septembr., indictione prima, anno Domini millesimo 35 trecentesimo tercio, regni vero nostri anno sexto.

---

186. a) Herbipolī *or.* b) *sequitur parva rasura or.*

187. SENTENTIA DE IUDICIO COMITATUS HIRSCHBERG.

1304. Mart. 18.

Denuo descripsimus autographon, quod asservatur in tabulario generali regni Bawarici 'Hirschberg Landgericht' fasc. 2. Sigillum iudicii curiae dorso impressum erat; cuius fragmenta adhuc videntur. Edidit etiam Vancsa loco supra ad nr. 168—172 citato pag. 137. — Böhmer, Reg. Albr. 461. *(P. deest.)*

Wir Albreht von Gottes genaden Rômisch kunig allewege ein merer des riches kunden unde verjehen an disem gegenwortigen brieve allen den die in sehent oder hôrent lesen, daz der edel herre grave Gebehart von Hirzberk kom ze hove fur uns unde fur unser gerihte ze Nûrenberk unde behebte da mit gesammenter[a] urteil:

(1) Swer in der graveschaft ze Hirzberk bůwelich unde hebelich gesezzen ist oder steteclich wonhaft ist oder in der graveschaft ze Graifsbach, daz der vor keinem lantgerihte niht antwurten sol. Hat aber kein lantrihter von ieman gerihtet, der in den vorgenanten gravescheften wonhaft ist, alse da vor gesriben stat, daz sol kein craft han. (2) Wer aber daz in den vorgenanten gravescheften kein lantrihter rihte, hat denne ieman ze clagende von den, die in den vorgenanten gravescheften wonhaft sint, der mag wol mit rehte clagen von anderen lantgerihten. (3) Wurde ŏch ieman gerihte verseit in den gravescheften ze Graifsbach unde ze Hirzberg, swem da geriht verseit wirt, der mag wol mit rehte clagen vor andern lantgerihten, da er geriht vindet.

Unde zů einem wissenthaften urkunde der vorgesriben dinge geben wir disen brief besigelt mit unsers gerihtes insigel.

Der brief wart geben ze Nûrenberk, an der mitwochen vor dem Balmetage, do man zalte von Gottes geburte driuzehenhundert jar unde in dem vierden jare, in dem sehsten jare unsers riches.

---

188. FOEDUS CUM EPISCOPO WIRZBURGENSI.

1304. Mai. 1.

Autographon hucusque ineditum tabularii generalis regni Bawarici 'Kaiserselect Nachtrag' nr. 152¼ descripsimus. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. In verso scriptum est: obligatoria Alb. reg Rom̄ ad epm̄ Herb. And. *Cf. compositionem regis eodem die factam Mon. Boica XXXVIII (N. Coll. XI) pag. 322 nr. 190, itemque ea quae notavimus 'Neues Archiv' XXIII, 44 not. 1.* *(P. deest.)*

Nos Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus publice profitemur, nos ad hoc tenore presencium obligando, quod super dampnis, incommodis seu dispendiis, si qua per venerabilem Andream episcopum Herbipolensem principem nostrum dilectum

187. a) gesam̄enter *or.*

et suos adiutores . . regi Bohemiae aut suis adiutoribus et complicibus quibuscunque durante guerra, que inter nos et eundem regem vertitur ad presens, facta fuerint aut illata, nullam cum eodem rege aut suis adiutoribus composicionem seu concordiam ordinabimus aut inibimus, ipso episcopo et suis adiutoribus ac servitoribus pretermissis pariter et exclusis. Presencium testimonio litterarum nostri sigilli robore signatarum. 5

Dat. apud Nuremberg, Kalen. Maii, anno Domini MCCC quarto, regni vero nostri anno sexto.

189. CONFIRMATIO CESSIONIS TERRAE NORDALBINGICAE.

1304. Mai. 23. 10

Confirmationis transsumtum[1] *a. 1304. Sept. 11. factum ex archivo regio Havniensi iam olim descripsit b. m. Waitz. Quo omnes redeunt editiones. Cf. supra tom. II pag. 64 ad nr. 53. — Böhmer, Reg. Albr. 473.* *(P. deest.)*

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus ceterisque presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum. 15

Ex parte magnifici et potentis principis domini Erici Danorum Sclavorumque regis nostri amici carissimi a nostra fuit requisitum celsitudine et petitum, ut privilegium inclite recordacionis Friderici regis Romanorum nostri predecessoris confirmare de benignitate regia dignaremur. Est autem privilegii tenor talis:

'In nomine sancte — aule cancellarii'. *supra tom. II, 64 nr. 53.* 20

Nos igitur memorati regis Danorum veluti eius, cum quo legem amicicie vere observare incommutabiliter disponimus, peticionibus favorabiliter annuentes omnia in ipsius Friderici contenta privilegio, Lybekke civitate nostra cum universis suis appe[n]diciis, iuribus et pertinenciis retentis et salvis semper nobis et imperio, confirmamus, volentes ea, prout in originali apparent, inviolabiliter observari. In cuius nostre 25 confirmacionis testimonium has litteras exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Signum (M) domini Alberti Romanorum regis invictissimi.

Datum in Constancia, anno Dominice incarnacionis millesimo trecentesimo quarto, X. Kal. Iunii, indictione secunda, regni vero nostri anno sexto. 30

1) *Verba transsumti hic ponere liceat:*

Omnibus presens scriptum cernentibus Gerardus Dei gratia comes Holtsacie et Scowenburgh, Henricus Revaliensis et Olavus Roskildensis eadem gratia episcopi salutem [in Domino] sempiternam.

Notum facimus universis, nos litteras magnifici principis domini Alberti Romanorum regis semper augusti non rasas, non abolitas, non cancellatas nec in aliqua sui parte suspectas sub vero sigillo 35 suo vidisse et audisse, tenorem qui sequitur de verbo ad verbum continentes:

'Albertus Dei gratia — anno sexto'.

In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda.

Datum Nestwedis, anno Domini MCCC quarto, feria sexta infra octavam nativitatis Marie virginis gloriose. 40

190. MANDATUM DE INQUISITIONE GRAVAMINUM MONASTERII ROMARICENSIS.

1304. Iun. 9.

5 *Codicem Parisinum lat. 12866 saec. XIV, quem iam supra tom. III, 421 ad nr. 434 adhibuimus, fol. 16 descripsit Waitz (= Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 202 nr. 296). Cf. infra nr. 216. 217. — Böhmer, Reg. Albr. 477.* *(P. deest.)*

Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus strenuo viro Theobaldo de Hastinburg fideli suo dilecto graciam suam et omne bonum.

10 Querelam gravem religiosarum personarum administratricis et conventus monasterii Romaricimontis, devotarum nostrarum dilectarum, recepimus continentem, quod illustris Theobaldus dux Lothoringie princeps noster, qui nostro et imperii nomine tenet et possidet gardiam et advocatiam monasterii predicti, ut nobis constat, sibi a divis Romanis imperatoribus et regibus illustribus nostris predecessoribus commissam, occasione cuius 15 idem monasterium et personas ibidem Domino famulantes cum aliis hominibus et bonis suis ad ipsum pertinentibus de iure deberet et teneretur contra iniuriatores et offensores suos quoscunque libere deffensare, non solum advocatiam eandem per alienationem et translationem castrorum terrarum hominum ac bonorum ad ipsum pertinentium preter nostrum et dictarum administratricis et conventus consensum[a] in personas 20 minores se et in illicitos possessores transfert, dissipat et dispergit, verum eciam per se et suos subditos eisdem iniuriosa gravamina gravesque iniurias non desinit irrogare. Quapropter nos ex officii nostri debito et commisso nobis regimine volentes ipsis administratrici et conventui super huiusmodi gravaminibus et iniuriis, quibus a dicto duce suisque subditis in se et suis hominibus atque bonis affliguntur indebite, salubri remedio 25 sollicitudine regia subvenire, fidelitati tue committimus firmiter et mandamus, quatinus accedendo locum Romaricensem super premissis veritatem investiges diligentius et inquiras. Qua inquisita solercius et comperta eidem duci omnia pretacta gravamina et offensiones nobis expositas declarare et exponere nullatenus pretermittas ipsumque nostro et imperii nomine efficaciter moneas et inducas, ut iuxta quod per evidenciam facti famam 30 publicam seu per litteras edoctus fuerit, de omnibus gravaminibus et offensionibus illatis monasterio prenotato emendam exhibeat competentem et de inferendis inantea cohibeat se et suos, sic ne occasione ipsius vel suorum idem monasterium in suis hominibus et bonis in aliquo pregravetur, et nichilominus prefatam advocaciam reformare et ad statum debitum reducere non omittat. Alioquin tibi iniungimus studiose volentes 35 pariter et mandantes, ut ipsum Theobaldum ducem Lothoringie auctoritate nostra regia ad nostre maiestatis cites presenciam prefatarum administratricis et conventus Romaricimontis querimonie responsurum.

Datum in Slescztat[b], quinto Idus Iunii, anno Domini millesimo trecentesimo quarto, regni vero nostri anno sexto.

---

40 **190.** a) concensum *c.* b) Slescztar *c.*

191. MANDATUM DE INQUISITIONE NEMORIS IMPERII.

1304. Iun. 13.

Chartularium Hagenowiensem saec. XV. tabularii civitatis eiusdem fol. 17 iam olim descripsit Karolus Pertz. Denuo contulit vir d. H. Witte. — Böhmer, Reg. Albr. 478. 5
(P. deest.)

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Bona imperii non diminuere set augere ubilibet disponentes, statuimus, precipimus et mandamus, ut nullus hominum nemus nostrum et imperii dictum Heiligvorst deinceps 10 vastare vel evellere radicitus aut novalia aliqua facere audeat aliqualiter vel presumat. Sed volumus, ut de pertinenciis et iuribus ipsius nemoris apud antiquiores homines circa metas nemoris residentes diligens inquisicio habeatur et ea, que per inquisicionem habitam inventa fuerint dicto nemori pertinere, sive sint culta vel inculta, nemori predicto attineant et inantea non colantur, sed pro augmento nemoris foveantur. 15

Datum in Hagenowe, Idus Iunii, anno Domini MCCC quarto, regni vero nostri anno sexto.

---

192. 193. RECEPTIO CASTRENSIUM.

1304. Iun. 28. 1305. Iul. 17.

192. *RECEPTIO WILHELMI DE AKERS. 1304. Iun. 28.* 20

Ineditam descripsimus ex autographo tabularii generalis regni Bawarici 'Rheinpf. Urkunden' fasc. 1 (Coblenzer Extradition 1873 nr. 153). Sigillum desideratur, foraminibus relictis. In verso scriptum est manu adhuc saec. XIV.: F. Wolfstein Wil. de[a] Akers 4° Albertus rex[b]. — *Böhmer, Reg. Albr. 480.* *(P. deest.)*

Nos Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum noticiam 25 volumus pervenire, quod nos attendentes fidei puritatem strennui viri Wilhelmi de Akers fidelis nostri dilecti et servicia, que nobis impendit et impendere poterit in futurum, ipsum in nostrum et imperii apud castrum Wolfstein castrensem duximus conquirendum. Promittentes sibi propter hoc libras Hallensium sexaginta, pro quibus eidem Wilhelmo redditus sex librarum Hallensium de officio nostro Richembach, percipiendos in festo 30 beate Walpurgis tres et in festo beati Michahelis tres libras annis singulis, una cum domo quondam Hugelini de Liechtemberg militis in eodem castro Wolfstein sita presentibus deputamus, tam diu quousque memorato Wilhelmo vel suis heredibus legittimis predicte sexaginta libre Hallensium per nos aut nostros successores in imperio fuerint persolute. Quibus expeditis et integraliter persolutis eas convertet in predia nomine 35 castrensis feodi in prelibato castro Wolfstein perpetuo deservienda. In quo eciam idem

192. a) *sequitur* Alb *cancellatum.* b) *sic.*

Willhelmus, prout fide promisit prestita, per quartam[c] partem anni anno quolibet residenciam faciet personalem. Presencium testimonio litterarum nostri sigilli robore signatarum.

Dat. in Oppenheim, IIII. Kalen. Iulii, anno Domini MCCC quarto, regni vero 5 nostri anno sexto.

193. *RECEPTIO FRIDERICI DE HOHENRIET. 1305. Iul. 17.*

Autographon eiusdem tabularii 'Adliche Geschlechter' fasc. 3 edidit Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 205 nr. 302. Cuius editionem hic repetimus. Sigillum deest. *(P. deest.)*

10 Nos Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum noticiam volumus pervenire, quod nos attendentes probitatis opera, quibus strennuus vir Fridericus de Hohenriet dilectus noster fidelis dinoscitur adornari, ipsum in castrensem nostrum et imperii apud Wimpinam duximus conquirendum, sibi propter hoc ducentas libras Hallensium largientes. Et quia paratam pecuniam non habemus, sibi XX libra- 15 rum Hallensium redditus percipiendos annis singulis de Haspach et Buttershein villis et de officio advocati in Mosebach obligamus tam diu colligendos, quousque eidem Friderico aut suis heredibus per nos aut nostros successores in imperio dicte CC libre Hallensium fuerint persolute, quibus solutis eas convertet in predia a nobis et imperio castrensi feodo possidenda. Presencium testimonio litterarum.

20 Dat. apud Wimpinam, XVI. Kalendas Augusti, anno Domini MCCC quinto, regni vero nostri anno septimo.

194. REVOCATIO CONCESSIONIS REDDITUUM CIVITATIS IMPERII.

1304. Iul. 1.

25 *Repetimus editionem, quae ex transsumto per fratres Praedicatores et Minores Lubecenses facto tabularii eiusdem civitatis parata est 'Codex diplomaticus Lubecensis' II, 1 pag. 154 nr. 177. Sigillum transsumti deest. Cf. Hermanni marchionis mandatum variasque quitationes l. c. pag. 160 sqq. nr. 185. 189. 194. 206. 214. 231. — Böhmer, Reg. Albr. 481.* *(P. deest.)*

30 Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris . . scabinis, consulibus et universis civibus in Lubek, fidelibus suis dilectis, graciam suam et omne bonum.

Quamvis anno preterito illustri Hermanno marchioni Brandenburgensi genero nostro ex dono concesserimus et benevolentia speciali, quod apud vos CCC marcas 35 argenti annis singulis percipere posset et deberet, transmissis vobis nostris patentibus litteris[1] super eo, idem tamen marchio tam grate benificentie immemor et ingratus regi Bohemie, nostrorum et imperii principatuum et iurium invasori, publico et illicito favore et auxilio se astrinxit, nulla ratione previa contra nos inique rebellionis cornua

192. c) quartem *or.*

40 1) *Supra nr. 140.*

erigendo in ipsius infortunium, salutis sue ac fidei detrimentum et in nostrum ac imperii nocumentum. Cum ergo invitis gracia non prestetur et in contemptores gracie et rebellionis amicos promptum accedere debeat debite iudicium ultionis, premissam graciam sibi factam presentibus revocamus, inhibentes vobis firmiter nostre gracie sub obtentu ac precise volentes, ne predicto marchioni de huiusmodi pecunia nobis solvenda respondeatis ammodo vel eam sibi aliqualiter presentetis, sed ad istam vicem illustri Agneti ducisse Saxonie, sorori nostre karissime, dictas CCC marcas nostro nomine integraliter persolvatis. Nos enim, qui errorem et rebellionem ipsius cum patientia dissimulavimus usque modo, ipsum ad conversionem et penitentiam expectantes, contra eum amodo nostre potentie brachium taliter extendemus, ut cuius graciam et favorem contempsit, dignam nostram ultionem sentiat et vindictam.

Datum in Frankenfurd, Kalendis Iulii, anno Domini MCCC quarto, regni vero nostri anno sexto.

---

195. INFEUDATIO NOBILIS DE GREIFENSTEIN.

1304. Iul. 3.

Autographon, quod exstat Braunfelsii in tabulario principum de Solms, nuperrime detectum descripsit et nobiscum communicavit vir d. E. Schaus, operis nostri fautor benivolentissimus[1]. — *Böhmer, Reg. Albr. 483.* *(P. deest.)*

Wir Albrecht von Gotes genaden Romisch kunik des riches alle zit ein merer tun kunt allen den, die disen brief sehent oder horent lesen, daz wir wider lazzen haben dem edelen manne unserm lieben getriwen Kraften von Griffenstein den berk Griffenstein und alle die gůter, die dar zů gehorent, die wir von im gekouffet heten, mit solchem gedinge, als zwischen uns und im geschehen ist. Und lihen im und sinen erben den selben berk und alle die gůter, die dar zů gehorent, von kuniklichen genaden ze rechtem lehen und wellen, daz er uf den berg ein ledig burk bowe und die von uns ze lehen habe mit allem dem nutze und dar zů gehoret, als vor gesprochen ist, und unser ledig man do von sin, und sol er und sin erben uns und dem riche dienen und warten als ein ledig man. Ouch tůn wir im dise genade von gůtlicher vrihait, ob er stirbet an sune erben, daz sin tôchter, die er nah sinem tode lebende lat, die selben

1) *In adnotatione ponere liceat scriptum regis a. 1300. Ian. 20. datum (Böhmer, Reg. Albr. 259), quod item ex autographo descripsit Schaus:*

Nos Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium noticiam cupimus pervenire, quod [quia][a] nobilis vir Chrafto de Griffenstein fidelis noster dilectus montem dictum Griffenstein, in quo quondam castrum situm fuerat, nobis et imperio libere tradidit et donavit, nos ipsius Chraftonis fidei puritatem, qua nobis adheret incessanter, benignius attendentes, sibi et heredibus suis masculini sexus et feminei predictum montem conferimus de nostra gratia in feodo a nobis et imperio possidendum. Et insuper ipsum Chraftonem et suos heredes in castro construendo per nos predicti montis facimus et esse volumus nostros et imperii perpetuos burgravios. Dantes eisdem has litteras maiestatis nostre sigillo communitas in evidens testimonium super eo.

Datum apud Ulmam, XIII. Kalend. Februarii, anno Domini MCCC, indictione XIII, regni vero nostri anno secundo.

a) *deest or.*

burk mit allen den gûtern, die dar zû gehorent, erben mogen. Und dar uber zu einem urkunde geben wir disen brief mit unserm kuniklichem insigel besigelt.

Der brief ist geben ze Frankenfûrt, do man zalt von Kristes gebûrt dreuzehen hundert jar und dar nah in dem vîrden jar, an dem vritag nah sant Peters und sant 5 Pauls tag, unsers riches in dem sechsten jare.

196. MANDATUM DE HOSTE FACIENDA.

(1304. Aug.)

Superest in A *Formulario Alberti regis, de quo v. supra ad nr. 5, sub nr. 19, quem denuo contulimus (= Palacky loco supra ad nr. 18 citato I, 325 nr. 122) ubi* 10 *rubrum:* Rex Albertus invitat Ungaros contra regem Boemie. *Item exemplavit iam olim Wattenbach e* B *codice S. Crucis 509 saec. XVII.*[1] *(= Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 204 nr. 299). Varias lectiones, quae nullius sunt pretii, adnotare supersedimus. — Böhmer, Reg. Albr. 685.* *(P. deest.)*

Albertus rex Romanorum etc. episcopis et baronibus Ungarie dilectis sibi regie 15 benignitatis affectum cum salute.

Cum nos contra Wenceslaum[a] regem Boemie[b] magnifici N.[c] regis Ungarie avunculi et tamquam filii[d] nostri karissimi inimicum potenter gloriosa stipati milicia et magnifice procedere intendamus dirigamusque directissime a Nuerenberg[e] in Moraviam gressus nostros, sinceritatem[f] vestram monemus, hortamur et requirimus studiose, quati- 20 nus collocantes pre oculis diligenter, quod labores huiusmodi nobis, ut memoratus noster avunculus, vester dominus honore et nomine exaltetur debitis[g.h], coronam regni sui recuperet et captivos liberet, assumimus, precipue ipsum persuasivis vestris exhortacionibus et inductivis consiliis inducatis, ut assumptis secum armatis[h] quotcunque[i] habere poterit, ad illustrem Rudolfum ducem Austrie primogenitum nostrum accelerare nulla- 25 tenus pretermittat, ut collectis potentie nostre in unum viribus, dicti regis Boemie[b] rebellionis proterviam et elacionis cornua favente nobis divina clemencia conteramus. Datum[k] etc.

197. COLLATIO TELONEORUM DUCIBUS KARINTHIAE FACTA.

30 1305. Ian. 7.

Autographon, quod superest in tabulario Vindobonensi, in forma integra hucusque ineditum nos ipsi descripsimus. Pendet sigillum fere illaesum filis sericis rubei coloris. — Böhmer, Reg. Albr. 493. *(P. deest.)*

196. a) Venz. *A.* b) Bohemie *B.* c) p. *A.* d) *deest A.* e) Neuburga, burga *in loco* 35 *raso A.* f) ceritatem *in loco raso A.* g) debito *A.* h) et *add. supra lineam A.* i) quodcunque *A.* k) Datum etc. *deest A.*

1) *V. 'Archiv' X, 598 sq.*

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii Romani fidelibus imperpetuum.

(1) Ad sacri statum imperii Romani salubriter gubernandum profuturum liquido nobis esse confidimus, si principibus nostris et imperii munificentia regia in hiis, que utilitati sue et securitati ac paci terrarum conveniunt, exhibetur facilis et benigna. Unde cum illustres Otto, Ludwicus et Heinricus fratres duces Karinthie comites Tyrolis, principes et affines nostri dilecti pro quibusdam theloneis annotatis inferius de novo conferendis eisdem in feudum liberalitati nostre fuderint preces suas, nos imperii et status reipublice debita comoda regali industria perpendentes, volentes nichilominus dictorum ducum, ad quos zelum sinceritatis gerimus exigente naturalis propaginis vinculo specialem, votis racioni consonis gratiosis affectibus aspirare, ipsis O(ttoni), L(udwico) et H(einrico) ducibus et heredibus eorundem de principum nostrorum et imperii consilio, beneplacito et applausu ob fidelia, grata et honesta nobis et imperio per ipsos obsequia prestita et prestanda necnon ob viarum reparationem et viatorum, precipue mercatorum, vectorum et mercium securitatem et fidele defensionis presidium conferimus auctoritate regia tytulo feudali thelonea in Antro, in Tella et in Bozano tenenda, percipienda et colligenda. (2) Hoc modo videlicet quod in Antro de sauma rerum siccarum venientium de Venetiis Veronensium solidi viginti quatuor minus duobus Veronensibus, item de sauma rerum siccarum venientium de Verona solidi duodecim minus uno Veronense, item de sauma cupri et stanni solidi duodecim minus uno Veronense, item de sauma olei solidi quatuordecim minus duobus Veronensibus, item de sauma salis solidus unus, de sauma vini solidi quinque, item de sauma panni linei vel lanei solidi septem et de dextrario solidi quindecim; in Tella de sauma rerum siccarum exeundo solidi triginta tres et de pannis vel aliis rebus siccis intrando solidi sedecim et sex Veronenses, item de sauma olei triginta tres solidi, item de sauma vini solidi septem, item de sauma salis solidus unus et de dextrario solidi decem; in Bozano vero de sauma rerum siccarum solidi viginti, de sauma olei solidi viginti, item de sauma vini Veronenses triginta, item de sauma salis solidus unus et de dextrario solidi quindecim recipiantur nec amplius de premissis omnibus, quam hec nostra declaratio continet, a theloneariis inibi exigatur. (3) Volumus etiam et predicti duces firmo ac fideli spoponderunt promisso, quod viis et stratis per terminos sui dominii infrascriptos in tali frequenter per ipsos defensione et custodia sit provisum, ut transeuntes illesi permaneant et conserventur indempnes intra fluvium Eveis et ripam dictam Weizzenbach extra clusam in Můlbaco et fluvium dictum Zyler et ripam dictam Hevbach et castra dicta Slozperch et Ernberch et montem dictum Arlsperch usque ad crucem et intra pontem altum. Ad quorum et quarum tuitionem ratione dominii pariter et thelonei duces prehabiti obligantur. (4) Providendum insuper duximus et cavendum principibus nostris ecclesiasticis et secularibus necnon ecclesiarum prelatis, ut de vino sibi de suis proveniente vineis ipsorum domibus necessario in predictis locis theloneasticis vectigal, pedagium sive theloneum nullum solvant. (5) Ut autem hec nostre serenitatis collatio perpetue robur obtineat firmitatis et a nullo in posterum presumatur hominum violari, hanc inde conscribi paginam et maiestatis nostre sigillo appenso iussimus communiri. Testes sunt: venerabiles Chunradus ecclesie Salzpurgensis archiepiscopus, Heinricus episcopus Gurcensis, illustres Rudolfus et Fridericus duces Austrie et Stirie filii nostri karissimi, strennui viri Eberhardus et Ulricus fratres de Waltse, Hermannus marschalcus de Landberch, Ulricus de Chlingenberch et alii quam plures fidedigni.

Actum et datum Wienne, anno Domini millesimo trecentesimo quinto, septimo Idus Ianuarii, indiccione tercia, regni vero nostri anno septimo.

198. LITTERAE DEFENSIONIS.

1305. Mart. 8.

Repetimus editionem, quam paravit Beyer 'Urkundenbuch der Stadt Erfurt' I (= Geschichtsquellen der Provinz Sachsen XXIII) pag. 357 nr. 516 ex copiario '1376, 5' 5 signato tabularii regii Magdeburgensis. (P. deest.)

Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris magistris, consulibus et universitati civium Erfordensium, fidelibus suis dilectis, gratiam suam et omne bonum.

Ad preparandum vobis et incolis vestrarum partium redivive pacis commodum et 10 quietem, confisi de vestro adiutorio et obsequio Thuringiam et alias convicinas provincias ingredi disponentes, vobis, quorum commoditates diligimus, sinceris affectibus promittimus in hiis scriptis, quod vos in personis et rebus manutenebimus et efficaciter defendemus, non permissuri, quod per intrantes nobiscum Erfordiam inhabitantibus Erfordiam aliqua iniuria, violencia aut insolencia inferatur. Presentium testimonio litterarum.

15 Datum Nurenberg, VIII. Idus Marcii, anno Domini MCCC quinto, regni nostri anno septimo.

199. COMMISSIO ADVOCATIAE PROVINCIALIS.

1305. Mart. 8.

Superest nonnisi charta advocati provincialis, quae servatur in tabulario Vindo- 20 bonensi. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. Edidit Lichnowsky 'Geschichte des Hauses Habsburg' II, CCIC nr. XVIII. Denuo contulit H. Hirsch. (P. deest.)

Nos Ulricus comes de Helphenstein ad universorum noticiam volumus pervenire, quod quia serenissimus dominus noster dominus Albertus Romanorum rex inclitus nobis regimen advocacie de Augusta commisit et nos ibidem provincialem constituit advo- 25 catum, nos eidem domino nostro regi promisimus et promittimus corporali prestito sacramento, quod toto posse, viribus, municionibus et castris nostris omnibus contra omnem hominem sibi, nullo vivo prorsus excepto, adherebimus efficaciter et eum adiuvabimus fideliter propria in persona. Et si, quod Deus avertat, ipsum dominum nostrum regem decedere contingeret, castra omnia et municiones spectancia et spectantes imperio, que 30 et quas in nostra potestate habemus, illustribus principibus dominis . . ducibus Austrie aut eorum advocatis seu officiatis pro posse nostro omni dolo excluso presentabimus ad disponendum de ipsis, prout eis videbitur expedire. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo nostro iussimus communiri.

Dat. apud Nuremberg, VIII. Idus Marcii, anno Domini MCCC quinto.

200. TRACTATUS DE EXPEDITIONE ITALICA.

1305. Mai. 17.

Supersunt nonnisi litterae civitatis Aretinae, promissionem de fodro vel subsidio solvendo continentes, quarum autographon a. 1904. Pisis in tabulario familiae Roncioni nr. 599 inter archivi Heinrici VII. reliquias invenisse laetamur. In media parte valde corrosum est; neque omnia quae desiderantur recte supplere licuit. Sigilli foramina adsunt. Cf. supra nr. 111. 112. *(P. deest.)*

Excellentissimo ac trihumphatori principi domino Alberto Dei gratia Romanorum regi semp[er augu]sto[a] Soffredus de Vergellen(sibus) de Pi|storio miles potestas, .. XXIIII[or], consilium et comune civitatis Aretii imperii Romani [fideles][b] terre osculum ante pedes et se ipsos | humiliter commendatos.

Licet aliis nostris litteris[1] maiestati regie conditionem status nostri du[xerimus d]eclarandam[a], presentem nichilominus | paginam ad evidentioris roboris firmitatem libuit destinare. Qua maiestati vestre omnibus[que subditis][c] Romani imperii manifeste detur | intelligi, qualiter nos prescripti potestas, XXIIII[or], consilium et comune civitatis Aretii [in presentia p]rovidi[d] viri Vermelli Alfani the|saurarii et familiaris vestri ac nuntii spetialis[2] unanimiter ac letanter statuimus de pauper[tatis nostre substanti]js[e] ad expeditionem adventus | felicissimi principalis solvere et cum effectu debito numerare viginti milia florenorum auri, q[ue vobis in]victissimo[f] principi dare sub fidei | puritate promictimus ista forma, videlicet decemmilia florenorum quantitatis predicte, cum persona[liter dante][a] Deo fueritis Verone, Mediolani[3] vel citra montes in aliis partibus Lombardie, residuam vero partem, cum fueritis in partibus Tu[scie, quod][g] concedente Domino firmiter opi|namur. Ad predicta igitur exequenda efficaciter obligamus vobis et suddimus omni quo po[ssumus][a] zelo nos et nostra. Sumat itaque | benigne regalis clementia munus illud, quod pauper fidelis et tenuis[4] tam gratanter offert tan[ti magni]fico[a] regi. Nam etsi excellentiam re|giam tam leve munus non deceat, grande reddat illud in conspectu Domini fidelitatis sincerita[s et im]mensitas[a] voluntatis, quia venienti | domino fidelium corpora et facultates superstites ad regalis exaltationem numinis liberaliter et [libent]er[h] exponentur. Hanc autem nostre pro|missionis paginam ad perpetuam et incommutabilem firmitatem comunis nostri sigilli appensione fec[imus][a] roborari.

Dat. Aretii, anno Domini a na|tivitate ipsius millesimo trecentesimo quinto, indictione III. die decimoseptimo mensis Maii, anno septimo regni vestri.

---

201. 202. CURIA NORIMBERGENSIS.

1305. Aug. 5. 15.—18.

201. *TRACTATUS PACIS CUM DUCE BAWARIAE.* *Aug. 5. 15.*

Superest in tabulario Vindobonensi autographon die Aug. 5. scriptum et sigillo internuntii Bertoldi comitis de Henneberg iam laeso, sed adhuc pendenti sigillatum, postea

200. a) *uncis inclusa desunt or.* b) *6 litterae desunt or.* c) *9—10 litterae.* d) *13—14 litterae.* e) *11—12 litterae.* f) *7—8 litterae.* g) *6—7 litterae.* h) *4—5 litterae.*

1) *De litteris supra nr. 112 opinari licet.* 2) *Cf. supra nr. 117.* 3) *Cf. ea quae ex Chronico Sozzomeni Pistoriensis notavit Redlich 'Rudolf von Habsburg' pag. 750.* 4) *Cf. 1. Reg. 18, 23.*

die Aug. 15. nonnullis locis, praesertim in linea chronologica, variatum. Cf. ea, quae de hac re notavit Vanesa loco supra ad nr. 168—172 citato pag. 82 not. 3, itemque rectius nuperrime W. Füsslein 'Berthold VII. Graf von Henneberg' (Marburg 1906) pag. 164 not. 1. Nos correctiones postea factas sub asteriscis notavimus. — Böhmer, Reg. 5 *Albr. 516.* *(P. 485.)*

(1) Wir Albrecht von Gotes genaden chûnich von Rom immer meræer des riches tun chunt und verjehen allen den, die disen brief ansehent und hôrent lesen, daz wir uns aller ding versûnet haben mit hertzog Otten und mit sinem bruder hertzog Stephan und in lautterlich vergeben haben, ob si dehein schuld hieten gein uns und gein dem 10 riche, beideu von in selben und auch von des chûniges wegen von Beheim, untz an disen heutigen takh. Wir haben auch in die selben sûn genomen, alle ir helfær und dienær, die in dar zu geholfen habent, und swaz in oder ir helferen genomen ist in dem urleug, ez sin veste, aigen oder lehen, daz sol man in wider lazzen. (2) Auch loben wir in, daz si noch ir helfær des an deheinem ir reht niht engelten sûln gein 15 uns noch gein dem riche. (3) Auch haben wir umb den schaden, der den vorgenanten hertzog Otten und hertzog Stephan von uns geschehen ist, do wir durch ir lant furen ab und auf, gesetzet und auch umb daz gut, daz sie jehent, daz si an gevallen si von dem graven von Hirzberch, an den hertzog Heinrich von Chærnten und an graf Pertold von Hennberch, swie die zwen daz allez zwischen uns und in scheiden und machen, 20 daz wir daz stæt haben und volfûren. Swenne auch die hertzogen von Beiern den vorgenanten hertzog Heinrich von Chærnten zu uns bringent vor sand Mychels tag der Sept. 29. schirst chumt oder an geværd hin nach, so sol diu schiedung ergen. (4) Wær aber daz der vorgenant hertzog Heinrich von Chærnten stûrb, e diu schiedung ergieng, des Got niht engeb*, und der graf Pertolt von Hennberch, so sûln ez der hertzog Rudolf 25 von Baiern und graf Burchart von Heiarloh scheiden in allen dem recht, als ez der von Chærnten und der von Hennberch solten gescheiden haben. (5) Wir verjehen auch, ob wir deheinerlaie sache oder ansprache hieten hintz den vorgenanten hertzog Otten und hertzog Stephan, daz wir si dar umb von dem tag heut untz auf sand Mychels takh der schirst chumt und von danne ûber fûmf gantzeu jar mit nicht an- Sept. 29. 30 sprechen sûln, an ob chûmftichlich iht auf lieffe, da si minn oder reht umb tun solten, nach derselben zit der fûmf jar, haben wir hintz in iht ze sprechen, da sûln wir si umb betagen und sûln dar umb von in minn oder reht nemen vor den fûrsten und an den steten, als reht und gewonheit ist des landes und der herren von Baiern. Daz diseu red und deu sûn also stæt und unzebrochen belibe, geben wir in ze urchûnd 35 disen brief versigelt mit unserm insigel.

Und ist daz geschehen**, do von Christes geburt waren tausend jar dreu hundert jar dar nach in dem fûmften jar, an sand Oswaldes tag***, in dem ahten jar unsers riches.

202. *TRACTATUS CONCORDIAE CUM REGE BOHEMIAE.* *Aug. 18.*

40 *Autographon, quod Pragae in Museo asservatur 'Landesarchiv, Kronarchiv' nr. 8, denuo contulimus. Pendet sigillum fere illaesum filis sericis rubei coloris. In plica leguntur:* R. per Iohannem de Glacz. *In verso scriptum est:* Concordia inter regem Rom. et regem Boemie Wencezlaum tercium. *Quo omnes redeunt editiones. Cf. Reg. Albr. 518. — Böhmer, Reg. Albr. 517.* *(P. 486.)*

45 *) des Got niht engeb *postea deletum or.*

**) ze Nûrnberch *supra lineam add. or.*

***) sand Oswaldes tag *postea deletum, loco cuius scriptum est:* unser Vrawen tag der ersten *or.*

Nos Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod super discordia, que inter nos ex una parte et illustrem quondam Wencezlaum Bohemie et Polonie regem ex altera vertebatur, dum vixit, ad talem cum eius filio illustri Wencezlao Bohemie et Polonie rege avunculo[a] et principe nostro karissimo concordie, quam cum ipso cunctis diebus vite nostre servare 5 bona fide promittimus, devenimus unionem:

1. Primo quod omnes excessus, si quos ipsius avunculi nostri Boemie et Polonie regis genitor predictus in nos vel imperium quocumque modo commisit, propter quos in ipsum genitorem suum nostre regales sentencie late vel banna promulgata fuissent, que eius se extenderent ad heredes, predictum Wencezlaum Bohemie et Polonie 10 regem avunculum nostrum, predicti quondam Wencezlai Bohemie et Polonie regis filium, heredem et successorem, ac heredes suos ab ipsis excessibus, sentenciis et bannis absolvimus et imperpetuum auctoritate regia reddimus et esse volumus omnimode absolutos.

2. Promittimus preterea in regia fide nostra, predictum Wencezlaum Boemie et 15 Polonie regem avunculum nostrum et heredes ac successores suos Bohemie et Polonie reges in ipsis Boemie et Polonie regnis et in omnibus aliis principatibus et terris ac generaliter omnibus, que ad ipsum Wencezlaum Boemie et Polonie regem avunculum nostrum ex successione paterna vel quocumque alio titulo pervenerunt, nec de iure nec de facto toto vite nostre tempore aliquatenus impedire, eciamsi aliquod ius 20 quod vulgariter dicitur ansprach nobis vel imperio in eis competeret vel diceremus competere vel nobis aut imperio aliqualiter competere videretur. Sed ipse Wencezlaus Bohemie et Polonie rex avunculus noster et heredes ac successores sui Bohemie et Polonie reges predicta regna, principatus, terras et omnia supradicta cum pleno dominio et omnibus regnorum, principatuum et terrarum ipsarum titulis, honoribus, iuribus, 25 iurisdiccionibus, utilitatibus intra et supra terram in regnis, principatibus ac omnibus predictis et ex eis provenientibus, feudalia iure feudi, propria vero et hereditaria iure proprietatis et hereditario debent obtinere imperpetuum et ea libere et pacifice possidere.

3. Illustres preterea Ottonem et Stephanum duces Bawarie, Ottonem, Hermannum, 30 Iohannem et Woldemarum marchiones de Brandemburg, qui in guerra et discordia predicta, que inter nos et predictum quondam Wencezlaum Boemie et Polonie regem vertebatur, ipsius regis Boemie fautores et adiutores fuerunt et generaliter alios omnes, qui notabiliter vel actualiter adiutores vel fautores predicti regis Boemie et Polonie contra nos in eadem discordia sunt notati et inventi, sive sint banniti sive proscripti 35 vel abiudicati per nos vel per alios, predicte concordie et unioni includimus et esse volumus presencium tenore inclusos, et eos omnibus bonis in predicta discordia propter prestitum contra nos predicto regi Bohemie adiutorium vel favorem eis ablatis et honoribus et iuribus eorum restituimus et esse volumus plene et integre restitutos. Nec volumus, quod eis ex hoc in ipsis bonis et eorum iuribus ac honoribus ulla diminucio 40 vel lesio aut preiudicium aliquod generetur.

4. Promittimus insuper super terris, hominibus, bonis et iuribus terre Wratizlavie stare dictis et ordinacioni spectabilium virorum Berhtoldi comitis de Hennemberg et Burkardi purgravii de Meydeburg, per nos et per predictum Wencezlaum Boemie et Polonie regem avunculum nostrum ad hoc concorditer electorum. 45

5. De municionibus autem, si quas ipsius Wencezlai Boemie et Polonie regis avunculi nostri progenitores in terra Egrensi, quam cum suis pertinenciis ipse Wencezlaus Boemie et Polonie rex avunculus noster ea in integritate, qua ipsa terra genitori suo

202. a) aunculo *or.*

per felicis memorie Adolfum Romanorum regem predecessorem nostrum olim fuit conmissa[1] nobis promisit restituere, sua pecunia compararunt, inter nos et ipsum Wenceçlaum Boemie et Polonie regem avunculum nostrum est taliter ordinatum, ut eedem municiones discussioni iuris subiaceant; utrum videlicet ad nos vel ad ipsum Wencezlaum 5 Boemie et Polonie regem avunculum nostrum debeant pertinere, nisi ipsas idem Wencezlaus Boemie et Polonie rex avunculus noster a nobis in feudum valeat obtinere.

In cuius rei testimonium presentes exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri litteras.

Dat. apud Nuremberg, XV. Kalen. Septembr., indiccione tercia, anno Domini 10 MCCC quinto, regni vero nostri anno octavo.

---

203. MANDATUM DE SUSPENSIONE PROCESSUS.

1305. Sept. 17.

Denuo contulimus autographon, quod exstat in tabulario civitatis Friburgensis. 15 *Sigilli dorso impressi vestigia adsunt. — Böhmer, Reg. Albr. 521.* *(P. 487.)*

Alb(ertus) Dei gracia Romanorum rex semper augustus quinque pacis conservatoribus per Brisgoyam, dilectis suis fidelibus, gratiam suam et omne bonum.

Quia nobilis vir Hesso de Ůsemberg ea, que contra iuratam pacem attemptavit indebite, emendare et corrigere iuxta nostrum beneplacitum est paratus, dignum et 20 congruum arbitramur, ut emendam et correccionem huiusmodi contemplacione Burk(ardi) ipsius Hessonis filii, qui ad presens in nostris serviciis constituitur, usque ad nostrum[a] ad partes illas adventum teneamus favorabiliter[b] in suspenso. Propter quod fidelitati vestre committimus et mandamus volentes, quatinus contra predictum Hessonem, donec ad partes illas[c] venerimus, nullatenus procedatis. Nos enim audita causa eam terminare 25 disponimus secundum quod sciverimus esse iustum.

Datum apud Bugingen, XV. Kalen. Octobr., regni nostri anno octavo.

---

204. LEGATIO AD CLEMENTEM V. PAPAM.

1305. Oct. 13.

Superest nonnisi responsum pontificis, quod publici iuris fecit Edm. baro ab Oefele 30 *'Ueber ein von Aventin benütztes Schreiben des Papstes Clemens V. an König Albrecht I.'* *(= 'Sitzungsberichte der Münchener Akademie. Philos.-philol. u. hist. Classe' 1889*

203. a) ad nostrum *eadem manu supra lineam add. A.* b) fouor. *A.* c) *supra lineam add. A.*

1) *Böhmer, Reg. Ad. 2.*

pag. 271 sqq.) e codice Altahensi 'Literalien des Klosters Niederaltaich' nr. 39 tabularii generalis regni Bawarici fol. 123', commentario fuso adiecto. Nos codicem denuo contulimus. De tempore v. ea quae disseruit Oefele l. c. pag. 276 et praecipue scriptum pontificis eodem die Philippo regi Franciae directum apud Baluze 'Vitae paparum Avenionensium' II, 62. Litteras nostras in Regesto Clementis V. frustra quaeres. (P. deest.) 5

[C]lemens[a] episcopus servus servorum Dei karissimo in Christo filio Alb(erto) Romanorum regi illustri salutem et apostolicam benedictionem.

(1) Serenitatis tue per dilectos in Christo filios magistrum Heinricum de Hugwilre[1] canonicum ecclesie Sancti Thome Argentinen(sis) et Burchardum de Ruppe militem litteras gratanter suscepimus inter cetera continentes, quod exultanti[b] affectus plenitudine 10 circa sublimitatis nostre fastigia regie maiestatis animus exultabat. Propter quod et quia te ac terram tuam nobis liberaliter obtulisti, eo plenius excellencie tue graciarum exsolvimus acciones, quo sincerius que scripsisti de tui sacrario pectoris credimus emanasse, de tue incolomitate persone, fili karissime, ac regni tui statu prospero et tranquillo tanto uberius exultantes, quanto personam tuam precipua mentis integritate 15 diligimus et regnum tuum, peculiare quidem ecclesie Romane, prosperitatis et pacis semper cupimus integritate gaudere. (2) Quia vero quod te et regnum tuum haberemus recommendatum, per easdem litteras postulasti, te volumus non latere, quod propter merita tua et clare memorie . . patris tui, qui semper ecclesie Romane fuit obediens et devotus, personam et terram tuam sedis apostolice specialem gerimus in 20 visceribus karitatis, quodque tibi[c] nostris temporibus se favorabilem exhibebit in omnibus apostolici favoris et gracie plenitudo. Licet autem humeris nostris impositum iugum apostolice servitutis inportans pene importabilium onerum gravitatem nobis angustias timoris et tremoris intulerit, dum consideramus potestatis nobis tradite maiestatem et sollerter attendimus, quod circa gerendam Christi vicem in apostolatus officio, mini- 25 sterium nostrum, nosmet ipsos insufficientes reperimus. Quia tamen omnipotens Dominus timentibus et invocantibus nomen suum mira tribuit operacione virtutes, confidimus, quod inperfectum nostrum ex alto prospiciens mirabiliter sustentabit, ut quod possibilitas nostra non obtinet, superne providencie gracia largiatur. (3) Sane de uno, quod summe insidet cordi nostro, excellenciam tuam requirimus et rogamus, quatinus et tuo 30 insideat, vindicta scilicet nostri Redemptoris iniurie seu offense, qui Terram Sanctam in proprium patrimonium preelegit, que a multis citra temporibus, set nunc precipue ab infidelium pedibus conculcatur, ita quod redemptor ibi non colitur nec nomen eius ab aliquo invocatur. Habeas ergo, victoriosissime princeps, negocium ipsum cordi, tui sequens vestigia genitoris, qui ad hoc, ut pro certo didicimus, totis desideriis anhelabat 35 et crucem assumpserat in subsidium dicte terre. Verum cum instanti festivitate Nov. 1 Omnium Sanctorum vel circa Lugduni et paulo post Vienne fore dante Deo intendamus, tunc per te ipsum, si volueris, vel per nuncios ydoneos ad nos venire poteris et tractare nobiscum, que tue circumspeccioni expediencia videantur. (4) Porro cum inter magnificos et potentes viros comitem Sabaudie ac Dalphinum Vienne iam a longis citra 40 temporibus dura fuerit commocio gwerrarum exorta, ex qua plurima animarum et corporum pericula rerumque discrimina sive dampna illarum parcium incolis provenerunt et plura provenire timentur, nisi ex alto remedium apponatur, circumspectam excellenciam tuam requirimus et rogamus, quatinus propter Deum et illius patrie bonum statum ac ne per illorum gwerram inpedimentum contingat passagio transmarino, ad quod 45 summo desiderio suspiramus, ad conponendum inter predictos magnates et pacem inter

204. a) *littera initialis scripta non est c.* b) *corr. ex* exultantis *c.* c) *in margine eadem manu add. c.*

1) *Cf. Regestum Clementis V. nr. 2053 et 2054.*

eos firmiter ineundam des opem et operam efficacem, sic quod predicte gwerre ulterius non pululent, set pocius conquiescant. Nos enim ad hoc intendimus et propter hoc solempnes nuncios nostros ad eos duximus destinandos, quibus mediantibus iam treugas usque ad instans festum Resurreccionis dominice, ut audivimus, inierunt. 1306. Apr. 3.
5 Dat. apud Salsanum, III. Id. Octobris, pontificatus nostri anno primo.

---

205. CONCORDIA CUM COMITE DE WIRTEMBERG INITA.

1306. Apr. 17.

Autographon tabularii Vindobonensis denuo contulit socius noster H. Hirsch. Pendent 10 *sigilla plus minusve laesa loris membranaceis. Edidit Lichnowsky 'Geschichte des Hauses Habsburg' II pag. CCC nr. XX. — Böhmer, Reg. Albr. 528. (P. deest.)*

Wir Albrecht von Gotes genaden Romische kunik alle zit ein merer des riches tun kunt allen den, die disen brîf sehent oder horent lesen, daz wir umbe allen den kriek und missehellunge, als gewesen ist zwischen uns einhalp und dem edelem manne 15 Eberharten graven von Wirtemberg unserm oheim anderhalp mit im gůtlich und vreuntlich berichtet und versůnet sin, wir und unser helfer, und han im und sinen helfern unser hulde geben uf so getan rede, als hie nach geschriben stat:

1. Des ersten sol der vorgenant grave Eberhart unser oheim uns ein rechenunge tůn von den ampten und der phleknusse, di wir im von uns und des riches wegen 20 emphulhen, als ein amptman sinem herren billich tůn sol und ze recht, und wenne wir di rechenunge von im haben wellen, so sulen wir im gebieten in unsern hof uf einen tak einen moneyd vor, swo wir wellen zwischen Zurich und Frankenfůrt, Kostentz und Nuremberg, Megentz und Ovspurg, und wenne er ze hofe kumt, so sulen wir oder di wir dar zů schiken die rechenunge verhoren und volenden inwendik virtzehen tagen.

25 2. Und wer daz der vorgenant graf Eberhart unser oheim die rechenunge verzug und irret, daz si niht volendet wurde in virtzehen tagen, so sol er, selbe virde herren siner genozzen und siner diner sechs ritter sich antwurten in unsern hof, darnach in virtzehen tagen do ze beliben, biz er die rechenunge volfůret. Diz sint die ritter: Cunrat der marschalk von Besenkeim, Wolfram von Bernhusen, Walker von Bisingen, 30 Wolf vom Stein, Reinhart der druchsetz von Hefingen und Johans von Kaltental. Und moht er der einen niht han, so sol er einen andern ritter an des stat mit im fůren an geverde.

3. Duht aber unsern oheim graven Eberharten, daz wir oder di wir zů der rechenunge geben die rechenunge verzugen und irreten, daz si niht volendet wurde, daruber 35 sulen sagen uf iren eyt di vir manne und der obman, di wir bedenthalp daruber genomen han, der namen hinnach geschriben stant. Dunke si uf iren eyt oder den merern teil, daz die rechenunge breste an unserm oheim graven Eberh(arten), so sol er furbaz in unserm hof beliben mit den person, als vor geschriben ist, biz er die rechenunge volfůret, und sulen wir di von im horen. Duht aber si uf iren eyt, daz di reche-40 nunge an uns oder an den di wir darzů schaffen breste, so sol unser oheim der rechenunge ledik sin, und von welhem teil die fumfe gevordert werdent, so sulen si sagen uf iren eyt, an wem der gebreste si. Ŏch sulen di fumfe uf den selben tak, als wir

unserm oheim graven Eberh(arten) gebiten, in unsern hof komen, von swelhem teil si gevordet werdent.

4. Wer aber daz uns oder unsern oheim graven Eberh(arten) ehaft not irret, daz sol unserwederm kein schade sin an sinem rechten, und sulen ŏch di fumfe daruber sagen oder der merer teil. Und wenne di ehaft not ein ende nimt, so sol man aber die rechenunge enden in allen den zilen und gedingen, als vor geschriben ist. 5

5. Wir mugen ŏch ervaren in dem lande, an geystlichen und an wertlichen und in der kuntschaft, wie ez uns fůget und waz wir ervaren, daz mugen wir bringen fur di fumfe, ez si kuntschaft oder ander urkunde. Und sulent die fumfe ŏch horen rede und antwurte do wider unsers vorgenannten oheims graven Eberh(arten), und wurde 10 do kein stŏz oder kein bruch, dar uber sulent di fumfe sprechen und swaz si oder den[a] meren teil recht dunket uf iren eyt, daz sol stete sin.

6. Und swaz uns unser oheim graf Eberhart schuldik belibet, mit der rechenunge daz sol er uns abslahen, ab den phanden di im von uns stant. Und ob des gůtes als vil wurde, daz dehein phant do mit ledik mochte werden, daz sol er uns wider ant- 15 wurten und ze vordrist diu ampt und diu phant ze Ezzelingen. Wo aber des gutes niht so vil wurde, daz sol er abslahen und ledik sagen lute und gůt, di im von uns stant, umbe also vil. Und sol er di wile in unserm hof sin, biz daz geschicht, und so daz beschicht, so sol er darumbe ledik sin. Wer aber daz wir unserm oheim iht schuldik beliben mit der rechenunge, daz sulen wir in berichten, als di fumfe heizzent 20 oder der merer teil.

7. Ŏch sol Berchtolt von Gundolfingen der alte ein rechenunge tůn unserm oheim graven Eberh(arten), als er uns rechen sol. Ŏch sol uns unser oheim ein recht tůn umb Genkingen und umbe di irrunge an der strazze, ane daz ez im an sin ere niht gange, als di fumfe recht dunket oder den meren teil oder mit unser beider wizen, ein minne. 25 Und sol er in unserm hof beliben, biz die zwo sache berichtet werdent, und sol daz ein ende nemen in den zilen, als die rechenunge. Ŏch sol grave Dyepolt von Eychelberg unsern dĭnern ein recht tůn umbe di gut ze Hattenhoven. Dise rechenunge und Dec. 25 diz recht sol ein ende han vor Wichnahten den nehsten, die nu koment.

8. Ŏch sulent alle gevangen bedenthalp ledik sin ane schatzunge, di si biz 30 her niht geben hant. Ŏch sulent alle burgen ledik sin umbe gevangen, umbe beschatzunge und umbe gedinge von dorfern. Wer aber di beschatzunge und die gedinge von dorfen niht welle ablazen, der sol uz der sůn sin, und mugen in ŏch darzů twingen, daz er ez ablazze, und swenne er ez abgelazzet, so sol er unser hulde han. Och sulent di gevangen ůrvecht tůn, als sitlich und gewonlich ist, und umbe 35 todigme[b] vintschaft, swen man des zihet, des gerichte sol man nemen, wil er gerichten, und sol dar uf vriunt sin. Wil er aber niht gerichten, des vint si man, ob man welle.

9. Ŏch sol man iedem man wider setzen in sin gewer, der er entwert ist in disem kriek, ez sin vesten oder gůt. Ŏch sulent alleu gerichte, die beschehen sint uf unsern oheim graven Eberh(arten) und uf sine helfer und uf sin diener, ez si mit an- 40 leite, mit nutzegewer, mit achten, ab sin, und sol stan in allem dem rechte, als do wir herbergten zwischen Lorich und Walthusen[1], wan siu sich niht verantwurten mochten. Welle aber ieman klagen, der sol kunden mit des gerichts briefen jenem, uf den er do geklagt hete. Ez sol ŏch bedenthalp aller schade abe sin, der in disem kriek beschehen ist. Swer aber des niht stete wolde han, dem sulen wir noch unsereu kint, 45 noch unser beider amptlůte niht beholfen sin, noch ŏch unser oheim grave Eberh(art).

205. a) n *corr. ex* m *or.* b) *sic perperam pro* todmige *or.*

1) *A. 1305. m. Sept. ineunte.*

10. Wir verjehen ŏch, daz wir alle die brif, die der vorgenant unser oheim grave Eberh(art) und sineu kint hant von uns und von unsern kinden, in stete haben in allem dem rechte, als des tages, do wir herbergten zwischen Lorich und Walthusen [1]. Ŏch sol man Cunrats von Gundolfingen burger ledik lazen ir gelubdes und ir burgeschaft und sol si lazen wider zů im varen, ob si ez gerne tůn wellen. Ŏch sol stan an den fumfen, wie unser oheim grave Eberh(art) fůrbringe nach rechte waz er habe uf der burge ze Hannenkamp, und sol im daz unser vogt von Rechperg verburgen uf Sant Martins tag den nehsten ze geben und sol die uberwette abe sin. Wirt aber im niht verburget, als vor geschriben ist, so sol er ez han in allem dem rechte als vor. Nov. 11.

11. Diz sint aber die vier, an die ez gelazzen ist: Wir der vorgenant kunik habent genant Engelharten von Bebemburg und Johansen den druchsetzen von Dyezzenhoven ritter und unser oheim grave Eberh(art) hat genant Wolframen von Bernhusen und Wolfen vom Steyn ritter. Und sulent die uf den heiligen sweren, die vorgenanten sache ane sich ze nemen und ze berichten, als vor geschriben ist, si irre danne ehafte nôt. Ist daz, so sulen wir oder unser oheim grave Eberh(art), von swelhem teil der geben was, den die ehaft not irret, einen andern an des stat geben, und sol der sweren ze tůn, allez daz der vorder gesworen het. Wir und unser oheim grave Eberh(art) han bede site genomen zů einem obmanne unsern lieben fursten Sybot den bischof von Spire. Der sol geloben mit der triwe an eines eydes stat oder sweren, ob er welle, di vorgenanten sache an sich ze nemen und ze berichten, als vor geschriben stat.

12. Und daz diseu sůn gantz und stete belibe, als hie vor geschriben stat, des haben wir der vorgenant kunik unser kuniklich insigel zů einem urkunde gehenket an disen brif. Ich Eberhart grave von Wirtemberg vergihe, allez daz vôrgeschriben ist stete ze halten und ze tůn. Ich han ouch gesworn uf den heiligen, ze volfůren die sache umb die rechenunge und umbe daz recht, als min herre der kunik und ich an die fumfe gangen sint. Und ze einem urkunde dirre rede, han ich ŏch min insigel gehenket an disen brif.

Dirre brif wart geben ze Nuremberg, an dem nehsten suntag vor sant Georgien tak, do man zalt von Kristes gebůrt driuzehen hundert jar darnach im sechsten jar und unsers richs im ahten jar.

---

206. PRIVILEGIUM DE IURISDICTIONE EPISCOPI EISTETENSIS.

1306. Apr. 28.

Autographon deperiit; itaque denuo contulimus C Copiarium Eistetensem saec. XIV. 'II M 2 Nr. 14' signatum tabularii generalis regni Bawariei fol. 4', ubi manu paullo posteriori insertum est. Linea dati corrupta est, ut Boehmer in Regestis iam adnotavit. Quam correximus nos ad infeudationem generalem eodem die datam, quae hucusque inedita item superest in C fol. 27'. Protocollon etiam ab usu cancellariae regiae discrepat; cf. infra nr. 210. — Böhmer, Reg. Albr. 501. (P. deest.)

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus notum facimus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis.

(1) Quia venerabilis Iohannes Eystetensis ecclesie episcopus princeps et devotus noster dilectus nobis tamquam regi Romanorum et vero ac legitimo domino suo fideli-

1) *A. 1305. m. Sept. ineunte.*

tatis, homagii et obediencie debita et solita prestitit iuramenta, a nobis quoque universa et singula sua et ecclesie sue regalia et feuda quelibet a nobis et imperio dependencia cum consueta sollempnitate suscepit, nos eidem grato favore occurrere cupientes, sibi huiusmodi sua regalia et feuda et specialiter iurisdictionem seu iurisdictiones temporales, que vulgariter halsgeriht dicuntur, sive exercicium iudicii et iusticie ac gladii potestatem 5 ad animadvertendum in facinorosos[1] et malos in omnibus et singulis civitatibus, municionibus et opidis suis et ecclesie sue per Romanum imperium ubilibet constitutis, in quibus hec hactenus habita sunt et servata, et ut idem princeps noster dilectus huiusmodi exercicium iudicii et iusticie et gladii potestatem, ut premittitur, quam vulgaris elocucio den pan nominare consuevit, iudicibus suis secularibus omnium civitatum, municionum et 10 opidorum suorum predictorum conferre ac committere debeat et valeat, prout et quociens fuerit oportunum, sicuti hec omnia et singula a nobis et sacro Romano imperio tenet ac de iure descendunt, in feudum damus conferimus et donamus ipsumque investivimus et eciam investimus auctoritate regia tenore presencium de eisdem. (2) Consideratis insuper suis multiplicibus probitatis et serviciorum meritis, quibus nostrum et sacri 15 imperii prosecutus est honorem hactenus ipsumque prosecuturum firmiter et indubie speramus fervencius in futurum, sibi, successoribus suis ac Eystetensi ecclesie sue supradicte universa[a] et singula[b] privilegia et litteras, que et quas super iuribus, libertatibus, graciis, consuetudinibus, donacionibus, concessionibus et indultis, usibus, observanciis et emunitatibus necnon singulis feudis, prediis, castris, opidis, villis, municionibus, iurisdic- 20 tionibus altis et bassis, pignorum seu ypothecarum obligacionibus, iudiciis, theloneis et quibuscunque dominiis et pertinenciis suis et ecclesie predicte a nobis et clare memorie divis Romanorum imperatoribus et regibus predecessoribus nostris obtinuisse noscuntur, in omnibus suis tenoribus, sentenciis, punctis et clausulis de verbo ad verbum, prout scripta vel scripte sunt, acsi tenores singuli presentibus inserti consisterent, eciamsi de 25 hiis in presentibus iure vel consuetudine fieri deberet mencio specialis, approbamus, ratificamus et de solita benignitate regia confirmamus ex certa nostra scientia[c] ac eciam presentibus innovamus. (3) Inhibentes universis et singulis principibus, comitibus, baronibus, nobilibus, militibus, clientibus, civibus et universitatibus terrarum, districtuum, civitatum ac locorum sacri Romani imperii, qui pro tempore fuerint, cuiuscunque eciam 30 dignitatis aut status existant, fidelibus nostris, ne dictum episcopum, successores suos et ipsam Eystetensem ecclesiam imperpetuum adversus presentis nostre approbacionis, ratificacionis et confirmacionis indultum impediant aut sinant quomodolibet impediri. In cuius nostre concessionis evidens testimonium presentes litteras exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. 35

Datum in Swinfurte, IIII. Kalend. Maii, indiccione quarta[d], anno Domini millesimo CCC sexto[e], regni vero nostri anno octavo[f].

---

207. CONCESSIO REAEDIFICATIONIS CASTRORUM.

1306. Iun. 4. 40

Autographon tabularii Dusseldorpiensis 'Köln Domstift' nr. 436 denuo contulimus. Pendet sigillum fere illaesum loro membranacco. In verso manu coaeva scriptum est: De

206. a) universas *C.* b) singulas *C.* c) conscientia *C.* d) tercia *C.* e) quinto *C.* f) septimo *C.*
1) *Dig. II, 1, 3.*

castris et municionibus ecclesie Colon. destructis iterum reedificandis. *Edidit Lacomblet 'Urkundenbuch für die Geschichte des Niederrheins' III, 30 nr. 41. — Böhmer, Reg. Albr. 529.* *(P. deest.)*

Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis presentes litteras
5 inspecturis graciam suam et omne bonum.

Noverit universitas vestra, quod nos venerabilem Henricum Coloniensem archiepiscopum principem nostrum dilectum speciali favore et gracia prosequentes sibi concedimus et indulgemus eidem, ut castra et municiones ecclesie sue, videlicet Leggenich, Rodenberg et Důrstene reedificare valeat et munire, prohibicione seu inhibicione tempore
10 guerrarum de non reedificandis eisdem castris olim Wicboldo archiepiscopo Coloniensi predecessori suo facta aliqua non obstante. Harum testimonio litterarum.

Datum in Frankenvort, II. Non. Iunii, regni vero nostri anno octavo.

208. CONFIRMATIO DONATIONIS PER VICARIUM GENERALEM FACTAE.

15 1306. Iul. 23.

Autographon, quod exstat Misnae in tabulario dicto 'Archivum magnum', iam olim descripsit Waitz b. m. Pendet sigillum fere illaesum loro membranaceo. Editum est 'Codex diplomaticus Saxoniae regiae' II, I, pag. 267 nr. 340. — Böhmer, Reg. Albr. 542. *(P. deest.)*

20 Nos Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium noticiam volumus pervenire, quod quorundam reddituum donacionem proprietatis, quam illustris quondam Wentzeslaus rex Bohemie eo tempore, quo nostro nomine regebat terram Misnensem[1], pro sacerdotali vicaria ecclesie Misnensi[a] fecisse dinoscitur, prout suis apparere potest litteris[2], sicut rite, iuste et racionabiliter
25 facta existit, ratificamus et presentis scripti patrocinio confirmamus. Dantes super eo in testimonium has nostras litteras speciales.

Dat. in Frankenfurd, X. Kal. Augusti, anno Domini millesimo trecentesimo sexto, regni vero nostri anno octavo.

209. SENTENTIA PRO GOTEFRIDO
30 # DE BRUNECK.

1306. Aug. 29.

Autographon tabularii generalis regni Bawariei 'Nürnberg. Kl. Hailsbronn' fasc. 30 denuo contulimus. In verso leguntur: Sn̄a Alb. regis Rom. super recepcione personarum secularium ad ordinem. vicesima[a]. *Pendet sigillum laesum filis sericis rubei viridisque*
35 *coloris. Edidit Weller 'Hohenlohisches Urkundenbuch' I, 498 nr. 682. — Böhmer, Reg. Albr. 554.* *(P. deest.)*

208. a) Misnensis *ed.*

209. a) *sequitur* prima *erasum.*

1) *Cf. supra nr. 18—20.* 2) *A. 1299. Aug. 14, l. c. pag. 260 nr. 331.*

Wir Albreht von Gottes gnaden Rômisch kûnig alle wege ein merer des riches kûnden unde verjehen an disem gegenwertigen brieve allen den, die [in][a] sehent oder hôrent lesen, daz dem erbern man bruder Gôtfrit dem alten von Brunecke, der ein ergeben man und ein mûnich ist in dem closter ze Halsprunne, erteilet ist vor uns, da wir ze gerihte sazen, mit gesammenter urteil: wan er ein geystlich man ist und sich 5 von der werlde hat gezogen und gelazen hat sûne und erben und den selben erben gelazen hat bûrge, stete, eygen und lehen, gut und lûte, edel und unedel, ist daz daz ieman ze im ze clagen hat oder iht rechtes ze im gehaben mak, von swelher sache daz gesin mûge, daz er dem ze rehte niht antwûrten schol, wan er ein begeben und ein geystlich man ist. Were aber daz ieman iht ze im ze sprechen hete oder iht 10 rehtes ze im hete, umbe swelher leye sache daz were, geystlich oder werldlich, dor umbe schol der selbe, swer der ist, sin erben ansprechen nah rehte, und er und daz vorgenante closter, do er inne wonhaft ist, schol dar ûmbe unbekummert sin und beliben, und nieman schol, noch mack si geladen noch beclagen vor keinem gerihte. Und dar ûber ze einem waren und wizzendem urkûnde der vorgeschriben urteil geben wir im 15 disen brief besigelt mit unserm kûnicklichen insigel.

Da bi waren unser lieben ôheym herzoge Rudolf und herzoge Ludewick von Beiern, unser lieber vetter herzoge Johans von Ôsterriche, grave Ludewick von Ôtingen, der edel man Johans von Liehtenberch und ander erber herren und ritter genuge.

Dise urteil geviel und wart der brief gegeben ze Nûrenberch, an dem mentage 20 nach sant Bartholomeus tack, do man zalt von Gottes gebûrte drizehen hundert jar in dem sehsten jare, in dem nûnden jare unsers riches.

---

210. INQUISITIO DE BONIS IMPERII.

1306. Sept. 8.

Autographon tabularii generalis regni Bawarici 'Kaiserselect Nachtrag' nr. 155 ¼ 25 *denuo descripsimus. Pendet sigilli fragmentum loro membranaceo. In cancellaria regis scriptum non esse, ex protocollo apparet. Scriptor cancellariae episcopi Eistetensis idem, qui documenti textum scripserat, in verso adnotavit:* Instrumentum regis Alberti super[a] Peilengriz et aliarum villarum iudiciis[b]. *Cf. etiam supra nr. 206. — Böhmer, Reg. Albr. 555.* *(P. deest.)* 30

Wir Albreht von Gotes genaden Rômischer chunik alle weg ein merer des riches verjehen an disem brief unde tun chunt allen den, di in sehent, lesent oder horent lesen.

(1) Sogetan missehelunge unde criek, der zwischen dem ersamen Phyllipps bisschoffe ze Eystet unserm liben fursten unde sinem goteshuse einhalb under anderhalb dem bescheiden manne Dîtegenen von Chastel unserm lantvogte ze Nurenberch von uns unde 35 des riches wegen uf gestanden was umbe dorfer, dorfgerihte unde andriu gult, die unser vorgenanter lantvogte jach, daz sumlichiu hintz Gredingen, ettlichiu hintz Wizzenburch unde auch etlichiu zu der Altenburch unde auch zu Dietfurtte gehorten, da wider jach der vorgeschriben bisschof, si gehorten ettlichiu zu der burge ze Hyrzperch, wan unser ôheim selig graf Gebhart von Hyrzperch im unde sinem goteshuse di selben 40 burch mit allem dem daz dar zu gehôrt leut unde gût mit unserm willen und wizzen

209. a) *deest or.*

210. a) iudicio *alia manu fere coaeva add. supra lineam.* b) aliarum—iudiciis *eadem alia manu in loco raso scripta.*

gegeben het, diu andriu gehorten in daz ampte hintz Eystet und weren im ledik worden von dem selben unserm ôheim, wan er si ze lehen von dem goteshuse het, daz haben wir allez noch der chuntschaft unde noch anderm rehten mit gutem rat erbærer leut di da bi waren also verrihtet, als ez her nach geschriben stet:

5 (2) Des ersten wan si vormals yetwederthalben on alle chuntschafte unde on allen chriek ettlichiu dorfgerihte gegen an ander ledik liezzen, daz daz riche unde ouch diu stifte ze Eystet diu selben fuerbaz immer mer on alle ansprache haben suln, als si her nach geschriben sint. Des ersten wrden ledich lazzen dem goteshuse ze Eystet disiu dorfgerihte: Pylengriez, Werde, Tegningen, Oetmœringen, Vogeltal, Anthalmstorf, Isen-
10 brehtsdorf, Stabdorf, Eberwanch, Önningen, Raitenbuch, Paulstorf, Swiggerstorf, Frankendorf, Oberndorf, Chevenhule, Wisenhufen, beidiu Ahusen, Phrauendorf, Emendorf und Österdorf. Da wider sint uz lazzen dem riche disiu dorfgerihte: Hebranstorf, Altenburch, Ernsdorf, Hausen, Gunzenhoven, Heynsperch, Adelmanshoven, Chœuzzingen, Mittelndorf und Lantolshoven. Dar nach umbe di drie pharre ze Talmazzingen unde ze Alfershusen
15 unde umbe diu dorfgerihte, die her nach geschriben stent: Lantdoltstorf, Schulthaizzendorf, Etzzelberch, Hettenhoven, Obernmorspach, Mantlach, Ömsingen, Niderenmorspach, Otramsdorf, Rapotendorf, Wengen unde Piburch unde umb elliu diu dorfer zwischen der Dolach unde der Leynlautter unde umbe diu zwei dorfer Phaldorf unde Hyrswœnsteten unde umb elliu diu dorfer uf dem perge zwischen der Altmûle unde der Leyn-
20 lautter und dar zu umb di dorfer ze Pollenvelt, Wermstorf unde Wachenœlle ist ez also verrihtet nach der urtail, die erbær leut und ritter dar uber gesprochen habent, und nach der chuntschaft, di dar uber genomen wart, daz in den selben dorfern allensampte und in den selben gerihten der vorgenant bisschof unde sin capitel uber ir selbes leut unde gût furbaz rihten schuln. On uber daz dorf ze Wickramsdorf, daz
25 ist noch in zwivel unde in chrieg, weder ez mit gerihte daz riche oder daz goteshus an gehôre. Daz dorf ze Erkenbrehteshoven gehoret lediclichen an daz goteshuse ze Eystet. Diu dorfgeriht Sydensholtz, Galdorf unde Pûch, Malhersteten, Steten Lohdorf, Heynsperch unde Mittelndorf gehorent zu dem riche. Osterdorf gehoret alles dinges an daz goteshuse ze Eystet unde Hiumbach gehôret aller dinge zu Sanser.

30 Daz disiu rede stete unde unzerbrochen belibe unde daz man diser rihtigunge ewiclich gedenche dar uber geben wir disen brief versigelt mit unserm kuniclichem insigel.

Und der wart gegeben in unserr stat ze Nurenberch, do man von unsers Herren geburtte zalt tausent jar driuhundert jar dar nach in dem sehsten jar, an unserr Frauwen tage als si geboren wart, in dem niunten jar unsers riches.

---

35 # 211. 212. FOEDUS CUM ARCHIEPISCOPO SALZBURGENSI ET DUCIBUS BAWARIAE.

1306. Dec. 23.

211. *SCRIPTUM FOEDERIS.*

Autographon tabularii Vindobonensis denuo contulimus. Pendent sigilla quinque,
40 *quorum quatuor valde laesa, loris membranaceis. — Böhmer, Reg. Albr. 560.*

(P. 488.)

Nos Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium noticiam volumus pervenire, quod affectantibus ex animo, ut amoris puritas et unionis integritas inter nos, Rudolfum inclitum regem Boemie, Fridericum ducem Austrie filios nostros, venerabilem Cunradum Saltzpurgensem archiepiscopum ac illustres Rudolfum et Ludewicum palatinos comites Reni duces Bawarie 5 avunculos et principes nostros karissimos vigeat et persistat ac specialis et perpetue pacis ac firmitatis federe solidata indissolubiliter perseveret, placuit nobis et de regie maiestatis nostre iussu et imperio processit, quod dicti quinque principes nostri fide data promiserunt et corporali sacramento prestito firmaverunt, nobis contra omnem hominem obsequi et sese mutuo prosequi perpetuo consilio, auxilio et favore. Ita quod 10 ipsi contra omnes et quoslibet eos aut aliquem vel aliquos eorum turbare et offendere volentes sibi alternatim assistent et manuali adiutorio, quoad vixerint, mutuo se iuvabunt. Nos etiam contra invasores seu offensores ipsorum eis assistere promisimus auxilio, gratia et favore. Nos quoque Cunradus archiepiscopus, Rudolfus et Ludewicus fratres necnon Fridericus, principes predicti, profitemur omnia et singula predicta promisisse 15 et ea firmasse corporali prestito iuramento, sicut superius est prescriptum, et etiam predicta promittimus per presentes fideliter attendere et servare. Et quia prefatus filius noster rex Boemie tempore huiusmodi unionis absens erat, promisimus, quod ipse omnia et singula premissa attendat fideliter et observet eaque suo tempore per suas coroboret litteras et sigillum. Ad perpetuam igitur huius rei memoriam nos Albertus 20 rex Romanorum predictus pro nobis et Rudolfo inclito rege Boemie necnon nos Cunradus Saltzpurgensis archiepiscopus, Rudolfus et Ludewicus duces Bawarie et Fridericus dux Austrie, principes predicti, presentes litteras nostrorum sigillorum munimine duximus roborandas.

Datum Wien(ne), X. Kalen. Ianuarii, indiccione quinta, anno Domini millesimo 25 trecentesimo sexto, regni vero nostri anno nono.

212. *SCRIPTUM REGIS DE COMITATU HIRSCHBERG.*

Autographon tabularii generalis regni Bawariei 'Kaiserselect Nachtrag' nr. 155½ denuo descripsimus. Pendet sigilli fragmentum loro membranaceo. Edidit Wittmann 'Monumenta Wittelsbacensia' II, 144 nr. 225. — Böhmer, Reg. Albr. 561. (P. deest.) 30

Nos Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium noticiam deducimus per presentes, quod cum inter nos ex una et illustres Rudolfum et Ludewicum fratres comites palatinos Reni duces Bawarie principes et avunculos nostros dilectos ex parte altera super bonis per quondam Gebhardum comitem de Hirzperch sine heredibus decedentem relictis et tam per nos quam per 35 ipsos duces detentis verteretur materia questionis, nos native bonitatis instinctu ad evitandum discriminosos licium et discordiarum strepitus, amoris discidium non sine quadam periculorum formidine parituros, pro parte nostra super ipsa dissensionis materia in strennuos viros Gotfridum de Sluzzelberg et Sifridum de Kamerstein, ipsique duces pro parte sua in nobilem virum Heinricum de Sevelde et Heinricum de Mẘr tamquam 40 in arbitros, quorum si unus vel duo haberi non poterunt, alter vel alii per partem illam, que ipsum vel ipsos elegit, sine fraude subrogabitur vel subrogabuntur loco sui, nobili viro Cunrado de Winsperch pro persona media assumpto, conpromisimus et presentibus conpromittimus de voluntate et consensu unanimi. Promittentes quod quicquid prefati arbitri cum persona media vel maior pars eorum, inquisita super premissis 45 sollercius veritate per testes, probationes et legittima documenta, infra hinc et festum Pasche venturum proxime per iuramenta sua super hoc prestanda ordinaverint, statue- (1307. Mart. 26.)

rint, diffiniverint, sentenciaverint, pronunciaverint seu arbitrati fuerint, laudabimus, omologabimus, ratum inviolabiliter tenebimus atque firmum. In cuius rei testimonium presentes litteras scribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Dat. Wienne, X. Kalen. Ianuar., anno Domini millesimo trecentesimo sexto, regni 5 vero nostri anno nono.

---

213. INFEUDATIO REGNI BOHEMIAE.

1307. Ian. 18.

Superest in solo F *Formulario regis Alberti, de quo v. supra ad nr. 5, sub nr. 16. Ubi rubrum:* Quomodo rex Albertus contulit regnum Boemie filiis suis. *Edidit Palacky* 10 *loco supra ad nr. 18 citato pag. 326 nr. 124. — Böhmer, Reg. Albr. 562.*

(P. deest.)

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis presentibus et futuris in perpetuum[a].

(1) Et si puritate fidei et affectus dulcedine, quibus magnificus et excellens 15 Rudolfus rex Bohemie primogenitus et princeps noster karissimus, minori functus regimine nobis et sacro Romano imperio utiliter et obsequiose complacere studuit, graciosius invitati, eidem Rudolfo de regno Bohemie, principatibus, ducatibus, marchionatibus, dominiis, terris, bonis, iuribus, iurisdictionibus, honoribus et pertinentiis quibuscunque, quocunque censeantur nomine, ex magnifici principis W(enceslai) memorati regni 20 regis avunculi nostri karissimi obitu sine liberis masculis heredibus legitimis decedentis[b] vacantibus et ad nos velut[c] ad feodi dominum ac ad idem imperium reversis legitime et apertis, quos, quas et que idem quondam avunculus noster et recordationis inclite Wen(ceslaus) pater suus, sororius et princeps noster karissimus, a nobis et eodem imperio ullo unquam tempore tenuerunt, habuerunt aut eciam possiderunt, providendum 25 duxerimus ipsumque regno Bohemie et universis prefatis dominiis, terris et iuribus prefecerimus aput Pragam[1], idem tamen aput Znoymam in nostra constitutus presencia prelibatum regnum et universa ac singula suprascripta in manus nostras regias libere resignavit, petens et nostre instanter supplicans magestati, ut sibi et illustribus Friderico, Leupoldo, Alberto, Henrico et Ottoni[d] suis fratribus, filiis et principibus 30 nostris karissimis, quibus fraterne caritatis dulcedinem et affectum ostendere voluit in effectu, si ipsum, quod divina avertant auspicia, sine liberis masculis decedere contigerit, prenotatum regnum cum principatibus et dominiis antedictis conferre ex liberalitatis regie beneficencia dignaremur. (2) Nos quos ad ipsius Rudolfi et aliorum fratrum promocionem votivam nominis et honoris exaltacionem non solum equitatis 35 invitat racio, verum eciam naturalis inducit affectus, ipsis paterne pietatis affectantes clemenciam impertiri, pium prefati Rudolfi conceptum propositum approbantes multiformiter et eiusdem instanciis [et][e] supplicationibus favorabiliter inclinati, prenotatum regnum Bohemie cum principatibus, ducatibus, marchionatibus, dominiis, terris, bonis, iuribus, iurisdicionibus, honoribus et pertinenciis omnibus suprascriptis ac universis et singulis 40 aliis, que memorati principes W(enceslaus) et W(enceslaus) quondam reges Bohemie ullo unquam tempore quocunque titulo tenuerunt habuerunt aut eciam possiderunt, prefato

213. a) *sequitur* et si puri *deletum F.* b) decedentibus *F.* c) vel de *F.* d) Ottone *F.* e) *deest F.*

1) *1306 m. Oct. Cf. Böhmer, Reg. Albr. pag. 246.*

Rudolfo et Friderico, suo et Leupoldi fratris sui absentis nomine, Alberto, Henrico et Ottoni[f] fratribus, filiis nostris karissimis, si ipsum R(udolfum) quod absit sine liberis masculis heredibus legitimis decedere contigerit, ad eiusdem regni Bohemie principum[g], magnatum, baronum et nobilium preces humiles et consensum concessimus, contulimus, donavimus, tradidimus et ipsos Rudolfum, Fridericum, suo [et][h] fratris sui Leupoldi absentis nomine, Albertum, Henricum et Otto[nem] ceptro nostro regali cum hastarum vexillatarum porreccione et traditione, prout moris est, de eodem regno Bohemie, principatibus, dominiis, bonis, iuribus et universis aliis supradictis investivimus necnon et ipsum regnum cum universis et singulis prenotatis eisdem fratribus nostris filiis concedimus, conferimus, donamus, tradimus et eosdem de ipsis omnibus et singulis prefatos nostros filios presentibus liberaliter investimus. (3) Volentes et ordinantes, ut predictus Rudolfus et sui legitimi heredes masculi in ipso regno Bohemie et universis aliis ac singulis suprascriptis pleno iure gaudeant et fruantur, ac addicientes expresse, ut prelibato Rudolfo aut fratrum suorum alteri sine legitimis heredibus decedenti gradatim succedat cum suis masculis heredibus legitimis frater senior tunc superstes, ipsosque Rudolfum et Fridericum, suo et Leupoldi fratris sui absentis nomine, Albertum, Henricum et Ottonem fratres, filios nostros karissimos, supradicti Rudolfi libere et expresse ad[i] hoc interveniente consensu, in prefatorum regni Bohemie et eorum omnium, que superius sunt expressa, possessionem misimus et tenore presentium mittimus corporalem. Qui eciam Rudolfus constituit, se sui et premissorum suorum fratrum nomine suprascripta omnia et singula[k] possidere. De plenitudine nostre[l] potestatis regie, cuius immensitas est mensura et que eciam perficit inperfectum, defectus quosque in premissis habitos, si qui sunt, de certa scientia tollentes omnino ac supplentes universa et singula, si qua de iure sunt vel esse videntur in suprascriptis articulis inperfecta. (4) Nulli ergo hominum omnino liceat hanc nostre concessionis, collacionis, donacionis, tradicionis, investiture, ordinacionis, addicionis, in possessionem corporalem missionis et supplecionis paginam infringere aut ei in aliquo ausu temerario contraire. Quod qui facere presumpserit, gravem nostre [maiestatis][h] offensam se noverit incursurum.

In quorum omnium et quorumlibet premissorum testimonium evidens atque robur perpetue duraturum presens scriptum exinde conscribi et magestatis nostre appensione sigilli iussimus communiri.

Dat. aput Znoymam, XV. Kalen. Febr.[m], indictione quinta, anno Domini MCCCVII, [regni][h] vero [nostri][h] anno nono.

---

214. 215. LITTERAE AD DUCEM VENETORUM.

1307. Mart. 29.—Mai. 5.

214. *LITTERAE REGIS. Mart. 29.*

Supersunt in C Libris Commemorialium[1], *qui asservantur Venetiis in tabulario regio, tom. I fol. 162 inscriptae, sed in fine mancae. Denuo contulit vir cl. H. Bresslau.*

213. f) Ottone *F.* g) principatum *F.* h) *deest F.* i) ab *F.* k) singulis *F.* l) *in margine add. F.* m) Frebr. *F.*

1) *Cf. (Predelli) 'I Libri Commemoriali della republica di Venezia regesti' I (Ven. 1876) pag. 72 nr. 313. Ex apographo Commemorialium Vindobonensi vulgavit Kopp 'Geschichte der eidgenössischen Bünde' III, 2 pag. 414 nr. 9.*

E codice M *bibliothecae Marcianae latin. cl. XIV. cod. XLI pag. 30 edidit Mone 'Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins' V (1854) pag. 16; cuius codicis varias lectiones fere omnes male discrepantes neglexìmus. — Böhmer, Reg. Albr. 565. (P. deest.)*

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus magnifico et potenti viro 5 Petro Gradonico duci Veneciarum[a] sibi dilecto salutem et regie benignitatis affectum.

Gravi mercatorum quamplurium regni nostri [querela][b] ad nostrum auditum deducta didicimus, quod cives Veneciarum nova thelonea[c], tallias et exacciones alias indebitas contra omnes Alemanie mercatores dudum instituisse dicuntur, ob quod quidam ex ipsis per nobilem virum Rudolfum comitem de Verdenberg quibusdam suis bonis se 10 asserit indebite spoliatum. De quo ammiramur non modicum, cum eidem de predicto comite parati semper fuissemus iusticiam facere requisiti. Quapropter etc.

Dat. in Turego, quarto Kalendas Aprilis, regni nostri anno nono.

215. *MANDATUM REGIS CONSTANTIENSIBUS DIRECTUM. Mai. 5.*

Item C *tom. I fol. 113' contulit Bresslau*[1] *(*M *pag. 42 = Mone l. c. pag. 17). Cf. Kopp* 15 *loco infra in adnotatione citato pag. 416 nr. 14. — Böhmer, Reg. Albr. 571.*

(P. deest.)

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris . . sculteto, . . consulibus et civibus Constanciensibus ceterisque advocatis ac officiatis seu officialibus pe[r] Constanciensem dyocesim constitutis, fidelibus suis dilectis, gratiam 20 suam et omne bonum.

Intellexit nostra serenitas, quod providi viri Marcus Romanus, Hermolaus Blancus, Savarinus de Iacobo et Romanus Dedo mercatores Veneciarum[a] anno preterito per Fri[deri]cum de Stauesburg[b] et per[c] . .[d] de Barcar ac fratrem eius et tres eorum famulos bonis et rebus, que ad sexaginta septem marcas argenti se extendunt, iniuriose 25 nimis et indebite fuerint spoliati. Eapropter nos volentes eisdem mercatoribus auxilio regio subvenire, fidelitati vestre districte precipiendo comittimus et mandamus volentes, quatinus dictos spoliatores, ubicumque conperti[e] seu inventi fuerint, ad restitutionem plenariam omnium ablatorum et ad refusionem dampnorum, que iidem mercatores ratione[f] spoliationis huiusmodi subierunt, omni occasione et excusatione cessantibus, 30 auctoritate nostra regia viis et modis quibus poteritis efficatius inducatis, hoc nullatenus omittentes.

Datum Spire, III. Non. Maii, regni nostri anno nono.

216—219. INFEUDATIONES ABBATISSARUM.

1307. Apr. 4.—1308. Apr. 25.

35 ### 216. *SCRIPTUM PRO ABBATISSA SECCONIENSI. 1307. Apr. 4.*

Autographon, quod asservatur Karlsruhae in tabulario generali, denuo descripsimus. Pendet sigilli parvum fragmentum filis sericis rubei viridisque coloris. Quo omnes redeunt editiones. Textus fere omnino concordat infra cum nr. 219. — Böhmer, Reg. Albr. 640 (Addit. I). (P. deest.)

40 **214.** a) Venetorum *M.* b) *adiecimus nos; deest C. M.* c) tholonea *M.*

215. a) Veneti *M.* b) *sic C. M; an* Ravensburc? c) Pier *M.* d) . . *deest C. M.* e) comperiti *C.* f) rationis *C.*

1) *Ibidem pag. 75 nr. 318; Kopp l. c. pag. 415 nr. 11.*

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Romani imperii celsitudo consurgens antiquitus et fundata mirifice super immobile fundamentum, excellentie prerogativa, qua viguit, columpnis meruit stabiliri stabilibus et egregiis edificiorum iuncturis indissolubiliter adornari. Inter quas quidem illustres principes ad totius operis machinam supportandam precipue ut columpnas voluit potiori prestantia preminere, ut quo uberius gratie privilegiis insigniri se sentiunt, eo amplius debeant in obsequiose vicissitudinis reddibitione gratuita ceteris preclarere. Sane cum venerabilis Elyzabeth de Bussenaug abbatissa ecclesie Sekoniensis, princeps et matertera nostra karissima, ad celsitudinis nostre nuper accedens presentiam, nobis et sacro Romano imperio ob[sequiose devotionis si]gna[a] pretenderit et omnimode obeditionis insignia presentarit, nos ipsam tanquam imperii principem ad benivolos applausive dulcedinis admittentes amplexus, regalia feoda principatus, quem obtinet, sibi de regia liberalitate concessimus et concedimus per presentes ipsamque abbatissam de eisdem feodis investimus, amministrationem temporalium et iurisdictionem plenariam principatus Sekoniensis ecclesie prenotate abbatisse tenore presentium committentes. Quocirca universis et singulis vasallis, ministerialibus et hominibus suis et ecclesie sue Sekoniensi damus firmiter in mandatis, quatinus ipsi abbatisse tanquam principi nostre et domine sue in omnibus intendant humiliter et pareant reverenter. In cuius nostre concessionis et investiture testimonium evidens atque robur presens scriptum exinde conscribi et nostre maiestatis sigilli munimine iussimus communiri.

Dat. in Rinvelden, II. Non. Aprilis, indictione quinta, anno Domini millesimo trecentesimo septimo, regni vero nostri anno nono.

217. 218. *SCRIPTA PRO ABBATISSA ROMARICENSI.* *1307. Apr. 10. 12.*

217. *SCRIPTUM INFEUDATIONIS. Apr. 10.*

Descripsit Waitz e codice Parisino lat. 12866 saec. XIV. fol. 16', quem iam supra ad nr. 190 adhibuimus. Edidit Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 207 nr. 308. — Böhmer, Reg. Albr. 566. *(P. deest.)*

Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus graciam suam et omne bonum.

Gloria Romani imperii firmatur solidius, gloriatur sublimius et propensius stabilitur, ubi reverendis principibus velut fortibus columpnis ac indissolubilibus coniuncturis firma compagine solidatur. Illustris itaque Theobaldus dux Lothoringie affinis et princeps noster dilectus nostre maiestatis culmini per suas litteras humiliter supplicavit, ut venerabilem Clemenciam de Oseler abbatissam Romaricimontis ad applausive dulcedinis amplexus suscipientes, dignaremur eam ad cetum principum collocare, nos dicti ducis utpote bene meriti precibus inclinati, predictam Clemenciam abbatissam Romaricimontis ad instanciam memorati Theobaldi ducis in nostram principem recipimus et in numero principum collocamus et sua regalia, id est administrationem temporalium, per nobilem virum Theobaldum comitem Ferretarum dilectum nostrum fidelem cum cause agnitione sibi transmittimus ex favore gracie specialis. Quare vobis universis et singulis vassallis [et][a] hominibus ad monasterium Romaricimontis pertinentibus districte precipiendo mandamus, quatinus dicte abbatisse nostre principi vestre domine omni subiec-

216. a) *lacuna in or.*

217. a) *deest c.*

tionis reverencia studeatis firmiter obedire et ei parere, prout ius est, in omnibus reverenter. In cuius nostre receptionis et transmissionis testimonium presentes litteras maiestatis nostre sigillo signatas eidem abbatisse nostre principi duximus transmittendas.

Datum in Enseshein[b], quarto Idus Aprilis, indictione VII[c], anno Domini millesimo 5 trecentesimo septimo, regni vero nostri anno nono.

218. *MANDATUM FIDELIBUS DIRECTUM.* *Apr. 12.*

Item fol. 17 (= Winkelmann l. c. II, 208 nr. 309). — Böhmer, Reg. Albr. 567.
(P. deest.)

Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus illustri Theobaldo duci 10 Lothoringie principi et affini suo carissimo necnon baronibus, nobilibus et iusticiariis ceterisque imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Cum venerabili Clemencie de Oseler abbatisse Romaricimontis[a] principi nostre dilecte regalia feoda, que racione sui principatus, quem a nobis tenet et imperio, ad ipsius et amicorum suorum votivam instanciam de benignitate regia duxerimus con- 15 cedenda[1] et velimus eidem omnia iura ac servicia sibi debita et consuetudines laudabiles a quibuscumque inviolabiliter observari, vos universos et singulos rogamus plenissime cum affectu, vobis nichilominus firmiter iniungentes, quatinus ob nostre celsitudinis reverenciam vobis habeatis dictam abbatissam propensius recommissam et non solum ipsam in ipsis suis iuribus serviciis et consuetudinibus pregravetis, verum eciam omnes, 20 qui in vectigalibus[b], expensis, equis, summariis et hospitalitatibus, que vulgariter dicuntur geytes[2], aliisque obsequiis sibi debitis impendendis remissi fuerint et rebelles, ad huiusmodi viis et modis, quos ad hoc applicare poteritis, efficaciter inducatis ac si necesse fuerit compellatis, dictorum rebellium occasione [exceptione][b] aliqua et lapsu temporis non obstante, sic quod dicta abbatissa princeps nostra preces nostras et mandata sibi 25 apud vos gaudeat et sentiat profuisse. Alioquin ad recuperandum iura sua et ecclesie sue eidem . . abbatisse iusticiam denegare non possumus nec debemus.

Datum in Enseshein, secundo Idus Aprilis, regni nostri anno nono.

219. *SCRIPTUM PRO ABBATISSA TURICENSI.* *1308. Apr. 25.*

Autographon, quod exstat in archivo civitatis Turicensis, contulit iam olim Jaffé b. m. 30 *Pendet sigillum. Textus concordat supra cum nr. 216. — Böhmer, Reg. Albr. 601.*
(P. deest.)

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Romani imperii celsitudo consurgens antiquitus et fundata mirifice super immobile 35 firmamentum, excellencie prerogativa, qua viguit, columpnis meruit stabilibus stabiliri et egregiis edificiorum iuncturis indissolubiliter adornari. Inter quas quidem illustres principes ad totius operis machinam supportandam precipue ut columpnas voluit potiori prestantia preminere, ut quo uberius gratie privilegiis insigniri se sentiunt, eo amplius debeant obsequiose vicissitudinis redibicione gratuita ceteris preclarere. Sane cum 40 venerabilis Elizabeth abbatissa monasterii Thuricensis dilecta nostra princeps ad celsitudinis nostre presentiam nuper accedens, Romano imperio et nobis obsequiose devotionis signa pretenderit et omnimode obedicionis insignia presentarit, nos ipsam tamquam nostram et imperii principem ad benivolos applausive dulcedinis admittentes amplexus, regalia feoda principatus, quem obtinet, sibi de regia liberalitate concessimus.

45 **217.** b) Enseschein *c.* c) *sic pro* V *c.*

218. a) Romaricinimontis *c.* b) vestigalibus *c.* c) *deest c.*

1) *Supra nr. 217.* 2) *i. e.* gista, *v. Ducange s. v.* gistum *et* gietus.

et eandem abbatissam investivimus de eisdem, administrationem temporalium et iurisdictionem plenariam principatus eiusdem monasterii prenotate abbatisse presentium serie committentes. Quocirca universis et singulis vasallis, ministerialibus et hominibus suis et monasterio suo damus presentibus in mandatis, quatinus ipsi abbatisse tamquam principi nostre et domine sue intendant in omnibus et pareant reverenter. In cuius 5 nostre concessionis testimonium presentes litteras maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum in Baden, VII. Kal. Maii. anno Domini millesimo trecentesimo octavo, regni vero nostri anno decimo.

220—224. CONCORDIA CUM CIVITATE BISUNTINA. 10

1307. Apr. 25.—Iul. 30.

Cf. supra tom. III nr. 448—451 et nr. 565.

220. *PETITIO CIVITATIS REGI PORRECTA. Apr. 25.*

Repetimus editionem nostram 'Neues Archiv' XXVII, 722 nr. XXI factam, quae 15 *nititur* M *minuta authentica in pergameno scripta tabularii civitatis Bisuntinae, quod asservatur in bibliotheca publica, 'AA. I. 1 Layette 1' signata. Sigilli foramina apparent. Orthographiam omnino servavimus.* *(P. deest.)*

Serenissimo principi Alberto Dei gratia Romanorum regi semper augusto sacrique impperii amministratori universitas civium Bisunt(inorum) honorem[a], reverentiam[b] 20 humilem et devotam.

(1) Maiestati vestre innotescat, quod nos in felicissima curia vestra per presentes[c] nostrum constituimus et facimus procuratorem sindicum et nuntium specialem discretum virum magistrum Petrum Belerii clericum Bisunt(inum) ad imppetrandum privilegia, indulgentias et litteras tam simplices quam legendas, gratiam et iusticiam continentes. 25 Quas si nobis concedere cum Dei gratia et vestra[d] volueritis, protectioni et gardie vestre tanquam administratori nos cum bonis nostris et civitatem Bisuntinam supponemus.[e] Ita[f] tamen quod contra omnes nos et civitatem Bisuntinam deffendere velitis et in iure nostro nos fovere.

(2) Item[g] privilegia, libertates, franchissias et gratias a Romanis[h] regibus et sacris 30 impperatoribus nobis concessas et factas nobis velitis confirmare[1].

(3) Item usus et consuetudines nostros[h], prout ipsis ab antiquo usi sumus et utimur, nobis velitis observare et manutenere[i] et non contraire[2].

(4) Item si indignationem et offensam vestram seu quorumque predecessorum vestrorum Romanorum regum pro inobedientia seu alio quoque modo incurrerimus, illud 35 et quidquid ex eo vel ob id sequtum est, quosque processus super hoc contra nos factos et multas quasque ob hoc impositas nobis humiliter veniam poscentibus pie cum begnivolentia et inmensitate vestra velitis indulgere, remittere, condonare et predictos processus irritare[2].

220. a) *supra lineam add. M.* b) *sequitur* honorem et obedientiam *delet. M.* c) per presentes 40 *supra lineam add. M.* d) *sequitur* speciali *delet. M.* e) *super* supponimus *cancellato M.* f) Itam *M.* g) *sine signo paragraphi M.* h) *sic M.* i) r *in loco raso M.*

1) *Nr. 221.* 2) *Nr. 222.*

(5) Obedientiam autem et fidelitatem[1] vobis pollicemur[k] nos facturos[l] in hiis tantummodo, in quibus impperatori tenemur obedire et iura impperialia reddere et non ultra. Et si quid ulterius vobis fieret, ex gratia reputaremus esse factum.

(6) Item per obedientiam et ea, que vobis per nos sunt[m] factura[n], non[o] intendimus nec volumus subici futuris regibus Romanis, nisi esset eis a summo pontifice imperii administratio concessa et decreta.

(7) Item gratias speciales nobis concedere dignemini secundum quod procurator noster vobis humiliter supplicabit[p].

(8) Ratum et gratum plenius habituri, quidquid per dictum procuratorem nostrum seu[o] sindicum modo prefato petitum, imppetratum[q] fuerit seu etiam procuratum et obtentum. Et[r] sy[s] absque indignatione vestra super hiis responsum vestrum habere possemus, humiliter et devote audiremus[r].

In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum.

Datum die Martis post festum beati Georgii, anno Domini MCCC septimo[t].

221. *CONFIRMATIO PRIVILEGIORUM. Mai. 7.*

Ex autographo eiusdem tabularii editionem nostram l. c. XXIX, 584 nr. IX paratam repetimus[2]. *Pendet sigillum laesum filis sericis rubei viridisque coloris. Nonnulla, quae corrosa sunt, a nobis suppleta et uncis inclusa sunt. Eadem forma confirmationis privilegiorum generalis e. gr. in privilegio civitati Lubecensi a. 1299. Ian. 25. dato (Reg. Albr. 119) adhibita est. — Böhmer, Reg. Albr. 573.* *(P. deest.)*

Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Tociens regie celsitudinis sceptrum extollitur alcius et ipsius status solidius solidatur, quoci[ens] fidelium devotorum vota benigno respiciuntur affectu et ad ipsorum iura et libertates servandas et commoditates augendas graciosa proteccio [principis] invenitur. Cum enim omnis gloria sive potencia principatus in subditorum precipue consistat solidata fortunis, expediens arbitramur [et con]gruum, ut simus subiectis et in iusticia faciles et in gracia liberales. Noverit igitur presens etas et futuri temporis suc[cessur]a posteritas, quod nos prudentum virorum civium Bisuntinen(sium) dilectorum nostrorum fidelium devotis supplicacionibus motu liberalitatis [re]gie benignius annuentes, omnia privilegia, gracias, concessiones, libertates et iura a divis imperatoribus et regibus Ro[m]anorum illustribus antecessoribus nostris ipsis indulta et indultas, prout rite concessa et concesse sunt et provide eisdem civibus [d]e benivolencia regia innovamus, approbamus, ratificamus et presentis scripti patrocinio confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre innovacionis, approbacionis et confirmacionis paginam infringere vel ei ausu temerario contraire. Quod qui facere presumpserit, indignacionem maiestatis regie se noverit incursurum. In cuius nostre innovacionis, approbacionis et confirmacionis testimonium presentes litteras maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Dat. Spyre, Non. Maii, indictione quinta, anno Domini millesimo trecentesimo septimo, regni vero nostri anno nono.

220. k) *super* pol *scriptum est* fac, *sed deletum M.* l) nos facturos *supra lineam add. M.* m) per nos sunt *supra lineam add. M.* n) *sequitur* est non *delet. M.* o) *supra lineam add. M.* p) *cap. 7 intra lineas add. M.* q) *sequitur* actum gestum *delet. M.* r) Et—audiremus *intra lineas add. M.* s) *sequitur* sine *delet. M.* t) *linea dati eadem manu mutato ductu atramento fusciori scripta M.*

1) *Cf. nr. 223.* 2) *Cf. 'Neues Archiv' XXVIII, 491.*

222. *ASSUMPTIO CIVIUM AD FAVOREM REGIS. Mai. 7.*

Autographon eiusdem tabularii edidimus l. c. XXVII, 725 nr. XXIII. Pendet sigilli fragmentum filis sericis rubei flavique coloris. (P. deest.)

Nos Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium noticiam publicam volumus pervenire, quod regie mansuetudinis nostre pronitas ad parcendum facilis et difficilis ad vindictam benignius nos inducit, ut prudentes viros . . cives Bisuntinenses fideles nostros dilectos post offensas, quibus indignationem dive memorie domini Rudolfi Romanorum regis genitoris nostri karissimi ac aliorum imperatorum et regum Romanorum illustrium antecessorum nostrorum atque nostram hactenus meruerunt, ad favoris nostri refugium assumamus et ad gremium regalis clementie liberaliter colligamus. Dictis itaque civibus totius rancoris et indignationis materiam pure et simpliciter relaxamus et penitus condonamus, omnes sententias et processus contra eosdem cives ratione dictorum excessuum habitos hactenus et hucusque tamquam irritos et inanes auctoritate regia nichilominus revocantes. Insuper permittimus et favorabiliter sustinemus, quod memorati cives bonis, honestis et laudabilibus consuetudinibus usque ad hec tempora habitis inantea more solito gaudeant et fruantur. In premissorum testimonium et cautelam presentes litteras sigillo maiestatis nostre iussimus communiri.

Dat. Spire, Non. Maii, anno Domini M trecentesimo septimo, regni vero nostri anno nono.

223. *PROCURATORIUM DE HOMAGIO SUSCIPIENDO. Mai. 7.*

Autographon eiusdem tabularii editum est l. c. XXVII, 724 nr. XXII. Sigilli foramina adhuc videntur. (P. deest.)

Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Ad universitatis vestre noticiam volumus pervenire, quod de nobilis viri Theob(aldi) de Hasemburg fidelis nostri dilecti fide et legalitate plenam et inconcussam fiduciam obtinentes, ipsum Th(eobaldum) constituimus et facimus procuratorem nostrum et nuncium specialem ad petendum et recipiendum nostro et imperii nomine ab universitate civitatis Bisuntinensis homagii et fidelitatis debitum iuramentum. Dantes eidem presentes litteras nostre maiestatis sigillo munitas in testimonium super eo.

Dat. Spyre, Non. Maii, anno Domini millesimo trecentesimo septimo, regni vero nostri anno nono.

224. *LITTERAE REGIS CIVITATI MISSAE. Iul. 30.*

Autographon deperiit. Itaque editionem repetere liceat, quam iam olim 'ex autographo' paravit Chifflet 'Vesontio civitas imperii libera' (1650) I, 237. Inscriptae erant: Universis civibus Bisontinis fidelibus nostris dilectis. — *Böhmer, Reg. Albr. 584. (P. deest.)*

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris consulibus et universis civibus Bisontinis, dilectis fidelibus suis, gratiam suam et omne bonum.

Fidelitatis vestre puritatem, qua nobis et sacro imperio astringimini, rogamus, requirimus et monemus attente, quatinus in observantia fidei prestita nobis et imperio

constantes ac immobiles perseverantes, adversariis vestris viriliter resistatis. Scientes procul dubio, quod vias et modos excogitabimus, quibus vobis, prout necessarium et operae pretium fuerit, breviter succurratur.

Datum in castris apud Saltzach, III. Kalen. Augusti, regni nostri anno nono.

---

5 # 225. MANDATUM DE EXECUTIONE PACIS GENERALIS IN SUEVIA.

1307. Apr. 29.

Denuo contulimus apographon sacc. XVI. tabularii regii Stuttgardensis, quod nobis sollicitantibus detexit vir cl. Schneider. Eodem apographo niti editionem apud Datt 10 *'De pace imperii publica' pag. 29 paratam, orthographia plane evincitur. Autographon itaque iam olim deperiit. In minutiis correximus. Cf. ea quae notavit Vanesa loco supra ad nr. 168—172 citato pag. 66. — Böhmer, Reg. Albr. 569*[1]. *(P. 488.)*

1. Wir Albreht von Gottes genaden Römisch künic alle wege ein merer des richis embieten den edeln lüten graven Ludewige von Ötingen dem alten, graven Ulriche 15 von Helfenstein, Cunrad von Winsperg, Albrehte von Rechberg, Wernher dem voget von Teeke, Heinrich dem truchsezze[a] von Dietzenhoven und den erbern lüten den burgeren gemeinlich von Ougespurg, von Ezzelingen, von Ulme, von Rütelingen, von Gemünde, von Heilprunne, von Wile, von Wimpfen, von Halle, von Mosebach, von Werde, von Sunnesheim, von Heidolvesheim, von Logingen, von Nördelingen, von Giengen, 20 von Bopfingen, von Dinckelspühel, von Füchtewang, von Kircheim, von Burgowe, von Güntzeburg und darzu gemeinlich allen edeln lüten unde burgern, unsern und des riches getruwen holden, der wir hie nicht gedacht haben, die in der geburde wonhafft sint, als da vor geschrieben stat, unser genade und alles gut.

2. Wir embieten uch, wand wir die lant besorgen sullen, daz sie fride und genade 25 haben, uff wazzer und uf lande, darumbe sin wir zu rate worden mit unsern lieben fürsten, graven, frien, dienstmann, burgern und andern des riches holden, daz grave

225. a) truzsezze *c.*

1) *Hic in adnotatione ponere liceat aliud mandatum signo chronologico omnino carens, quod Pertz pag. 402 inter Constitutiones Rudolfi ad a. 1275. m. Mai. recepit. Sed potius tempori Alberti regis vindi-* 30 *candum est. Servatur enim in cod. Vindobonensi lat. 1747 (int. Nov. 309) saec. XIV. fol. 112', ubi litteras quasdam Alberto regi directas sequitur. Denuo contulimus nos ipsi.*

Albertus[a] Dei gratia Romanorum rex semper augustus venerabili abbati tal(is) lo(ci) sibi dilecto graciam s(uam) et o(mne) b(onum).

Pacem generalem tocius circumposite regionis [prosequentes][b], propter hoc teste Altissimo ad 35 partes istas specialiter venimus et de consilio venerabilium episcoporum, dilectorum principum et aliorum nostrorum fidelium quoddam colloquium ad tres septimanas post instans festum Resurrectionis dominice t(ali) l(oco) indiximus[c] celebrandum, ubi memoratos principes et fideles nostros, quos valde benivolos in his et paratos invenimus, uobiscum habebimus et alios principes, comites etiam et barones necnou et communia civitatum int(endimus) et decrevimus advocandos, disponentes ad generalem pacem 40 avertere intentionem nostram omnimodam et conatus. Quare prudentiam tuam omni affectu quo possumus requirimus et rogamus, tibi presencium auctoritate mandantes, q[u]atinus predicta die ad predictum colloquium studeas te conferre persona[liter][d] et principaliter feoda regalia . . ecclesie, ut teneris, recepturus a nobis et iuramentum fidelitatis debite prestiturus, et postmodum tanquam princeps imperii ad pacem procurandam huiusmodi nobis impensurus oportunum consilium, auxilium et iuvamen.

45 a) Rudolfus *c.* b) *deest c; sic forsan coniiciendum.* c) induximus *c.* d) p̊ *c.*

Ludewig von Otingen der alte sol einen ritter dargeben von sinen wegen, grave Ulrich von Helfenstain auch einen ritter, Cunrad von Winsperg einen ritter, Albrecht von Rechberg einen ritter, Wernher der voget von Tecke eineu ritter, Heinrich der truchsezze von Diessenhoven sol auch einen ritter dargeben den landfride uz zu riehtende von ir selbes wegen, ob sie dabi nicht gesin mügen. Darzu sullen die burger von 5 Nördelingen einen man dargeben von der wegen, die in graven Ludewiges gebiete von Öttingen sizzent, die burger von Augespurg sollent einen dargeben und die burger von Ulme einen von der wegen, die in graven Ulriches gebiete von Helfenstain sizzent. So sullent die burger von Ezzelingen einen dargeben und die burger von Rütelingen ouch einen von der wegen, die in Albrehtes pflege von Rechberg sitzent. Es sullent ouch 10 die burger von Halle einen dargeben und die burger von Hailprunne einen von der wegen, die in Cunrades von Winsberg gebiete sint. Die burger von Kirchein sullent ouch einen dargeben von der wegen, die in Wernhers des vogetes von Tecke gebiete wonhafft sint. Darzu sullen die burger von Güntzeburg einen mann dargeben von der wegen, die in Heinriches des truhseßen von Dietzenhoven pflege wonhafft sint, den 15 landfride uz ze richtende.

3. Und darumbe so gebieten wir uch und allen den, die den lantfride gesworn hant oder noch swerent, daz ir gehorsam sint den, die uber den lantfride gesetzet sint oder werdent. Swes sie alle uberein kommen oder der merteil under in, es si mit uzzogen, es si mit buwen oder mit ander dingen, des deme lantfride nutzlich unde 20 notdurftic si, es si umbe totslege, umbe roub, umbe brant, umbe gefengniße und umb ander sache, die man den vur leit, die uber den lantfriden gesetzet sint, swes die uber ain koment alle oder der merre teil under[b] in uf ir eit, den sie uber den lantfride gesworn hand oder noch swerent, die sache uz ze richtende oder nicht, daz ir des gehorsam sint.

4. Wir wollen auch, were das ieman den lantfride nicht sweren wolte in der 25 geburde, als da vor geschrieben stat, daz den der lantfride nicht schirmen sol, unde swaz deme geschiht von den, die den lantfride gesworn hant, daz daruber keine bezzerunge hore.

5. Swer ouch den landfride sweren wil, der sol daß tun vor deme lantfoget, in des gebiete er gesezzen ist, unde vor der burger einem oder zwein, die in der pflec- 30 nusse von der stette wegen darzu geben sint, swes die darumbe uberein koment zu tunde oder zu laßende.

6. Dirre lantfride, als da vor geschrieben stat, soll weren unde stede bliben von den Wihennachten, die nu jüngest woren vor deme tage, als dirre brief geben ist, biz zu den Pfingesten, die nu aber nehest koment, und dannen uber zwai jar, die aller 35 nehest nach einander koment, alle die sache uz zu richtende, die da vorgeschrieben stant, die in disen ziten geschehent oder geschehen sint.

1306. Dec. 25. — Mai. 14.

7. Wir wollen ouch, daz alle die satzunge, die da vor geschrieben sint, umbe den lantfride, daß die stede bliben, denne so vil, wurden wir ander dinge zu rate, die deme lande und deme lantfride nutzlich unde gut weren, daz wir daz wol sollen tun. 40

8. Uns hat auch grave Ludewic von Otingen, grave Ulrich von Helfenstein, Cunrad von Winsberg, Albreht von Rechberg, Wernher der voget von Tecke unde Heinrich der truchsezze von Dietzenhoven globet und gesworen zu den hailigen, daz sie die lüte von in lazzen, die dem lande schedelich sint, und swaz sie deme lantfride zu helfe getun mügent ungevarlich ane der stede helfe, daz sie daz tun sullent ane alle geverde. 45 Mag ez ir einer nicht getun von ime selber, so sol er die die under im sint manen ir eides, das sie im beholffen sin. Mohte aber der lantfride mit in nicht uzgerichtet werden, so sullent sie den nehesten die an sie stossent ir eides manen, daz sie in beholffen sin, daz der breste uzgerichtet werde, der denne ist.

225. b) und der *c*. 50

9. Wir wöllen ouch sunderbar, daz der lantfride schirme und beholfen si allen den clostern, die in der geburde ligent, also da vor geschriben ist, es sin frouwen closter oder müniche closter, daz den ir breste werde uzgerichtet.

10. Wir wöllen ouch, were daz die lüte, die den lantfride gesworn hant umbe 5 Rotwile und in der geburde, soliche arbeit angienge, daz sie in selben niht gehelffen möchten, swenne sie danne die vor geschrieben manent ir eides, daz sie in beholffen sin, daz sulent sie tun ane geverde. Diese sullent jenen ouch desselben gebunden sin, swenne sie ir eides von in gemant werdent.

Unde zu einem wissenhaften urkunde der vorgeschrieben dinge geben wir der 10 Romesch künic Albreht disen offenen brief besigelt mit unserm künichichem ingesigel.

Dirre brief wart geben zu Spire, an deme sameztage vor sante Walburge tage, da man zalte von Gotes geburte druizehen hundert jar und in dem sibenden jare, in dem nünden jare unsers riches.

---

226. INFEUDATIO CASTRI PROTHONOTARIO 15 REGIO CONCESSI.

1307. Iun. 4.

Cum autographon deperierit, repetimus editionem, quam iam olim paravit Schöpflin 'Alsatia diplomatica' II, 84 nr. 838 'ex archivo abbatiae Weissenburgensis'. In minutiis correximus. — Böhmer, Reg. Albr. 577. *(P. deest.)*

20 Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

(1) Etsi ad fideles quoslibet munificentiam nostram porrigimus gratiosam, ad illos precipue prerogativam benignitatis extendimus et liberalitatem nostri favoris offerimus debitricem, qui circa latus nostrum diurnos labores votive suscipiunt et vigilias in nostris 25 obsequiis nocturnas deducunt, ut sicut obsequiorum sunt exhibitione precipui, sic se gaudeant specialis gratie privilegio decorari ac personales labores placidius subeant et succedentia pondera suavius patiantur. (2) Noverit igitur presens etas et successivi temporis futura posteritas, quod nos attendentes fidei et devotionis sincere constantiam, quam honorabilis vir magister Nicolaus de Spira aule nostre prothonotarius dilectus erga nos 30 gerit et habet, considerantes etiam grata et accepta servitia, que nostro culmini fideliter exhibuit hactenus et inantea diutius poterit exhibere, sibi existenti clerico et constituto in sanctis castrum Scharfenberg Spirensis diocesis cum iuribus, iurisdictionibus, villis, nemoribus, pratis, pascuis, aquis, aquarum decursibus, servitutibus et suis pertinentiis universis quesitis et non quesitis, quocunque nomine censeantur, per nobilem 35 virum Iohannem de Cabilone dominum de Arlato, qui idem castrum a nobis et imperio in feodum tenuit, ad manus nostras libere resignatum concessimus, concedimus, donavimus, donamus, tradidimus et tradimus ac ipsum Nicolaum de eodem castro et omnium suorum iurium et pertinentium investivimus et motu liberalitatis regie investimus necnon ipsum in possessionem ipsius castri ac iurium et pertinentium ipsius misimus et pre- 40 sentibus mittimus corporalem, sic quod idem Nicolaus prefatum castrum cum pertinentiis et iuribus suis habeat, teneat et possideat et de ipso disponat libere, quicquid sibi videbitur expedire, non obstante quod idem Nicolaus, cum sit clericus et in sacris constitutus, feodum habere non potest. Nam ipsum ad habendum et tenendum castrum

predictum cum suis iuribus et pertinentiis a nobis et imperio descendens in feodum habilitamus capacemque reddimus et omne impedimentum tollimus, quod ipsum in habendo, tenendo et possidendo castrum predictum cum suis iuribus et pertinentiis posset quomodolibet impedire, lege, que clericos feodum habere prohibet, necnon omnibus aliis obstaculis, defectibus et inhabilitatibus quibuscunque non obstantibus, etiamsi de ipsis nominatim et singulariter mentio debet fieri specialis. (3) Permittimus insuper et ex speciali gratia indulgemus, quod idem Nicolaus dicta feoda tam in fidelitatis sacramenti prestatione, quam in omni aliorum onerum castro et feodo predictis imminentium exhibitione possit et debeat per alium deservire. Supplentes omnes defectus, qui memorato Nicolao in possessione et retentione feodi et castri predictorum possent impedimentum vel preiudicium aliquod generare, de nostre plenitudine potestatis. (4) Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre concessionis, donationis, traditionis, investiture, habilitationis et suppletionis defectus paginam infringere vel ei ausu temerario in aliquo contravenire. Quod qui facere presumpserit, gravem nostre indignationis offensam se noverit incursurum. (5) Et quia dictus Nicolaus modo prothonotariorum nostre curie sigillum nostrum in sua retinet potestate, nos ad tollendam omnem suspicionis, exceptionis et impugnationis materiam, presentibus litteris nostrum sigillum una cum sigillo curie nostre, quod in sua potestate non habet, ex nostra certa scientia apponi iussimus in evidens testimonium omnium premissorum.

Datum in Franckenfurt, II. Nonas Iunii, indictione V, anno Domini MCCCVII, regni vero nostri anno nono.

---

227. 228. SENTENTIA DE IURIBUS IMPERII IN THURINGIA.

1307. Iul. 25.—1308. Febr. 3.

227. *SENTENTIA PRINCIPUM IMPERII. 1307. Iul. 25.*

Repetimus editionem, quam ex autographo tabularii civitatis Mulhusensis paravit Herquet 'Urkundenbuch der Stadt Mühlhausen' (= 'Geschichtsquellen der Provinz Sachsen' III) pag. 260 nr. 582. Cf. infra in Appendice Variorum ad a. 1306. Iul. 9.

(P. deest.)

Nos Ulricus Alsacie inferioris lantgravius ad universorum noticiam volumus pervenire, quod nobis iuxta principum et nobilium sentenciam loco et vice serenissimi domini nostri domini Alberti Romanorum regis incliti, volentis actiones suas contra magnificum principem dominum Albertum lantgravium Thuringie intentare, pro tribunali sedentibus dictus dominus noster dominus Albertus Romanorum rex per strennuum virum Albertum de Klingemberg, quem pro advocato assumpsit, proponi fecit suo et imperii nomine: quod ex quo dictus dominus Albertus lantgravius lantgraviatum Thuringie cum universis suis pertinenciis pro quadam certa summa pecunie inclite recordacionis domino Adolfo Romanorum regi et imperio iuste et racionabiliter vendidisset et pro maiori parte precium recepisset, pro parte vero residua Mulhusen pro duobus milibus marcarum argenti et Northusen pro totidem marcis argenti civitates imperii in pignore obligatas haberet, que sibi fidelitatis homagium prestiterunt, et ex quo eciam idem lantgravius Thuringie lantgraviatum venditum cum suis pertinenciis ab ipso domino rege et imperio alienaverit et ad manus ac ad potestatem tradiderit aliorum, an cives dictarum civitatum de Mulhusen et de Northusen sibi tanquam suo vero domino obe-

dire et fidelitatis homagium prestare deberent. Et dictante communi et concordi sentencia principum et nobilium est inventum: quod si predictus lantgravius per Henningum de Urbech et Heinricum Margarete cives et nuncios de Mulhusen infra terminum, quo iidem nuncii ad ipsius lantgravii domicilium ire et redire poterunt, requisitus restituerit 5 et deoccupaverit predictum lantgraviatum cum suis pertinenciis predicto domino nostro regi, cives de Mulhusen et de Northusen in fidelitatis vinculo, quo ligabantur lantgravio, permanebunt. Si autem dictus lantgravius Thuringie non restituerit vel deoccupaverit lantgraviatum cum suis pertinenciis memorato domino nostro regi, cives de Mulhusen et de Northusen predicti fidelitatis homagium prelibato domino nostro regi et imperio prestare 10 sine dilacione qualibet et obedire in omnibus tenerentur, maxime cum sepedictus lantgravius Thuringie fidei debitum infregisset et rem et precium habere non debeat iuxta legittimas sanctiones. In cuius rei testimonium has litteras nostri sigilli robore duximus consignandas.

Datum et actum in castris prope Sebeche, anno Domini millesimo trecentesimo 15 septimo, VIII. Kal. Augusti.

228. *SCRIPTUM REGIS.* *1308. Febr. 3.*

Edidit Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 211 nr. 314 ex apographo saec. XVI. tabularii regii Marburgensis 'Akten Mühlhausen'. Cuius editionem hic repetimus. *(P. deest.)*

20 Nos Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium notitiam volumus pervenire, quod si illustris Albertus lantgravius Thuringie legittime probaverit et docuerit, civitatem Mulhausen sibi pertinere meliori et potiori iure, quam imperio pertinet, ipsa civitas extunc ad eundem lantgravium devotione et servitio de nostro beneplacito revertetur[1]. Presentium testimonio 25 litterarum nostre maiestatis sigilli robore signatarum.

Datum in Isnaco, III. Nonas Februarii, anno Domini millesimo trecentesimo octavo, regni vero nostri anno X.

229. LITTERAE AD REGEM FRANCIAE DE CAUSA TEMPLARORUM.

30 1308. Ian. 13.

Repetimus editionem nostram 'Neues Archiv' XXIX, 632 paratam, quae nititur codice notissimo Parisiensi lat. 10919 (olim Cartul. 170), de quo v. supra ad nr. 179 et infra ad nr. 239, fol. 235. Cf. etiam varia principum Germaniae[2] responsa, quae ex eodem codice nos l. c. pag. 633—635 publici iuris fecimus. *(P. deest.)*

35 Magnifico principi Ph. Dei gratia Franc(orum) regi amico carissimo Albertus eadem gratia Romanorum rex semper augustus salutem cum sincere dilectionis affectu.

1) *Sed cf. confirmationem privilegiorum civitatis Mulhusensis eodem die datam Herquet l. c. pag. 265 nr. 588.* 2) *Supersunt responsa ducis Lotharingiae, archiepiscopi Coloniensis, episcopi Leodiensis, comitis Iuliacensis, episcopi Traiectensis.*

Litterarum vestrarum eloquium, quas misistis de culpa pravitatis heretice, cuius infamia per vestrum regnum fratres ordinis milicie Templi publice sunt notati, tanto amplius amaritat mentem nostram, quo ad deffensionem fidei catholice specialius astringimur et pre ceteris mundi principibus eiusdem fidei cultoribus fortius obligamur. Et licet tam nephande scelus infamie sit in omnibus reprehensibile ac dampnosum, in 5 religiosis tamen eo reprehensibilius dinoscitur, quo magis splendore vite debent esse speculum aliis et exemplar. Sane quia de premissis ad sedem apostolicam, cuius interest de scismatico vel heretico facinore perscrutari et inquirere providentia diligenti, clamor accessit validus, prout refferunt scripta vestra, nostre sollicitudinis partes per viam correctionis interponere curabimus, si dicti religiosi inveniantur culpabiles extitisse, cum 10 ex parte sedis eiusdem moniti et requisiti fuerimus, et quicquid nobis super hiis predicta sedes iniunxerit, exequcione fideli curabimus observare.

Dat. in Nuremberg, Id. Ian., regni nostri anno decimo.

230—236. LITTERAE VARIAE EX LIBRIS FORMULARUM COLLECTAE. 15

(1298.—1308.)

Eundem modum secuti, quem iam supra tom. III, 293 sqq. ad documenta nr. 228—302 edenda adhibuimus, varia nonnulla, quae certo anno tribui non possunt, hic collegimus.

230. *SENTENTIA DE PROTESTATIONE BONORUM HAEREDITARIORUM.*

E codice Vindobonensi 2493 (Philol. 383) saec. XIV. fol. 13 iam olim descripsit 20 *Wattenbach*[1] *(= Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 211 nr. 316).*

(P. deest.)

Nos Albertus etc. profitemur, quod M. quondam filia Ot., quam genuit ex Al., in nostra presencia constituta per viam iuris petivit inquiri: cum ipsa M. sit unica filia predictorum defunctorum, utrum de bonis paternis et maternis ad ipsam iure heredi- 25 tario devolutis protestacionem singularem, que vurzicht dicitur in volgari, sibi possit prescribere et de illis bonis, non obstantibus coheredibus eius, quicquid sibi placuerit, ordinare. Quo quesito, quod sic de iure possit fieri, per sentenciam omnium assistencium est obtentum. In cuius etc.

231. *CONSTITUTIO IUDICIS ORDINATI.* 30

Servatur in F *Formulario regis Alberti, de quo v. supra ad nr. 5, sub nr. 78 (= Chmel l. c. pag. 290 nr. 50). Denuo codicem negligentissime scriptum contulimus.*

(P. deest.)

Quanto nos altius exaltavit Altissimus, tanto nobis spiritum humilitatis [infudit][a] attentius, ut[b] fragilitati sexus et etatis inbecillitati ex officii nostri debito legittime consulere 35 debeamus. Sane cum de iure sit et antiqua ac approbata consuetudine in quibusdam Lumbardie partibus introductum, ut in mulierum et etatis minoris hominum contractibus vel quasi legittime consumandis nostra vel nostri missi auctoritas plurimum requira-

231. a) *adiecimus nos; deest F.* b) et *F.*

1) *Cf. 'Archiv' X, 523.* 40

tur, nos eisdem mulieribus et minoribus in suis contractibus vel quasi salubriter consulere et obviare fraudibus ac maliciis hominum affectantes, te propter tue probitatis merita, quibus clarere diceris, nostrum missum et iudicem ordinatum liberalitate regia deputamus, fidelitati tue de speciali gracia indulgentes[c], ut mulierum et minoris etatis 5 hominum contrahere vel quasi volencium contractibus auctoritatem plenariam in illis Lumbardie partibus, in quibus ipsa requiri consuevit, impertiri valeas vice nostra. Proviso[d] tamen sub observancia [nobis][e] et prefato imperio specialiter per te prestiti sacramenti, ne eandem nostram auctoritatem aliquibus contractibus vel quasi contractibus [impertias][e], quibus dolum vel fraudem inesse noveris vel eosdem affuturos forte veri- 10 similiter vel probabiliter debeas [aut][e] valeas suspicari. Testimonio presencium litterarum.

232. *LITTERAE LEGITIMATIONIS.*

Item F *Formularium regis Alberti sub nr. 90 (= Chmel l. c. pag. 300 nr. 58) denuo contulit socius noster H. Hirsch. Ubi rubrum* Forma legittimitatis. *Codicis neglegentissime scripti lectiones omnes adnotare supersedimus.*

15 *Cf. supra tom. III, 295 nr. 293. 294; 547 nr. 587.* *(P. deest.)*

[A]lb(ertus) Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Quemadmodum arbor ex amara radice consurgens, dum apparet fructu[u]m ubertate probabilis, non ei ad succisionem[a] securis inmititur, sed plantacionis remedium ut 20 uberius fructificet adhibetur, sic is, cuius ad vitam ingressum natalium nota maculavit, sed vivendi progressum proprie probitatis morumque honestas[b] clarificat, ob genitorum culpam, que suis videtur infusa natalibus, non [est][c] misericordia secludendus. Sane cum Mathias Lodwico dicto de Ahucla clerico Coloniensi soluto patre et Gertrude matre soluta genitus dicatur bonis redimere moribus, quod ortus odiose nativitatis ademit, 25 nos ipsius humilibus supplicacionibus favorabiliter inclinati, cum ipso Mathia ex plenitudine regie potestatis super defectu natalium quem patitur dispensamus. Habilitantes eundem ad omnes actus legittimos et civiles honores, ita quod suam in huiusmodi casibus libere prosequi valeat actionem tamquam legittimus et de thoro legittimo procreatus, obiectione prolis illegittime in posterum quiescente et lege aliqua non obstante et precipue 30 illa, que legittimari spurios nisi ex certa scientia non permittit. Hanc eciam graciam annectimus graciis prenotatis, quod dictus Mathias bona parentum tamquam verus et legittimus heres ex indulsione et concessione regie maiestatis possidere valeat et succedere in eisdem, que tamen regalia non existant. Ad huius igitur legittimacionis nostre iudicium evidens et memoriam sempiternam presens scriptum exinde conscribi et maie- 35 statis nostre sigillo etc. etc.

233. *LITTERAE CONDUCTUS ABBATUM.*

E codice Vindobonensi 409 (Philol. 61) saec. XIV. fol. 80 nr. 42 iam olim descripsit Wattenbach[1]. *Editae sunt 'Fontes rerum Austriacarum' II, XXV, 447. Textus verba nonnulla variavit, itemque lineam chronologicam librarius suo Marte addidit.*

(P. deest.)

40 **231.** c) *sequitur* et *deletum F.* d) prouisio *F.* e) *deest F.*

232. a) successionem *F.* b) honestate *F.* c) *deest F.*

1) *Cf. 'Archiv' X, 517.*

Nos Albertus Dei gratia Romanorum imperator vel rex et semper augustus ad universorum sacri imperii fidelium noticiam volumus pervenire, quod honorabiles ac religiosos viros abbates tales Cysterciensis ordinis de Austria et Bawaria ad generale suum capitulum procedere disponentes, exhibitores presentium, et eorum comitivam cum omnibus bonis ac rebus suis in nostram protectionem et imperii recepimus et conductum. Propter quod universis et singulis precipimus firmiter et districte, ne quis vestrum dictos abbates vel comitivam suam in eundo vel redeundo ad propria in personis vel rebus ipsorum presumat aliquatenus molestare, sed pocius pro Dei reverencia et gracia nostra speciali munire securo transitu et honore pervenire congruo satagatis.

Datum Spire, Kal.[a] Aug., anno Domini MCCCIII, indictione tali, regni vero nostri tali.

234—236. *ASSUMPTIO CLERICORUM IN CAPELLANOS.*

Cf. supra tom. II, 74 nr. 60 et tom. III, 296 nr. 295.

234. *LITTERAE ASSUMPTIONIS CAPELLANI.*

Ex F *Formulario regis Alberti sub nr. 49 (Chmel l. c. pag. 265 nr. 26). Contulit Hirsch. Est rubrum:* Quomodo rex assumit sibi cappellanum. *(P. deest.)*

A. Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani inperii fidelibus, ad quos presentes pervenerint, graciam suam et omne bonum.

Cum videatur expediens et honestum regalem curiam personis honorabilibus honorari, ad familiaritatem tamen illorum magis allicimur contrahendam, qui ad hoc sue probitatis industria nos invitant[a] et quorum devotis obsequiis regalis poterit excellentia sublimari. Hinc est quod nos[b] devocionem[c] sinceram et fidei puritatem honorabilis viri Rudolfi Craftonis cantoris Basiliensis devoti nostri dilecti, quam erga celsitudinem nostram habere dinoscitur, attendentes, ipsum in capellanum nostrum regia liberalitate duximus admittendum. Vobis universis et singulis dantes firmiter in mandatis, quatinus eundem Rud[olfum] capellanum nostrum, quem iuribus et defensionibus capellanorum nostrorum perfrui volumus et gaudere, pro nostra reverencia vobis habentes propensius recommissum, ipsum congruis honoribus et promocionibus studeatis favorabiliter prevenire. Nec permittatis sibi a quoquam molestiam, violentiam vel iniuriam irrogari, exhibituri nobis in hoc obsequium valde gratum.

Datum etc.

235. *ALIAE LITTERAE.*

Ex F *sub nr. 97 cum eodem rubro (Chmel l. c. pag. 304 nr. 64). Item contulit Hirsch. (P. deest.)*

[A]lb(ertus) Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Regalis honoris sublimitas pietatis legibus stabilita ad illos se singulari favore convertit, qui sue devocionis insigniis Romanum imperium fideliter venerantur. Sane cum honorabilis vir . .[a] de Guerdia[1] archidiaconus de Lincyo in ecclesia Tullensi, prout

233. a) Id. *coniiciendum esse monuit Zeumer; cf. Reg. Albr. 444. 445.*

234. a) invigilant *F.* b) *supra lineam F.* c) *sequitur* n̄ram *deletum F.*

235. a) . . *deest F.*

1) *An Benedictus de Guardia, a. 1295. canonicus Tullensis? Cf. Sauerland 'Vatikanische Urkunden und Regesten zur Geschichte Lothringens' I (1901), pag. 2.*

ex veris experimentis cognovimus, se nobis et imperio cum fidei puritate semper exhibuerit tam devotum, quod exinde non indigne debeat honorari, ipsum libenter et liberaliter cappellanorum nostrorum numero duximus aggregandum. Et quia multa debent immunitate fulciri, qui favorem regium suis virtutibus multipliciter meruerunt, vobis 5 universis et singulis damus hoc edicto regio firmiter in mandatis, quatinus eundem cappellanum nostrum vobis habentes fideliter recommissum, non permittatis eidem a quoquam iniuriam aut violenciam irrogari, set studeatis ipsum pro nostra et imperii nostri reverencia honore congruo prevenire.

Datum etc.

10 **236.** *EXEMPTIO CLERICI A RESIDENTIA PERSONALI.*

Dedit Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 212 nr. 317 e codice Vindobonensi 2493, de quo v. supra ad nr. 230, fol. 45. Cuius editionem hic repetimus.

(P. deest.)

Comitantes latus regium seu imperii serviciis fideliter militantes hanc ab antiquo 15 graciam meruerunt, quod ad residenciam personalem suorum beneficiorum cogi non debeant vel compelli, quippe cum eorundem absencia presencia pocius debeat reputari, eo quod utilitas reipublice et honor regius ac proventus ex hiis proveniens mereatur specialiter utilitatum commodis anteponi. Hinc est quod sinceritatem tuam rogamus attente, quatinus A., quem nostrum exemptum clericum reputamus, inspecto iure, quod 20 nobis et imperio [in][a] exemptis clericis competit, ad residendum in ecclesia sua compellere non presumas, maxime cum ipsa ecclesia per volentem et valentem ipsius nostri clerici vicarium sufficienter et salubriter officiari debeat et curari[1].

236. a) *deest F.*

1) *Cf. Constitutionem Friderici II. supra tom. II, 74 nr. 60 et Regestum Clementis V. nr. 2054.*

TRACTATUS DE ELECTIONE REGIS ANNO MCCCVIII. HABITI.

237. 238. UNIO PRINCIPUM RHENI INFERIORIS.

1308. Mai. 11. 12. 5

237. *SCRIPTUM FOEDERIS. Mai. 11.*

Apographon A *omnino coaevum inter archivi Heinrici VII. reliquias exstans superest Pisis in tabulario capituli maioris ecclesiae nr. 1287. Denuo contulimus nos ipsi. Sigilli foramina apparent. In verso leguntur manu item coaeva:* Cest li transcript dele alloiiance que on doit donner a chancelier le roi des Romains. *Edidit a. 1854. J. Ficker* 10 *'Die Ueberreste des Deutschen Reichsarchives zu Pisa' pag. 60 nr. 36 (= Wiener Sitzungsberichte 1854 pag. 196). Cf. ea quae de ratione apographi notata sunt ibidem pag. 62 not.*

Contulimus etiam B *Chartularium Haynoniae dictum tertium tabularii Insulensis 'B. 1584' signatum fol. 38 nr. 18 secundum editionem, quam paravit L. Devillers 'Monuments pour servir à l'histoire des provinces de Namur, de Hainaut et de Luxembourg'* 15 *III, 579 nr. 424, ubi etiam in adnotatione alius apographi membranacei, quod in tabulario Montensi 'Trésorerie des chartes' exstat, mentio fit. Sed ex hoc Chartulario nonnisi varias lectiones, quae cuiusdam sunt momenti, adnotavimus, orthographiae minutiis omnino neglectis.* *(P. deest.)*

[A] tous ceaus qui ces presentes lettres verront et oront Jehans par le grasce 20 de Diu dus de Lothr(inghe)[a], de Brebant[b] et de Lembourch[c], Guillaumes par celle meisme grace cuens de Haynnau, de Hollande, de Zelande et sires de Frize, Henris cuens de Luxembourch[d] et de la Roche et marchis d'Erlons, Jehans de Flandres cuens de Namur, Gerars cuens de Juler[e] e Arnous[f] cuens[g] de Lous[h] et de Chyni[i] connissance de verite avec salut. 25

Sachent tout, que nous pour le bien de paix et d'amour et pour le seurtei de nous et de chascun de nous, de nos tierres et de nos pays avons fait et faisons alliances entre nous en le maniere, qui s'ensuit:

(1) C'est assavoir que nous avons promis et promettons li uns de nous as autres par nostre foi et par nostre sairement confort et aide en toutes nos werres meutes et 30

237. a) Lothier *B.* b) Braybant *semper B.* c) Lembourc *B.* d) Lussembourc *semper B.* e) Iulers *semper B.* f) Ernoulz *B.* g) *deest A.* h) Los *semper B.* i) Chinni *B.*

a movoir, en toutes coses et en tous cas et encontre toutes gens, et a porchachier le profit li uns del autre, et a destourner les damages[k], sauff chou que nous ne nos meffachons envers nos seigneurs, c'est assavoir le roy d'Alemaingne et le roy de France. E s'il avenoit, que ja n'aviengne, que debas u besteins mevist entre aucun de nous, 5 qui sommes alloiiet em samble, nous li autres deverons alor[l] y[m] envoijer as parties pour savoir, li quele aroit tort, et celui, cui nous trouveriens en tort par no sairement, nous li diriens u feriens dire, qu'il fesist droit et se deportaist de son tort. Et se faire ne voloit droit, nous tout li autre aiderons et sommes tenu d'aidier l'autre partie, qui droit aroit. E seriemes en ce cas contre celui, qui tourt aroit, et le tenriens pour 10 parjur. (2) Item s'il avenoit que descors mevist entre les hommes d'aucun de nous devant nommes u il euissent[n] a faire a aucun de nous, nous promettons celui, cui homme ce seroit u seroient, que nous les ferons venir adroit. E se aucuns de nous ne voloit faire droit as hommes del autre du cas, dont il se deplainderoit[o], nous tout li autre sommes tenu et devons requerre sour sen sairement celui de nous, a cui on de- 15 manderoit droit, que il face droit as gens del autre de nous. Et se faire ne voloit, nous tout li autre devons estre contre celui en ce cas. (3) Item nous devons aidier [et servir][p] li uns l'autre en werre continuwee et a nos propres despens en ceste fourme: C'est assavoir nous dus de Brebant a cent armures de fier, nous cuens de Haynnau a cent armures de fier, nous cuens de Luxembourch a chinquante armures 20 de fier, nous cuens de Namur a chinquante armures de fier, nous cuens de Juler a quarante armures de fier et nous cuens de Lous a quarante armures de fier. E s'il avenoit que nous li dus et li cuens de Haynnau devan[t no]mmei euissiens a faire de tout le pooir des autres dessus dis, il sont tenu de venir a nous a leur despens jusques en nostre terre. E quant il i seront venu, il seront a nos despens. Et se aucuns de 25 noz autres alloijes avoit a faire de nous duc u conte de Haynnau de tout no pooir, aidier leur devons et venir a eaus a tout no pooir et a nos despens, sauf chou que nous cuens de Haynnau ne devons venir en le aide le conte de Julers a plus de cent e chinquante armures de fier, s'il ne nous plaist, et de plus ne nous empuet aproismier. E se nous dus avons a faire du conte de Haynnau, il nous doit aidier de tout sen pooir 30 et a nos propres despens, puis qu'il sera venus en no terre. E nous li devons aussi aidier tout en autel maniere. (4) Et se nous conte de Luxembourch, de Namur[q], de Julers et de Lous avons a faire li uns del autre, aidier devons li uns l'autre de tout nostre pooir a frais de celui, qui de nous ara besoing, puis que nous serons entrei en se terre jusques a tant, que nous partirons de sen service. Et est encore assavoir, que 35 nuls de nous ne poet ne doit emprendre nulle werre, se devant n'est monstrei a nous alloijes devant dis li tors et li gries, pour coi il voroit emprendre le werre, le quele il doit emprendre par le consel de nous. E nous l'en devons consellier par no saire- ment bien et leaument, si comme nous feriens pour no propre hyretage. E est a en- tendre, que chil de nous alloijes desus dis, qui sont en le foi et en l'ommage des 40 autres, ne lairont mie pour ceste allianche, qu'il ne soient tenu a faire et feront envers leur seigneurs ce qu'il deveront envers eaus[r] et a coi il seront tenu pour le raison de leur hommages. E leur seigneur seront tenu et feront ausi chou [qu']il deveront envers eaus. E nous Jehans cuens de Namur ne lairons mie pour ceste allianche a faire no devoir envers mon seigneur le conte de Flandres du fief, que nous tenons de 45 lui. (5) E n'est mie li ententions de nous duc et contes de Haynnau et de Namur dessus nommeis, que pour nulles des coses dessus dites les allianches perpetuels, que nous troi devant dit avons ensamble avoec reverent pere Guy par le grace de Dieu evesque d'Utreich oncle et Jehan frere a nous conte de Haynnau soient de riens

237. k) aussi *add. B.* l) aler *B.* m) u *B.* n) eut *add. B.* o) plainderoit *B.* p) *deest A.*
50 q) de Namur, de Luxembourch *A.* r) envers eaus *desunt B.*

empechies, routes u ameuries, ains volons, que eles vaillent et soient fermement tenuwes tout en le fourme et en le maniere, que eles sont escrites et saellees de nos seals, tant comme entre nous, qui sommes de le premiere alliance, touche u poioit touchier l'un vers l'autre. Et pour ce ne demoroit mie, ke nous ne soiens tenuz de tenir ces alliances chi dedens escrites envers nos autres alloijes dessus dis. E est encore assa- 5 voir, que nous cuens de Haynnau devant nommes mettons hors de ceste alliance reverent pere en nostre Seigneur et no chier oncle Guy par le grace de Dieu evesque d'Utrech, que nous ne seront point contre lui, ains li poons aidier tant com pour hyretage de sen eglize a retenir u a deffendre. Mais s'il avoit a faire a aucun de nos alloijes u il voloit aidier autrui, qui de nos alloijes n'est mie, contre aucun de nous 10 pour autre fait, que pour sen eglize, nous sommes et volons estre tenu de warder toutes ces alliances de point en point. Et tout en tel manier nous cuens de Luxembourch en mettons hors no chier et amei frere l'archevesque de Trives[s]. E ne devons nous cuens de Luxembourch pour ceste alliance entrer en le terre l'archevesque de Colongne, ains li poons aidier sa terre a defendre, tant comme il nous voroit croire. E s'il ne 15 nous voloit croire, nous tenrons ceste alliance de point en point[t]. (6) E doivent ces alliances durer bien et leaument en le maniere desus dite tout le cours des vies de nos alloijes devant nommes. E s'aucuns de nous aloit de vie a mort, pour ce ne demoroit mie que li autre vivant ne tenissent et soient tenu de amplier les alliances dessus dites de point en point. (7) Toutes[u] les coses dessus dites sont et doivent 20 estre entendues et les entendons en bonne foi [et][v] sans [nul][v] mal engien et les promettons toutes nous li alloijet devant dit et cascune d'elles a faire tenir et aemplier bien et loyalment a noz loaus pooirs sans nulle cavillacion u dechevance par nos sairemens et par nos fois sur ce corporelment donnees les saintes ewangiles atouchies, sans venir de riens encontre. Et avons renunchiet et renunchons nous et chascuns de nous 25 a ce que nous ne puissions dire, que ces coses n'aient estoi ensi faites en tout ou en partie, u ke nous ou aucun de nous ne les puissons ou doions ensi avoir faites sans le grei l'acort u le volentei de nos seigneurs. Et renunchons a toute aide et a tout remede de droit, de loy, d'usage u de fait et especialment et generalment a toutes coses, quel nom on les[w] puist mettre, par coi les alloiiances et les autres coses devan[t] 30 dites puissent estre routes, defaites, amenries u empechies, e qui poroient aucun de nous aidier et l'autre grever en queilconques maniere. Et avons promis et promettons encore en la maniere devant dite nous et cascuns de nous, si comme dit est, que nous ne querrons art ne engien, cause u occoison, maniere ou moiien par coi les coses devant dites soient defaites, destourbees u muees. En tesmoing(nage) [et[x] en seurtei desquelz 35 choses et pour ce que elles soient fermes et estaules et bien tenues et wardees a nos vies si com dit est, nous li alloyet dessus dit avons mis nos saialz a ces presentes lettres de certaine science et de commun assent de tous.

Che fu fait et][x] donn(ei) a Nivelle[y], l'an de grace mil troiscens et wijt, le onsime jour dou mois de Mai. 40

238. *CONCORDIA DE FUTURA ELECTIONE. Mai. 12.*

Cartularium B *fol. 44' nr. 19 denuo contulimus nos ipsi. Est rubrum:* Des convenanches, ke li alloiet eurent au conte de Haynn., se li unz di aus estoit roys d'Allem. *Edidit Devillers l. c. III, 583 nr. 425. (P. deest.)*

237. s) Treves *B.* t) *hic sequuntur in A:* Toutes les coses desus dites sont et doivent estre enten- 45 dues et les entendons en bonne foi et sans nul mal engien. E les promettons toutes nous li alloijet devant dit et cescune de eles afaire tenir et aemplir bien et leaument a nos loiauls poirs sans nulle cavillation u decevanche par nos sairemens et par nos foys sur ce corporelment donnees les saintes ewangiles touchies sans venir de riens encontre. *Cf. infra cap. 7.* u) *abhinc reliqua alia manu atramento pallidiori scripta sunt A; cf. supra not.* t. v) *deest A.* w) *loco* on les *B:* que on leur. x) *uncis inclusa ex B;* etc. *A.* y) Nivele *B.* 50

A tous chiaus ki ces presentes lettres verront et oront Jehans par le grasce de Dieu dus de Lothr(inge), de Braybant et de Lembourk, Henris cuens de Lussemburc, de la Roche et marchis d'Erlons, Jehans de Flandres cuens de Namur, Gerars cuens de Julers, Ernoulz cuens de Los et de Chini et Guis de Flandres freres au dit
5 conte de Namur salut et congnissance de veritet.

(1) Savoir faizons a tous, ke nous promettons tout ensa[u]le et cascuns par lui loiaument, en boine foy et par nos sairemens fais sour les sains ewangiles, a haut homme et noble Guilliaume par le grasce de Dieu conte de Haynnau, de Hollande, de Zelande et signeur de Frize, que s'il avenoit par le grasce de Dieu, ke li uns de
10 nous fust eslius roys d'Allemagne, chius de nous, ki rois d'Allemagne seroit, recheveroit le dit conte Guilliaume u ses hoirs en foy et en hommage de tout chou ke si devanchier conte de Haynnau ont esteit en foy et en hommage des roys d'Allemagne, hors mis les calenges, ki sont et ont estet entre les contes de Flandres et de Haynnau, dont il ont plaidiet en le court le roy d'Allemagne. (2) Item recheveroit il le dit conte
15 Guilliaume u ses hoirs de tout chou ke si devanchier conte de Hollande, de Zelande et signeur de Frize ont estei en foy et en homage des roys d'Allemagne ossi. Et ne s'en pora escuser par nulle raison, especialment pour chou ke ces convenanches ont estei faites devant sen election, ne demorra mie ke il n'en rechoive en foy et en hommage le dit conte Guilliaume u ses hoirs. Et quittera au dit conte Guilliaume et
20 a ses hoirs tout chou ke li roys d'Allemagne poroit demander es dites conteiz par le raison dou royaume de l'empire, u par quelconques autre raison ke ce fust bien et souffissaument. Et n'est mie a entendre, ke li dis cuens ne fache vers le roy chou qu'il doit u devera pour le raison de sen hommage. (3) Et s'il avenoit ke aucuns autres ke de nous[a] devant nommez fust esleus roys d'Allemagne, si promettons nous
25 tout ensanle et cascuns par lui, ke nous aiderons et poureacherons loiaument et en boinne foy, ke li dis contes Guillaumez sera recheus en le foy et en l'ommage dou dit roy d'Allemagne et sera quites en le maniere devant dite. (4) Et nous Guilliaumes cuens de Haynnau dessus dis promettons otel a faire envers les autres dessus nommeis en sanlavle cas, s'il avenoit ke li royaumez venist a nous, et nous i obligons
30 tout ossi avant ke li autre dessus nommet se sont obligiet. (5) Toutes les coses devant dites promettons nous tout ensanle et cascuns par lui par no sairement, ensi ke devant est dit, de faire et aemplir a nos loiaus pooirs. En teesmoingnage de veritet nous avons ces lettres saielees de nos proprez saialz et delivrees au dit conte Guilliaume.

Donn. a Nivelle, l'an de grasce mil CCC et VIII, le dousime jour dou mois
35 de May.

239—249. DOCUMENTA AD ELECTIONEM KAROLI DE VALESIO SPECTANTIA.

1308. Mai. 20.—Oct. 22.

239—242. *SCRIPTA PHILIPPI REGIS FRANCIAE. Mai. 20.—Iun. 15.*

40 **239.** *EPISTOLA HEINRICO REGI BOHEMIAE MISSA. Mai. 20.*

Servatur in codice notissimo bibliothecae Parisiensis lat. 10919 (olim Cartul. 170), quem iam supra ad nr. 179 et 229 adhibuimus[1], *fol. 93 (CVI). Olim in tabulario regio*

238. a) deus (= dessus?) *add. c.*

1) *Cf. 'Archiv' VIII, 329 et Boutaric loco supra ad nr. 179 citato pag. 168 sqq., itemque R. Scholz*
45 *'Die Publizistik zur Zeit Philipps des Schönen und Bonifaz' VIII.' (= Kirchenrechtl. Abhandlungen 6—8. Stuttgart 1903) pag. 226.*

asservabatur 'Trésor des chartes' Registrum nr. XXIX C. Denuo contulimus nos ipsi. Edidit R. Pöhlmann 'Zur deutschen Königswahl vom Jahre 1308' in periodico 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XVI, 362. (P. deest.)

Inclito principi H(enrico) Dei gratia regi Boemie illustri Ph(ilippus) eiusdem gratia Franc(orum) rex salutem et cum sincere dilectionis affectu votivorum successuum incrementa.

(1) Effrenata mortis severitas dignitati parcere nescia vel etati, serenissimum principem A(lbertum) clare memorie quondam regem Romanorum illustrem nuper tulit de medio, sicut fame discurrentis preloquium nos docuit et fidelis nunciorum assercio propalavit. Cuius mortis cognitio intima mentis nostre gravis doloris aculeo sauciavit. Vim tamen doloris huiusmodi curavimus freno racionis compescere, cum regulariter universe carnis lubricum in hac parte quemcumque neccessitet et presertim ne divine potentie, que supra cuncta tenet imperium, resistere videamur. (2) Verum quia eiusdem regni nostro regno contermini, ut tenemur ex debito caritatis, honoris et comodi titulos appetimus ampliari, ipsius regimini personam ydoneam, strenuam, rei publice utilem et opere fructuosam, cultus divini muneris, fidei orthodoxe universalis sancte matris ecclesie ac promotionis negotii Terre Sancte, quam proh dolor conspicimus nationum abominabilium pedibus conculcari nostrorum exigentia peccatorum, circa cuius oppressionem celeriter amovendam catholicorum principum quorumcumque anxie versari debet intencio, zelatricem ardenti desiderio prefici cupientes, quia tamen occupatio negotiorum urgentium, pro quibus expediendis presentiam summi pontificis hiis diebus adivimus, nos detinet irretitos, quominus super electione futuri principis et litteris et nunciis valeamus vobiscum habere plenius colloquium et tractatum, amicitiam vestram nobis karissimam, de qua plene confidimus, attente requirendam duximus et rogandam, quatinus de prefixione diei super electionis dicte negotio facienda seu de tractando super hoc, quoquo modo placeat, precum nostrarum obtentu desistere et per vos electores et amicos vestros, quos futura tangit electio, viis et modis, quibus poteritis, comode faciatis desisti, quousque super hoc propositum mentis nostre vobis duxerimus aut litterarum affatibus vel nunciorum oraculo lacius explicandum. Quod disponente Domino ad utilitatem totius rei publice facere proponimus e vicino.

Datum Pictavis, die Lune ante[1] ascensionem Domini.

240. *ALIA EPISTOLA EIDEM DIRECTA.* *Iun. 9.*

Servatur ibidem fol. 93' (CVI'), ubi rubrum: Item alias eidem regi Boemie ex parte dicti domini Franc(orum) regis. *Edidit Pöhlmann l. c. pag. 363. (P. deest.)*

(1) Ad nos tam ex fidedignorum litteris nobis missis quam plurium fidedignorum veris relatibus mestus rumor pervenit de flebili obitu clare memorie A(lberti) quondam Roman(orum) regis illustris, cuius anima cum sanctis regnatura perpetuo sempiterne quietis obtineat mansionem. Cum autem regni Romanorum, cui rex ipse prefuit, honorem eo fervencius zelemus et comodum, quo ex sui circa nos contiguitate illud habemus vicinius, nostrique cordis desideriis summe insideat, quod eidem regno princeps subrogetur accomodus, sub quo crescat fides catholica, Terre Sancte prosperetur negotium ac regnum illud totaque res publica, prout augustalis dignitas exigit, grata semper augmenta suscipiat, quique nobis ac regno nostro gratus inita diu inter regnum illud et nostrum pacis et amicitie federa benigne conservet, nos ad personam karissimi germani nostri K(aroli) Valesie et Andegaven(sis) comitis nostre considerationis intuitum reducentes ac nedum ex carnali affectione inducti, set frequenti factorum experientia magis

1) *Fortasse* post *legendum est; cf. R. Holtzmann 'Wilhelm von Nogaret' (1898) pag. 155 not. 5.*

edocti, credentes eum ad illius regni regimen, si ad hoc ipsum vestra et coelectorum vestrorum vocaret electio, fore perutilem ac zelum habentem fervidum ad exaltationem fidei catholice et promotionem negocii Terre Sancte, ipsum in serenitatis vestre memoriam in facto future electionis de Romanorum rege proximo celebrande reducimus ac etiam 5 nominamus. Serenitatem vestram cum plena fiducia requirentes et quantum plus care possumus deprecantes, ut quatenus nostram desideratis amorem et affectatis ea que nobis sunt placita procurare, per vos et quoscumque alios amicos vestros, qui in electionis predicte negotio vocem vel quamvis aliam potestatem habent vel possent modo quovis habere, quesitis ad hoc viis et modis, quos comode invenire et investigare pote- 10 ritis, ipsius germani nostri promotionem cum effectiva diligencia procuretis, cum alias aut quovis alio modo non possetis rem nobis tam gratam facere aut que nostro magis posset animo complacere. (2) Unde serenitati vestre placeat vestrum quoad hoc votis nostris coaptare desiderium et factum, quod querimus, sic diligenter exequi et efficaci studio taliter promovere, quod illa de qua confidimus nunc in vobis clare pateat 15 vere dilectionis affectio, quam ad nos geritis, cum rem istam talem reputemus et tantam et sic honori nostris et comodis profuturam, quod spes nobis non esset, quod alias in tanto casu pateret vobis aditus faciendi negotium nobis tam placidum et ex quo tantus posset nobis honoris et comodi cumulus provenire. (3) Et ecce quod pro huius promocione negocii ad vos et ceteros coelectores vestros intendimus cito sollempnes nuncios 20 destinare, qui plenius sinceritati vestre referent nostre super hoc voluntatis intentum. Has autem presentes vobis premittimus rogantes toto nostre mentis et cordis affectu, quatinus sic interim in pretacto negocio vestra velit operari nobis cara dilectio et sic circa illud taliter experiri, quod orditum per vos negotium grate promotionis effectum suscipiat et nostra propter hoc semper tendat affectio ad ea, per que persone vestre 25 et vestrorum in casibus qui possent contingere honores et comoda procurentur. Et si vestro mediante iuvamine idem germanus noster ad tante dignitatis apicem exaltetur, hoc pro firmo promittimus et in verbo veritatis asserere possumus, quod ipsum ad ea, que tanto incumbunt offitio, invenietis ydoneum vobisque et regno vestro gratiosum, humilem et benignum, ac prefatis effectibus qui sequuntur vestra gaudebit serenitas 30 ipsum germanum nostrum in Romanum principem elegisse.

Dat. Pict(avis), Dominica in octab(is) Penth(ecostes).

241. *POTESTAS NUNTIIS TRADITA. Iun. 11.*

Superest in Registro 'JJ. 42a (olim nr. XLII)' fol. 107 nr. 101 tabularii Parisini. Denuo contulit A. Werminghoff. Est ibi rubrum: Quomodo dominus rex dedit posse 35 magistro Girardo de Landrico et aliis hic descriptis eundi in Almaniam et alia hic descripta faciendi. *Edidit Boutaric 'Notices et extraits des manuscrits' XX, 2. 1862. pag. 189 nr. 31.* *(P. deest.)*

Ph(ilippus) Dei gratia Franc(orum) rex universis presentes litteras inspecturis salutem.

40 Notum facimus, quod nos de fidelitate et discrecione dilectorum et fidelium magistrorum Gerardi de Landrico legum provisoris et Petri dicti Barriere clericorum ac Hugonis de Cella militis nostrorum gerentes fiduciam specialem, ipsos et eorum quemlibet exhibitores presencium ad regni Alemannie partes pro certis procurandis, proponendis et agendis negociis destinamus[a]. Ipsis insimul ac duobus ex eis promittendi pecunie 45 summas semel vel ad vitam solvendas ac mutua recipiendi sub quantitate quacumque, nos et successores nostros pro ipsis promissionibus et mutuis, quibuscumque et a quibuscumque fiant personis, tene[n]dis et complendis obligandi per litteras suas, prout

241. a) destinatis *c.*

viderint expedire, ac cetera, que pro dictorum negociorum utilitate viderint necessaria seu oportuna, nostro nomine faciendi potestatem plenariam concedentes ratumque exnunc habentes et habituri, quicquid per ipsos vel duos ex ipsis auctoritate nostra actum fuerit in premissis. In cuius rei testimonium presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. 5

Actum Pict(avis), die XI. Iunii, anno Domini MCCC octavo.

242. *MANDATUM THESAURARIIS DIRECTUM.* *Iun. 15.*

Ex eodem Registro fol. 107 nr. 100 descripsit Werminghoff. Est rubrum: Mandatum thesaurar., quod tradent domino Hugoni de Cella militi mille e trecentas libras Tur(on). *(P. deest.)* 10

Ph(ilippus) Dei gratia Franc(orum) rex dilectis et fidelibus thesaurariis nostris Paris(iensibus) salutem et dilectionem.

Cum nos dilectum et fidelem H(ugonem) de Cella militem nostrum cum quibusdam aliis personis ad partes Alemannie pro quibusdam nostris negociis destinemus, mandamus vobis, quatinus ordinacionibus quibuscumque non obstantibus eidem militi 15 pro suis et illarum personarum expensis faciendis mile et trecentas libras Turonensium parvorum forcium sine difficultate et dilacione quibuslibet liberetis de nostro. Si vero idem miles pro pecunia habenda cum dicta summa pro dictis expensis faciendis ad vos remiserit, mandamus vobis districte precipientes, quatinus illam pecunie summam, quam propter hoc a vobis per suas litteras habere pecierit, sibi vel suo certo mandato sine 20 difficultate liberetis de nostro vel eam per litteras aliquorum mercatorum versus partes Alemannie faciatis eidem militi liberari. Premissa nullatenus omittentes.

Actum Pictavis, XV. die Iunii, anno Domini MCCC octavo.

243. 244. *PROMISSIONES KAROLI DE VALESIO.* *Iun. 16.*

243. *PROMISSIO PRIOR.* 25

Autographon tabularii Parisini 'Carton J. 164 A nr. 23' signatum descripsit socius noster Marius Krammer. Pendet sigillum laesum loro membranaeco. Apographon Registri supra adhibiti fol. 106' nr. 99 negleximus. Cf. Joseph Petit 'Charles de Valois (1270—1325)' (Par. 1900) pag. 117 not. 4. *(P. deest.)*

Charles fuiz de roi de France, cuens de Valois, d'Alençon, de Chartres et 30 d'Anjou a touz ceus qui verront ces presentes lettres salut.

Savoir faisons a touz, que comme nostre tres chier seigneur Ph. par la grace Dieu rois de France a nostre requeste et pour l'essaucement d'aucune personne, dont nous desirrons la promocion si de cueur comme nous poons plus, envoie a present au reaume d'Alemaingne ses amez et feaux mestre Gerart de Landri seigneur de Lois 35 et mestre Pierre Barriere ses clers et monsieur Hue de la Celle son chevalier comme procureurs ou mesages, et pour la poursuite de la besoigne ait donne a iceus procureurs ou mesages ensamble et a deus d'iceus plain poer de promettre sommes d'argent a paier a une foiz ou a vie, de recevoir empruns de quelconque quantite, de obligier par leurs lettres, si comme il verront, que il sera li profiz de la besoigne, luy, 40 ses hers et ses successeurs pour les promesses et emprunz, que il feront tenir et acomplir a quelconques personnes et de quelconques personnes, que il soient faiz, et de faire

en son non toutes autres choses, qui leur sambleront necessaires ou convenables pour le profit de la dite besoigne, et avec ce ait et aura nostre dit seigneur ferme tout ce qui par les diz procureurs ou messages ou deus d'iceus sera fait de s'auctorite es choses davant dites, si comme ces choses sont plus plenement contenues es lettres 5 nostre dit seigneur sur ce faites[1], nous recognoissons, que il le poer davant dit leur a donne a nostre requeste pour le profit d'icelle personne, de qui la promocion nous desirrons, et pour son estat avancier. Et promettons au dit nostre seigneur pour luy et pour ses successeurs rois de France, que nous rendrons, paierons et deliverrons entiernement senz diminucion toutes les sommes d'argent, que li dit mesagier ou 10 procureur ou les deux d'iceus promettront a paier une foiz ou a vie, et que il emprunteront pour la prosequcion ou pour l'acomplissement de la besoigne dessus dite, et deliverrons le dit nostre seigneur de toutes obligacions et de toutes charges, desquiex il sera liez ou chargiez pour le fait des diz messages ou procureurs ou par deus d'iceus pour raison de la dite besoigne, et l'en garderons de tout damage. Et pour toutes 15 ces choses ensamble et chascune par soi tenir fermement et acomplir nous obligeons nous, noz hers et noz successeurs, noz biens, les biens de noz hers et de noz successeurs, muebles, non muebles, presenz et avenir et aussi pour paier touz autres couz et despens, qui seront faiz en la prosequcion et pour l'acomplissement de la dite besoigne.

20 En temoing de ce nous avons faire mettre nostre seel en ces presentes lettres, faites a Poitiers, le XVI. jour de Juying, l'an de grace mil trois cenz et vit.

244. *PROMISSIO ALTERA.*

Autographon eiusdem tabularii nr. 22 item descripsit Krammer. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. Edidit Boutaric l. c. pag. 190 nr. 32 ex Registro fol. 107' nr. 102. 25 *Cf. Petit l. c. pag. 117 not. 5.* *(P. deest.)*

Charles fuiz de roy de France, cuens de Valois, d'Alençon, de Chartres et d'Anjou a touz ceus qui verront ces presentes lettres salut.

Savoir faisons a touz, que comme nostre tres chier seigneur Ph. par la grace de Dieu rois de France ait ordenne a present d'envoier ou royaume d'Alemaigne cer-30 tains messages solennes pour l'accroissement de l'estat et de l'ouneur d'aucune personne, de qui nous avons la promocion si a cuer comme nous poons plus, ou point especialement d'atendre et d'avenir a la hautesce d'estre esleu en roy d'Alemaigne, dont election se doit faire bien prouchenement, et il pour poursuivre ceste chose ait fait ballier et delivrer de ses propres deniers aus messages dessus diz mil et cinc cenz livres 35 de bons petiz Tournois a nostre requeste et donne encores en mandement a ses tresoriers de Paris, que la somme d'argent, que messire Hugues de la Celle son chevalier leur requerra par ses lettres estre delivree a lui ou a son mandement, delivrent dou sien ou facent delivrer a icelui chevalier es parties d'Alemaigne par lettres d'aucuns marcheanz pour le fait de la dite election et pour l'essaucement de l'ouneur de la dite personne 40 en cest cas et pour le profit de la dite besoigne[2], nous a nostre dit seigneur prometons en bonne foi sus l'obligacion de nous, de noz hoirs, de touz noz biens et les biens de noz hoirs, muebles, non muebles, presenz et avenir, en quelconque lieu qu'il soient veuz ou trouvez, que nous a lui ou a ses successeurs ou a leurs genz rendrons et paierons, toutes les foiz que nous en serons requis de eux ou de leur genz, les dites mil et 45 cinc cenz livres et tous ce que il apperra, que li diz messagier ou les deus d'iceus auront

1) *Supra nr. 241.* 2) *nr. 242.*

eu receu et prins par emprunt pour le fait desus dit et pour la poursuite desus dite, et avec ce touz les despens, qui pour defaut de paiement de la dite somme d'argent et des emprunz desus diz seroient faiz par le dit nostre seigneur le roi ou par ses genz.

En tesmoing de ce nous avons fait mettre nostre seel en ces lettres, faites a Poitiers, le XVI. jour de Juying, l'an mil trois cenz et vit.

245. *MEMORIALE PETRI DE BOSCO PHILIPPO REGI FRANCIAE PORRECTUM. post Mai. 23.*

Subiungere liceat documentum grave, quo item de imperii rebus et de principibus electoribus agitur[1], *quod superest in codice saepius adhibito Parisino lat. 10919 fol. 109'. Nos ipsi denuo accuratissime contulimus. Edidit Boutaric l. c. pag. 186 nr. 30. Cf. ea quae notaverunt Ch.-V. Langlois in praefatione ad eiusdem auctoris libellum 'De recuperatione Terre Sancte' (Paris 1891) pag. XIII et Scholz loco supra pag. 203 not. 1 citato pag. 392.*

Pro facto Terre Sancte[a].

(I) Valde verisimile est futuros eventus coniecturantibus et previdentibus, prout fieri debet per probabiles presumptiones, quod dominus rex, si haberet benigvolentiam

245. a) Pro—Sancte *alia manu in margine superiori scripta sunt c.*

1) *In adnotatione repetere iuvat enuntiata, quibus Petrus de Bosco in libelli 'De recuperatione Terre Sancte' capitibus 13 et 116 varia de eisdem imperii negotiis pertractat. Quae ad editionem a Ch.-V. Langlois paratam, quam supra citavimus, pag. 12 et 104 hic ponantur:*

13. Quoniam vero mutatio successionis imperii guerrarum occasiones infinitas in Alemannia prestare consuevit, obstante solita imperatoris electione, que propter solitas discordias recuperationem et conservationem Terre Sancte impedire consuevit, paxque firma imperii Romani ad ipsam recuperationem et conservationem plurimum posset verisimiliter subsidium impertiri, propterea pensatis bonis, que fecissent et probabiliter fecisse presumuntur, viventibus qui nunc sunt hominibus, reges Alemannie, si regnum et imperium ex successione parentum cum thesauris sibi per eas reservatis et fortaliciis roboratis sine discordiis habuissent, interpolatione vacationeque dominii, immo obediencie discontinuatione quacunque cessante, consideratis etiam bonis, que dicuntur olim imperatores fecisse, priusquam exorta forent impedimenta moderna, immo ut cessare possint guerre corporum et animarum perniciose propter cupiditates ad regnum ac imperium aspirandi solite suboriri, immo ut ex regno ac imperio prosiliant subsidia plurima recuperationis et conservationis Terre Sancte multorumque temporalium profectuum, que nobis ex ipsa provenirent iam diu, gravia dampna consueta victando, presertim ne pereat amplius salus et exaltatio reipublice, regni et imperii tam nobilium populorum, petatur Alemannie regnum ac imperium confirmari regi moderno sueque perpetuo post ipsum posteritati propter victandum scandalum sopiendumque cupiditatem electorum, aliqua recompensatione super rebus et libertatibus imperii sibi facta . . . .

116. . . . . Multum erit proficuum et honorabile domino regi Francorum, si regnum et imperium Alemannie possit suo fratri nepotibusque perpetuo procurare, super quo cum rege moderno expediret convenire, antequam sciret novum modum pacis predictum, quod dominus rex pro se et heredibus suis haberet, prout dicitur alias conventum fuisse, totam terram sitam citra Rinum Coloniensem vel saltem directum dominium et subiectionem comitatuum Provincie et Saveie cum toto iure, quod habere posset imperator in Lombardia, Ianuensi vel Venetensi civitatibus et territoriis. Sic dominus rex ingressum Lombardie liberum haberet. Et hoc secreto fieri expediret inter reges Francorum et Alemannie cum approbatione et confirmatione pape, ut hoc sic concordato et confirmato confirmaretur imperium regi Alemannie sueque posteritati, datis muneribus electoribus saltem laicis, ut assentirent. Papa bene faceret prelatos electores imperatoris assentire, quoniam eorum multipliciter interest solitas guerras imperii et subditorum eius cessare.

Cf. etiam ea, quae ex alio tractatu hucusque inedito eiusdem Petri, cuius titulus est 'Summaria brevis et compendiosa doctrina felicis expeditionis et abreviationis guerrarum ac litium regni Francorum', adiecit Langlois l. c. pag. 104 not. 2 et 3.

pape et cardinalium, de facili posset inspecto statu moderno acquirere pro se et heredibus suis Romanum imperium, quod sanctus Ludovicus sic libenter acceptasset, quoniam electio imperii nunc vacantis ad tres archiepiscopos et quatuor duces seu comites ex dono Adriani pape noscitur pertinere, si papa potestatem eligendi suspenderet, si contra fieret
5 irritando et per clausas litteras rogando, quod electoribus non displiceret[b], promittendo se facere propter magnum eorum et Terre Sancte comodum, ipsos ad generale concilium convocando, laicis ad veniendum impensas ministrando super decimis pro Terra Sancta collectis seu colligendis, papa ipsis convocatis posset dicere:

(II) 'Si vellemus, possemus ab eligendi iure vos privare et alias punire, quoniam
10 multis modis abusi fuistis eligendi potestate. Certum est, quod quia imperator Constantinopol(itanus) ecclesiam deffendere recusaverat et neglexerat pluries humiliter requisitus, idcirco translatum fuit imperium in persona Karoli Magni a Grecis in Germanos et data vobis fuit eligendi potestas, ut ecclesie deffensorem eligeretis. Vos autem multos tales iam successive elegistis, qui ecclesiam Romanam non solum deffendere
15 recusarunt, immo etiam impugnarunt, vobis ad hoc opem et occasionem prestantibus, tolerantibus et per vestras guerras et alias in culpa existentibus manifesta'. Ostendendo etiam[c] eis, primo quesito secreto consensu archiepiscoporum, qui resistere non auderent, quod frequens mutatio regum Alemannie in senectute provectorum, non habentium, unde commode possent regimen deffendere et ad imperium aspirare, quasi
20 destruxit imperium. Maxime quoniam illi, qui credunt se promovendos contra electum in regem, ex quo electus est, in eius mortem ac destructionem machinantur in gravissimum preiudicium ecclesie Romane, imperii, Terre Sancte tociusque reipublice christicolarum. 'Et idcirco nos, qui huiusmodi potestatem vobis ex causa commisimus, ex longe fortioribus causis eam revocare possemus, etiam vobis invitis. Set nos vestram
25 benigvolentiam cupientes, ut vobis volentibus de imperatore perpetuo provideatur, qui vos ducat in Terram Sanctam, dabimus cuilibet vestrum comitatum unum vel si non sint comitatus magni, duos, qui longe magis proderunt vobis et heredibus vestris quam potestas[d] eligendi. Dabimus etiam cuilibet vestrum centum milia vel II^{c} milia librarum seu plus vel minus, prout concordari posset, pro stipendiis vestrorum militum ob
30 viam Terre Sancte solvendis. Que pecunie super decima ecclesiarum Alemannie capi possent'.

(III) Verisimile est, quod isti electores talia minime recusarent, residuumque sufficeret imperatori, qui plus in Lombardia, Ianua et Venetia recuperaret, que reges Alemannie per longua tempora non habuerunt, quam se extenderent sic donata. Sic
35 sine scandalo et custu intraret dominus rex et per Alemanniam homagia recipiendo in Terram Sanctam transiret cum maxima pugnatorum multitudine sicco pede, sicut eius antecessor Karolus Magnus et Federicus imperator penultimus transivisse[e] leguntur. Sic venire possent nobiles in Terram Sanctam per Dei gratiam fortes equites omnes, non per mare debilitati. Habitantes vero prope rippas maris inter Greciam et finem
40 Hispanie et alii quicumque volentes magis per mare quam per terram transirent in Cyprum. Et adhuc quod vix posset pro istis omnibus sufficiens navigium reperiri.

(IV) Aliquis impeditor dicere posset, quod dominus rex imperium et regnum suum propter guerras solitas Alemannie comode gubernare non posset. Quod videtur verum, nisi, prout cavetur in epistola domino pape tradenda, quam habet idem dominus rex
45 apud Chinon sibi traditam[1], pax inter omnes principes Latinos tam fortiter firmaretur, quod ipsi ad bella non currerent, immo aliter secundum iura iusticiam sibi fieri postularent.

245. b) pp *sequitur deletum c.* c) manifesta ostendendo. etiam *c.* d) potestatem *c.* e) transsivisse *c.*

1) *Mai. 23. Quae servata non est. Cf. Scholz l. c. pag. 392.*

(V) Expediret etiam dominum regem a papa capere et habere totum patrimonium ecclesie. exceptis maneriis utilibus ad habitandum, pro solvendo sibi annuatim tantum quantum ipse deductis impensis recipere consuevit. Sic dominus rex haberet homagia et obediencias solitas regum et principum de temporalibus suis domino pape obedientium. Sic cessarent guerre et superbie Ianuensium, Venetarum, Lombardorum, Toscanorum et aliorum, qui de mercaturis vivere consueverunt, prout in dicta epistola cavetur et declaratur. Sic imperator de facili haberet, ut videtur, obedienciam omnium Latinorum et bonorum christianorum ecclesie Romane obedientium[1]. Sic Alemannia valde magna, populis ultra sufficientiam repleta, Terram Sanctam et Greciam gentibus, cum ibidem essent, obedientibus[f], quod multum esset expediens, publicaret. Si Terra Sancta capta esset, non posset conservari, coli, habitari et defendi sine populo innumerabili, qui per mare nullo modo transire posset. Idcirco expediret, per Alemanniam, Unguariam, et Greciam viam securam, latam et munitam, prout posset comodius fieri, preparari. Per quam viam sine festinantia incedentes venirent in terram desiderabilem, quod per mare non contingeret, fortes et robusti.

246—249. *LITTERAE CLEMENTIS V. PAPAE ET RAYMUNDI CARDINALIS. Iun. 19.—Oct. 22.*

246. *LITTERAE PAPAE AD DUCEM BAWARIAE. Iun. 19.*

Cum autographon Monaci quamvis variis vicibus diligentissime quaerentes non invenerimus, repetimus editionem, quam a. 1616. dedit Gewoldus 'De septemviratu' pag. 50 ex autographo, ut opinari licet, tunc tabularii secreti domus regiae Bawaricae. — Böhmer, Regesten 1246—1313 Päbste 318. *(P. deest.)*

Clemens episcopus servus servorum Dei dilecto filio nobili viro Rudolpho duci Bavarie salutem et apostolicam benedictionem.

(1) De acerbe mortis occasu, quem pertulit clare memorie Albertus rex Romanorum, cum auditui nostri apostolatus innotuit, presertim propter casus horribilitatem doluimus et expertes adhuc esse doloris huiusmodi non valemus. Preterea[a] nobilitatis tue noverit[b] circumspecta prudentia, quod Alemanie regni provisio precordialissime nos et ecclesiam Romanam contingit, et ut de persona utili provideatur, non modicum dinoscitur expedire. Propter quod profundis meditationibus assiduisque sollicitudinibus excitamur et desideramus ab internis cordis nostri, ut talis ad dicti regni regimen eligatur, qui discretionis providentia preditus, consilii maturitate conspicuus, magnanimitate sublimis et precellens virtutibus habeatur, quique mentis oculis erectis ad Deum et in suis processibus previum habens Altissimum, erga ipsum et memoratam ecclesiam splendore sue fidelitatis eluceat et precelse devotionis efferbeat puritate, eamque studeat sicut matrem et dominam filialibus studiis revereri et regni ecclesias memorati ecclesiasticasque personas affectu propitio eorumque libertates et iura nedum quod illibata conservet, verum etiam tanquam princeps catholicus favorabiliter potenti brachio tueatur sueque virtutis operationes indesinenter adiciat, ut eiusdem regni ac tuus et aliorum principum ipsius regni status prospere conservetur et exaltetur Deo propitio felicibus incrementis et magnificis honoribus attollatur, et qui Terre Sancte tribulationibus et pressuris divino excitatus spiritu pio affectu compatiens tanquam fortis athleta Domini et pugil strenuus Crucifixi ad recuperationem ipsius, ad quam desideria nostra vehementer aspirant, operam efficacem impendat et sollicitis et opportunis studiis elaboret. (2) Eapropter

245. f) obed *in rasura c.*

246. a) Propterea *ed.* b) novit *ed.*

1) *Cf. 'De recuperatione Terre Sancte' pag. 105 sq.*

opus est, ut tu, qui unus de electoribus eiusdem regis fore dinosceris, super hoc ingenium acuas mentis tue, animi virtutes exerceas, ut cum exacta diligentia et cautela provideas ac debita consilii maturitate consideres, qualiter id valeat Deo volente ad effectum debitum pervenire. (3) Quare nobilitatem tuam rogamus, monemus et hortamur
5 attentius, quatinus premissis diligenti meditatione pensatis de huiuscemodi persona attentione sollicita studeas cogitare, et priusquam ad electionem procedatur, nobis cogitationem huiusmodi et deliberationem super hoc omni occasione postposita celeriter intimare procures. Nos etiam cogitamus et cogitabimus super hoc meditatione sollicita et intentionis nostre propositum, ut per illud cautius existas premunitus, tibi Deo propitio
10 curabimus intimare. Sic igitur in premissis te reddas providum et attentum, sic sollicitum et diligentem [te][a] exponas, quod tua fructuosa operante virtute nostris in hac parte desideriis satisfiat, et preter retributionis eterne premium tibi exinde proventurum nostram et sedis apostolice benedictionem et gratiam plenius consequaris.

Datum Pictav(is), XIII. Kalend. Iulii, pontificatus nostri anno tertio.

15 ## 247. *LITTERAE RAYMUNDI CARDINALIS AD ARCHIEPISCOPUM COLONIENSEM. m. Iul.*

Proponimus e codice Parisino lat. 10919 fol. 115 (CXXVIII), de quo v. supra ad nr. 239, denuo accurate collato. Edidit iam olim Baluze 'Vitae paparum Avenionensium' II, 119. Nonnulla verba conveniunt cum litteris papae supra nr. 246. — Böhmer,
20 *Reg. 1246—1313 Päbste 319.* *(P. deest.)*

Venerabili in Christo patri amico carissimo domino H(enrico) Dei gratia archiepiscopo Coloniensi Raymondus miseratione divina Sancte Marie Nove dyaconus cardinalis salutem et sinceram in Domino caritatem.

(1) Acerbe mortis occasus, quem pertulit clare memorie dominus Albertus rex
25 Romanorum, doloris ottulit cordi nostro puncturam et adhuc presertim propter orribilitatem excessus expertes fore doloris huiusmodi non valemus. Preterea vestre paternitatis circonspecta prudentia potest evidenter advertere, quod Alamannie regni provisio precordialiter ecclesiam Romanam contingit. Propter quod desideranter optamus et non modicum dinoscitur expedire, ut talis ad eiusdem regni regimen eligatur, qui mentalibus
30 occulis erectis ad Deum reverenter[a] ecclesiam more devoti filii sicut matrem, dicti regni ecclesias ecclesiasticasve personas earumque bona, libertates et iura sicut princeps catholicus potenti brachio tueatur, ac divino excitatus Spiritu oppressionibus Terre Sancte pio affectu compatiens ad recuperationem ipsius, ad quam eiusdem ecclesie Romane ac sanctissimi patris et domini nostri summi pontificis desideria ferventer
35 aspirant, pro reverentia illius, qui terram ipsam sui preciosissimi sanguinis effusione sacravit, suarum virium potenciam tanquam fortis athleta Domini et vindex strenuus Crucifixi non desinat exercere. (2) Hec siquidem et alia multa gratie celestis carismata, que in magnificum virum dominum K(arolum) Valesiensem et Andegavensem comitem influxit benignitas piissimi Salvatoris[b], ad ipsius regni regimen inter magnates
40 singulos orbis terre, sicut creditur, utiliorem efficiunt et magis ydoneum representant. Ipse vero discretionis providentia preminet, altitudine precellit consilii et habetur strenuitate prepotens in agendis. Et tam sua quam excellentis principis domini Philippi regis Franc(orum) illustris fratris sui operante potentia posset regnum prefatum, si De[o] volente ad huiusmodi electionem procedi contingeret, sub felici suo regimine salubriter
45 gubernari, quietis et pacis habundare deliciis et in suis deperditis iuribus restaurationem

246. a) *deest ed.*

247. a) rever|eantur, er *in fine lineae loco raso inscripta c.* b) salvationis *c.*

recipere salutarem. Idem etiam comes a sue iuventutis initiis progenitorum[c] suorum imitans laudanda vestigia, exaltationem ipsius ecclesie promovere sollicite studuit et suam suorumque personas libenter exposuit pro deffensione ecclesiastice libertatis, ac Dei beneplacitum veluti sui nominis amator intentus studio diligentis indagationis exquirens, direxit ardenter ad subveniendum terre predicte necessitatibus vota sua. (3) Quare paternitatem et amiciciam vestram affectione plena rogamus, quatinus premissa infra claustra vestri pectoris meditatione sollicita recensentes, in prefatum comitem eligend(um) in regem regni prefati dirigatis, quantum in vobis fuerit, vota vestra, ut nos, qui in electione huiusmodi multum reputabimus honorari, in vestris honoribus promovendis ex corde ministerium nostre sollicitudinis liberaliter exponere teneamur.

Datum Pictavis, mense Iulii.

248. 249. *LITTERAE PAPAE AD REGEM FRANCIAE. Oct. 1.—22.*

248. *LITTERAE PRIORES. Oct. 1.*

Autographon in tabulario Parisino 'carton J. 703 nr. 163' asservatum quo omnes redeunt editiones, denuo nos ipsi accuratissime contulimus. Pendet bulla plumbea filo cannabis, cum litterae olim clausae male aperirentur, in membranae margine superiori nunc adsuta. In plica scripta sunt: de cur̄ .P. de Sueff̄. *In verso leguntur:* Carissimo in Christo filio Philippo regi Francorum illustri.

Ea verba, quae in margine sinistro a manu cancellariae regis Francorum ad litteras melius disponendas scripta sunt, in varia lectione posuimus. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Päbste 321. *(P. decst.)*

Clemens episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio Philippo regi Francorum illustri salutem et apostolicam benedictionem.

(1) Quia, sicut pro certo speramus, mentem tuam prospera de nostra incolumitate persone audire delectat, tibi significamus ad gaudium, quod licet pluries in via discrasiati[a] fuerimus, tamen illo faciente, qui potest, corporis incolumitate vigemus, quamvis in eo vigore non simus, in quo eramus, quando recessimus de Pictavis, cum aer locorum, per que transitum fecisse dinoscimur, dispositioni persone nostre non competat, ut credimus, sicut aer partium Pictavensium competebat. (2) Preterea[b] dilecti filii Petrus Barrerii canonicus Virdunensis et Hugo de Cella miles tuus nuper ad nostram presentiam venientes nobis litteras tuas continentes inter cetera credentiam presentarunt et qualiter ipsi dudum cum nostris et tuis litteris super facto electionis futuri Romanorum regis ad partes Alamanie accedentes personaliter et qualiter in huiusmodi negotio processerant ac venerabilis frater noster . . Coloniensis archiepiscopus letanter ipsos receperat eique dilectum filium nobilem virum Carolum comitem Andegavensem germanum tuum in regem Romanorum ex parte tua nominaverant eligendum, ac tu per regias litteras supradictas prefato archiepiscopo etiam specialiter nominaras, et qualiter dictus archiepiscopus eis benivolum exhibens responsum et gratum obtulit super electionis eiusdem negotio liberaliter se facturum, quicquid posset effici per eundem, nobis seriosius retulerunt. (3) Cumque[c] postmodum iidem canonicus et miles apud nos ex parte tua instarent sollicite et iterato, prefato Coloniensi necnon et venerabilibus fratribus nostris . . Maguntin(ensi) ac . . Treveren(si) archiepiscopis, quibus scripta nostra direxeramus[d], per eos super huiusmodi negotio scriberemus, nos eisdem respondimus, quod cum per duos vel tres dies ante ipsorum ad presentiam nostram adventum predictis archiepiscopis

247. c) primogenitorum *c.*

248. a) *sic or.* b) *in margine:* relacio. c) *in margine:* ·|· peticionis responcio. d) dir *in loco raso or.*

ac dilectis filiis nobilibus viris . . marchioni Brandeburgensi ac . . Saxonie et . . Bavarie ducibus, prout in recessu tuo de Pictavis nos instanter rogaveras, pro eiusdem promotione negotii, nominando specialiter ipsum[e] comitem, scripsissemus[f 1], non videbatur expediens sive decens eis scribere super eodem negotio iterato, nisi prius nobis ad easdem litteras respondissent. Tamen responsione habita ab eisdem parati eramus scribere, ut petebant. Verum quia dictus Coloniensis archiepiscopus prefatis canonico et militi, ut prediximus, benigne et grate respondit, ipsum per nostras litteras super negocii promotione predicti pulsamus precibus et exhortationibus iteratis, prout in transumpto litterarum ipsarum[1], quod tibi mittimus presentibus interclusum, poteris plenius intueri. (4) Ad[g] illud autem, super quo canonicus et miles prefati nobis supplicasse noscuntur dicteque tue littere continebant, videlicet quod aliquam solennem personam ad electores eosdem vel procuratores ipsorum, die qua pro habendo tractatu super electione prefata convenire habebant, insimul mitteremus, respondimus et adhuc tue celsitudini respondemus, quod de huiusmodi persona, que tibi grata et fidelis existat, de qua tu pleniorem quam nos poteris habere notitiam, cogites diligenter tuamque super hoc nobis rescribas plenarie voluntatem, cum iuxta votum tuum ad electores eosdem destinare personam huiusmodi proponamus. (5) Supplicaverunt[h] nobis insuper ex parte magnitudinis tue canonicus et miles prefati, ut dilecto filio nobili viro comiti Lucceburgensi pro huiusmodi promotione negotii per nostras litteras scriberemus, quibus ad hoc duximus respondendum, quod cum prefatus archiepiscopus Treverensis dicti comitis frater ipseque comes pro sua promotione ad regnum predictum apud nos devotis supplicationibus institissent ac idem comes tibi fidelis existat, magis videbatur expediens, quod tu eundem comitem super hoc requireres per litteras tuas cum instantia oportuna. (6) Preterea[i] cum prefati canonicus et miles nobis supplicarent, quod dicto archiepiscopo Maguntin(ensi), ne ad coronationem dilecti filii nobilis viri . . ducis Carinthie, qui se gerit pro rege Boemie, procederet, donec esset ipsius regis Roman(orum) electio celebrata, per nostras litteras scriberemus, eisdem duximus respondendum, quod nobis, qui sumus omnibus in iustitia debitores, non videbatur congruum rationi, quod nullo conquerente de ipso ad eius impeditionem honoris procederemus aliquatenus ex arrupto. (7) Ceterum die Sabbati preterita apud Reulam Vasaten(sis) diocesis existentes per nuntium ex parte regia nobis missum, qui cum litteris tuis continentibus adventum venerabilis fratris nostri Arnaldi episcopi Pictaven(sis) ad tui presentiam, quem ex certis causis retinueras et petebas per nos excusatum haberi, inibi ad nos venit, litteras dilecti filii nobilis viri Iohannis ducis Saxonie recepimus, quas tibi[k] mittimus presentibus interclusas[l 1], ut ea que ipse continent plene valeas intueri. Sept. 28.

Datum apud Cadelhacum Burdegalensis diocesis, Kal. Octobr., pontificatus nostri[l] anno tertio[m].

249. *LITTERAE POSTERIORES.* *Oct. 22.*

Autographon eiusdem tabularii 'carton J. 703 nr. 164' signatum descripsit Marius Krammer. Bulla desideratur, filo cannabis relicto. In verso leguntur: Carissimo in Christo filio Philippo regi Francorum illustri. — *Böhmer, Reg. 1246—1313 Päbste 322.* *(P. deest.)*

Clemens episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio Philippo regi Francorum illustri salutem et apostolicam benedictionem.

(1) Dudum, prout celsitudo regia non ignorat, dilectis filiis . . duci, consilio et communi Venetiarum, quod dilecto filio nobili viro Carulo comiti Andegavensi germano tuo ad iuramentum prestandum super certis conventionibus et pactis inter eundem

248. e) ipm̄, ip *in loco raso or.* f) psissemus *in loco raso or.* g) *in margine:* ·II· peticionis responcio. h) *in margine:* ·III· peticionis responcio. i) *in loco raso or.; in margine:* ·IV· peticionis responcio. k) s | t *in loco raso or.* l) sas—nostri *in loco raso or.* m) tertio *in loco raso or.*

1) *Quas litteras deperditas esse multum dolemus.*

comitem et ipsos ducem, consilium et commune initis occasione negotii imperii Constantinopolitani usque ad Kalendas Februarii tunc proximo venturi terminum prorogarent, per litteras nostras preces et monita porreximus efficacia. Ad que dux ipse per suas nobis respondit litteras, sicut in eis, quas tibi mittimus presentibus interclusas, poteris intueri. Quarum etiam copiam predicto comiti destinamus. (2) Preterea non credimus a tua memoria excidisse, qualiter hactenus, dum Pictavis residentiam faceremus, presentibus dilectis filiis nobilibus viris Ludovico fratre tuo Ebroicensi ac . . Sancti Pauli comitibus, . . comestabulario Francie et Ingeramno cambellano tuo aliqua super negotio eiusdem imperii sub magni sigillo secreti exponi per ipsum Ingeram[n]um fecisti oretenus coram nobis, pro quibus eras tuos speciales nuntios, qui per nos debebant transitum facere, ad aliquos magnos principes transmissurus. Super quo, quia nichil super hoc audivimus postmodum, admiramur. Quare tuo et eiusdem comitis Andegavensis honori convenire videtur dictoque negotio expedire, quod ea, que tunc ut predicitur dicta fuerunt, ad effectum debitum perducantur. Et quia secreta ipsa non committeremus libenter alicui referenda vel exprimeremus litteris, nisi de tua procederet voluntate, tibi licet forsitan ex superhabundanti ad memoriam reducimus, magnitudini tue tunc temporis respondisse, quod ex infusione Spiritus sancti ea tuis precordiis, ut videbatur, extiterant inspirata. (3) Ceterum litteras dilecti filii nobilis viri Rodulfi ducis Bavarie, per quas de negotio electionis[a] futuri regis Romanorum, super quo sibi per nostras litteras scripseramus[b], respondet, pridem recepimus[1], quas tibi interclusas presentibus necnon et earum copiam dicto comiti Andegavensi specialiter destinamus.

Dat. in Laureo Monte prope Burdegalas, XI. Kal. Novembr., pontificatus nostri anno tertio.

250—256. TRACTATUS INTER PRINCIPES IMPERII HABITI.

1308. Iul. 11.—Oct. 21.

250. *FOEDUS INTER DUCES BAWARIAE, EPISCOPUM HERBIPOLENSEM, ABBATEM FULDENSEM ICTUM. Iul. 11.*

Autographon superest Monaci in tabulario generali regni Bawarici 'Würzburg Hochstift' fasc. 50. Quod denuo descripsimus. Pendet sigillum Rudolfi ducis parum laesum loro membranaceo. Edidit Wittmann 'Monumenta Wittelsbacensia' II, 152 nr. 230. — Regesten der Pfalzgrafen 1584. (P. deest.)

(1) Nos Rudolfus et Lodwicus Dei gratia comites palatini Reni duces Bawarie tenore presencium profitemur, recognoscimus et constare volumus presencium inspectoribus universis, quod amplectentes fideliter et sincere, quantum in nobis est vel esse poterit, regno Romano capite privato proch dolor ea, que ad pacem et concordiam tendere poterunt, tamquam eiusdem pacis zelatores[a] fervidi promovere, ad resistendum turbatorum predicte pacis maliciis nos cum reverendo in Christo patre et domino Andrea venerabili Herbipolensis ecclesie episcopo, qui nostre colligacioni seu confederacioni dominum Heinricum venerabilem abbatem Fuldensis ecclesie inclusit ex nomine, ad presens taliter colligavimus, quod[b] predictis dominis adesse iuravimus

249. a) negotio electionis *in loco raso or.* b) sibi—scripseramus *in loco raso; sequitur spatium 16 fere litterarum item erasum or.*

250. a) zeleratores *or.* b) *sequitur parva rasura or.*

1) *Quae item deperditae sunt. Cf. etiam supra nr. 248 cap. 3.*

contra quoslibet suos et amicorum et servitorum suorum iniuriatores ac eciam offensores auxiliis et consiliis oportunis, quando et quociens per eos vel eorum alterum de ferendo huiusmodi auxilio fuerimus requisiti. (2) Contra subscriptos preterea, futurum videlicet Romanorum regem canonice et concorditer electum, dominum Petrum 5 Maguntinensis et Chunradum Saltzburgensis ecclesiarum archiepiscopos, filios et filias quondam domini Alberti Romanorum regis nostri avunculi predilecti, duces Saxonie avunculos nostros, Heinricum marchionem Brannburgensem sororium nostrum et generaliter omnes nostros iuratos servitores per Franconiam et Sweviam, quos in iuramentis nostris excepimus, predictis dominis episcopo et abbati adherere nostris auxiliis non 10 tenemur. (3) Adiectum est eciam, quod prenotati domini, quandocumque nos ad prestandum eis auxilium vocaverint seu requisierint, nobis et nobiscum procedentibus in eorum adiutorium, quam primum eos vel eorum alterum accesserimus, in expensis tam diu debeant providere, quam diu moram traxerimus cum eisdem. (4) Domino preterea Herbipolensis ecclesie episcopo prenotato presentibus promittimus bona fide, si favente 15 Domino ad culmen Romani imperii fuerimus sublimati, ipsum et suam ecclesiam in se et eorum iuribus manutenere et defendere ac in recuperacione iurium sibi et ecclesie sue distractorum efficaciter promovere, prout iuri ac racioni consonum fuerit, debeamus. Quicunque vero alter per nos et coelectores nostros in regem prefectus fuerit, apud illum commodum et utilitatem prefati domini episcopi et ecclesie sue fideliter studebi- 20 mus pro posse et viribus promovere. (5) Predicta eciam colligacio seu iuramentum debent a data presencium usque ad instans festum Penthecostes et abinde per continuum quinquennium tantummodo in suo robore permanere. In cuius rei facte evidenciam presentes nostri sigilli robore fecimus roborari.

1309. Mai. 18.

Dat. in Awe, anno Domini millesimo trecentesimo octavo, feria quinta proxima 25 ante festum beate Margarete.

251. *PROMISSIO MARCHIONIS BRANDENBURGENSIS PRO ARCHIEPISCOPO COLONIENSI PRIOR. Iul. 29.*

Autographon tabularii regii Dusseldorpiensis 'Köln Domstift' nr. 455 denuo descripsimus. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. Quo omnes redeunt editiones. Cf. 30 *infra nr. 256 et 261. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 271. (P. deest.)*

Universis presentes litteras visuris nos Otto Dei gracia marchio Brandinburgensis et de Landisberg dominus[a] notum facimus, quod universalis sacrosancte Romane ecclesie necnon sacri Romani imperii seu regni ad presens ex morte inclite memorie domini Alberti quondam Romanorum regis vacantis, quoad electionem concordem de 35 futuro Romanorum rege celebrandam, ex qua quidem concordia toti orbi salus et honor nobisque ac aliis terre principibus et magnatibus poterit provenire, utilitatem et honorem, prout nobis ex alto permittitur[b], provide attendentes, cum venerabili in Christo patre et domino Henrico sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopo conprincipe nostro carissimo tum[c] contemplacione persone sue, quam varietate virtutum et precipue in hiis, que 40 ad rei publice statum tranquillum et honorem tendunt, novimus ex fidedignorum testimonio multipliciter prefulgere, tum eciam fervide devocionis, quam circa prefectionem futuri Romanorum regis, ut talis rex divina providente gracia qui preesse valeat pariter et prodesse preficiatur, respectu super electione de eodem rege celebranda convenimus in hunc modum, videlicet quod promisimus et promittimus eidem, quod in pretacti Roma- 45 norum regis exnunc futuri electione et ad culmen regni ut premittitur vacantis promovendi nos cum eo et ipse nobiscum concordes ad invicem, sic quod alter nostrum sine

251. c) d *scriptum super* n? *or.* b) ꝑ *corr. ex* p̄ *or.* c) *littera* u *erasa ex* a *or.*

altero nichil faciet, remanebimus et quilibet nostrum alterum ad honorem status et persone sue sublimitatem et profectum, prout circa premissa occurrere poterunt, promocione mutua bona fide fideliter promovebit. Nam in ipso archiepiscopo tamquam in anchora fidei nostre secure quiescimus suumque consilium et promocionem in hoc arduo negocio digne requirimus, maxime cum ad hoc sua, ut novimus, versetur intencio, quod 5 a noxis universalis[d] ecclesia Deo propicio preservetur et per promovendi in Romanorum regem studia sacrum imperium exaltacionis debite et votiva ac felicia suscipiat incrementa. In horum testimonium atque fidem presentes litteras tradidimus ipsi archiepiscopo nostri sigilli munimine roboratas.

Datum anno Domini MCCC octavo, feria secunda post festum beati Iacobi apostoli. 10

252. *PROMISSIO DUCIS SAXONIAE EIDEM ARCHIEPISCOPO DATA.* *Aug. 4.*

Autographon eiusdem tabularii 'Köln Domstift' nr. 459 denuo contulimus. Pendet sigillum parum laesum loro membranaceo. Quo omnes redeunt editiones. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 272. *(P. deest.)* 15

Universis presentes litteras visuris et audituris nos Albertus Dei gratia dux Saxonie, Angarie[a] et Westphalie notum facimus, quod promisimus et promittimus per presentes bona fide, quod vacante hiis diebus regno Romanorum ex morte inclite memorie domini Alberti Romanorum regis, in electione futuri regis Romanorum nostro et illustris principis Iohannis fratris nostri, qui vices et potestatem suam in hac electione per suas patentes 20 litteras in nos transfudit, nomine cum venerabili in Christo patre domino Henrico Coloniensi archiepiscopo, de cuius promocione et favore confidenciam gerimus specialem, remanebimus, votum nostrum in eum, quem ipse in regem Romanorum eligendum duxerit, et non alium irrevocabiliter dirigendo. In huius rei testimonium presentes litteras sibi tradidimus nostri sigilli munimine roboratas. 25

Datum die Dominica post festum beati Petri ad vincula, anno Domini MCCC octavo.

253. *PROTESTATIO DE IURE ELECTIONIS DUCUM SAXONIAE CORAM ARCHIEPISCOPO COLONIENSI FACTA.* *Aug. 4.*

Autographon tabularii regii Sleswicensis denuo contulimus. Pendet sigillum valde 30 *laesum loro membranaceo. Edidit Sudendorf 'Registrum' II, 177 nr. 87. Cf. supra nr. 30. 31 et infra in Appendice Variorum ad a. 1301. Ian. 10. et Mart. 13. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 442 (Addit. II).* *(P. deest.)*

Universis presentes licteras visuris nos Henricus Dei gracia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus sacri imperii per Italiam archicancellarius notum facimus, quod 35 vacante hiis diebus Romano imperio sive regno per mortem clare memorie domini Alberti Romanorum regis, instante electione de futuro Romanorum rege celebranda, comparuerunt coram nobis anno Domini MCCC octavo, die Dominica post festum beati Petri ad vincula, apud Lechenich Godescalcus dictus Rybo miles et Ůlricus pastor ecclesie in Lonenborg, nuncii ad infrascripta ab illustri viro domino Alberto duce 40 Saxonie suo et illustris viri domini Iohannis ducis Saxonie fratris germani sui nomine[a] specialiter deputati, protestabantur, dictos dominos suos Iohannem et Albertum duces Saxonie racione ducatus sui predicti ius habere tamquam veros electores Romanorum

251. d) VIII *corr. ex* VIIII *or.*

252. a) *praecedit* V *deleta or.* 45

253. a) ui nomine *artius scriptum in loco raso or.*

regis in electione eiusdem regis et apud ipsos officium marscalc[at]us[b] imperii de iure et successione originali et primeva progenitorum suorum, cum idem dux Iohannes pater eorum fuerit primogenitus domini Alberti[c] ducis Saxonie avi dictorum Iohannis et Alberti nunc ducum, debere residere ipsosque et non alium tamquam ducem Saxonie
5 in hoc iure electionis fore admictendos et ceteris omnibus preferendos. Immo si aliquando magnificus vir dominus Albertus dux Saxonie eorum patruus, frater dicti Iohannis eorum patris, primogeniti sui patris, in electione regum Romanorum admictebatur, quod hoc erat ipsis fratribus, patre eorum bone memorie domino Iohanne duce Saxonie defuncto, in minori etate constitutis, dum ipsorum tutor erat nomine tutorio eorundem.
10 Nec ipsis obesse debeat, si Rodolphus filius dicti Alberti eorum consanguineus post mortem patris sui Alberti predicti de facto, cum de iure non posset, electioni huiusmodi se ingessit, cum hoc semper contradixerint et adhuc contradicant. Offerentes se et dominos suos predictos ius suum in hoc casu probaturos loco et tempore, ubicunque hoc tam coram domino[d] Romanorum rege quam sacri Romani imperii principibus de
15 iure fuerit faciendum. In cuius protestacionis testimonium presentes licteras ad dictorum nunciorum supplicacionem cum nostri sigilli appensione iussimus[e] communiri.

Protestatum et actum presentibus nobilibus viris Theoderico domino de Isenburg, Conrado domino de Tonenborg, Wernero preposito Sancte Marie ad Gradus in Colonia, Paulo de Ech et Godefrido de Bachem camerario militibus et aliis quam pluribus
20 fidedignis, anno Domini et die ac loco predictis.

254. *LITTERAE ARCHIEPISCOPI COLONIENSIS DE PROMOTIONE IURIUM EORUNDEM DUCUM. Aug. 4.*

Autographon eiusdem tabularii denuo contulimus. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. Edidit Sudendorf l. c. II, 178 nr. 88. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichs-
25 *sachen 443 (Addit. II). (P. deest.)*

Universis presentes licteras visuris et audituris nos Henricus Dei gracia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus sacri Romani imperii per Italiam archicancellarius notum facimus, quod illustres Iohannem et Albertum duces Saxonie filios recolende memorie domini Iohannis quondam ducis Saxonie asserentes, apud se ius electionis Ro-
30 manorum regis ex vera et originali successione progenitorum suorum de iure residere debere, ut ipsum ius suum, quod compertum fuerit eos habere quoad electionis actum, aliaque iura, honores et libertates, que circa exercicium officii principis exercenda fuerint, consequantur et admittantur, una cum aliis nostris in hac parte conprincipibus fovebimus et promovebimus bona fide. Dantes ipsis has nostras licteras in testimonium
35 super eo.

Datum apud Brûle, die Dominica post festum beati Petri ad vincula, anno Domini MCCC octavo.

255. *TRACTATUS DE ELECTIONE INTER MARCHIONES BRANDENBURGENSES ET DUCEM SAXONIAE HABITUS. Sept. 30.*

40 *Autographon eiusdem tabularii denuo contulimus. Pendet sigillum Woldemari valde laesum loro membranaceo; sigillum Ottonis desideratur. Edidit Sudendorf l. c. II, 179 nr. 89. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 445 (Addit. II). (P. deest.)*

Wie Otto und Woldem(ar) van der gnade Godes markgreven to Brandenborch bekennen und bethughen in desseme jeghenwardeghen brive, dat wie ghedeghedinghet

45 **253.** b) marscalcus *or.* c) *in rasura or.* d) dn̄o *corr. ex* dn̄os *or.* e) iussi *in loco raso or.*

hebben mit unseme lieven om hertoghen Albrechte van Sassen, also dat he kiesen schal to deme irsten kore des Romeschen koninghes, deme nu irst kiesen schal, so war wie willen. Hir umme scholle wie eme gheven io tome daghe und to der nacht tvelf mark Brandenborsches silveres to siner kost. So wanne wie riden tome kôre, so scholle wie en beboden, und schollen en up nemen upp dat ende unses landes und schollen en velich vôren wedder unde vort lik uns silven. Wie schollen och like wegher ene sin an deme rechte des kôres also unseme omen hertoghen Rodolf van Sassen. So wo wie vort unsen om hertoghen Albrechte bedeghedinghen an deme kôre und um alle digk, dat heft he to uns ghelaten. Alle desse deghedinghe de schollen stede sin also beschedeliken, dat sie nicht wedder den bischop van Kôllen sin. Upp dat dit stede und gansz blive, so hebbe wie dat unsem ome hertoghen Albrechte van Sassen in truwen ghelovet mit teyn ridderen und hebben unsen brif ghegheven mit unsen inseghelen beseghelet.

Desse brif is ghegheven up deme Werbeline, na der bort Godes dusunt jar drehundert jar in deme achten jare, des mandaghes na sunte Micheles daghe.

256. *PROMISSIO MARCHIONIS BRANDENBURGENSIS PRO ARCHIEPISCOPO COLONIENSI ALTERA. Oct. 21.*

Autographon tabularii regii Dusseldorpiensis 'Köln Domstift' nr. 455 denuo descripsimus. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. Cf. supra nr. 251 et infra nr. 261. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 446 (Addit. II). (P. deest.)

Nos Waldemarus Dei gracia Brand(inburgensis), Land(isbergensis) et Lusacie marchio cum manifesta recognicione litterarum presentium ad noticiam Christi fidelium pervenire cupimus singulorum, quod cum venerabili in Christo patre ac domino Heinrico sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopo et sacri imperii per Ytaliam archicancellario, in quo tamquam in anchora fidei requiescimus, super electione Romanorum regis . . nunc proxime eligendi tali federe promissionis sumus connexi, quod nos concorditer regem eligere debeamus nec neuter nostrum sine alterius consensu aliquem ad apicem Romani imperii debeat promovere. Et nos etiam ad omnia ea, que predicto domino . . archiepiscopo commodo, honore et profectu esse poterunt, adimplere fideliter et sincere volumus, ut promittimus litteras per presentes. Quas quidem ad firmiorem evidentiam nostri sigilli munimine dedimus sigillatas.

Actum et datum Brumis[a.1], anno Domini MCCCVIII, XII. Kalend. Novembris.

257—259. PROMISSIONES HEINRICI COMITIS LUCELBURGENSIS.

1308. Sept. 20.—Oct. 28.

257. *PROMISSIONES PRO ARCHIEPISCOPO COLONIENSI. Sept. 20.*

Denuo contulimus autographon tabularii regii Dusseldorpiensis 'Köln Domstift' nr. 464. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. Edidit Lacomblet 'Urkundenbuch für die Geschichte des Niederrheins' III, 50 nr. 68.

256. a) Bᵛmis *or.*

1) *Sic legendum esse monuit Zeumer; Brume in Veteri Marchia, cf. Oesterley 'Historisch-geographisches Wörterbuch' s. v.*

Cf. iam supra tom. III nr. 474 et IV nr. 24—26, itemque ea quae disseruit Schrohe 'Der Kampf der Gegenkönige Ludwig und Friedrich' (= Historische Studien XXIX. Berlin 1902) pag. 246 sq. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 444 (Addit. II).

(P. deest.)

5 1. Universis presentes litteras visuris et audituris nos Henricus comes Lutcelenburgensis marchio Arlunensis notum facimus publice profitentes, quod vacante hiis diebus regno seu imperio Romanorum ex morte bone memorie domini Alberti quondam Romanorum regis et imminente electione de futuro Romanorum rege celebranda, de reverendi[a] in Christo patris et domini nostri domini Henrici sancte Coloniensis ecclesie 10 archiepiscopi sacri imperii per Ytaliam archicancellarii favoribus et promocionibus confidentes, cum in electione predicta labores et expensas multiplices incumbant sibi, ac eciam per ipsius Coloniensis ecclesie archiepiscopos eorumque fideles sacro Romano imperio obsequia plurima sint inpensa ac eadem ecclesia tempore dicti domini Alberti Romanorum regis per eiusdem invasionem contra ipsam ecclesiam factam tam per 15 municionum ecclesie Coloniensis destructionem quam incendia et rapinas damna gravia et notoria sit perpessa, restauracione horum nec expensarum, que bone memorie domini quondam Sifridus et Wicboldus archiepiscopi Colonienses ac idem dominus Henricus nunc archiepiscopus Coloniensis in imperii servicio ad multa milia marcarum fecerunt, ipsi domino Henrico archiepiscopo et ecclesie sue a Romanis regibus defunctis minime 20 facta, cum dignum sit ipsam ecclesiam Coloniensem de hiis indempnem[b] conservari, promisimus et promittimus eidem domino Henrico archiepiscopo Coloniensi, quod si nos concorditer sive discorditer in hac vacacione regni in Romanorum regem futurum, ut ex ipsius archiepiscopi aliorumque suorum conprincipum in hac parte promocione speramus, contingat eligi, divina gracia disponente, et nos[c] consecrari, coronari et prefici in 25 Romanorum regem contingat:

2. Inprimis assignabimus, deliberabimus, assignare et deliberare efficiemus et procurabimus absque protractione ipsi archiepiscopo et ecclesie Coloniensi castrum Werde iuxta Nussiam ac opida Tremonien(se), Dusburg et Sincege necnon curtes Westhoven et Elmenhorst cum scultetatus officio et Iudeis Tremoniensibus, iurisdictionibus 30 et redditibus imperio attinentes seu attinencia, specialiter et curtem Brakele ex antiqua donacione imperatorum Romanorum ecclesie Coloniensi attinentem necnon advocaciam Assindensem restituendo, ipsum archiepiscopum et ecclesiam Coloniensem ad possessionem eiusdem advocacie, in qua predecessores dicti domini Coloniensis retroactis temporibus exstiterunt, ammoto ab eisdem castro, opidis, curtibus, advocacia[d], sive per 35 redempcionem dando pecuniam, pro qua premissa obligata sunt, sive alio modo quolibet detentore, immo et quacumque via poterimus, cum eadem advocacia Assindensis ab imperio dependeat, ipsum archiepiscopum, suos successores et ecclesiam Coloniensem infeodabimus de eadem seu constituemus advocatum perpetuum in advocacia memorata et conservabimus in eadem. Sic quod premissa nec eorum aliquot nec nos nec Roma- 40 norum reges ab ipso archiepiscopo, suis successoribus et ecclesia Coloniensi recipiemus, auferemus, recipi, auferri procurabimus nec ad ista restituenda, dimittenda vel deliberanda quovis ad hoc quisito colore eos artabimus vel artari faciemus aut permittemus in posterum. Sed in predictorum omnium et singulorum possessione et perceptione pacifica conservabimus et tenebimus, conservari et teneri[e] faciemus, quousque ipsi archi- 45 episcopo, suis successoribus et ecclesie Coloniensi centum milia marcarum puri argenti, quas ipsi archiepiscopo et ecclesie Coloniensi tam in augmentacionem feodi sui, quam expensis, que premittuntur, dono damus, per nos vel nostros successores fuerint plenarie

257. a) i *in rasura or.* b) *cum parvis rasuris or.* c) et nos *in rasura or.* d) ea *supra lineam add. or.* e) tueri *or.*

persoluta[1]. Efficiemus eciam et procurabimus, quod subditi imperii in castro Werdensi, opidis et curtibus predictis ipsi archiepiscopo fidelitatem prestent et eidem et suis successoribus obedient ex parte nostra iuxta continenciam premissorum.

3. Item promittimus efficere et procurare, quod castrum Celtanc cum suis attinenciis, cum sit verum ecclesie Coloniensis allodium, ipsi archiepiscopo et ecclesie sue restituatur nostris periculis, laboribus et expensis[2]. 5

4. Est tamen adiectum, quod quia advocatia Assindensis, castrum Celtanc et curtis Brakele ab antiquo specialiter archiepiscopo et ecclesie Coloniensi attinent, quod illa ab ipso archiepiscopo et ecclesia Coloniensi redimi non possunt neque debent, set ad ipsam ecclesiam Coloniensem perpetuo pertinere. 10

5. Item promittimus, quod[f] opidum Duren, advocaciam Aquensem et officium scultetatus ibidem necnon Bopardiam et Wesaliam et officia imperio attinentes et[f] veris redditibus in eisdem, quantum imperio premissa attinent[3], theloneo Bopardiensi tantum excepto, eidem domino nostro archiepiscopo et ecclesie sue conmittere habenda et tenenda pacifice ad dies vite sue. 15

6. Item promittimus deponere ex toto theloneum in Hamerstein nec unquam ibidem vel alibi infra terminos conductus et ducatus ecclesie Coloniensis reponere vel reassumere vel ab aliquo reponi vel reassumi permittemus.

7. Item promittimus non cudere vel cudi ab aliquo permittere aliquam monetam in terra vel dyocesi Coloniensi extra monetam Coloniensem, nisi esset talis, que ab 20 imperatoribus Romanis antiquitus est concessa et usitata.

8. Item promittimus eidem archiepiscopo et ecclesie sue Coloniensi innovare et confirmare omnia iura, privilegia et libertates obtenta et obtentas a regibus et imperatoribus Romanis usque in presentem diem et observare et observari facere ecclesiis, clero et populo, nobilibus, vassallis, ministerialibus, civibus, opidis et villis dyocesis 25 Coloniensis[4].

9. Item promittimus ipsum dominum archiepiscopum, suos successores et ecclesiam Coloniensem conservare et defendere perpetuo in theloneis Andernacensi et Bunnensi ac Nussiensi super Renum et terram[5], renunciacione de Andernacensi et Bunnensi theloneis per dominum Wicboldum Coloniensem archiepiscopum predecessorem ipsius 30 archiepiscopi in manus predicti domini Alberti regis facta et violenter ab eodem extorta non obstante, et si que littere super dicta renunciacione sunt confecte[6], illas cassabimus, decernendo ipsum dominum Henricum archiepiscopum, suos successores et ecclesiam Coloniensem ac suos subditos non teneri ad observanciam eorundem.

10. Item volumus et concedemus dicto domino archiepiscopo potestatem conferendi 35 personis honestis vice nostra preposituras, quam primum vacaverint, Aquensem et Traiectensem, Leodiensem et Werdensem Coloniensis dyocesis, quamlibet earum una vice.

11. Item concedimus eidem domino archiepiscopo, quod in singulis ecclesiis et monasteriis sue civitatis et dyocesis Coloniensis dirigat primarias preces nobis tunc in iocunda creacione nostra conpetentes, quodque persone, pro[g] quibus scripserit, in eisdem 40 ecclesiis et monasteriis ad beneficia admittantur.

12. Item promisimus et promittimus, quod procurabimus et efficiemus, quod dominus Walramus frater noster sine aliqua donatione propter nupcias ducet in uxorem unam de sororibus Roperti comitis de Virnenburg, quam ipse Walramus preelegerit, et hoc idem ipse Walramus facere promittit et adimplere. 45

257. f) *sic or.* g) *in rasura or.*

1) *Cf. Constit. III nr. 474 cap. 3. 5.* 2) *Cf. ibidem cap. 9.* 3) *Cf. ibidem cap. 19.* 4) *Cf. ibidem cap. 1.* 5) *Cf. ibidem cap. 8.* 6) *Cf. supra nr. 156. 157 cap. 6.*

13. Item promisimus, quod dominus noster Baldewinus archiepiscopus Treverensis frater noster constituet eundem Ropertum comitem officiatum suum in Cocheme, monasterio Menevelt et Meiene, sibi dictas municiones cum suis attinenciis tamquam officiato committendo ad dies vite sue, dum tamen ipse Ropertus non committat infideli-
5 tatem contra ecclesiam Treverensem.

14. Item ipsum dominum archiepiscopum Coloniensem non artabimus nec cogemus in expedicione regia usquam ire vel homines mittere. Sed cum voluntarie ire decreverit vel homines miserit, hoc erit sub nostris periculis et expensis.

15. Item promittimus eidem domino archiepiscopo et ecclesie sue Coloniensi pro
10 refusione[h] dampnorum suorum, que, ut superius dicitur, per dominum Albertum Romanorum regem ecclesie Coloniensi inferebantur, quadraginta quinque milia librarum parvorum Turonensium et pro expensis per ipsum archiepiscopum in electione si contingat faciendis quinque milia librarum eiusdem monete et preter hec sex milia librarum dicte monete suis consiliariis dandis[f].

15 16. Item obligamus nos dicto domino archiepiscopo, suis[i] successoribus et ecclesie Coloniensi assistere et astare et eum[k] defendere toto posse nostro contra omnem hominem ipsum et ecclesiam suam inpugnantem[1].

17. Item concedimus eidem domino archiepiscopo, suis successoribus et ecclesie Coloniensi, quod conparare et emere valeant castra, municiones, iurisdictiones, terras et
20 dominia, bona et redditus ab imperio mediate vel immediate tamquam feodum vel alio modo dependencia seu dependentes[l], quodque hec et iam comparata ab imperio teneant una cum aliis feodis suis, que in presenti tenet ab imperio, in augmentacionem feodorum suorum predictorum.

18. Item cum dictus dominus archiepiscopus Iudeos civitatis et dyocesis Coloniensis,
25 sub cuiuscunque dominio consistant, in feodo ab imperio teneat et tenere debeat, promittimus ei et ecclesie sue, quod eum in eorundem Iudeorum possessionem ponemus et conservabimus secundum suorum continenciam privilegiorum.

19. Item promittimus nobilem virum dominum Ottonem comitem Clevensem conservare et facere conservari in theloneis suis tam in aqua quam in terra, silvis, pascuis
30 ac quibuscunque aliis iuribus et libertatibus eiusdem, quibus ipse suique progenitores ab imperio hactinus sunt gavisi.

20. Et ut hec omnia et singula ipsi domino archiepiscopo, suis successoribus et ecclesie Coloniensi per nos firmiter observentur, promisimus et promittimus eidem nos omnia predicta observaturos, fide super hoc in manus dicti domini archiepiscopi a nobis
35 prestita corporali interposito iuramento, quodque coronacione, ut premissum est, habita statim absque ulla protractione directe a loco coronacionis nostre ibimus ad civitatem Coloniensem, assumptis nobiscum domino Treverensi archiepiscopo et Walramo fratribus nostris antedictis, Arnoldo domino de Rupe, Egidio domino de Rodemacher et Roberto de Oseldingen ab eadem civitate nec nos nec dicti amici nostri recessuri, quousque
40 omnia et singula predicta tam sub nostro quam principum imperii electorum nostrorum sigillis ipsi archiepiscopo et ecclesie sue conscripta fuerint vel sufficientem caucionem tam de ipsis sigillis, si qui principum abessent et haberi bono modo non possent, quam de premissis omnibus et singulis adimplendis eidem et ecclesie sue fecerimus, prout ante recessum nostrum de ipsa civitate Coloniensi de hoc cum ipso domino archiepiscopo
45 Coloniensi poterimus concordare, omni fraude et dolo penitus exclusis.

257. h) refu *in rasura or.* i) suis *in rasura or.* k) *corr. ex* eā *or.* l) depedētes *or.*

1) *Cf. Constit. III nr. 474 cap. 1.*

21. Si vero in discordia quod absit eligeremur, non admittemus illos principes a nobis discordantes ad concordiam, nisi prius in ista consenciant et ea sigillent, sicut ceteri eadem sigillarunt.

22. Et nichilominus sub eodem iuramento nostro promittimus procurare et efficere infra annum a die coronacionis nostre, vacacione sedis apostolice si illa contigerit subducta[m], omnia et singula premissa ad maiorem et perpetuam firmitatem eorundem per dominum papam pro tempore existentem confirmari, ratificari et approbari litteris suis bullatis traditis super eo.

23. Renunciantes omnibus privilegiis et litteris inpetratis et inpetrandis, excepcionibus, decepcionibus et defensionibus iuris et facti omnique iuris canonici et civilis beneficio et auxilio et specialiter illi iuri, quo cavetur generalem renunciacionem non valere, et omnibus aliis, que nobis possent contra premissa vel eorum aliquod suffragare.

In cuius rei testimonium presentes litteras sigillo nostro eidem domino archiepiscopo Coloniensi dedimus communitas.

Et nos Walramus, Egidius, Arnoldus et Robertus predicti profitemur omnia et singula premissa sic acta esse et obligamus nos per presentes fide super hoc a nobis prestita corporali in manus venerabilis patris domini Henrici Coloniensis archiepiscopi predicti, quod ea que predicta sunt observabimus, observari et fieri procurabimus et efficiemus, civitatem Coloniensem intrando cum spectabili viro domino Henrico comite de Lutcelenburg, quam primum fuerit annuente Domino coronatus, et ab inde non recessuri quousque omnia supradicta secundum formam et condiciones suprascriptas fuerint totaliter et fideliter adinpleta, nec ab hoc vita comite excusabimur coniunctim vel divisim ex aliqua causa nunc suborta vel que in futurum posset quomodolibet suboriri. Astringentes nos in ampliorem evidenciam premissorum sub sigillo domini nostri domini Henrici comitis predicti hiis litteris appenso, quo nomine nostro utimur in hac parte.

Actum et datum in villa Offendinc, in vigilia beati Mathei apostoli et ewangeliste, anno Domini millesimo trecentesimo octavo.

258. *PROMISSIO ALIA PRO EODEM.* *Sept. 20.*

Denuo contulimus autographon eiusdem tabularii 'Köln Domstift' nr. 452. Pendet sigillum valde laesum loro membranaceo. Praeter ceteros edidit Lacomblet l. c. III, 53 nr. 69. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 274. *(P. deest.)*

Nos Henricus comes Lucelburgensis notum facimus universis, quod si contingat, nos per reverendum patrem dominum nostrum Henricum Dei gratia archiepiscopum Coloniensem et alios eius coelectores eligi et prefici in Romanorum regem, promisimus et promittimus stare dictis et ordinacioni ipsius domini archiepiscopi quoad dictos eius coelectores super expensis, quas in huiusmodi eleccione fecerint, et aliis, que a Romano imperio iuste possident, tenent, possidere vel tenere debent. Nec contra eius dictum seu ordinacionem per nos vel per alium veniemus in futurum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum present(ibus) litteris duximus apponendum.

Datum anno Domini MCCCVIII, in vigilia beati Mathei apostoli.

259. *PROMISSIONES PRO ARCHIEPISCOPO MOGUNTINO.* *Oct. 28.*

Autographon, quo nititur editio, quam a. 1806. paravit Bodmann 'Codex epistolaris Rudolfi I.' pag. 315 nr. X, tunc sigillo illaeso exhibenti 'Henricum equitem, dextera gladium vibrantem, sinistra scutum, cui leo impressus, tenentem' praecellens postea deperiit. Itaque

257. m) *sequitur* et *deletum* or.

transsumtum iudicum Maguntinensium a. 1309. Febr. 19 factum tabularii Darmstadiensis (= Würdtwein 'Subsidia diplomatica' IV, 352 nr. 105 et XII, 348 nr. 97) benivolenter nobis transmissum accuratissime contulimus. Pendet sigilli fragmentum parvum loro ex ipsa membrana exsecto.

5 *Cf. supra tom. III, nr. 481. 483. 485 et IV, nr. 12—17, itemque ea, quae disseruit Schrohe l. c. pag. 214—226. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 277.*

(P. decst.)

1. Nos Heinricus Dei gracia comes de Luzzelenborg Deum, iusticiam, equitatem necnon fidelem diligenciam et devocionis purissime constanciam, quam venerabilis pater 10 et dominus noster dominus Petrus sancte Magunt(inensis) sedis archiepiscopus sacri imperii per Germaniam archicancellarius circa nos et nostri exaltacionem habet et habuit cum effectu, nostre considerationis oculis preponentes, promittimus fideliter, immo sponte ac liberaliter nos per fidem nostram loco iuramenti prestitam obligamus, quod si forte divina providencia disponente ad fastigium sive culmen regie maiestatis regni 15 Romani provehi nos contingat, ea que inferius sunt contenta propter causas iustas, veras et notorias, que in ipsis esse noscuntur, conservabimus, manutenebimus et ad plenum effectum Deo propicio perducemus. Cartulam eciam huius digne promissionis ac iuste obligacionis nostre mox sine more dispendio faciemus typario regalis excellencie ad robur validius consignari.

20 2. Inprimis ecclesiam sanctam Dei et specialiter ecclesiam Magunt(inensem) per omnia membra sua tam in spiritualibus quam temporalibus civitatis, dyocesis et provincie Magunt(inensis) defensabimus fideliter, conservabimus et manutenebimus efficaciter in omnibus suis iuribus, honoribus, libertatibus, bonis, possessionibus, privilegiis et graciis sibi datis et factis a divis imperatoribus et Rom(anorum) regibus[1]. Item gratias et pri- 25 vilegia huiusmodi confirmabimus et innovabimus, sicut iacent de verbo ad verbum per litteras speciales sigillo regio consignandas.

3. Item ipsum dominum archiepiscopum, successores suos et ecclesiam Magunt(inensem) predictam pro toto posse nostro sine dilacione adiuvabimus cum effectu, eciam personaliter, si fuerit hoc necesse, contra quoslibet iniuriatores, temerarios offensores, 30 turbatores ipsorum et specialiter contra cives Magunt(inenses)[2] et burgenses Erfordenses ad iusticiam optinendam ab ipsis et iniuriam propellendam, quando et quociens super eo fuerimus requisiti.

4. Item causas ecclesiasticas nullo modo alibi nisi coram suis iudicibus permittemus tractari seu decidi. Personas eciam ecclesiasticas pro quacumque causa non alibi 35 nisi coram suis iudicibus permittemus aut sustinebimus conveniri seu eciam iudicari[3].

5. Item theloneum in Loynstein, quod propter causas certas, veras et iustas institutum dinoscitur et traditum ecclesie Magunt(inensi) per dive memorie reges Rom(anorum), laudamus ex certa scientia et ex superhabundanti confirmabimus et innovabimus eidem[4].

40 6. Item opidum Seligenstad et comitatum Bachgowe propter veritatem opinione cedente compertam et iusticiam expeditam clare dicimus et publice declarabimus ad prefatam ecclesiam Magunt(inensem) sine dubio pertinere[5].

7. Item specialem prerogativam, quam habet et habere debet super ministerialibus et castrensibus ecclesie Magunt(inensis) non trahendis in ius coram aliquo seculari 45 iudice, nisi prius coram archiepiscopo Magunt(inensi) domino suo conveniantur et ibi ius deficiat, pro quacunque causa conservabimus inviolabiliter et ab aliis faciemus similiter conservari.

1) *Cf. Constit. III nr. 481 cap. 4 et IV nr. 14.* 2) *Cf. III nr. 481 cap. 1 et 485 cap. 1.* 3) *Cf. III nr. 485 cap. 3 et IV nr. 16 cap. 3.* 4) *Cf. III nr. 481 cap. 9 et IV nr. 12. 13.* 5) *Cf. IV nr. 14* 50 *cap. 2, nr. 16 cap. 1, nr. 96.*

8. Item conservabimus et manutenebimus eum et ecclesiam suam predictam in iuribus, honoribus et dignitatibus et utilitatibus universis archicancellarie sacri imperii per Germaniam et specialiter in cancellario, prothonotario et notariis instituendis et destituendis in aula regia per eundem, qui sibi loco et vice nostri pro obediencia, reverencia et fidelitate debita observanda facient iuramentum. Et in decima sibi et ecclesie 5 sue debita de sturis, exactionibus sive obvencionibus Iudeorum ac aliis, que de curia regia cedere sibi debent intuitu archicancellarie predicte. Nullum eciam in hiis vel aliquo premissorum seu aliis suis iuribus impedimentum quomodolibet faciemus per nos aut alios clam vel palam aut fieri ab aliquo vel aliquibus permittemus [1].

9. Item dampna, que felicis memorie dominus rex Albertus intulit per violen- 10 ciam ecclesie Magunt(inensi), quorum taxacionem et refusionem gratie nostre commisit, quamvis excedant notorie summam centum milium marcarum argenti, secundum equitatem refundemus eidem, ut commodius, utilius ac libencius valeat imperio deservire.

10. Item expensas, quas sepedictus dominus P(etrus) faciet ad sollempnia sive necessaria electionis et promocionis nostre, sibi absque mora integraliter persolvemus. 15

11. Item sine difficultate qualibet dimittemus ei theloneum apud castrum Erenvels, donec de ipso a tempore creacionis nostre recipiat integraliter et complete decem milia librarum Hallen(sium), quas prefatus dominus rex Albertus sibi dare debuit et promisit pro servicio, quod fecit secum eundo in reysa ad partes Bohemie, et duo milia marcarum argenti, in quibus idem dominus rex Albertus sibi remanserat obligatus suasque 20 desuper dedit litteras manifestas [2], in quibus causa huius debiti continetur, necnon mille marcas, quas subtraxit ecclesie Magunt(inensi) in ungelto et Iudeis in Franckenfort in proxima vacacione ipsius ecclesie Magunt(inensis), in cuius pecunie recepcione usque ad completam et perfectam eius solucionem eum sue consciencie relinquemus.

12. Insuper ipsi domino P(etro) efficax et fidele adiutorium faciemus contra nobilem 25 virum .. comitem de Monteforti dictum de Sargans [a] et suos complices, qui eum per iniuriam captivavit, exactionavit et dampnificavit ad octo milia marcarum argenti, et laborabimus cum effectu ad hoc, ut emenda et satisfactio debita de comite predicto suisque complicibus sibi fiat.

13. Item cavebimus et eciam defendemus eundem, ne aliquis ipsum vel ecclesiam 30 suam predictam inpignoret vel molestet pro debitis a [b] predecessoribus suis contractis aut quibuslibet causis aliis, nisi prius coram suo [c] iudice sit convictus desuper.

14. Ceterum specialiter promittimus et nos firmiter obligamus, quod deponemus per nostram diligenciam et tollemus omnem indignacionem sedis apostolice, si quam forte idem dominus archiepiscopus propter factum electionis seu promocionis nostre iam 35 incurrerit aliqualiter aut incurret, de quo ipsum et ecclesiam suam conservabimus indempnes omnino. Questiones eciam seu controversias, si que propter hoc fuerint sibi mote, sub nostris laboribus [d] et expensis ad finem et exitum perducemus pro ipso.

15. Item ubi composicio inter dictum dominum Albertum ac pie recordacionis dominum Ger(hardum) quondam archiepiscopum Magunt(inensem) et suos ordinata [3] non 40 est conpleta, ipsam conplebimus et conpleri totaliter faciemus.

16. Item prohibebimus efficaciter nec aliqualiter permittemus homines ecclesie Magunt(inensis) recipi in civitatibus, opidis seu castellis ad imperium pertinentibus in burgenses, qui palburgere vulgariter appellantur.

17. Item de quolibet articulo premissorum omnium dabimus litteram specialem 45 sigillo regio consignandam, quando et quociens super eo fuerimus requisiti per dominum archiepiscopum predictum aut ecclesiam Magunt(inensem).

259. a) Saugans *tr.* b) *post add. in linea tr.* c) *supra lineam add. tr.* d) i *ex* a *corr. tr.*

1) *Cf. Constit. IV nr. 15.* 2) *Cf. Schrohe l. c. pag. 220 sq.* 3) *Supra nr. 141.*

18. Preterea specialiter et expresse confirmabimus et innovabimus ipso domino archiepiscopo et ecclesie Magunt(inensi) intercontinencia[m][e] litterarum sibi a Roman(orum) regibus traditarum super ungelto et Iudeis in Frankinfort[1].

19. Insuper intuitu dilectionis et mere liberalitatis, quibus erga ipsum dominum 5 archiepiscopum digne ducimur et movemur, tria milia marcarum argenti pro ipso in Romana curia mox solvemus[2].

20. Omnes eciam suos consanguineos et amicos defensabimus, promovebimus et manutenebimus ad honorem et profectum eorum cunctis diebus vite nostre, ut in hiis et aliis, quibus sibi et suis volumus conplacere, meritorum suorum sinceritas, fidei 10 puritas et constancia felixque sui memoria iugiter in nostris oculis habeatur.

21. Renunciamus autem omnino excepcioni doli mali, actioni in factum, non numerate, non tradite nec solute pecunie et generaliter et specialiter quibuslibet excepcionibus, auxiliis et defensionibus, etiam de quibus mencio specialis fieri deberet, quibus hec nostra promissio et obligacio sive caucio inpediri seu inpugnari posset quomodo- 15 libet aut infringi.

Et in omnium et singulorum premissorum certitudinem firmiorem sigillo nostro presens scriptum fecimus consignari.

Actum et datum Rense, anno Domini MCCCVIII, V. Kalen. Novembr.

---

260. 261. TRACTATUS FINALES PRINCIPUM 20 IMPERII.

1308. Oct. 25.—Nov. 10.

260. *TRACTATUS BOPARDIAE HABITUS. Oct. 25.*

Autographon huius gravissimi documenti valde corrosum, quod exstat in tabulario generali regni Bawarici 'Fürstenselect' fasc. 146, denuo accuratissime contulimus nos ipsi. 25 *Pendent duo sigilla parum laesa loris membranaccis; item vestigia sigilli oblongi parvi dorso impressi, quo membrana obsignata esse videtur, adsunt. Quo omnes editiones redeunt, quarum primam paravit Gewoldus 'De septemviratu' (1616) pag. 178 (ed. II pag. 216). — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 275. Regesten der Pfalzgrafen 1591. 1828. (P. decst.)*

30 (1) Nos Berth(oldus) comes de Hennemberg necnon Conr(adus) de Ryeder miles, procuratores illustrium principum Ottonis et Woldemari marchionum Brandemburgensium super futuri regis Romanorum eleccionis negocio constituti, ad universorum noticiam volumus pervenire, quod potestate et mandato nobis ab eisdem marchionibus nomine eorum necnon nomine illustris principis Rud(olfi) ducis Saxonie, qui suum votum 35 in eleccione Romanorum regis sibi competens in predictum Ottonem marchionem ista vice noscitur transtulisse, datis, traditis et concessis, amicicie, unionis et concordie federa cum illustribus principibus Rud(olfo) et Lud(ewico) comitibus palatinis Reni, ut ipsi regno Romano salubrius et caucius consulatur, sic duximus ineunda, videlicet quod ipsis promisimus et presentibus promittimus corporali super hoc in animas predictorum domi- 40 norum nostrorum marchionum prestito iuramento, quod in eleccione futuri regis Romanorum unum cum ipsis esse debeamus. Sic videlicet quod quemcumque ex principibus vel personis infrascriptis, videlicet illustribus principibus Ott(one), Woldemaro marchio-

259. e) inter continencia *in fine lineae tr.*

1) *Cf. Constit. IV nr. 14 et 95.* 2) *Cf. III nr. 481 cap. 10.*

nibus Brandemburgensibus, nobili viro Alb(erto) comite de Anhalt necnon illustribus principibus Rud(olfo) et Lud(ewico) comitibus palatinis Reni et Frid(erico) duce Austrie plura vota de principibus ecclesiasticis electoribus habere contingerit, ille [pref]eratur[a] et votis nostris eidem debemus adherere, ipsum sine omni contradiccione in regem Romanorum eligendo. Extra vero numerum personarum predictarum non eligemus nisi concurrentibus votis comitum Palatinorum adque[b] nostris. (2) Sane est adiectum et iuramento[c] firmatum, quod si aliquem nostrum marchionum predictorum vel alium ad nostram promocionem in regem Romanorum eligi continget, quod prefatis comitibus Palatinis in suo iure assis[tet][a.d] et ipse nobis vice versa et ipsorum contra omnes homines erit[e] perpetuo coadiutor[f]. (3) Est eciam promissum et iuramento firmatum, quod si aliquem ex marchionibus predictis vel alium ad eorum promocionem in regem eligi continget, quod predictis comitibus Palatinis conferet omnia bona sua et eos in eisdem manutenebit et defendet et predictos comites Palatinos in possessione omnium bonorum, que genitor eorum possedit et in ea possessione, sicut ea tempore clare memorie quondam Rud(olfi) Romanorum regis possederunt, non molestabit vel turbabit. (4) De expensis vero, que contemplacione eleccionis facte fuerint, ad arbitrium venerabilis principis domini Iohannis episcopi Argentinensis et nostri Berth(oldi) comitis de Hennemberg satisfiet. (5) Ad confinia vero imperii et predictorum comitum officiales pacifici iuxta arbitrium predictorum Argentinensis episcopi et Bert(holdi) comitis de Hennemberg locabuntur. (6) Est eciam iuratum, quod nec illustribus principibus Ottoni et Sthephano ducibus Bavarie nec nobili viro Eberh(ardo) comiti de Wirtemberg [predicti][a] marchiones, si quem ex eis in regem eligi continget, adherebit vel aliquo genere copulacionis et unionis unietur. (7) Porro promisimus et iuramento firmabimus[b], quod illustribus principibus Frid(erico) et fratribus suis ducibus Austrie omnia eorum bona et dominia, sicut ea tempore clare memorie illustris quondam domini Alberti genitoris eorum posse-derunt, conferet[g] et eos in eisdem manutenebit et defendet. Harum testimonio litterarum nostrorum sigillorum robore munitarum.

Dat. in Bopardia, anno Domini millesimo trecentesimo octavo, feria sexta ante Symonis et Iude apostolorum.

261. *PROMISSIO MARCHIONIS BRANDENBURGENSIS PRO ARCHIEPISCOPO COLONIENSI TERTIA. Nov. 10.*

Autographon in parte inferiori valde corrosum, quod inter archivi Heinrici VII. reliquias existens hodie servatur in tabulario regio Florentino 'Prov. Strozzi-Uguccioni', denuo nos ipsi accuratissime contulimus. Sigillum desideratur, foraminibus relictis. In verso aliquam inscriptionem non praebet. Cf. supra nr. 251. 256.

Huius documenti, quod certe olim Pisis exstabat, mentio fieri videtur in Indiculo litterarum a Bernardo de Mercato notario camerae Heinrici VII. anno 1313. Pisis exarato, qui Taurini in tabulario regio asservatur 'Diplomi imperiali Mazzo 4' nr. 11 fol. XXXII (edidit a. 1839. G. Doenniges 'Acta Henrici VII' II, 116), cui inscribitur: Hee sunt littere, que fuerunt invente in gardaroba domini, et que fuerant in custodia domini Gossuini capellani domini, et que remanent in Pisis cum aliis litteris domini. *Notatur his verbis:* Commissio facta per marchionem Brandenburgensem de electione domini in regem.

Item aliud documentum ad hos tractatus finales spectans in eodem Indiculo l. c. enumeratur: Littera ducum Saxonie de commissione facta per eos de electione domini in regem. *Quod adhuc neque Pisis neque Florentiae inventum, itaque inter deperdita habendum esse, admodum dolemus. Cf. supra nr. 252. (P. deest.)*

260. a) *uncis inclusa plus minusve evanuerunt or.* b) *sic or.* c) o *corr. ex* um *or.* d) et *corr. ex* emus? *or.* e) *in loco raso; forsan scriptum erat* erimus *or.* f) *sequitur rasura duarum litterarum or* g) *sequitur parva rasura or.*

(1) Universis presentes litteras visuris seu audituris nos Woldemarus Dei gratia Brandenburgensis, Landsbergensis et Lusaciensis marchio, gerentes vices patrui nostri Otthonis marchionis Brandenburgensis in electione futuri Romanorum regis, notum facimus, quod ad vitand(um) electionem discordem in electione eiusdem futuri Romanorum 5 regis nunc proximo incumbente, regno seu ipso imperio ex morte clare memorie domini Alberti quondam Romanorum regis ad presens vacante, cum venerabili in Christo patre domino Heinrico Coloniensi archiepiscopo super votis nostris in eadem electione dirigendis concordavimus in hunc modum: (2) Quod idem ..[a] archiepiscopus Coloniensis promisit et promittit nobis, quod si nos poterimus habere aut dominum P(etrum) Ma-10 guntinum archiepiscopum vel dominum Baldewinum Trevirensem archiepiscopum, qui nobiscum nobilem virum Albertum comitem de Anehalt eligere velit, quod et tunc ipse archiepiscopus Coloniensis nobiscum in hac proxima electione Romanorum regis eumdem Albertum in Romanorum regem eligere teneatur. (3) Si vero neutrum archiepiscoporum predictorum pro [nobis][b] ad eligendum ipsum Albertum habere poterimus, tunc 15 nos Woldemarus vice dicti patrui nostri marchionis Ott(honis) et nostra [una cum pr]edicto[b] archiepiscopo Coloniensi nobilem virum Henricum comitem Lutzelburgensem in Romanorum regem in hac [proxima][b] electione regis Romanorum eligere tenebimur, in ipsum et non in alium dirigendo votum nostrum. Et hec [promisimus et promi]ttimus[b] ad invicem observare, fide super hoc a nobis hinc inde prestita corporali. In cuius 20 [rei testimonium][b] presentes litteras eidem archiepiscopo Coloniensi dedimus nostri sigilli munimine roboratas.

[Datum Bun]nis[b], anno Domini MCCCVIII, in vigilia beati Martini episcopi.

261. a) .. *post add. or.* b) *uncis inclusa plus minusve corrosa sunt or.*

HEINRICI VII. CONSTITUTIONES.

262. ELECTIO REGIA.

1308. Nov. 27.

Decretum electionis in sola forma superest, quae Clementi V. papae dirigebatur. Iubentibus archiepiscopo Trevirensi, comite Palatino, duce Saxoniae, marchione Brandenburgensi redactum et conscriptum est ab Heinrico de Lobruch; item iubentibus eisdem comite, duce, marchione, archiepiscopo Coloniensi conscriptum ab Arnoldo de Puteo, subscriptum ab Heydenrico de Essende notariis[1].

Autographon deperiit. Servatur transsumtum a. 1309. Aug. 11. factum, quod infra proponemus, in tabulario secreto Vaticano Arm. C fasc. 37 nr. 19. Subscriptiones notariorum, excepta subscriptione Arnoldi de Puteo, exciderunt. Denuo contulit H. Pogatscher. Edidit Theiner 'Codex diplomaticus dominii temporalis s. Sedis' I, 409 nr. 592.

Apographon eiusdem transsumti cum sola eadem subscriptione praebet Relatio codicis Parisiensis lat. 4038 B (olim Regius 9919)[2] *fol. 154—163, quam item infra proponemus (= Baluze 'Vitae paparum Avenionensium II col. 265—276, quo redeunt ceterae editiones). Insertum est fol. 156. Cuius varias lectiones negleximus.*

In Indiculo litterarum Pisano supra ad nr. 261 citato notata sunt Tria paria litterarum de electione domini in regem Romanorum *hodie deperdita.*

Paucissima tantum verba capitis 7 concordant cum Decreto electionis Alberti regis supra nr. 9. 10 cap. 5.

Ea quae ex Tolneri Historiae Palatinae Additamentis pag. 105 notat Böhmer in Regestis imperii, erronea sunt. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 278.

(P. 490.)

Sanctissimo in Christo patri ac domino suo domino . . sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici Baldewinus Dei gratia Trevirorum archiepiscopus sacri imperii per regnum Arelatense archicancellarius necnon Rodolphus eadem gratia comes palatinus Reni Bawarie et Rodolphus Saxonie duces ac Waldemarus marchio Brandenburgensis, ad quos ius una cum venerabilibus patribus Coloniensi et Maguntinensi archiepiscopis Romanorum regem in imperatorem promovendum dinoscitur pertinere, devotissima pedum oscula beatorum.

(1) Vacante nuperrime, videlicet anno Domini millesimo CCC octavo, ipsa die beatorum Philip[p]i et Iacobi Apostolorum per obitum clare memorie domini Alberti quondam Romanorum regis [regno][a] seu Romano imperio, et nobis una cum dictis dominis

262. a) *deest tr.*

1) *Cf. H. Bresslau 'Deutsche Zeitschrift für Geschichtswissenschaft. N. F.' 1897—98 pag. 127 not. 2 et M. Krammer 'Wahl und Einsetzung des deutschen Königs' (= Quellen und Studien zur Verfassungsgeschichte des Deutschen Reichs II) pag. 109—111.* 2) *Cf. Denifle 'Archiv für Litteratur- und Kirchengeschichte des Mittelalters' II, 18.*

Henrico Coloniensi et Petro Maguntinensi archiepiscopis, nostris coelectoribus, pro futuri regis substitutione postmodum convenientibus, in diem electionis, videlicet quartam feriam ante festum beati Andree apostoli, que est vicesima septima dies mensis Novembris, Nov. 27. concordavimus et comuniter ipsam diem prefiximus ad electionem huiusmodi celebrandam.

5 (2) Qua die in opido Frankevort, loco quidem ad hoc solito et consueto, nobis omnibus, qui debuerunt, voluerunt et potuerunt electioni celebrande comode interesse, iterum convenientibus et ibidem presentibus, deliberatione provida prehabita ad procedendum[b] in electionis negocio prelibato, ego Baldewinus Treverensis archiepiscopus predictus in scriptis legi monitionem et protestationem quandam vice mea et omnium 10 ius in ipsa electione habentium, monendo omnes excomunicatos, suspensos ac etiam interdictos necnon quoscumque alios, si qui forent forsitan inter eos, qui de iure vel de consuetudine interesse in ipsius electionis negocio non deberent, quod a tractatibus electionis celebrande et ab eadem electione recederent, me et alios libere eligere permittentes. Protestans, quod non esset mea vel aliorum intentio tales admittere tanquam 15 ius in electione habentes aut procedere vel eligere cum eisdem, ymmo volui, quod voces talium, si qui reperirentur postmodum interfuisse, nulli prestent suffragium nec afferant alicui nocumentum et prorsus pro non receptis sive pro non habitis habeantur. Quam protestationem nos omnes et singuli alii nostri coelectores ratam et gratam habentes et acceptantes consensimus[c] in eandem.

20 (3) Et demum post tractatus prehabitos, consideratis sollicite et diligenter circumstanciis et statu personarum diversarum, per quas seu per quam regno vacanti posset utilius provideri, in illustrem virum Henricum comitem Luczelenburgensem, virum utique catholicum, ortodoxe fidei fervidum zelatorem, ecclesie Dei et ministrorum eiusdem ac pacis sancte ab ineunte etate sua experiencia, que est rerum efficax magistra, attes- 25 tante devotum et humilem amatorem, strenuum, de alto et generoso sanguine procreatum, in omni morum honestate perspicuum et preclarum, affabilem, benignum et mansuetum, ac in aliis agibilibus pro regimine rei publice quam plurimum circumspectum, nostrum intuitum divina disponente clementia convertentes, ego Baldewinus Treverensis archiepiscopus pro me et nomine meo, prefatus Henricus Coloniensis archiepiscopus pro se 30 et nomine suo ac iam dictus archiepiscopus Maguntinensis pro se et nomine suo, ego vero Rodolphus dux Bawarie pro me et nomine meo, ego quidem Rodolphus dux Saxonie pro me et nomine meo similiter et ego Waldemarus marchio Brandenburgensis prenarratus pro me et magnifico viro Othone marchione Brandenburgensi patruo meo, cuius vices in hac parte gero, necnon illustrium virorum Iohannis et Erici fratrum ducum 35 Saxonie, qui etiam vices suas in hoc casu mihi com[m]iserunt, si de iure vel de consuetudine repertum fuerit eos fore in ipsa electione admit[t]endos, vice et nomine, votis nostris et aliorum coelectorum nostrorum predictorum per Coloniensem archiepiscopum predictum vice et ex mandato speciali omnium nostrorum coelectorum predictorum diligenter inquisitis, nos et dicti alii coelectores nostri omnes et singuli ius in electione 40 dicti regis habentes consensimus[c] concorditer in eundem comitem et ipsum nominavimus quilibet nostrum pro se, nullo penitus ut premittitur discrepante, in Romanorum regem eligendum et in futurum imperatorem promovendum et in advocatum sacrosancte Romane et universalis ecclesie ac defensorem viduarum et orphanorum.

(4) Quibus sic peractis ego Rodolphus comes palatinus Reni predictus de mandato 45 et voluntate speciali coelectorum meorum omnium predictorum eundem Henricum comitem Luczelenburgensem elegi sollempniter in hunc modum:

262. b) procendendum *tr.* c) concensimus *tr.*

'In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti amen.

Cum vacante regno seu imperio Romano per mortem bone memorie domini Alberti quondam Romanorum regis vocatis, qui fuerant evocandi et qui ius in electione futuri Romanorum regis habere dinoscuntur, et presentibus die ad eligendum prefixa omnibus, qui debuerunt, voluerunt et potuerunt comode interesse, placuerit omnibus 5 ad electionem procedere futuri regis, inquisitis votis omnium et singulorum ius in electione ipsius regis habentium, omnes et singulos electores predictos appareat ex premissis direxisse concorditer vota sua in illustrem virum Henricum comitem Luczelenburgensem, in eum consenciendo et ipsum nominando in Romanorum regem eligendum, per cuius quidem comitis experte strenuitatis merita ac fidei puritatem 10 et constanciam speratur sacrosancta Romana et universalis ecclesia potenter ac utiliter posse defensari ac in spiritualibus et temporalibus votiva suscipere incrementa, ac eciam res publica provide dirigi et pariter superno sibi suffragante auxilio gubernari, ego Rodolphus comes palatinus Reni vice mea et coelectorum meorum omnium ius in ipsa electione habentium ex potestate michi ab eisdem tradita specia- 15 liter et concessa eundem Henricum comitem Luczelenburgensem, invocata sancti Spiritus gracia, eligo in Romanorum regem in imperatorem futurum promovendum, in advocatum sacrosancte Romane et universalis ecclesie ac defensorem viduarum et orphanorum.'

(5) Electione autem huiusmodi celebrata, eam omnes et singuli electores alii pre- 20 dicti a[p]probavimus et 'Te Deum laudamus' alta voce fecimus decantari et dictum nostrum electum, qui presens extitit et electioni de se facte divine nolens resistere voluntati interpellatus a nobis reverenter consensit[d], ad ecclesiam fratrum Predicatorum in Frankenvort deduximus et deinde electionem ipsam clero et populo fecimus sollempniter publicari.

(6) Eapropter sanctitati vestre tam devote quam humiliter voto unanimi suppli- 25 camus, ut ipsum Henricum sic devote et concorditer electum in Romanorum regem, ut est dictum, paternis ulnis amplectentes, eidem munus consecrationis conferendo, sibi de sacrosanctis manibus vestris sacri imperii dyadema dignemini loco et tempore favorabiliter impertiri, ut sciant et intelligant universi, quod posuerit in lucem gencium vos Dominus, [et][e] per vestre sanctitatis arbitrium orbi terre post nubilum exoptata serenitas 30 elucescat[1].

(7) Ceterum ut beatitudo vestra cognoscat evidencius vota nostrum omnium in predictis omnibus et singulis concordasse ac in petitione huiusmodi existere unanimes et concordes, presens electionis nostre decretum sanctitati vestre transmittimus cum sigillorum nostrorum appensione ex certa nostra scientia roboratum. 35

(8) Quod eciam ad maiorem horum certitudinem per manum Henrici de Lobbruch clerici notarii infrascripti in hanc publicam formam redigi fecimus et conscribi. Quemadmodum hoc idem decretum eciam nos Rodolphus comes palatinus Reni [Bawarie] et Rodulphus Saxonie duces ac Waldemarus marchio predicti per Arnoldum de Puteo clericum Coloniensem publicum notarium similiter de nostro et prefati Coloniensis archi- 40 episcopi mandato publicari fecimus et conscribi[2] ac per ipsum Arnoldum et Heydenricum de Essende notarios publicos huic decreto subscribi.

Acta sunt hec in domo fratrum Predicatorum in Frankevort, presentibus venerabili patre domino Iohanne episcopo Argentinensi et honorabilibus viris dominis Henrico

262. d) concensit *tr.* e) *deest tr.* 45

1) *Cf. supra nr. 10. cap. 5.* 2) *In Transsumti infra edendi cap. 1 haec notantur:* transumptum cuiusdam instrumenti ... confecti manu Arnoldi dicti de Puteo ... eiusque signo signati sigillatique sigillis reverendi patris in Christo domini ... archiepiscopi Treverensis et inclitorum virorum dominorum comitis Palatini, ducis Saxonie ac marchionis Brandenburgensis.

abbate Fuldensi, Ernesto decano Coloniensi, Symone de Marvilla thesaurario Metensi et Petro de Esch clerico, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis, anno Domini, die et loco predictis, indictione septima.

Et ego Arnoldus dictus de Puteo clericus Coloniensis, sacrosancte Romane ecclesie 5 ac sacri imperii publicus notarius, monitioni et protestationi per supradictum dominum Baldewinum Treverensem archiepiscopum, inquisitioni votorum eligentium per dominum Henricum Coloniensem archiepiscopum factis et electioni per dominum Rodolfum comitem palatinum Reni subsequte et omnibus aliis et singulis premissis, prout hec in instrumento presenti narrantur, una cum testibus suprascriptis presens interfui, ea 10 vidi et audivi, et eisdem de speciali iussu et mandato dominorum archiepiscopi Treverensis, comitis palatini Reni, ducis Saxonie et marchionis Brandenburgensis, electorum predictorum, per manum Henrici dicti de Lobbruch clerici notarii supradicti in hanc publicam formam redactis et conscriptis me subscribens, presens publicum instrumentum meo signo consueto signavi et roboravi, vocatus propter hoc specialiter et rogatus, sub 15 anno Domini, indictione, die et loco predictis.

---

263. PRIVILEGIUM EPISCOPO ARGENTINENSI CONCESSUM.

1308. Nov. 28.

263a. *PRIVILEGIUM REGIS.*

20 *Cum autographon deperditum sit, repetimus* S *editionem, quam iam olim paravit Schöpflin 'Alsatia diplomatica' II, 87 nr. 842 'ex chartulario membr. civitatis Argent. saec. XIV'. Quam correximus ope collationis a socio nostro H. Wibel nobiscum communicatae ex duobus transsumtis* 1 *et* 2 *saec. XVI. ex., quae Argentinae in tabulario, quod 'Bezirksarchiv des Unterelsass' dicitur, asservantur 'G. 1115' signata.*

25 *Cf. privilegium regis Adolfi a. 1293. Febr. 19. concessum*[1], *Reg. Ad. 413 (Addit. I), itemque privilegium nostrum a. 1309. Ian. 15. sub sigillo maiestatis repetitum, Reg. Heinr. 12. — Böhmer, Reg. Heinr. 4.* *(P. deest.)*

In nomine sancte et individue Trinitatis amen.

Heinricus Dei gracia in Romanorum regem electus universis presencium littera- 30 rum inspectoribus in perpetuum graciam suam cum noticia rei geste.

(1) Dignum fore censemus, ut quorum fides et sincera devocio in Romani imperii invenitur obsequiis comprobata, illos gracioso[a] favore maiestatis nostre clemencia prosequatur. Hinc est quod nos ad venerabilis Iohannis Argentinensis ecclesie episcopi principis nostri karissimi laudabile studium, quo nostris et imperii Romani[b] commodita- 35 tibus et honoribus incessanter inheret, et ad grata obsequia Romano imperio ab[c] ecclesia sua predicta liberaliter impensa consideracionis nostre intuitum convertentes, existimavimus fore dignum, eandem Argentinensem ecclesiam de tantorum meritorum exigencia a nobis et Romano imperio privilegio prerogative specialis extolli et allectivis muneribus honorari. Unde cum in preparacione quietis maxime piorum locorum summa

40 **263a.** a) generoso *male S.* b) Rom. imp. 1. 2. c) ipsa *add.* 2.

1) *In quo haec conditio adiecta est:* Hanc autem composicionem amicabilem amicabiliter initam sic esse volumus personalem, quod per eam post mortem nostram sacro imperio et successoribus nostris et post obitum dicti episcopi Argent(inensi) ecclesie et ipsius successoribus nullum debeat preiudicium generari. *(Schöpflin 'Alsatia diplomatica' II, 59.)*

devocio principis comprobetur, nos pro perpetua pace et quiete eiusdem Argentinensis ecclesie et suorum ad tollendum[d] omnem dissensionis materiam de bonis infrascriptis inter Romanum imperium et predictam[e] Argentinensem ecclesiam seu illorum[f] rectores a longis retro temporibus motam et que moveri posset eciam in futuro, de consilio principum nostrorum, ad quos ius eligendi regem promovendum in imperatorem pertinet, et illorum accedente[g] consensu permutacionem infrascriptam nomine Romani imperii cum predicto Iohanne Argentinensi episcopo principe nostro nomine ecclesie sue predicte cum consensu capituli sui fecimus. Quam permutacionem statuimus auctoritate regia ratam et firmam perpetuo permanere. (2) Inprimis itaque opidum sive villam Mollesheim[h] et villas Mutziche[i], Hermoltzheim et Wege Argentinensis dyocesis ac castrum Nunburg situm in Briscowe[k] prope Eynstat Constantiensis dyocesis et omne ius Romano imperio et nobis eius nomine et eisdem et earum universis attinenciis qualitercunque et ex quacunque causa competens permutamus simpliciter seu titulo et nomine permutacionis cedimus, donamus et tradimus predicto Iohanni Argentinensi episcopo nomine ecclesie sue recipienti pro opido Mulnhusen Basiliensis dyocesis et pro medietate ville Wasselnheim site prope Cronenberg Argentinensis dyocesis ac pro omni iure, quod predicte Argentinensi ecclesie seu dicto episcopo et eius capitulo ipsius ecclesie nomine in eisdem opido et villa ac universis earum attinenciis qualitercunque et ex quacunque causa competit vel competere posset. Idemque episcopus cum consensu capituli sui nomine ecclesie sue predicte faciendo de hiis nobiscum permutacionem simpliciter ad predicta Romano imperio et nobis eius nomine recipientibus opidum Mulnhusen predictum et medietatem predicte ville Wasselnheim cum earum attinenciis universis ac omne ius sibi et ecclesie sue predicte in eisdem competens permutacionis titulo et nomine cessit, donavit et tradidit irrevocabiliter et in totum, preter ius patronatus ecclesie ville eiusdem Wasselnheim, quod ius est ipsi Argentinensi ecclesie sicut hactenus reservatum. Supplemus eciam de plenitudine regie potestatis, si quid de sollempnitatibus iuris in prescripte permutacionis contractu invenitur omissum, quod circa contractuum huiusmodi firmitatem introductum est ex consuetudine vel a iure.

(3) Hiis itaque pro pace et tranquillo statu sepedicte ecclesie et suorum de clemencia nostra peractis, placuit adhuc nostre celsitudini eandem ecclesiam pro magnis iacturis et dampnis, quas et que de servitiis Romano imperio impensis sustinuit, aliqualis largicionis munere ex libertate regia consolari. Proinde omnes utriusque sexus Iudeos opidorum Rynowe[l] et Mollesheim[h] Argentinensis dyocesis ac Rubiaci[m] et Sultz[n] Basiliensis dyocesis incolas presentes et futuros ex mera liberalitate de consensu principum nostrorum predictorum concedimus et simpliciter donamus predicte Argentinensi ecclesie perpetuo possidendos[o], ita quod dicti Iudei eidem ecclesie serviant et ad illam pertineant pleno iure, quatinus per hoc eiusdem ecclesie prelati erga Romanum imperium in solita devocione forcius accendantur et effectum[p] sue devocionis in nostris et Romani imperii obsequiis commodius exequantur. (4) Ad hec de specialis gracie prerogativa eidem Argentinensi ecclesie volumus providere et eam auctoritate regia in eo iure perpetuo stabilire, ut non liceat unquam de cetero alicuius civitatis, opidi sive burgi rectoribus seu universitati cuiuscumque exempcionis, libertatis, communitatis seu concessionis a Romanis imperatoribus vel regibus seu ab aliis quibuscunque donatis, concessis et confirmatis aut eciam alicuius consuetudinis pretextu aliquem vel aliquos de hominibus seu ministerialibus ipsius Argentinensis ecclesie vel eciam de opidorum, burgorum et villarum quarumlibet ad eandem ecclesiam iure dominii vel quasi pertinencium incolis presentibus et futuris recipere in cives seu burgenses, qui pfalburger vulgariter

263a. d) tollendam 1. 2. e) predictum 2. *S.* f) illarum 2. *S.* g) antecedente *S.* h) Mollisheim *S.* i) Mutzich 1. 2. k) Brisgow 2; Brisgaw 1. l) Reinaw 1. 2. m) Rubeaci 1. 2. n) Sulze *S.* o) perp. possid. *desunt S.* p) affectum 1. 2.

nuncupantur. Decernentes exnunc, quod receptio talium, que contra presentis gracie nostre tenorem facta fuerit a quocumque, non valeat ipso iure nec sic recepti pro illorum locorum, ad que recipiuntur, civibus vel burgensibus habeantur, nisi in eisdem locis, sicut veri cives vel burgenses facere solent et debent, residenciam et continuam faciant mansio-5 nem. (5) Ut autem omnia et singula suprascripta inviolabiliter perpetuo observentur et robur accipiant inconcussum, ad perpetuam eorum memoriam et stabilem firmitatem presens scriptum fieri et sigillo comitatus nostri de Luzelemburg[q] iussimus communiri.

Huius rei testes sunt: venerabiles Heinricus[r] Coloniensis, Petrus Moguntinensis et Baldewinus Trevirensis[s] archiepiscopi[t], illustres Rudolphus et Ludowicus comites palatini 10 Reni duces Bavarie, Woldemarus marchio Brandenburgensis, Rudolphus dux Saxonie et venerabilis Heinricus abbas Fuldensis principes nostri ac spectabilis vir Bertholdus[u] comes de Hennemberg noster fidelis.

Datum in Frankenfurt, IIII. Kal. Decembr., anno Domini millesimo trecentesimo octavo.

15 **263b.** *CONSENSUS MARCHIONIS BRANDENBURGENSIS.*

Litteras consensus, quarum autographon solum superest in eodem tabulario 'G. 115, 9' signatum, denuo contulit Wibel. Sigillum, quod olim pendebat filis sericis, modo desideratur. Edidit X. Mossmann 'Cartulaire de Mulhouse' I, 108 nr. 140. *(P. deest.)*

Woldemarus Dei gracia Brandemburgensis et Lusacie marchio universis Christi 20 fidelibus, ad quos presentes pervenerint, salutem et credere subnotatis.

(1) Dignum et conveniens arbitramur, ut que regalis dignitas dignis personis seu locis donacionis vel gracie impartiri decreverit, nostre et collegarum nostrorum voluntatis et consensus beneplacito fulciantur. (2) Cum itaque serenissimus dominus noster dominus Heinricus electus in Romanorum regem pie consideratis meritis et obsequiis, 25 quibus reverendus pater dominus Iohannes Argentinensis episcopus Romano non absque laboribus et expensis multipliciter servivit imperio, et ut inantea ad beneplacita regia prompcioribus assurgat affectibus et ad imperii procurandos profectus strictius astringatur, quandam permutacionem de opido sive villa Mollesheim et de villis Mutziche, Hermoltzheim et Wege Argentinensis dyocesis necnon de castro Nunbůrg sito in Briscowe prope 30 Eynstat Constanciensis dyocesis nomine Romani imperii cum eodem episcopo et ecclesie Argentinensi fecerit ad opidum Mullenhusen Basiliensis dyocesis et medietatem ville Wasselnheim site prope Cronenberg Argentinensis dyocesis cum universis eorundem bonorum attinentiis hinc et inde, (3) cumque ex amplioris dono gracie Iudeos habitantes in opidis Rynowe et Mollesheim Argentinensis dyocesis necnon in Rubyaco et Sultz 35 Basiliensis dyocesis predicte Argentinensi ecclesie donaverit ac providerit eidem ecclesie Argentinensi, ne homines, ministeriales aut incole opidorum et villarum ipsius ecclesie recipiantur ad aliqua loca pro civibus seu burgensibus, qui phalburger vulgariter nuncupantur, (4) nos predicti Argentinensis episcopi et ecclesie sue commodis, quantum ad nos pertinet, salubriter providere cupientes, permutacionem, donacionem ac provisionem 40 huiusmodi per ipsum dominum Heinricum in Romanum regem electum de consilio nostro recognoscimus esse factas, prout in litteris suis regalibus super eo confectis et traditis exprimitur et lucide continetur[1], et ad omnia premissa consensum nostrum expressum et benivolum adhibemus.

In cuius rei testimonium presentes litteras sigillo nostro iussimus communiri.

45 Dat. in Frankenfůrt, IIII. Kalen. Decembr., anno Domini millesimo trecentesimo octavo.

263a. q) Lutzelemburg 1. r) Henricus 1. 2. s) Treverensis 1. 2. t) ac add. 1. 2. u) Berchtolt 1.

1) *Supra nr. 263a.*

264—266. SCRIPTA PRO COMITE FLANDRIAE.

1309. Ian. 11.—15.

Autographa, quae in bibliotheca Parisiensi 'Chartes de Colbert' nr. 526. 529. 528 asservantur, iam olim descripsit Waitz (= Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 213. 214 nr. 320—322). Denuo contulit M. Krammer. 5

264. *INFEUDATIO COMITIS. Ian. 11.*

Pendet sigillum loro membranaceo. — Böhmer, Reg. Heinr. 6. (P. deest.)

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Ad universitatis vestre noticiam cupimus pervenire, quod nos anno gratie millesimo 10 trecentesimo octavo, indictione septima, die sabbati post festum epyphanie domini, postquam ad apicem nostre coronacionis divina favente dispositione devenimus, in Colonia Agripina in palacio venerabilis in Christo patris dilecti principis nostri Heinrici Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopi et in presencia plurimorum principum, vasallorum et aliorum sacri imperii fidelium nos[a] spectabilem virum Robertum comitem 15 Flandrie de omnibus terris, dominiis et possessionibus de Alost, de Quatuor officiis et de insulis Zelandie, que sunt inter Scaldam et Hedine Zê, et de omnibus pertinentiis harum rerum ac etiam de omnibus terris, possessionibus, iuribus, honoribus, dignitatibus et utilitatibus ac universis pertinenciis eorundem, modo quo progenitores eiusdem comitis sub antecessoribus nostris imperatoribus vel regibus prenotata feoda tenuerunt, recepto 20 fidelitatis homagio ab eodem, tamquam nostrum ac imperii Romani vasallum sollempniter investivimus et decenter. In cuius rei testimonium et munimen has litteras exinde conscribi et sigilli nostre maiestatis regie appressione decrevimus roborari.

Dat. in Colonia Agripina, anno die et indictione predictis, regni vero nostri anno primo. 25

265. *VIDIMATIO CASSATIONIS SENTENTIARUM. Ian. 15.*

Pendet sigillum loro membranaceo. — Böhmer, Reg. Heinr. 13. (P. deest.)

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii fidelibus, ad quos presentes pervenerint, gratiam suam et omne bonum.

Constitutus in nostre maiestatis presentia vir spectabilis Robertus comes Flandrie 30 fidelis noster dilectus litteram quandam nobis exhibuit quam vidimus et audivimus de verbo ad verbum infrascriptum tenorem per omnia continentem:

'Nos Albertus — anno primo.' *supra nr. 48.*

In cuius rei testimonium presentes litteras maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. 35

Dat. Colonie, XVIII. Kalen. Febr., anno Domini millesimo trecentesimo nono, regni vero nostri anno primo.

266. *LITTERAE CONDUCTUS. Ian. 15.*

Pendet sigillum loro membranaceo. — Böhmer, Reg. Heinr. 14. (P. deest.)

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani 40 imperii fidelibus ac aliis, ad quos presentes littere pervenerint, gratiam suam et omne bonum.

264. a) *sic or.*

Quia virum spectabilem Robertum comitem Flandrie consanguineum et fidelem nostrum dilectum ac nuncios ipsius sollempnes et alios nostre maiestatis presenciam volentes accedere cum familia et rebus ipsorum veniendo, morando et redeundo in nostram et imperii protectionem specialem recepimus et conductum, fidelitatem vestram requirimus et rogamus, auctoritate regia vobis nichilominus iniungentes, quatinus eundem comitem et nuncios suos, quociens per vestros districtus transitum fecerint, nullatenus impediri sinatis, sed eisdem de securo conductu pro nostra reverencia providere curetis, quandocumque super eo fueritis requisiti. Presentibus a data presencium ad annum continuum tantummodo valituris. Presencium testimonio litterarum nostre maiestatis sigilli robore signatarum.

Dat. in Colonia, XVIII. Kalend. Febr., anno Domini millesimo trecentesimo nono, regni vero nostri anno primo.

267—269. MANDATA DE RECEPTIONE REGALIUM.

1309. Ian. 12.—Apr. 10.

Servantur in rotulo omnino coaevo, qui inter archivi Heinrici VII. reliquias Pisis superest in tabulario capituli maioris ecclesiae nr. 1309 signatus, in quo praecedunt apographa documentorum annorum 1007. 1152. 1282, de quibus v. Ficker loco supra ad nr. 237 citato pag. 29 nr. 8. Edidit Ficker l. c. pag. 64 sq. nr. 39. 40. 42 (= W. SB. pag. 200 sq.). Nos ipsi denuo accuratissime contulimus. — Cf. infra ad a. 1309. Dec. 29.

267. *MANDATUM PRIMUM. Ian. 12.*

Praecedunt haec: In nomine Domini amen. Hoc est transcriptum quarumdam litterarum serenissimi principis domini Henrici Dei gracia Romanorum regis non abolitarum, non cancellatarum nec in aliqua sui parte corruptarum sigillo dicti domini regis sigillatarum, ut prima facie apparebat, formam continentium subsequentem. — *Böhmer, Reg. Heinr. 601 (Addit. II). (P. decst.)*

Henricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus venerabili Ph(ilippo) Cameracensi episcopo gratiam suam et omne bonum.

Decet maiestatem regiam iustis et rationabilibus devotorum imperii principum peticionibus benignum exaudicionis ostium aperire, que saltem absque imperii preiudicio quolibet conceduntur et petentibus nichilominus fructum et comodum poterunt augmentare. Hinc est quod devotis tuis supplicationibus favorabiliter annuentes, quia diebus istis, prout nuntii et procuratores tui discrete coram nobis proponebant, venire pro receptione regalium feodorum tuorum de manibus nostris comode non valebas, sinceritati tue tenore presencium de plenitudine potestatis regie gratiosius indulgemus, ut usque ad festum Pasce venturum proxime administrationem temporalium licite exerceas. Mart. 30. Ita quod ante festum predictum ad recipiendum huiusmodi feoda tua in nostra curia compareas propria in persona.

Dat. in Colonia, II. Id. Iannarii, anno Domini MCCC nono, regni vero nostri anno primo.

268. *MANDATUM ALTERUM. Apr. 1.*

Sequitur nr. 267. Est rubrum: Item transcriptum. — *Böhmer, Reg. Heinr. 610 (Addit. II). (P. deest.)*

Henricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus venerabili Ph(ilippo) episcopo Cameracensi principi suo dilecto graciam suam et omne bonum. 5

Votivis precibus nobilium virorum Iohannis de Flandria comitis Namurcensis et Guidonis fratris sui dilectorum consanguineorum et fidelium nostrorum fiducialiter annuentes tuisque comodis salubriter prospicere cupientes, terminum, quem ad recipiendum feoda tua usque ad festum Pasce[a] tibi concessimus, usque ad festum beati Iohannis baptiste venturum proxime de speciali gracia duximus prorogandum, favorabiliter permittentes, quod administracionem temporalium principatus tui per idem tempus libere valeas exercere. Ita tamen quod post lapsum concessi tibi termini nostram presentiam accedas propria in persona, regalia tua feodalia de nostris manibus presentialiter recepturus.

Mart. 30. Iun. 24. 10

Dat. Columbar(ie), Kal. Aprilis, anno Domini MCCC nono, regni nostri anno primo. 15

269. *MANDATUM TERTIUM. Apr. 10.*

Sequitur nr. 268. Est rubrum: Item transcriptum. — *Böhmer, Reg. Heinr. 613 (Addit. II). (P. deest.)*

Henricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus venerabili Philippo Cameracensi episcopo graciam suam et omne bonum. 20

Litteras excellentissimi principis Ph(ilippi) regis [Francie][a] amici nostri karissimi favorem, quo personam tuam amplectitur, exprimentes recepimus, quibus studiose nos rogavit et monuit, quatinus concessum tibi terminum ad recipiendum de nostris manibus feoda tua sue dilectionis intuitu prorogare velimus, cum ex quibusdam causis in eisdem litteris apparentibus diebus istis presentiam tuam nostre maiestatis conspectibus comode non valeas exhibere. Licet igitur temporibus dive recordationis antecessorum nostrorum Romanorum imperatorum et regum illustrium rarum et inconsuetum extiterit, principibus imperii super huiusmodi negotio longi temporis spacium indulgere, prenominati tamen regis Francie, cuius ad presens insudas obsequiis utiliter, votivis peticionibus cum alacritate mentis[b] promptum admissionis ostium aperire et quibu[s]libet suis beneplacitis placide complacere disponentes ac ipsum in hac parte liberaliter honorantes, sinceritati tue tenore presencium indulgemus et permittimus de gratia speciali, quod usque ad festum Pasce venturum proxime administrationem temporalium principatus tui licite valeas exercere. Ita tamen quod post lapsum prestiti tibi termini nostram accedas curiam, prenotata feoda recepturus et homagium nobis debitum in persona propria prestiturus cum sollempnitatibus debitis et consuetis. Dantes tibi presentes litteras maiestatis nostre sigillo signatas in testimonium super eo. 25 30 35

1310. Apr. 19.

Datum Brisaci, IIII. Id. Aprilis, anno Domini millesimo [CCC][a] nono, regni vero nostri anno primo.

---

268. a) *sic coniecimus;* proxime *tr.* 40

269. a) *uncis inclusa corrosa sunt tr.* b) m'itis *tr.*

270—272. SCRIPTA PRO ARCHIEPISCOPO MOGUNTINO.

1309. Ian. 14.—Iun. 8.

270. *INNOVATIO CONCESSIONIS TELONEI. Ian. 14.*

5 *Supersunt Monaci in tabulario generali regni Bawarici duo autographa* A *'Kaiserselckt Nachtrag' nr. 156¼ aa et* B *nr. 156¼ a signata. Pendet utrumque sigillum parum laesum filis sericis rosei coloris. In verso eadem leguntur*: littera domini Hñrici super thelоñ in Lansteyn. *Autographon* B *in cancellaria regis scriptum non esse videtur. Denuo descripsimus vel contulimus nos ipsi. Innovatur privilegium Alberti regis a. 1298.* 10 *Sept. 1. concessum. — Böhmer, Reg. Heinr. 10.* *(P. deest.)*

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii[a] fidelibus presens scriptum audituris, intelligentibus aut visuris graciam suam et omne bonum.

Litteras dive ac recolende memorie domini Alberti quondam Romanorum regis 15 predecessoris nostri nobis exhibitas sub vero sigillo ipsius non cancellatas, non abolitas, omni suspicione carentes et in nulla sui parte viciatas vidimus et tractavimus. Quarum tenor de verbo ad verbum talis est:

'Albertus Dei gracia — anno primo'. *supra nr. 13.*

Nos quoque venerabilis Petri sancte Magunt(ine) sedis archiepiscopi sacri imperii 20 per Germaniam archicancellarii principis nostri karissimi supplicacionibus inclinati ad honorem Dei omnipotentis et gloriose[b] virginis matris eius Marie necnon beati Martini divorum predecessorum nostrorum vestigiis inherentes, suprascriptam concessionem sive donacionem et translacionem thelonei, sicut iacet, de verbo ad verbum ratam habentes et gratam ex iustis causis et digne ac recte moventibus ex certa sciencia confirmamus, 25 approbamus, laudamus regiaque liberalitate perusi[c] sub presentis scripti patrocinio innovamus. Nolentes prescripta cuiusquam improbitate convelli seu novitate moveri. In cuius rei certitudinem et perpetuam firmitatem presens scriptum tradimus consignatum nostre typario maiestatis.

Dat.[d] Colonie, XIX. Kalen. Febr., indiccione VII, anno Domini millesimo trecen- 30 tesimo nono[e], regni vero nostri anno primo.

271. *DECLARATIO SUPER OPPIDO SELIGENSTADT ET COMITATU BACHGOWE. Mai. 15.*

Denuo contulimus autographon eiusdem tabularii 'Mainz Erzstift' fasc. 54 servatum. Sigillum deest, filis sericis viridis coloris relictis. In verso leguntur: Lrā de opido in 35 Seligenstad et comitatu Bachowie. — *Böhmer, Reg. Heinr. 70.* *(P. deest.)*

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii Romani fidelibus, ad quos presentes pervenerint, graciam suam et omne bonum.

Dignum iudicat nostra serenitas, ut que iuris et racionis auxilio fulciuntur, regalis auctoritatis approbacione forcius solidentur. Tunc enim iniuncti nobis divinitus curam 40 officii debite execucionis observancia gerimus et gratum Deo credimus obsequium ex-

270. a) *loco* sacri Rom. imp. *B:* Christi. b) *loco* et gloriose *B:* gloriosissime. c) *sic A;* pusi *B.* d) Datum *B.* e) CCCIX *B; sequitur hic* indictione VII *in B.*

hibere, cum unicuique et specialiter ecclesiis et ecclesiasticis personis que sua sunt tribuimus et servamus. Hinc est quod tenore presencium publice profitemur, quod nos equitatis et iusticie zelo fervencius excitati, per diligenciam consideratis privilegiis ecclesie Maguntine veritateque comperta, quemadmodum per dive memorie quondam Albertum Romanorum regem antecessorem nostrum pronunciatum, declaratum seu etiam diffinitum extitit[1] lucide et expresse, quod opidum Seligenstat ac comitatus Bachowie cum universis pertinenciis suis, iuribus et honoribus pleno iure pertinent et spectant ad ius, dominium sive proprietatem ecclesie Maguntine, declaramus predictum opidum Seligenstat et comitatum Bachowie cum pertinenciis suis, iuribus et honoribus universis pleno iure ad ius, dominium seu proprietatem eiusdem ecclesie Maguntine libere pertinere, predicta ipsi ecclesie innovantes et ex certa sciencia pronunciacionem, declaracionem seu diffinicionem predecessoris nostri prefati presentis scripti patrocinio confirmantes. Super quibus aliisque iuribus omnibus eandem ecclesiam Maguntinam et archiepiscopos eius, qui pro tempore fuerint, manutenebimus, defendemus, manutenendos et defendendos per regalem potenciam nostris successoribus indicamus. In cuius rei testimonium presentes litteras maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Dat. in Thurego, Idus Maii, anno Domini millesimo trecentesimo nono, regni vero nostri anno primo.

272. *MANDATUM DE PECUNIA SOLVENDA. Iun. 8.*

Denuo contulimus autographon eiusdem tabularii 'Mainz Erzstift. 2. Nachtrag fasc. 3/4 servatum. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. In verso leguntur: super decima pecunie Iudeorum. *Cf. etiam Reg. Heinr. 77, itemque innovationem nostri mandati Iun. 18 factam (Reg. Heinr. 103), cuius autographon non invenimus. — Böhmer, Reg. Heinr. 97.* *(P. deest.)*

Nos Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum noticiam cupimus pervenire, quod considerantes, quod particularis solucio non minima habet incomoda, cum venerabili Petro archiepiscopo Maguntino sacri imperii per Germaniam archicancellario principe et consiliario nostro karissimo super decima pecunie, quam a Iudeis nostris per Alamaniam pro tempore exigere et recipere nos continget, de bona sua voluntate concordavimus in hunc modum, videlicet quod eidem pro huiusmodi decima racione officii archicancellarie ab eo petita sexcentas libras Hallen(sium) in moneta nostra in Hallis percipiendas in festo beati Michaelis, (Sept. 29.) quam diu nobis vel sibi placuerit, annis singulis deputavimus. Monetariis nostris ibidem pro tempore existentibus presentibus firmiter iniungentes, quatinus prefatum archiepiscopum vel eius certum nuncium iuxta tenorem huius scripti de pecunia expediant memorata. Salvo in premissis omnibus nostro et imperii iure et ecclesie Maguntine. Harum testimonio litterarum nostre maiestatis sigilli robore signatarum.

Dat. in Ulma, anno Domini millesimo trecentesimo nono, VI. Idus Iunii, regni vero nostri anno primo.

---

273. SCRIPTUM PRO COMITIBUS PALATINIS.

1309. Ian. 14.

Autographon tabularii secreti domus regiae Bawaricae denuo descripsimus nos ipsi. Pendet sigillum illaesum loro membranaceo. — Böhmer, Reg. Heinr. 11. Regesten der Pfalzgrafen 1605. *(P. deest.)*

1) *Supra nr. 16.*

Nos Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus tenore presentium publice profitemur, quod illustribus Rudolfo et Lodwico comitibus palatinis Reni ducibus Bawarie principibus nostris, quorum commodum tamquam zelatorum honoris imperii prosequi nos delectat, presentibus pollicemur, quod ad confinia imperii fines seu metas 5 terrarum suarum contingentia officiatos locare debemus pacificos et tranquillos[1] nec nos eorum inimicis copulabimus aut colligabimus quoquo modo. In cuius rei testimonium presentes conscribi fecimus et nostre maiestatis sigilli robore communiri.

Dat. Colonie, XVIIII. Kalen. Februarii, anno Domini millesimo trecentesimo nono, regni vero nostri anno primo.

10

274—276. SCRIPTA PRO ARCHIEPISCOPO TREVIRENSI.

1309. Ian. 17.—Febr. 6.

274. *INNOVATIO PROMISSIONIS REGIS ALBERTI.* *Ian. 17.*

Autographon tabularii regii Confluentini denuo descripsimus. Sigilli parva frag- 15 *menta pendent linis sericis viridis coloris. In verso leguntur:* Confirmacio castri de Cocheme cum aliis graciis facta Bald. archiepiscopo. *Innovatur privilegium Alberti regis a. 1298. Aug. 25. concessum. — Böhmer, Reg. Heinr. 16.* *(P. deest.)*

Nos Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus notum esse volumus universis, quod litteras infrascriptas non cancellatas, non abolitas, non abrasas, omni 20 suspicione carentes, vero sigillo illius, cuius esse dicebatur, prout prima facie apparebat, sigillatas vidimus, legimus ac de verbo ad verbum legi et exponi fecimus. Quarum tenor sequitur in hec verba:

'Albertus Dei gratia – anno primo'. *supra nr. 23.*

Nos autem premissa omnia et singula habita, facta, data et concessa per prede- 25 cessores nostros dive memorie . . Adolphum et . . Albertum viribus suis persistere volentes, de plenitudine nostre regie maiestatis ea grata habentes approbamus, innovamus, ratificamus et in Dei nomine confirmamus.

Datum Colonie, anno Domini MCCC nono, XVI. Kalen. Febr., regni nostri anno primo.

30

275. *LITTERAE INDEMNITATIS.* *Ian. 29.*

Cum autographon deperditum sit, apographon in C Copiario Balduini archiepiscopi nr. 3 fol. 74 tabularii eiusdem denuo benivolenter contulit vir d. Paulus Richter. Edidit Böhmer 'Acta imperii selecta' pag. 418 nr. 586. — Böhmer, Reg. Heinr. 23. *(P. deest.)*

35 (1) Nos Henricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum noticiam volumus pervenire, quod si venerabilem Baldewinum archiepiscopum Treversenseum principem et germanum nostrum karissimum super fideiussionibus, quas pro nobis et evidenti utilitate regni nostri erga fideles et principes nostros dilectos Woldmarum marchionem Brandenburgensem et Rudolfum ducem Saxonie necnon Gerardum comitem Iuliacensem 40 seu quoscumque alios ex quacumque causa, tam pro expensis in coronatione nostra Aquisgrani quam Colonie et alibi vel alias factis, subiit vel occasione tuicionis et defensionis Bartholomei Lombardi civis Aquensis seu eius familie existentium in perceptione the-

1) *Cf. iam supra nr. 260 c. 5.*

lonei apud Ludenstorp a nobis de novo in diminucionem et solucionem debitorum nostrorum ad tempus constituti, prout hec omnia in litteris super hiis confectis plenius contine[n]tur[1], aliqua dampna vel constangias contingeret sustinere, promittimus eundem indempnem penitus conservare et liberare sine dampno. Et si quod absit idem noster princeps occasione aliquorum premissorum aliqua dampna sustineret, volumus, ut prius tamen super supplenda negligentia seu conservacione indempnitatis requisito, tantum de bonis nostris et regni predicti, ubicumque inventa fuerint, usque iustam recompensationem dampnorum habitorum, idem archiepiscopus auctoritate propria recipiat seu recipi aut levari pro se et suis[a] faciat sine nostre regie maiestatis indignatione qualibet vel offensa. (2) Verum siquidem nostre intentionis non existit, quod per constitutionem ipsius thelonei super Reni alveo in villa de Ludenstorp predicta sita in dominio spirituali et temporali ipsius archiepiscopi et ecclesie Treverensis, ad quam benivolum ad tempus fraterna dilectione suum prestitit assensum, evidentem quoad solutionem et diminutionem debitorum nostrorum considerans utilitatem, eidem archiepiscopo, suis successoribus et ecclesie Treverensi in aliquo preiudicare, nec nos in constituendo in posterum post lapsum temporis volumus nobis aut successoribus Romanorum regibus aliqualiter perducere in exemplum. Et ad hoc nos obligamus et premissis omnibus et singulis tenore presentcum consentimus. In quorum omnium testimonium sigillum regie maiestatis nostre presentibus est appensum.

Datum Colonie, tercia die mensis Ianuarii exeuntis, anno Domini MCCC nono, regni nostri anno primo.

276. *CONCESSIO TELONEI.* *Febr. 6.*

Autographon eiusdem tabularii denuo contulimus nos ipsi. Scriptura valde corrosa est. Pendet sigillum laesum filis sericis rubei flavique coloris. In verso leguntur: Donacio de theoloneo[a] facta Bald. archiepo. H. — *Böhmer, Reg. Heinr. 29.* *(P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis Christi fidelibus presens scriptum audituris, intelligentibus aut visuris gratiam suam et omne bonum.

Cum regalem deceat celsitudinem sibi subditos velamine benignitatis subumbrare ac oppressionibus et molestatoribus obviare, multo plus dignum duxit ecclesias et maxime has, que sunt principatus regni, necnon personas earundem ecclesiasticas indigentes et oppressas regalis celsitudinis largitate favore prosequi gratioso. Sane veridica didicimus relacione et prout nobis per facti evidenciam constat dilucide, quod cum venerabilis Balduinus Trevirorum archiepiscopus princeps ac germanus noster karissimus ad regimen pastoralis officii et dignitatis ecclesie Treverensis fuit assumptus, castra, municiones et redditus archiepiscopatus eiusdem repperit per suos predecessores adeo obligata et alienata clerumque [et][b] populum sue dyocesis sibi subiect(os) sic depauperatos, quod nisi graciosis donariis favoribusque succurrendo prospiciatur, idem archiepiscopatus dispendiis ac periculo subici pertimetur. Verum quidem dictus archiepiscopus circa nostri culminis promocionem et electionem ad supradictum regnum de nostra persona sic factam et sollempniter celebratam necnon imperii tocius et reipublice evidentem utilitatem ac pro bono ac pacifico statu regni tot graves expensas et fructuosa servicia fecit, se et sua magnifice exponendo, quod eidem et ecclesie Treverensi, que una de antiquioribus principatibus dicti imperii esse dinoscitur, cum etiam sancta mater ecclesia, que pocius sub augusto incrementis prosperis debet augmentari quam minui, succurrendi et dexteram promocionis et subvencionis aperiendi tribuerit incentiva, considerantes grata obsequia nobis impensa imperio et reipublice utiliora in posterum impendenda, inopie dicti archi-

275. a) suos *C.*

276. a) duorum gr. in Confluencia *manu paullo posteriori add.* b) *adiecimus nos; deest or.*

1) *Quae deperditae sunt.*

episcopi et . . archiepiscopatus, cuius redditus tenues scimus et exiles adeo, quod si pro defensione imperii regni ac reipublice indigemus eodem, non possit iuxta status sui decenciam nobis subvenire, cum dicti redditus minime hiis temporibus sufficiant ad retencionem, custodiam et reparacionem castrorum ad sepedictum archiepiscopatum spec-
5 tantium, maxime cum plura ex eisdem ad presens ruinam minentur et operibus sumptuosis indigeant, pie condescendentes, eidem Balduino principi nostro supradicto, suis successoribus et . . ecclesie Treverensi pro nobis ac nostris successoribus Romanis regibus pedagium, vectigal, guidagium sive theolonium in dominio, districtu, iurisdictione et conductu ipsius archiepiscopi et . . ecclesie Treverensis supra Reni alveum, videlicet
10 duos grossos Turonenses de qualibet carrata vini et de aliis mercatibus iuxta consuetam taxacionem, cum etiam quam plures ibidem cum suis mercimoniis transeuntes rebus ipsorum spoliati fuissent, nisi prenominatus archiepiscopus aut eius officiati securum conductum transeuntibus prestitissent, regalis celsitudinis largitate donacione irrevocabili perpetuo colligendum, levandum et recipiendum concedimus, donamus et in Dei nomine
15 conferimus per presentes. In quorum omnium perpetuam memoriam et roboris firmitatem sigillum nostre regie maiestatis presentibus est appensum.

Datum et concessum Confluen(cie), sexta die mens. Febr. intrantis, regni nostri anno primo.

277. 278. LITTERAE PHILIPPO REGI
20 FRANCIAE MISSAE.

1309. Ian. 30.

277. *LITTERAE HEINRICI REGIS. Ian. 30.*

Proponimus e codice notissimo Parisiensi lat. 10919, de quo v. supra ad nr. 239, fol. 238. Denuo codicem nos ipsi contulimus. Edidit Wenck 'Clemens V. und Heinrich VII.'
25 *(1882) pag. 170 nr. 2.* *(P. deest.)*

Magnifico[a] principi Ph(ilippo) regi Francorum illustri amico suo karissimo Henrricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus integerrime dilectionis et constantie continuum incrementum.

Noverit regia celsitudo, quod quemadmodum alias vobis insinuasse et expressisse
30 meminimus, sic adhuc in omni dilectione, familiaritate et amicitia ac sincere fidei puritate vobis stare disponimus et manere. Eapropter illustrem Iohannem ducem Brabantie principem et affinem nostrum carissimum et spectabilem virum [. . comitem][b] Nanmurcensem consanguineum nostrum dilectum exhibitores presencium ad vestre magestatis presenciam duximus transmittendos. Rogantes, quatinus eisdem super premissis vobis
35 nostro nomine propalandis[c] adhibeatis tanquam nobis in omnibus fidam fidem.

Dat. Colonie, III. Kal. Febr., regni nostri anno primo.

278. *RESPONSUM REGIS FRANCIAE.*

Responsum Philippi, quod signo chronologico caret, in eodem codice sequitur litteras Heinrici regis. Item nos contulimus. Edidit Wenck l. c. pag. 171 nr. 3. *(P. deest.)*

40 **277.** a) *praecedit* HENRRICVS *litteris maiusculis scriptum, sed cancellatum*[1] *c.* b) *adiecimus nos; deest c.* c) propallandis *c.*

1) *Cf. ea quae notat Wenck 'Philipp der Schöne von Frankreich, seine Persönlichkeit und das Urteil der Zeitgenossen' (1905) pag. 51 cum notis 3 et 5; itemque Mathiae Nuwenburgensis Chronicam cap. 37 (ed. Studer pag. 53):* Turbavit enim Francum, quod ipse rex se preposuit in scribendo.

Serenissimo principi amico nostro karissimo H(enrico) Dei gratia regi Romanorum semper augusto Ph(ilippus) eadem gratia Francorum rex salutem et cum sincere dilectionis affectu felicitatis utriusque continuum incrementum.

Alias nobis vestra sinceritas oraculo vive vocis exposuit et demum litteris ac placida dilectorum nostrorum Iohannis ducis Brebantie et comitis Namurcensis relatione fideli nobis innotuit, quod ad nos, antequam ad regni Romanorum regimen personam vestram providentia divina vocasset, ex causis pluribus per ipsos ducem et comitem ex parte vestre sinceritatis expositis sincere gessistis dilectionis affectum, asserentes idem dux et comes, quod insolite amicitie et vere fidei puritate nobiscum stare et in ipsorum exhibitione per factorum experientiam, quocienscumque casus se offerrent sinceris affectibus, ad honorem nostrum vos proponitis exercere. Que etsi nostro auditui merito placida sint, nobis tamen interius propinant materiam gaudii plenioris, eo potissime quod predicta omni plena veritate credimus et tanquam in veris de hiis confidimus et scimus, quod ea nobis et vobis regnoque utriusque, Romanorum videlicet et Franc(orum), sint multipliciter auctore Domino profutura. Super quibus altitudini vestre gratiarum actiones quas possumus exhibentes, ad similia vobis merito volentes teneri, hoc serenitati vestre tenore presentium volumus esse notum, quod cum personam vestram a prioris notitie nostre tempore ac etiam post vocationem vestram ad regni Romanorum prefati regimen in omni sinceritatis et puritatis firmitate dileximus, et nunc ad vos illius ac maioris dilectionis zelum continuare volentes, illa semper per nos et nostros facere et procurare disponimus[a]. Ex quibus crescat vobis profectus utriusque cumulus et honoris.

Dat. Par(isius) etc.

---

279. 280. SCRIPTA PRO ARCHIEPISCOPO COLONIENSI.

1309. Febr. 7.

279. *FACULTAS BONA IMPERII ACQUIRENDI.*

Denuo descripsimus autographon tabularii regii Dusseldorpiensis 'Köln Domstift' nr. 467. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. In verso leguntur: ℞. Lrā dn̄i Henr. regis Romanorum loquens, quod dn̄s Colon. castra, municiones et iurisdictiones ab imperio dependent(ia) emere et conparare possit. *Cf. infra ad Sept. 28. — Böhmer, Reg. Heinr. 31.* *(P. deest.)*

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Dignum et conveniens regalis arbitratur serenitas, ut que commodum et profectum principum imperii augere poterunt, favorabiliter et liberaliter concedamus, ut ex eo nostris et imperii serviciis striccius astringantur. Considerantes itaque graciose grata et specialia obsequia per venerabilem Heinricum Coloniensem archiepiscopum principem nostrum dilectum nobis et imperio facta, emendi et comparandi castra, municiones, iurisdictiones, terras, dominia, bona et redditus a nobis et imperio mediate vel immediate, tamquam feodum vel alio modo dependencia seu dependentes, et ut eadem et similia iam comparata idem archiepiscopus ac successores sui teneant et in futurum tenere possint in augmentum feodorum suorum una cum aliis feodis suis, que in presenti

278. a) dis *super* ꝑ *deleto c.*

tempore dictus archiepiscopus tenet ab imperio, plenam sibi concedimus et liberam facultatem. Et ut erga memoratum archiepiscopum exuberet nostre benivolencie plenitudo, ob ipsius merita, quibus se gratum nobis reddidit, promisimus et promittimus eidem archiepiscopo suisque successoribus et ecclesie Coloniensi fideliter assistere et eos ac 5 ecclesiam predictam toto posse nostro contra quoscumque iniuriatores suos defendere eos ac memoratam ecclesiam impugnantes. Dantes presentes litteras nostre maiestatis sigillo munitas in testimonium super eo.

Dat. in Confluencia, VII. Idus Febr., anno Domini millesimo trecentesimo nono, regni vero nostri anno primo.

10 **280.** *CONCESSIO PRECUM PRIMARIARUM.*

Item descripsimus autographon nr. 468. Sigillum deest, foraminibus relictis. Edidit Lacomblet 'Urkundenbuch' III, 57 nr. 76. Cf. supra nr. 26 et infra ad Sept. 28. — Böhmer, Reg. Heinr. 32. *(P. deest.)*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus venerabili Heinrico Colo- 15 niensi archiepiscopo principi suo dilecto gratiam suam et omne bonum.

Personam tuam ob tue devotionis et fidelitatis merita volentes ea prevenire gratia, per quam te possis aliis reddere gratiosum, primarias preces nostras ex iure et consuetudine nobis in iocunda creatione nostra competentes in singulis ecclesiis et monasteriis nobis et Romano subiectis imperio in te transfundimus per presentes et[a] plenam tibi 20 concedimus potestatem, ut easdem preces nostras primarias, quas omnino admitti volumus sub tuis litteris, acsi per litteras regias peteretur, pro personis, de quibus tibi videris expedire, per tuam civitatem et dyocesim dirigere valeas et habere. Presentium testimonio litterarum nostre maiestatis sigilli robore signatarum.

Dat. Confluentie, VII. Idus Febr., anno Domini millesimo trecentesimo nono, regni 25 vero nostri anno primo.

---

281. INFEUDATIO COMITIS BURGUNDIAE.

1309. Febr. 13.

Hic ponere liceat nonnisi procuratorium comitis et comitissae Burgundiae nuntiis traditum, qui supplicationes quasdam regi proponebant. Cuius autographon, quod superest 30 in tabulario Parisino 'carton J. 611' nr. 28 signatum, iam publici iuris fecimus 'Neues Archiv' XXIX, 584 nr. X. Quam editionem hic repetimus. Pendent sigilla secreta loris membranaceis; fragmenta sigilli ducis adsunt, sigillum ducissae fere illaesum est.

(P. deest.)

Serenissimo principi domino suo carissimo domino H. Dei gratia regi Romanorum 35 semper augusto Ph. domini Francie . . regis secundogenitus comes ac Iohanna eius uxor comitissa Burgundie se regie celsitudini commendatos et suis paratos beneplacitis firmiter obedire.

Ad vestram regiam magestatem pro quibusdam supplicationibus et requestis nostre nomine faciendis eidem ratione comitatus nostri Burgundie memorati discretum virum 40 magistrum Petrum de Montiaco clericum ac nobilem virum Iohannem de Monte Cabi-

280. a) *post in linea add. or.*

lonis militem domini genitoris nostri predicti et quemlibet ipsorum in solidum destinamus, vestre regali clemencie supplicantes, ut supplicationes et requestas nostras dictum nostrum comitatum tangentes per dictos clericum et militem vel eorum alterum exhibitorem presencium exprimendas eidem ad gratiam exauditionis admittere, supplicataque et expressa per eos vel eorum alterum vice et nomine nostris celeriter et feliciter expedire de solita regia benignitate dignetur. Et quantum ad supplicationes et requestas quascunque licitas et honestas serenitati vestre nostro nomine faciendas ratione nostri comitatus predicti memoratis clerico et militi et cuilibet eorum in solidum plenariam potestatem et speciale mandatum concedimus per presentes.

Act. Par(isius), sub sigillis nostris, quibus ad presens utimur, tridecima die Februar., anno Domini MCCC octavo.

282—285. DOCUMENTA AD ADVOCATIAM SPIRGOWIAE SPECTANTIA.

1309. Febr. 28.

282. *COMMISSIO ADVOCATIAE.*

Denuo descripsimus autographon, quod Monaci asservatur in tabulario secreto domus regiae Bawaricae. Sigillum desideratur, quod olim pendebat loro membranaceo. — Böhmer, Reg. Heinr. 33. *(P. deest.)*

Heinr(icus) Dei gratia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris scultetis, scabinis, consulibus et universis civibus in Lutrea, Wizzenburg, Landowe, Selsa, Hagenbuch, Germershein et Anewilre fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum.

De fide, legalitate et circumspectione nobilis viri Georgii comitis Veldencie affinis et fidelis nostri dilecti plenam fiduciam obtinentes ipsum vobis in advocatum provincialem preficimus et rectorem. Fidelitati vestre studiosius iniungentes, quatinus eidem in omnibus, que commissi sibi regiminis requirit officium, cum devotionis promptitudine intendatis et humiliter pareatis.

Dat. Spire, II. Kalend. Marcii, anno Domini millesimo trecentesimo nono, regni vero nostri anno primo.

283. *MANDATUM DE ASSIGNATIONE CASTRORUM.*

Repetimus editionem nostram, quam ex autographo eiusdem tabularii iam paravimus 'Neues Archiv' XXIII, 44 nr. XVIII. Sigilli, quod dorso impressum erat, vestigia adsunt. *(P. deest.)*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus nobili viro Georg(io) comiti Irsuto fideli suo dilecto gratiam suam et omne bonum.

Quia de circumspeccionis industria nobilis viri Georgii comitis Veldentzie fidelis nostri dilecti plurimum presumentes, ipsum per Spirkowiam provincialem fecimus advo-

catum, unde fidelitati tue committimus et mandamus volentes precise, quatinus sibi omnes munitiones et castra, quas et que quondam pater tuus[1] nomine imperii in sua potestate tenuit, dilatione et excusatione postpositis presentare et assignare aliquatenus non recuses.

Dat. Spire, II. Kalen. Marcii, regni nostri anno primo.

5 **284. 285.** *NOTITIAE DE STATU BONORUM IMPERII.*

Hic subiungere liceat documenta duo eaque gravissima, quae signo chronologico carent, sed hoc certe tempore emanaverunt. Cf. ea quae nuper de his rebus disseruit H. Schreibmüller 'Die Landvogtei im Speiergau' (Kaiserslautern 1905) pag. 63 sqq., tabula adiecta. Sed non omnia recte absolvit.

10 *Supersunt ambo una eademque manu exarata in eodem rotulo 16 cm. largo omnino autographo, qui olim cancellariae regis porrectus, modo inter Heinrici VII. archivi reliquias asservatur Pisis in tabulario capituli maioris ecclesiae nr. 1347. Edidit a. 1854. J. Ficker loco supra ad nr. 239 citato pag. 72 sqq. nr. 50. 51 (= W. SB. p. 208 sqq.). Sed iam olim rotuli pars superior ita lacunis dissipata et omnino corrosa[2] erat, ut nos nova colla-15 tione facta pauca tantum adiceremus. Tamen omnia denuo accuratissime nos ipsi variis vicibus insudantes contulimus; nonnulla hic illic emendare conati sumus. Lineas autographi priores numeris arabicis parvis, qui uncis inclusi sunt, indicavimus; numeros capitum adiecimus.*

284. *INQUISITIO REDDITUUM IMPERII.*

20 *In rotulo supra citato praecedit inquisitionem nr. 285.* *(P. deest.)*

Ex parte serenissimi domini Henrici Romanor[um regis.

1. In presencia stren-][a] | (2) nui viri H. militis de Honecken, qu[i] super hiis in [. . . . . . . ego] | (3) Iohannes presbiter de Septemfontibus et Cůnradus dictus Keller [inquisivimus] | (4) Iudeos de Lutrea, quid certorum reddituum servivissent super legem 25 [eorum, dixerunt] | (5) annuatim XXVI lb.[b]

2. Item inquisivimus scabinos forestarios in parrochi[a Horbach[3]] | (6) in presencia discretorum virorum decani christianitatis ibidem, plebani de Arenbac[h, Hůgelonis] | (7) subadvocati et Henrici dicti Gabelsbecher, dixerunt su[per . . . .] | (8) et in natali Domini II porcos de XLV sol. et CC mal[dra avene.

30 3. Item illi de Lůpbach[4]] | (9) LXIIII lb., II porcos de XLV sol. et LXXX maldra a[vene.

4. Item illi de Ransten[5] in] | (10) presencia discretorum virorum presbiteri ibidem, Sifridi de Stenn[ewenden[6] et de] | (11) Wylre[7], sculteti de Meisendal[d] et Hůgelonis su[badvocati . . . .] | (12) in natali Domini porcum de XXX sol. et LX maldra [avene.

35 5. Item illi de Stennewenden[8]] | (13) XIIII lb., in natali Domini porcum de X[XX] sol., XX pullos, IIII [maldra siliginis cum] | (14) dimidio et L maldra avene.

6. Item illi de Kevelnberch[9] . . . . | (15) et C maldra avene.

7. Item illi de Wylrebac[h[10] s]up[er eorum iuramenta in pre-] | (16) sencia discretorum virorum capellani . . domini [comitis[e], sculteti de] | (17) Meisenbach et Hůge-40 lonis subadvocati XXX . . . . | (18) porcum de XXX sol. et C maldra avene.

284. a) *uncis inclusa plus minusve corrosa desunt or.; partim coniecimus nos.* b) ꝉb *semper or.* c) ꝉ *semper or.* d) *sic pro* Meisenbach *or.* e) Ton *adhuc legi voluit Ficker.*

1) *† 1309. Febr. 7.* 2) *Ficker l. c.: 'Vom Anfange ist die eine Seite durch Einwirkung der Feuchtigkeit ganz zerstört, das übrige in Stücke zerfallen'.* 3) *Cf. nr. 285 c. 4.* 4) *Ib. c. 5.* 5) *Ib. c. 6.* 45 6) *Steinwenden.* 7) *Glan- Münchweiler.* 8) *Cf. nr. 285 c. 7.* 9) *Kübelberg.* 10) *Weilerbach.*

8. [Item[1] . . . .] | (19) LX lb. Curia de Kazwilre XX maldra silig[inis . . . . de] | (20) quadam decima XX maldra siliginis et XX maldra avene et X . . . . . | (21) in quodam molendino XX maldra siliginis.

9. Item in Creynbach[2] XII ma[ldra siliginis] | (22) et X maldra avene, in censibus III lb., XXIIII capones, porcum 5

10. | (23) Item illi de Deusberch[3] in censibus VII sol. cum di[midio . . . .] | (24) porcum, LXXXX maldra avene.

11. Item illi de Richin[bach[4] . . . . . porcum] | (25) de XXX sol., LX maldra avene.

12. Item de molendino in Lûtrea . . . maldra | (26) siliginis et X maldra frumenti. Item forestarii circa Lûtream C . . XX . . | (27) maldra avene et XXXVI sol. Item bedellus 10 de Lûtrea VIII lb., VI maldra | (28) siliginis et VI maldra avene. Item[f] colligit XXX maldra avene, que dicit | (29) esse sua, que Cûnradus dictus Keller temporibus, quibus ipse i[bi erat, e]x[egit et pre-] | (30) sentata fuerunt advocato provinciali. Ex hiis redditibus pre[scriptis feoda-][g] | (31) tis castri in Lutrea pro castrensi iure cedunt CC et LXVI [lb. annuatim][g] | (32) de bonis terre in Lûtrea. 15

13. Item in Rockenhûsen a Iudeis V [lb.

14. Item] | (33) in Lyningen et in Bůckenhem[5] a Iudeis VII lb.

15. Item illi de [Ulmenshem[6] VIII lb.,][h] | (34) XXX maldra avene, in censibus VIII lb., II parvas carr[atas . . . .] | (35) pullos. Et ex illis tenentur Nycholao dicto Apphel X lb. pro . . . . . . | (36) dicti feodi eidem adhuc non assignata. 20

16. Item illi de Lensinwylre[7] . . . . | (37) maldra silig., XII sol. minus quatuor Hall. in censibus, C pullos, carratam vini, | (38) IIII plaustra feni.

17. Item Iudei in Anwylre IIII lb. Item officium sculteti ibidem | (39) XII lb., de molendino LXXX maldra silig., in censibus IX lb. Ex illis cedunt | (40) presbitero ibidem IIII lb. et civibus in Landowen II lb. Item ibidem in censibus . | pullos, 25 X maldra siliginis et XX plaustra feni.

18. Item illi de Hyrde[8] VI lb.

19. Item | in Detthenhem II lb. XXX. sol. in censibus, VIII maldra siliginis, XX maldra av[ene] | et XX pullos.

20. Item officium sculteti in Hanbûch[9] VI lb. 30

21. Item in Berge | III lb.

22. Item in Phorz[10] II lb. et IIII maldra siliginis.

23. Item in Vorloch[11] I lb.

24. Item | in Werde[12] III lb.

25. Item in Belnhem[13] XIIII lb., VII maldra siliginis. Ex hiis | cedunt Cûnoni 35 militi de Zezzinchem III lb. pro feodo.

26. Item Iudei de | Dydenshem[14] IX lb.

27. Item in Landowen de molendino LXXX maldra spelte, | CCXX maldra siliginis ultra satisfactionem castrensium, XVI lb. de eodem | molendino, XIII lb. de estuario. Item in censibus XIII lb. ultra satisfactionem | castrensium. Item officium 40 sculteti LX lb. Item de macellis ibidem CCCCL lb. sepi. |

28. Item officium sculteti in Bullinchem[15] VIII lb. Item officium iudicii ibidem II lb. | Item universitas ibidem XIIII lb., XXX sol. pro blado et parvam carratam vini.

284. f) *sequitur* di *deletum or.* g) *haec adhuc legit Ficker.* h) *nonnulla adhuc legit Ficker.* 45

1) *Hic de Otterberg agi, opinari forsan licebit; cf. nr. 285 c. 2.* 2) *Kreimbach.* 3) *Theisberg.* 4) *Reichenbach.* 5) *Böchingen.* 6) *Cf. nr. 285 c. 13.* 7) *Leinsweiler.* 8) *Hördt.* 9) *Hagenbach.* 10) *Pfortz.* 11) *Vorlach.* 12) *Wörth.* 13) *Bellheim.* 14) *Deidesheim.* 15) *Billigheim.*

29. Item illi | de Cnûttilshem[1] XVI maldra siliginis cum dimidio, in censibus XVII sol. minus | IIII Hall.

30. Item in Godransten VI lb.

31. Item illi de Ottirshem LXX maldra bladi, | media pars spelte et media siliginis, in censibus VIII lb. III sol. et IX | maldra siliginis.

32. Item illi de Mûterstat X lb. et XL maldra frumenti, | que recipit miles quidam dictus Randecker pro feodo. Item L sol. in censibus, qui | cedunt advocato advocacie.

33. Item Iudei de Dûrinchem[2] VIII lb.

34. Item illi | de Germershem super eorum iuramenta dixerunt in presencia nobilium virorum | Henrici de Leûmershem, illius de Bannacker militum, Iohannis de Meti, | Nycholai et Rychardi armigerorum ibidem VIII lb. in censibus, LXX | capones, V maldra salis, lb. piperis, XXVI anetas de quodam iure quod | dicitur grindin, V lb. von me salmen vange, II lb. de molendino, XL maldra | siliginis pro precaria, L maldra siliginis et LX plaustra feni.

35. Item in Sûndirn[3] | XXI maldra siliginis cum dimidio et in censibus IIII lb.

36. Item Iudei de Lû|terbûrch IX lb.

37. Item Iudei de Selsen[4] VI lb.

38. Item illi de Sebach et de | Warmsbach XIIII[i] lb., VII maldra siliginis.

39. Item illi de Wegelnbûrch XXVII | lb. et X sol., C maldras iliginis, CCC pullos et X maldra avene.

40. Item illi de | Slegeltal[5] XII lb. et VI maldra siliginis.

41. Item illi de veteri civitate in | Wyzzenbûrch X lb. et II carratas vini.

42. Item Iudei de Mûnster V lb. |

43. Item Iudei de Laûdenbûrch[6] XXX lb.

44. Item in Gûmeltingen[7] an dir Hart | XXII lb., XXVI capones, VI maldra siliginis cum dimidio de molendino, | VII carratas vini, de quibus redditibus domina dicta die Mûnshemeren | preter primum, quando rexit Irsutus comes advocaciam, terciam partem | recepit pro feodo, et nescimus, si fuerit de iure an non.

285. *INQUISITIO DE EXTORSIONIBUS ADVOCATI PROVINCIALIS.*

Sequitur in rotulo supra citato inquisitionem nr. 284. Georgius comes Hirsutus annis 1304.—1309. officio fungebatur. Cf. Schreibmüller l. c. pag. 62. (P. deest.)

Ex parte serenissimi[a] domini Henrici Romanorum regis.

1. Ego Iohannes presbiter de Septemfontibus et Cûnradus dictus Keller civis de Lûtrea inquisivimus prepositum, priorem et conventum Hospitalis in Lûtrea super ordinem eorum et sacramenta, que .. dominus comes Irsutus extorserit ab eis temporibus advocacie[b] Spircowye, quam rexerat sub serenissimo[a] domino Alberto pie memorie Romanorum rege. Dixerunt in expensis sibi et familie sue factis in equis, curribus, vino et in combustione unius orrei ipsis factis ab eo et a suis insimul conpitatis CCC lb. II lb. minus. Item cives de Lûtrea requisiti super eorum iuramenta, quid ab eis acceperit, pariter et divisim CCC et LXX lb. Item CCC lb., quas dederunt pro rege Alberto, et XI lb.[c], quas eciam recepit. Item a Iudeis ibidem extorsit, prout dicunt super legem eorum, LXXVIII lb.

284. i) .IIII.X. *scriptum or.*

285. a) *sequuntur .. or.* b) *sequitur* sue *subpunctum or.* c) *supra lineam add. or.*

1) *Knittelsheim.* 2) *Dürkheim.* 3) *Sondernheim.* 4) *Selz.* 5) *Schleithal.* 6) *Ladenburg?* 7) *Gimmeldingen.*

2. Item requisivimus in presencia strennui viri Henrici militis de Honecke abbatem et conventum in Ottirbůrch[1] super iuramenta eorum et ordinem, quid ab eis extorserit. Dicunt LXVII lb. et VIII equos. Dixerunt eciam, quod[d] quum moriebatur idem dominus Irsutus comes, quod ad sepulturam suam apud ipsos eis bene tantum refuderit, quod super[e] dicto dampno ad plenum redulserint. 5

3. Item requisiti fratres domus Theotonice apud Ensidel[2] dixerunt in presencia predicti Henrici militis XX lb. Et extorsit ab Henrico milite de Thetingen XX lb.

4. Item[f] illi de Horbach requisiti super eorum iuramenta in presencia discretorum virorum decani christianitatis ibidem, presbiteri de Arinbach, Hůgelonis subadvocati et cuiusdam dicti Gabelsbechere dixerunt CC et XXXVII lb. minus IIII sol. Item a 10 duobus forestariis XXIII lb.

5. Item illi de Lůpbach[3] in presencia predictorum testium dixerunt super eorum iuramenta CC et XX lb.

6. Item illi de Ransten[4] requisiti in presencia discretorum virorum plebani[g] ibidem de Stennewenden et de Můnichwilre, Hůgelonis subadvocati, sculteti de Mesinbach XL 15 lb. et de bonis dictis besthovet VIII lb.

7. Item illi de Stennewenden super eorum iuramenta[h] dixerunt XII lb. et XX lb. de omicidio.

8. Item illi de Kevelnberch super eorum iuramenta dixerunt XLVIII lb., VII lb. de bonis dictis bůetel, V lb. de presbitero, a quodam dicto Erkelo XXX lb., a[i] quodam 20 alio XXIII lb. Item[k] a quodam dicto Hambůcher VI lb. in presencia dictorum testium.

9. Item illi de Wilrebach[l] dixerunt super eorum iuramenta in presencia discretorum virorum cappellani . . domini comitis Veldencie plebani ibidem, Hůgelonis subadvocati et sculteti de Mesinbach C et XVI lb. cum X sol. pariter et divisim.

10. Item . . officiati super Lůtram XXX lb. de omicidio. Item ex alia causa 25 XX lb. III sol. Item[d] pro besthovet et bůetelgůt XIIII lb. Item pariter et divisim inter se compitatis C et V lb., XX maldra siliginis et LXVII maldra avene. Item XIII lb.

11. Item illi[d] in Deusberch super eorum iuramenta dixerunt XIIII lb.

12. Item illi de Richinbach super eorum iuramenta dixerunt XLVIII lb. Qui- 30 dam dictus Ecke LX lb. Item de bonis dictis besthovet et buetelgůt VIII lb. et V sol. In[m] presencia predictorum testium premissa sunt recitata.

13. Item illi de Ulmenshem dixerunt super eorum iuramenta presentibus advocato Hunfrido et Hůgelino subadvocato LIII lb.

14. Item illi de Lensinwylre super eorum iuramenta dixerunt XXII lb. 35

15. Item Iudei de Anwylre super legem eorum dixerunt XIIII lb. et X sol. Item universitas ibidem XX lb. pro quodam latrone. Eberhardus X lb. pro eadem causa. Rudegerus III lb. Item universitas C et IX lb. Item de quodam omicidio LVIII lb.

16. Item illi de Hambůch dixerunt super eorum iuramenta presentibus fidedignis Hůgelino subadvocato, Hůnfrido advocato, Hertelino fratre suo et Petro[d] notario civi- 40 tatis Landowen XL lb.

17. Item illi de Vorloch, de Werde[n] XXVI lb. Item ab Henrico ibidem XXXIX lb. cum V sol.

18. Item illi de Berge et de Verloch[o] XVIII lb.

285. d) *supra lineam add. or.* e) super *super* de *deleto? or.* f) *sequuntur* recepit a villa Hor- 45 bach *deleta or.* g) plbīs *or.* h) rec *sequitur deletum or.* i) ab *or.* k) *folium novum adsutum or.* l) Willrebach *or.* m) *praecedit* It *subpunctum or.* n) *sic or; sed* de Vorloch *hic delendum esse videtur.* o) *sic or.*

1) *Otterberg.* 2) *Einsiedeln.* 3) *Laubach.* 4) *Ramstein.*

19. Item illi de Landowen nomine[o] domini regis Alberti dederunt CC lb. Item Spente X et VII[p]. Item C et XX lb. in tribus annis. Item dictus Wasenberg et eius mater de Bullinchem C lb. Quidam dictus Bûrckeis VI lb. Item Volzo dictus Zedel II lb. Item Cûnradus VII lb. Item quidam dictus Vaût V lb. Item Iudei in Landowen CC et XXX lb. Item a[p] Iudeo[q] dicto[q] Ioselin L lb.

20. Item illi de Godransten XXIIII lb. Item de fratre Friderico ibidem X lb.

21. Item illi de Delnhem XLV lb.

22. Item illi de Ottirshem XI lb.

23. Item illi de Cnûttilshem X lb.

Hec omnia coram predictis testibus sunt recitata.

24. Item[r] moniales de Vrankindal dixerunt super iuramentum eorum XL lb.

25. Item illi de Mûterstat dixerunt super eorum iuramenta presentibus discretis viris Petro et Friderico canonicis regularibus, plebano ibidem CC lb. Ab Eberhardo XL lb. Item a quodam Dizone LXX lb. Item ab Ebelino Arzet C lb. Item a Iohanne XXXII lb. Item a quodam dicto Stickeler XXXIII lb. de officio sculteti. Item Herbordus VI lb. Item Iacobus XIIII lb. Item Bertholdus XI lb. Item Gozzo XII lb. Item Henricus V lb. Item Ebelinus IIII lb. Item Balz IIII lb. Item Th. magister curie dicte zû den Nuenhove in anno cum dimidio CC lb. et L lb.

26. Item illi de Hembach LII lb. et X sol., XII equos et II currus estimacionis LXXVIII lb.

27. Item curia de Godransten XII lb.

28. Item illi de Sûndirn et de Germershem super eorum iuramenta dixerunt in presencia nobilium virorum Henrici de Leûmershem et illius de Bannacker militum, Iohannis de Meti, cuiusdam dicti Dresser et Nycholay armigerorum illi de Sûndirn XII lb. Item Iohannes de Sundirn LV[s] lb. V sol. Item Wyllemmus III lb. Item Merkelinus X lb. Item Rudegerus LXXV lb. et X sol. Item Doldin XXXIII sol. Item Cunradus XXIII sol. Item quidam dictus Phinapphel XXX lb. Item Berthelo VI lb. Item Gerlacus XX lb. Item Sigelo L sol. Item Goldir X sol. Item Mengozzen X maldra avene. Item Gleser X sol. Item Spede X sol. Item Cûnradus II lb. Item Isenbiz[t] I lb. Item Belzo XX lb. de lignis et XXX sol. Item universitas in Germershem CC et XI lb. Item de vendicione castri mille et C lb.

29. Item in Spigelberch XL maldra siliginis. Item LXX lb. et II carratas vini de duobus nautis. Item scultetus ibidem XXII lb.

30. Item illi de Hyrde canonici regulares XVI equos, IIII currus, quemlibet equum estimacionis X lb.

31. Item scultetus de Belnhem XXIIII lb.

32. Item illi de Selse in presencia strennui viri Herwini militis de Dra, plebani de Selse C et XX lb.

33. Item illi de veteri civitate in Wyzzenbûrch super iuramenta eorum dixerunt in presencia fidedignorum subadvocati de Selse, subadvocati de Wyzzenbûrch, Petri sculteti de Landowen XL lb., postmodum X. Item illi de Wyzzenbûrch CCCCCCC[u] lb.[v] Item sculteti ibidem LV lb. Item de omicidio XX lb. Item de theolonio domini comitis dicti[w] dir marcgrave L lb. Item abbas de Wyzzenbûrch XXX lb. Item

285. o) *sequuntur . . or.* p) *supra lineam add. in fine lineae or.* q) o *corr. ex* i *or.* r) *sequitur* illi *deletum or.* s) V *supra lineam add. or.* t) s *corr. super* c *or.* u) .VII. CCCCCCC. *scriptum or.* v) *sequitur* et *subpunctum or.* w) *sequitur* m *deletum or.*

relicta dicti Wûste de Hirde LXXX lb. Item Cûnradus ibidem X lb. Item illi de veteri civitate XV lb.

34. Item curia Eberbach L sol., X maldra avene.

35. Item monachi de Stûrzilbûrnen[1] XX lb.

36. Item canonici regulares de Vrankindal XXX lb. 5

286. RECEPTIO CASTRENSIS.

1309. Mart. 15.

Cum autographon nec Monaci, nec Karlsruhae, nec Darmstadii in tabulariis supersit, editionem repetimus, quam paravit 'ex Autogr.' Gudenus 'Codex diplomaticus' III, 53 nr. 40, in minutiis correctam. — Böhmer, Reg. Heinr. 55. (P. deest.) 10

Nos Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum noticiam volumus pervenire, quod strennui viri Eberhardi de Randeke fidelis nostri dilecti considerantes fidelitatis constanciam qua semper adhesit imperio incorruptam, ipsum nobis et eidem imperio apud Oppenheim conquisivimus in castrensem, sibi pro eo de primis sturis per christianos vel Iudeos ibidem nobis solvendis ducentas libras Hallen- 15 sium deputantes. Sic quod pecuniam huiusmodi in empcionem prediorum convertat vel tantum de bonis propriis imperio situ aptis demonstret, a nobis et prefato imperio pro castrensi feodo possidendis. Est eciam condictum, quod idem Eberhardus more aliorum castrensium quolibet anno per quartam partem anni in ipso castro residenciam faciet personalem, et nos sibi in dicto castro Oppenheim ad faciendum vel construendum 20 edificium sive domum pro sua habitacione et mansione ibidem aream deputabimus congruentem. Harum testimonio litterarum.

Dat. Spyre, Id. Marcii, anno Domini millesimo trecentesimo nono, regni vero nostri anno primo.

287. 288. SCRIPTA DE MONETA IN HALLIS. 25

1309. Apr. 1.

287. *RELATIO DE RECEPTIONE PECUNIAE CURIAE DIRECTA. Apr. 1.*

Quitatio Emmerici fratris S. Iohannis Hierosolymitani inter reliquias archivi Heinrici VII. superest Pisis in tabulario capituli maioris ecclesiae nr. 1317 signata. Sigillum desideratur, loro membranacco relicto. Nos ipsi contulimus. Edidit J. Ficker loco supra 30 ad nr. 237 citato pag. 65 nr. 41 (= W. SB. pag. 201). (P. deest.)

Honorabilibus dominis cancellario domini regis Romanorum, domino de Brunshorn magistro curie domini regis antedicti ac domino de Rodemachere[2] frater Emmercho ordinis sancti Iohannis Ierusalemitani cellerarius domus in Moguncia ordinis eiusdem cum oracionibus devotis in Christo quidquit potest reverencie et honoris. 35

Vestre honestati presentibus innotescat, quod ego mediantibus fratribus meis ac aliis fidedignis anno Domini MCCCIX, feria tercia post festum resurrectionis Domini

1) *Störzelbronn.* 2) *Cf. infra ad a. 1310. Ian. 3.*

recepi a magistro monete de Hallis nongentas libras Hallensium novorum et alborum minus X libris, quam quidem pecuniam reposuimus in turri nostra in Moguncia sub certa custodia et firma seratura. Quidquit autem de dicta pecunia sit faciendum, quando nobis per vestras litteras constiterit, libenter faciemus.

5 Dat. ut supra.

Quia sigillum proprium non habeo, sigillo fratris Iohannis procuratoris domus nostre usus sum in presenti.

288. *INVENTARIUM DE ARGENTO IN MONETA REPERTO.*

Documentum singularis pretii hucusque ineditum casu quodam fausto a. 1904. item 10 *Pisis nos invenimus, ubi servatur in eodem tabulario nr. 1383ter signatum. Notitiam esse de inquisitione monetae in Hallis facta, quae regi porrigebatur, nemo est quin videat. Membrana est longa 17, lata 14 cm., scripta manu Germanica. Signo chronologico caret. Tamen Relationi nr. 287 subiungere liceat.*

Lineas autographi indicavimus. Quae deleta aut mutata sunt, uncis ⟨ ⟩ inclusa in 15 *textu retinuimus. Litteras parvas alia manu, sed omnino coaeva fere omnibus lineis antepositas suo loco item servavimus; quae ea ratione positae esse videntur, ut eisdem litteris res pares vel similes coniungantur.* *(P. deest.)*

a Nos Eber(hardus) de Bruberg[1], Frid(ericus) pincerna de Limpurg[2], Heinr(icus) de Montabur[3] et Syb(oto) | not(arius)[4] invenimus in argento puro, mixto cum 20 den. Bohem. centum et LVI mr.[a] |

b Item in den. Wiennen. centum et LXXXIII mr. ponderatas in uno sacco. |

c Item in laminibus qui zeyn dicuntur sive silber XCVI, que ponderant DC mr. minus XXIIII[or] | mr. |

d Item in fractis Hallen. LXXV mr. in uno sacco. |

25 h Item in rotis vel circulis[b] argenteis CCC et ⟨LXVI mr.⟩ LXXII[c] mr. et erant LXII circuli[c]. |

e Item in parvis particulis[d] ⟨et duob⟩ quod kurnen[5] dicitur et duobus laminibus[d] XIX mr. in una olla. |

e Item in parvis particulis que absrot[6] dicuntur XXXVI mr. in una magna scutella. |

30 f Item in rufis[e] Hallen. nondum signatis karactere vel moneta DC mr. in tribus saccis. |

Item in novis signatis sive bonis Hall. DCXLVII mr. in duobus saccis. |

g Item in albis Hallen. non signatis, set ad monetam vel karacterem paratis ⟨CLXXVI mr.⟩ | CCCLIII mr. |

d Item in fractis Hallen. LVI mr. |

35 f Item in rufis Hallen. nondum signatis CCLXXXIIII[or] mr. |

g Item in albis Hall. non signatis XXIX mr. |

g Item in albis Hall. non signatis LI mr. |

⟨Item in albis Hallen. non signatis⟩ |

h Item in rotis sive circulis argenteis qui zeyn dicuntur C et XXX⟨IX⟩VIII[f], quorum 40 quilibet facit | VI mr. |

---

288. a) mr̄ *semper or.* b) vel circulis *supra lineam add. or.* c) LXXII—circuli *supra lineam scripta, cum verba* et duobus laminibus *lineae sequentis iam addita essent or.* d) et duobus laminibus *supra lineam add. or.* e) *supra lineam add. or.* f) VIII *supra lineam add. or.*

1) *Est advocatus provincialis Wetteraviae; cf. Reg. Heinr. 175.* 2) *Obviam est a. 1299 una cum* 45 *magistro monetae in Hallis; v. 'Urkundenbuch der Stadt Heilbronn' I, 24 lin. 23.* 3) *Miles ecclesiae Trevirensis, qui saepius occurrit.* 4) Syƀ not̄ *in or. Sybotonem notarium alias non inveni.* 5) *Idem quod alias* kurnts *dicitur, i. e. argentum granulatum; v. Lexer s. v.* gekürnze *et Hildebrand in 'Deutsches Wörterbuch' (Grimm) V (1873) s. v.* körnen *4b.* 6) *Cf. Luschin von Ebengreuth 'Münzkunde' (1904) pag. 65.*

289. MANDATUM ADVOCATO PROVINCIALI BURGUNDIAE MISSUM.

1309. Mai. 30.

Denuo contulimus autographon, quod superest Taurini in tabulario regio 'Diplomi imperiali. Mazzo 3' nr. 2. Sigillum desideratur. — Böhmer, Reg. Heinr. 83. 5
(P. deest.)

Heinr(icus) Dei gracia Romanorum rex semper augustus nobili viro Ott(oni) comiti de Strazberg advocato provinciali Burgundie qui nunc est et qui pro tempore fuerit graciam suam et omne bonum.

Cupientes spectabilis viri Amedei comitis Sabaudie affinis nostri karissimi personam 10 et statum terre sue regio favore prosequi graciose, tibi tenore presentium districte precipimus et mandamus, quatinus ad sui iuris prosecucionem et terre sue defensionem eidem comiti favorabiliter assistas et de tota advocacia seu[a] ballivia tua potenter et cum armis efficax auxilium prestes, quociensqumque ab ipso vel balivo suo Chablas(iensi) et Geben(ensi) pro tempore fueris requisitus, nec malefactores suos seu terre sue in 15 districtu balivie tue morari vel reduci quomodolibet paciaris. In quibus si te remissum invenerimus, indignacionem regiam te noveris incursurum.

Dat. Constancie, III. Kalen. Iunii, regni nostri anno primo.

290—292. COMMISSIO COMITATUS CAMERACENSIS. 20

1309. Mai. 30.—Nov. 5.

Cf. litteras Rudolfi regis a. 1279. Aug. 23. datas, supra tom. III, 254 nr. 260.

290. *SCRIPTUM REGIS PRIUS. Mai. 30.*

Autographon tabularii civitatis Cameracensis iam olim descripsit Bethmann (= Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 223 nr. 341). Pendet sigillum loro membranaceo. Apo- 25 *graphon chartaceum saec. XIV. tabularii Parisini 'Carton J. 611' nr. 29 signatum descripsit Waitz, quod omnino cum autographo concordat. — Böhmer, Reg. Heinr. 82.*
(P. deest.)

Nos Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium notitiam volumus pervenire, quod de fide sincera et prestantia 30 puritatis nobilis viri Iohannis de Flandria comitis Namurcensis consanguinei et fidelis nostri dilecti plurimum presumentes, sibi comitatum Cameracensem duximus committendum, dantes sibi plenam potestatem, per se vel per alium, quem ad hoc duxerit eligendum, ibidem de iuribus nostris et imperii inquirendi et iura eadem recolligendi, administrationem plenariam exercendi ac omnia alia et singula faciendi in dicto comitatu, 35

289. a) se *or.*

que profectum nostrum et imperii respiciunt et honorem. Universis et singulis districcius iniungentes, quatinus prefato comiti parcant in premissis, quam diu presentem commissionem non duxerimus revocandum. Harum testimonio litterarum.

Dat. Constantie, III. Kalen. Iunii, indiccione VII, anno domini MCCC nono, regni 5 vero nostri anno primo.

291. *SCRIPTUM REGIS ALTERUM.* *Aug. 25.*

Item autographon eiusdem tabularii descripsit Bethmann (= Winkelmann l. c. II, 225 nr. 348). Pendet sigillum loro membranaceo. Apographi chartacei tabularii Parisini, quod descripsit Waitz, varias lectiones utpote nullius momenti negleximus; cf. supra ad nr. 290. 10 — *Böhmer, Reg. Heinr. 142.* *(P. deest.)*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus nobili viro Iohanni de Flandria comiti Namurcensi, consanguineo ac fideli suo dilecto, gratiam suam et omne bonum.

(1) Regiam decet maiestatem, sollicitudinis studio invigilare, ut ab omni hostium 15 incursione sibi subiectos tueatur illesos et fines ac limites ducatuum, comitatuum aliorumque locorum regni et imperii minus iuste occupatos et detentos recuperet et ducatus, comitatus et loca predicta ad fines antiquos, ubi respublica Romana eos habuerat et tenebantur, dum essent sub imperio Romano constituti, extendat et in securitate ac pace cum antiquis finibus integri reserventur, et vigiliis ac laboribus devotissimorum mili-20 tum, procerum et baronum, ne detur hostibus licentia incurrendi ac devastandi loca, que ipsi subditi possident, illesi custodiantur. (2) Sane nonnulli ex quibusdam temporibus fines et limites comitatus Cameracensis regni nostri et imperii violenter invaserunt, occupaverunt et detinuerunt ac detinent taliter occupatos et loca ac bona civium, incolarum et ecclesiarum dicti comitatus devastarunt, iura ac iusticias regni et imperii ac comi-25 tatus predictorum sibi pro viribus attrahentes appropriarunt iniuriose in dampnum et gravem iacturam regni nostri et imperii comitatusque predictorum ac in detrimentum honoris regie maiestatis, episcopis Cameracensibus, qui pro tempore fuerant, et capitulo Cameracensi, qui dictum comitatum ad episcopatum Cameracensem seu ad ipsos ratione episcopatus asserunt pertinere, presentibus, scientibus et videntibus finesque limites et 30 loca dicti comitatus minime defendentibus nec aliquod impedimentum, ut ea non fierent, prestantibus nec ad nos seu predecessores nostros Romanorum reges aliqua de premissis referentibus seu denunciantibus, sed pocius nos cerciorare super hiis omnino negligentibus, contra sue fidelitatis debitum temere veniendo. Que premissa sunt adeo notoria, quod nulla possint tergiversacione celari. (3) Volentes igitur super premissis, prout 35 nostre incumbit regie maiestati, regno nostro et imperio ac comitatui predicto et subditis nostris eiusdem de cetero salubrius providere ac oportunum adhibere remedium, de fide sincera et prestancia puritatis et industria tua plurimum confidentes, predictum comitatum Cameracensem cum appendiciis et pertinenciis suis, quem ex causis predictis et aliis tibi per alias nostras litteras[1] duximus committendum, dictam commissionem 40 nostram roborando ac eciam declarando, tibi nostra auctoritate regia committimus per presentes. Dantes tibi plenariam et liberam potestatem ac mandatum speciale, nostro nomine et pro nobis per te vel per alium, quem ad hoc duxeris eligendum, comitatum predictum gubernandi, castra et munitiones eiusdem sasiendi, custodiendi, manutenendi, finesque ac limites et iura nostra et imperii dictique comitatus requirendi, recuperandi 45 ac iura quecumque dicti comitatus recolligendi et eadem defendendi, ac etiam redditus proventus et exitus ipsius comitatus petendi, levandi et percipiendi, ac homagia seu fidelitates a paribus, vasallis, valvassoribus et aliis hominibus feodatariis quibuscumque

1) *Supra nr. 290.*

dicti comitatus recipiendi, baillivos, prepositos, scabinos, iuratos, castellanos ac servientes hactenus ibidem institutos amovendi, ipsos vel alios instituendi et eosdem iterum amovendi, quociens tibi visum fuerit expedire, delictaque et excessus ibidem commissos et committendos puniendi et in facinorosos homines potestate gladii animadvertendi[1] ac plenariam administrationem exercendi in predicto comitatu, et omnia et singula faciendi, que circa premissa vel eorum singula fuerint oportuna seu que nostrum et imperii ac dicti comitatus profectum et honorem ac ipsorum subditorum tuicionem respiciunt et quietem. (4) Universis et singulis Romani imperii fidelibus et specialiter in dicto comitatu consistentibus districte precipiendo mandantes, quatinus tibi pareant in premissis, donec presentem commissionem duxerimus revocandam. In quorum omnium testimonium presentes litteras nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Datum apud Spyram, VIII. Kal. Septembris, anno Domini millesimo CCC nono, regni vero nostri anno primo.

292. *LITTERAE CIVIBUS CAMERACENSIBUS CONCESSAE. Nov. 5.*

Dedit Bethmann ex recognitione Iohannis comitis Namurcensis a. 1309. Nov. 7. facta eiusdem tabularii (= Winkelmann l. c. pag. 229 nr. 352). Pendet sigillum. Cf. Reg. Heinr. 621 (Addit. II). — Böhmer, Reg. Heinr. 622 (Addit. II).

(P. deest.)

Nos Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium noticiam volumus pervenire, quod prudentum virorum scabinorum, consulum et civium civitatis Cameracensis ac incolarum totius comitatus Cameracensis fidelium nostrorum dilectorum utilitatem et commodum, ut ad quecumque nostra et imperii servicia devocius ac promptius se disponant, prospicere, ut tenemur, sollicitudine regia disponentes, ipsos ob hoc, quod spectabili viro Iohanni comiti Namurcensi consanguineo et fideli nostro ad instar aliorum nostrorum et imperii fidelium obedierunt et intenderunt tamquam nostro commissario et suo gubernatori in omnibus nostro nomine, indempnes promittimus et volumus conservare, inhibentes firmiter et districte, ne quis eosdem in personis vel rebus suis occasione premissa presumat aliqualiter molestare. Alioquin secus facientem, ut a turbationibus ipsorum desistat, per memoratum comitem vel per alium, quem loco sui ad hoc duxerit deputandum, artari districtione qua convenit volumus et compelli. Presentium testimonio litterarum nostre maiestatis sigilli robore munitarum.

Datum in Columbaria, Non. Novembris, anno Domini MCCC nono, regni vero nostri anno primo.

293—302. LEGATIO AD CLEMENTEM V. PAPAM.

1309. Iun. 2.—Aug. 11.

293. *PROCURATORIUM REGIS. Iun. 2.*

Contulimus 1 *et* 2 *transsumta in instrumento infra nr. 297 edendo Iul. 26. facta, quorum textus omnino inter se concordant, et* R *transsumtum a. 1313. Mart. 1. factum in litteris pontificis infra edendis, quae exstant in Regesto Clementis V. nr. 9980. — Böhmer, Reg. Heinr. 90.*

(P. 492.)

1) *Dig. II, 1, 3.*

Sanctissimo in Christo patri et domino suo domino Clementi sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summo pontifici Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus cum reverentia debita devota pedum oscula beatorum.

(1) Cupientes ferventi desiderio vobis patri ac domino nostro clementissimo et apostolice sedi zelum nostre devotionis offerre nosque vestris et ipsius sedis beneplacitis coaptare nostroque et sacri Romani imperii statui sicut expedit providere, venerabiles Ottonem Basiliensis et Sifridum Curiensis ecclesiarum episcopos principes nostros et spectabiles viros Amedeum comitem Sabaudie affinem nostrum, Iohannem Dalphini Viennensem et Albonensem comitem, Guidonem de Flandria consanguineum nostrum, Iohannem comitem de Saraponte fideles nostros dilectos et honorabilem virum magistrum Symonem de Marvilla vestrum capellanum thesaurarium Metensem secretarium et familiarem nostrum dilectum, de quorum fide, legalitate et industria plenam obtinentes fiduciam,[a] fecimus et facimus, constituimus et ordinamus nuntios et procuratores nostros, mandatum nostrum in se sponte suscipientes, ipsosque ad vestram presentiam pro nostris et imperii negotiis specialiter destinantes damus et concedimus eisdem plenam, generalem et liberam potestatem ac speciale mandatum in vestre sanctitatis presentia devotionem et filialem reverentiam, quam erga vos et sacrosanctam Romanam ecclesiam matrem nostram sinceris affectibus gerimus, exponendi, petendi, procurandi seu impetrandi pro nobis et nostris favorem et gratiam vestram necnon tractandi, explicandi, exercendi, promittendi, offerendi seu prestandi in animam et super animam nostram debite vobis et sancte Romane ecclesie fidelitatis et cuiuslibet alterius generis iuramentum[1], et specialiter ad petendum a vobis unctionem, consecrationem et coronam imperii de sacratissimis manibus vestris nobis impendend(am), ac faciendi omnia alia et singula, que circa huiusmodi nostra et imperii negotia tractanda, explicanda, exercenda, promittenda fuerint seu etiam facienda, que secundum Deum et honestatem viderint expedire et que ad nos promovend(um) ad Romanum imperium fuerint facienda ac etiam requirenda, et cetera faciend(i), que regalis excellentia nostra faceret et facere posset, etiam in hiis, que mandatum exigunt speciale, et perinde ac si omnes casus, qui mandatum exigunt speciale, essent in presenti procuratorio specialiter denotati. (3) Promittentes nos ratum, gratum et firmum perpetuis temporibus habituros, quicquid in premissis aut circa premissa per dictos nuntios et procuratores nostros omnes vel maiorem partem eorum, qui presentes fuerint, expositum, petitum, impetratum, tractatum, promissum, iuratum seu factum fuerit aut quomodolibet procuratum. (4) Volumus insuper salvis premissis, quod predicti procuratores et nuntii nostri possint omnes insimul vel maior pars eorum facere procuratorium fortius quam fieri poterit nomine nostro et in persona nostra sub sigillis eorum ad predicta facienda, si defectus aliquis fuerit in predictis. In cuius rei testimonium presentes litteras scribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Dat. Constantie, IIII. Non.[b] Iunii, indictione septima[c], anno Domini millesimo trecentesimo nono[d], regni vero[e] nostri anno primo.

294. *PETITIONES A PROCURATORIBUS PONTIFICI PORRECTAE. Iul. 26.*

Orationis a procuratoribus habendae forma A *in cancellaria regis exarata superest inter archivi Heinrici VII. reliquias Pisis in tabulario familiae Roncioni nr. 617. Manu Germanica scripta est; adhuc videntur duodecim parva foramina ad membranam claudendam facta. Publici iuris fecit a. 1877. Franciscus Bonainius 'Acta Henrici VII.*

293. a) *sic* 1. 2. b) Nonas *R.* c) VII *R.* d) MCCCIX *R.* e) *deest R.*

1) *Quae de his verbis notavit Reimann 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' VIII, 18, omnino erronea sunt.*

Romanorum imperatoris et monumenta quaedam alia suorum temporum historiam illustrantia' (Florentiae) I, 1 nr. 1. Nos autographon denuo accuratissime contulimus.

Cf. orationem a procuratoribus regis Alberti a. 1303. Apr. 30 habitam supra nr. 173 (II). *(P. deest.)*

(I) 'Dabit[a] imperium regi suo'. Verba ista scripta primo Regum[1]. In Luca[2] dicitur quod 'omni habenti dabitur et habundabit'. Et quia omni petenti dabitur[3], serenissimus dominus noster rex Romanorum misit nos ad sanctissimam paternitatem vestram, non dubitans, immo firmiter credens, quod clemencia vestra 'dabit imperium regi suo'.

In istis verbis duo breviter tanguntur. Primo eius a quo petitur potencia et excellencie expressio, in hoc quod dicitur 'dabit imperium'. Secundo eius pro quo petitur sufficiencia et obediencie perfectio cum dicitur 'regi suo'. Primo dico, quod tangitur eius a quo petitur potencia et excellencie expressio: 'Dabit[b] et cet.' Cum enim beacius sit dare quam accipere[4], ab excellenti et potenti fiunt peticiones. Quis potencior est illo, cui[c] in persona beati Petri principis apostolorum dictum est: 'Quodcumque ligaveris et cet.'[5]. Quis potencior illo, qui solus habet plenitudinem potestatis, ceteri autem vocati sunt in partem sollicitudinis. Quis excellencior illo, qui inter duo luminaria, que fecit Deus in firmamento celi, maiori lumini comparatur. Quis excellencior illo, qui 'unus est et secundum non habet'[6]. Unde convenienter possumus de eo dicere illud verbum, quod scribitur in Genesi[7]: 'Ade vero non inveniebatur similis', in potencia scilicet et excellencia. 'Potens ergo es tu, Domine, et veritas tua', id est venerabile collegium cardinalium veritate repletum, 'in circuitu tuo. Tu dominaris potestatis maris' id est mundi. 'Motum autem fluctuum eius' id est rixas, brigas, guerras et turbaciones 'tu mitigas'[d.8]. Tu ergo tam potens, tam excellens es, domine, quod in circuitu tuo lumen es, quod nunquam deficiet[e.9]. De quo lumine possunt exponi illa verba que scribuntur in Apoc(alipsi)[10]: 'Et ecce sedes posita erat et supra sedem sedens et in circuitu sedis quatuor animalia plena oculis ante et retro'. Per sedem sacrosanctam Romanam ecclesiam, per sedentem sanctissimum dominum nostrum summum pontificem, per quatuor animalia plena oculis ante et retro intelligitur venerabile collegium cardinalium. Qui non solum tribus virtutibus theologicis, set etiam quatuor cardinalibus se gubernant, ita quod illuminati sunt oculis ante et retro, hoc est perfecta doctrina novi testamenti et antiqui. Unde de ipsis intelligitur, quod cantat ecclesia: 'Vos estis genus electum, gens sancta, populus aquisicionis'[11]. De quibus possumus intelligere verbum Zacharie[12]: 'Vinea mea', id est sacrosancta ecclesia, 'dabit fructum suum, et possidere faciam universa hec'.

(II) Secundo[f] tangitur eius pro quo petitur sufficiencia et obediencie perfectio, cum dicitur: 'regi suo'. Nam promovendus in imperatorem debet esse rex et Romanorum, et talis est sufficiens et non alius. Unde de ipso possunt intelligi illa verba tertio Regum[13]: 'Vivat rex Salomon, Ierusalem sedebit super solium meum, et ipse regnabit post me'. Salomon interpretatur pacificus et retribuens. Nam et ipse talis est. Pacem enim diligit, pacem querit et amplectitur et pacem procurat. Nam Theutunici hoc videntes a bellorum strepitibus quieverunt et quiescunt omnesque principes, comites et barones eius serviciis veniunt ad mandata. Nam ubicumque fuerit, ita

294. a) *loci plerique, sed non omnes in A sublineati sunt.* b) *sequitur* imperium *deletum A.* c) qui *A.* d) *sequitur deletum* idest *A.* e) *sequitur deletum* idc⁊ *A.* f) *nova linea A.*

1) *2, 10.* 2) *19, 26.* 3) *Cf. Matth. 7, 7. Luc. 11, 9.* 4) *Act. 20, 35.* 5) *Matth. 16, 19.* 6) *Eccl. 4, 8.* 7) *2, 20.* 8) *Ps. 88, 9. 10.* 9) *Cf. Levit. 6, 13.* 10) *Cf. 4, 2. 4. 8.* 11) *1. Petr. 2, 9.* 12) *8, 12.* 13) *Cf. 1, 34 et 13.*

pacem procuravit, quod in veritate dicere possumus: 'In pace factus est locus eius'[1]. Est etiam retribuens, hoc est[g] criminosis et rebellibus penas debitas infligendo, inimicos et inobedientes ecclesie ad eius obedienciam revocando, bonis et modestis iusta premia largiendo iuxta illud Ecclesiastici[2]: 'Reddet unicuique secundum meritum operum suorum'.
5 Nec inmerito, cum enim ramus naturaliter sapiat condicionem radicis et ipse sit nativitate sanguinis generosus. Omnes enim parentes sui a nobilissimis et generosis originem acceperunt fueruntque devoti Romane ecclesie, ita quod nonnulli ex eis pro ecclesia et fide catholica in ultramarinis[h] partibus nature debitum persolverunt. Est eciam in fide catholica firmissimus, in sermone veracissimus, in consiliis providus, super afflictos
10 piissimus, in actibus bellicis strennuissimus, in adversis fortissimus, in prosperis non elatus, ut merito de ipso dici possit verbum canonis sic loquentis: 'Cui pro laboribus multis, pro actibus strennuissimis, pro moribus castis maioris loci debetur fastigium'[i, 3]. Est enim et erit obediens sacrosancte Romane ecclesie, adeo ut de ipso dicere possimus: 'Ecce rex tuus venit'[4] tibi, id est ad tuam voluntatem et obedientiam
15 paratus, sic obediendo per Dei gratiam, quod de ipso competenter dicere possit ecclesia: 'Ecce filius meus' per obedientiam 'dilectus, in quo michi bene complacui; ipsum audite'[5]. Gratiam audiendi et ipsum exaudiendi vobis concedat ipse, qui est benedictus in secula seculorum amen.

(III) C Unde[k], sanctissime pater, dominus H(einricus) Dei gratia Romanorum rex
20 devotus et obediens filius vester, ut predictum est, sanctitati vestre per nos nuncios et procuratores hic existentes ad hoc specialiter missos, videlicet tales etc. de maioribus et potencioribus mundi, regibus dumtaxat exceptis, sanctissime paternitati vestre familiares[l] et cognitos, ad hoc quod sanctissima paternitas vestra consideret et adtendat, quod idem dominus noster Romanorum rex non ociose, non perfunctorie, set seriose
25 ad negocium[m] intendens et cum dictus dominus noster Romanorum rex negocium Terre Sancte pre omnibus aliis negociis mundi in intencione cordis sui gerat et amplectetur prosequendum, ut cum maiori potencia et effectu pleniori eidem negocio intendere possit ac defensioni sacrosancte Romane ecclesie, supplicat[n], quatinus sibi inunctionem, consecracionem et coronam cicius quam poteritis[o] dignemini inpertire.

30 **295.** *PRONUNTIATIO PONTIFICIS. (Iul. 26.)*

Servatur in Relatione codicis 1) *Parisini lat. 4038 B (olim 9919 Mazarin.) saec. XIV.*[6] *fol. 156, ubi rubrum* Tenor pronuntiationis domini pape facte post multos dies et longa deliberatione habita super facto regis Romanorum (scilicet domini Henrici *add.* 2)*; de qua cf. infra nr. 300; itemque in codice* 2) *Parisino lat. 4113 (olim Colb. 753) fol. 1 cum*
35 *eodem rubro. Utrumque nos ipsi contulimus. Qui codices ambo olim in tabulario vel bibliotheca paparum Avenionensi exstiterunt; cf. supra ad nr. 173 et Denifle loco infra in adnotatione citato pag. 17.*

Quae de huius Pronuntiationis indole notat Wenck 'Clemens V. und Heinrich VII.' pag. 139 not. 1, erronea sunt. *(P. 493.)*

40 (1) Auditis et diligenter intellectis, que venerabiles fratres nostri . . Basiliensis et . . Curiensis episcopi et dilecti filii nobiles viri Amedeus Sabaudie et Iohannes Sala-

294. g) e *corr. ex* cr *A.* h) *sequitur* de *deletum A.* i) fastidium *A.* k) *nova linea A.* l) *in nova linea sequitur* b; *deletum A.* m) ad negocium *cancellata esse videntur A.* n) .s. *scriptum; sequitur* sibi *deletum A.* o) pot'is *A.*

45 1) *Ps. 75, 2.* 2) *16, 15.* 3) *Unde sumptum sit, nescio.* 4) *Ioa. 12, 15.* 5) *Matth. 17, 5.* 6) *Summarium codicis dedit Denifle 'Archiv für Litteratur- und Kirchengeschichte des Mittelalters' II, 17 sq.*

burgensis[a], Iohannes Dalphini Viennensis, Guido de Flandria comites[b] et Symon de Marvilla procuratores et nuntii carissimi in Christo filii nostri magnifici principis Henrici comitis de Lucemborc in regem Romanorum electi necnon principum illorum de Alamania, ad quos de iure et antiqua consuetudine ius eligendi regem in imperatorem postmodum promovendum noscitur pertinere, coram nobis et[d] fratribus nostris et postmodum coram nobis[d] frequenter proposuerunt, petierunt et supplicaverunt et proponere ac petere et supplicare voluerunt, oblato etiam nobis ipsius electionis decreto[1] et ipso per nos et fratres nostros examinato et etiam examinatione similiter in presentia eorundem fratrum per nos facta de conditionibus persone ipsius electi, in quantum ipso absente fieri potuit, que requiruntur in illo, qui est ad tam excellentis dignitatis culmen assumendus, quia ipsum sufficientem et virtuosum invenimus ad imperium obtinendum et omnia in electione predicta de ipso celebrata rite processisse, ipsum carissimum filium nostrum Henricum electum reputamus, nominamus, denuntiamus et declaramus regem Romanorum de ipsorum fratrum consilio iustitia exigente et personam ipsius approbantes pronuntiamus et declaramus esse sufficientem, habilem et ydoneum ad promovendum in imperatorem. (2) Decernimus etiam et pronuntiamus, inunctionem, consecrationem et coronam Romani imperii per manus nostras debere[e] sibi concedi loco et tempore opportunis, ad [que offerimus nos pa]ratos[f], exnunc concedentes eidem nostram[g] et sancte Romane ecclesie consuetos gratiam et favorem. Precipientes exnunc omnibus subditis suis, quod eidem tanquam regi Romanorum vero efficaciter pareant et intendant. (3) Et quia citius non possumus, cogitatis que nobis imminent pro concilio generali, quod tenere habemus, et alias facienda[h], festum[i] purificationis beate Marie, quod erit usque ad biennium computandum a proximo futuro festo purificationis eiusdem, in basilica principis apostolorum de Urbe[i] pro predictis complendis eidem[k] assignamus. Retinentes nobis, sicut et de iure retentum est, quod si predictis die et tempore in predictis vacare comode non possemus, possimus ea prorogare, si et prout expedire viderimus. (4) Offerentes nos paratos recipere iuramentum a predicto rege nobis debitum in anima[m][l] ipsius, quod ipsi frequenter se obtulerunt prestaturos, habentes ad hoc plenam et liberam ac generalem potestatem et speciale mandatum super hoc a dicto rege.

1312. Febr. 2.

296. *IURAMENTUM PROCURATORUM IN ANIMAM REGIS.* *(Iul. 26.)*

Servatur in instrumentis 1) *et* 2) *infra nr. 297 edendis. Contulit vir cl. Paulus Kehr.* *(P. 494.)*

Nos Sifridus Curiensis episcopus, Amedeus comes Sabaudie, Iohannes Dalphini Viennensis et Albonensis comes, Guido de Flandria, Iohannes comes de Saraponte et Symon de Marvilla thesaurarius Metensis, nuntii et procuratores serenissimi principis Henrici Romanorum regis habentes ad omnia infrascripta plenam et generalem ac liberam potestatem et speciale mandatum ab eodem, prout constat per predictas[a] patentes litteras ipsius[2], vobis sanctissimo patri et domino domino Clementi divina providente clementia pape quinto vice et nomine dicti domini nostri regis et in animam

295. a) comites *hic add.* 1. 2. b) *hic deest* 1. 2. c) in Christo *deest* 2. d) et fratribus -coram nobis *eadem manu supra lineam scriptum* 1. e) debite 2. f) *uncis inclusa corrosa desunt* 1. g) nrm 2. h) faciendas 2. i) festum—Urbe *in margine signo posito add.* 1. k) terminum *add.* 1. l) aia 1. 2.

296. a) per predictas *in loco raso* 1. 2.

1) *Supra nr. 262.* 2) *Supra nr. 293.*

ipsius promittimus et iuramus per Patrem et Filium et Spiritum sanctum et per hec sancta Dei euangelia et per hoc lignum vivifice crucis et per has reliquias sanctorum:

'Quod nunquam vitam aut membra neque ipsum honorem quem habetis sua voluntate aut suo consensu aut suo consilio aut sua exhortatione perdetis. Et in Roma 5 nullum placitum aut ordinationem faciet de omnibus, que ad vos pertinent aut Romanos, sine vestro consilio et consensu. Et quicquid de terra Romane ecclesie[b] pervenit ad ipsum aut perveniet, vobis reddet quam citius poterit. Et quandocumque[c] in Lombardiam et Tusciam aliquem mittet pro terris et iuribus suis gubernandis, quotiens mittet eum, iurare faciet illum, ut adiutor vester sit ad defendendum terram 10 sancti Petri et Romanam ecclesiam secundum suum posse. Et si permittente Domino dictus dominus noster rex Romam venerit, sanctam Romanam ecclesiam et vos rectorem ipsius et successores vestros exaltabit secundum suum posse[1]. Et cum Rome vel alibi per vos in imperatorem coronandus fuerit dominus noster rex predictus, dictum sacramentum et aliud fieri consuetum ad requisitionem vestram tempore coronationis 15 sue personaliter renovabit.'

297. *INSTRUMENTUM SUPER PRAESTATIONE IURAMENTI CONFECTUM. Iul. 26.*

Duo autographa 1) *et* 2) *tabularii Vaticani signata 'Arm. I c. VI nr. 9 et 10' fere omnino inter se concordantia contulit Paulus Kehr*[2]. *Autographi* 1 *quinque, autographi* 2 20 *sex sigilla adhuc pendent linis sericis viridis coloris. In plica autographi* 2 *sigillantium nomina indicata sunt ita:* Curien. Sabaudie Dalphini de Flandria de Saraponte de Maruilla. *In Relatione infra nr. 300 hoc transsumtum integrum receptum est. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Päbste 324.* *(P. 493.)*

In nomine Domini amen.

25 (1) Noverint universi hoc instrumentum publicum inspecturi, quod anno Domini millesimo trecentesimo nono, die sabbati vicesima sexta mensis Iulii, indictione septima, pontificatus sanctissimi patris et domini nostri domini Clementis divina providentia pape V. anno quarto, in palatio papali Avinion., videlicet in domo fratrum Predicatorum eiusdem loci, in qua sanctissimus pater et dominus noster dominus Clemens divina 30 providente clementia sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summus pontifex tunc residentiam faciebat, in consistorio publico et solenni, in quo erat idem dominus papa et cum eo presentia reverendorum patrum dominorum sancte Romane ecclesie cardinalium et aliorum archiepiscoporum, episcoporum, electorum, abbatum et aliorum prelatorum ac ceterarum personarum tam ecclesiasticarum quam secularium maxima multitudo et 35 venerabilis patris domini Sifridi episcopi Curiensis ac spectabilium virorum dominorum Amedei comitis Sabaudie, Iohannis Dalphini Viennensis ac Albonensis comitis, Guidonis de Flandria, Iohannis de Saraponte comitis et discreti viri magistri Symonis de Mar-

296. b) eccl. Romane 2. c) quandocunque 2.

1) *Cf. supra tom. I nr. 10 et 11; forma in Decreto Gratiani tradita adhibita esse videtur.*

40 2) *In Catalogi a. 1366. confecti, supra ad nr. 114 citati codice Estensi fol. 33 his verbis memorantur (apud Muratori l. c. VI, col. 95):*

Primo duo instrumenta publica eiusdem tenoris sigillata quodlibet sex sigillis, continentia qualiter dominus Clemens papa V. in consistorio generali presentibus dominis cardinalibus ac procuratoribus domini Henrici regis Romanorum in imperatorem electi ac gentium multitudine copiosa prefatum 45 Henricum in regem Romanorum electum postmodum in imperatorem promovendum nominavit et declaravit et personam ipsius approbavit et declaravit esse habilem et ydoneam ad imperium obtinendum. Et lectis ibidem instrumento procurationis dicti Henrici et quadam cedula continenti iuramenta, que habent prestare electi in imperatorem ante coronationem, procuratores sui iurarunt in animam ipsius, prout hic continetur. Datum Avinion., die XXVI. Iulii, anno Domini MCCCIX, pontificatus 50 domini Clementis pape V. anno quarto.

villa thesaurarii Metensis, procuratorum et nuntiorum serenissimi principis domini Henrici regis Romanorum illustris ad infrascripta constitutorum, prout inferius continetur.

(2) Postquam idem dominus summus pontifex, solennitate debita precedente, predictum dominum Henricum in regem electum in imperatorem postmodum promovendum reputavit, nominavit et declaravit regem exigente iustitia Romanorum, et personam ipsius approbans pronunciavit eam et declaravit esse sufficientem, habilem et ydoneam ad imperium obtinendum, et eidem ad recipiendas unctionem, consecrationem et imperialis dyadematis impositionem de manibus suis sanctis certos locum et terminum assignavit, ad prestandum iuramentum ipsi domino summo pontifici et ecclesie Romane in animam et nomine dicti regis, quod dicti sui procuratores et nuntii eidem domino pape se frequenter obtulerant prestaturos, fuit hoc modo processum:

(3) In primis quidem venerabilis pater dominus Bertrandus episcopus Albiensis domini pape camerarius publice ac clara voce legit quandam patentem litteram magno sigillo dicti domini regis pendenti signatam, procuratorium seu potestatem dictorum procuratorum seu nuntiorum plenarie continentem, cuius littere de verbo ad verbum nil addito, nil mutato tenor dinoscitur esse talis:

'Sanctissimo in Christo — anno primo.' *supra nr. 293.*

(4) Deinde reverendus pater dominus Neapoleo Sancti Adriani diaconus cardinalis publice legit quandam cedulam continentem formam iuramenti, quod dicti procuratores et nuntii domino pape ac ecclesie Romane in animam et nomine dicti regis prestare debebant. Qua lecta secundum formam illam dicti procuratores et nuntii iuramentum huiusmodi prestiterunt in modum sequentem:

'Nos Sifridus Curiensis — personaliter renovabit.' *supra nr. 296.*

(5) Quibus factis idem dominus summus pontifex publice precepit michi notario infrascripto, quod de predictis publicum conficerem instrumentum.

Acta fuerunt premissa loco et die predictis, presentibus prefato domino Bertrando episcopo Albiensi domini pape camerario, domino Arnaldo abbate monasterii Fontisfrigidi sancte Romane ecclesie vicecancellario, domino Bernardo archiepiscopo Rothomagensi, domino Galhardo abbate monasterii Sancti Severi Adurensis diocesis, domino Bernardo Royardi archidiacono Xanctonensi, domino Cinthio de Urbe canonico Parisiensi, domino Guillelmo Accursi sacrista Caturcensi, domino Pontio priore de Benevento Lemovicensis diocesis, domino Iohanne de Furnis canonico Furnensi, domini pape capellanis, domino Raynaldo de Setia, domino Roberto de Gornay militibus et Sanctio de Faurgis[a], magistris hostiariis domini nostri predicti, et quam pluribus et multis aliis testibus ad predicta vocatis et rogatis.

Et ego Oddo Leonardi[b] de Sermincto Terracinensis diocesis camere domini pape clericus et apostolica auctoritate notarius publicus predictis omnibus una cum predictis et aliis quam pluribus et multis testibus presens interfui et de mandato dicti domini nostri summi pontificis predicta omnia fideliter scripsi et in hanc publicam formam redegi et signum meum posui consuetum.

Et ad evidentiorem omnium certitudinem predictorum nos Sifridus Curiensis episcopus, Amedeus comes Sabaudie, Iohannes Dalphini Viennensis et Albonensis comes, Guido de Flandria, Iohannes[c] de Saraponte comes[d] et Symon de Marvilla thesaurarius Metensis, nuntii et procuratores predicti domini nostri Henrici Romanorum regis, sigilla nostra appendi fecimus huic publico instrumento. (S. N.)

Et[e] ego Amelius de Beronia clericus Carcassonensis dyocesis publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius, qui predictis omnibus et singulis una cum testibus

297. a) *in loco raso post scriptum* 2. b) Leonardi *in loco vacuo relicto post scriptum est in* 1 *manu Amelii de Beronia.* c) comes *add. hic* 2. d) *hic deest* 2. e) *abhinc alia manus* 1. 2.

suprascriptis presens interfui et huic publico instrumento, de mandato dicti domini nostri summi pontificis me subscripsi et signum meum apposui consuetum. (S. N.)

Et[f] ego Iohannes magistri Petri de Verulis publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius, camere domini pape clericus predictis omnibus et singulis una cum 5 suprascriptis testibus presens fui et huic publico instrumento, de mandato dicti domini nostri summo pontificis me subscripsi et signum meum apposui consuetum. (S. N.)

298. *LITTERAE PONTIFICIS REGI DIRECTAE. Iul. 26.*

Autographon, quod propter multas rasuras non emissum adhuc exstat in tabulario Vaticano 'Arm. C Fasc. 37 nr. 1' signatum, contulit Paulus Kehr. Pendet bulla plumbea 10 *filo cannabis. In plica scriptum est scriptoris nomen:* Sicardus. *Registratae sunt in Regesto Clementis V. Ann. IV (edd. monachi ord. S. Benedicti. Romae 1886) sub nr. 4303 (=* R 2*). Priorem formam* R 1*, quae nonnullis locis discrepat, praebet Regestum Clementis V. l. c. sub nr. 4302.*

Quae in cap. 6 sumpta sunt ex litteris Gregorii X. Rudolfo regi a. 1275. Febr. 15 15 *missis, supra tom. III, 64 nr. 77, litteris minoribus excussa sunt.*

In Indice documentorum a Bernardo de Mercato notario camerae Heinriei VII. anno 1313. Pisis confecto, diverso ab Indiculo litterarum supra ad nr. 261 citato, qui item Taurini in tabulario regio asservatur ,Diplomi imperiali Mazzo 4' nr. 11 fol. 28, alius autographi hodie deperditi mentio fit his verbis: Littera de coronatione domini in festo 20 purificationis ultra biennium directa in personam domini sub bulla papali *(Doenniges l. c. II, 113).*

De Catalogo a. 1366. vide pag. 263 not. 3. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Päbste 325. (P. 495.)

Clemens episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio Henrico regi 25 Romanorum illustri salutem et apostolicam benedictionem.

(1) Divine sapientie imperscrutabilis altitudo exemplo celestium terrana disponens rigansque montes de superioribus suis, ut suorum operum fructu inferior mundi machina salubriter dirigatur, sicut in firmamento celi duo luminaria magna constituit, ut orbem vicibus alternis illustrent, sic in terris dona precipua et suprema, sacerdocium videlicet 30 et imperium, ad plenum regimen et gubernationem spiritualium mundanorumque constituens, utriusque potestatem superna provisione discrevit, ut eorum perutilis ministerii[a] operosa diversitas nulla adversitate dissentiens tam in executione commissi regiminis quam in voti unitate concordes, ipsorumque procul dubio universis profutura concordia alterutrius fulta presidiis ac mutuis favoribus utriusque confota, liberius iusticie opus 35 exerceat, pacem mundo pariat, tranquillitatem inducat et nutriat unitatem. Imperium quidem ad salutem fidelium sacerdotali auctoritate dirigitur et ipsius adiutum presidiis, sedatis interdum procellosis iminentium tempestatum turbinibus, tranquillum redditur et quietum. Sacerdocium vero pium et tutum debet habere recursum ad imperialem mansuetudinem debita sibi veneratione coniunctam, ut imperii Romani fastigium et eius 40 culmini presidens specialis advocati et defensoris[b] precipui circa ecclesiam gerat officium, et in ipsius fortitudine brachii defensentur ecclesie libertates et iura manuteneantur ipsarum, extirpentur hereses, cultus christiane fidei amplietur et inimicis consternatis eiusdem in pacis pulcritudine[c] sedeat populus christianus et in requie opulenta quiescat.

(2) Sane nuper venerabiles fratres nostri . . Basiliensis et . . Curiensis episcopi 45 et dilecti filii nobiles viri Amedeus[d] Sabaudie, Iohannes Dalphini Viennensis et Albo-

297. f) *abhinc alia manus* 1. 2.

298. a) misterii *or.* b) defensionis *or.* c) plenitudine *or.* d) Amedeus — Sy *in loco raso artius scripta or.; loco* Amedeus — magister *R* 1: Amedeus Sabaudie, Iohannes Dalphini Viennen. et Albonen. comites, Guido de Flandria, Iohannes de Seraponte comes et magister*; cf. R 2 et nr. 299.*

nensis, Iohannes de Serapoute comites, Guido de Flandria et magister Symon[d] de[e] Marvilla thesaurarius Metensis, ambaxiatores, procuratores[e] et nuncii tui ex parte tua cum pleno [et] sufficienti manda[to, prout][f] per tuas patentes litteras[1] magni tui sigilli appensione munitas nobis extitit facta fides, ad nostram presentiam destinati[g], coram nobis et fratribus nostris sancte Romane ecclesie cardinalibus in publico et solempni consistorio nomine tuo et omnium principum in regis in imperatorem postmodum promovendi electione voces habentium tam de consuetudine quam de iure proposuerunt inter cetera coram nobis, electionem de te ad predictum regnum et ad imperium postmodum promovendo[h] ab omnibus principibus vocem in huiusmodi electione habentibus fuisse concorditer et legitime celebratam, teque electioni huiusmodi consensisse et alias solempnitates recepisse Aquisgrani[i], quas predecessores tui recipere consueverunt ibidem. Supplicantes instanter ac inter alia humiliter postulantes, tibi unctionem et consecrationem per nostras manus impendi[k] et te in imperatorem Romanorum, advocatum et defensorem ecclesie imperiali dyademate coronari, et ad hec tibi certos locum et terminum assignari et alias tibi concedi[l] per sedem apostolicam favorem et gratiam consuetos. (3) Nos igitur premissis per eosdem ambaxiatores propositis diligenter auditis necnon predicto mandato[1], electionis quoque predicte decreto[2] cum predictis fratribus diligenter inspectis plenaque deliberatione discussis, factaque nobis[m] de huiusmodi electione concordi et legitima plena fide, examinatione quoque de persona tua in eorundem fratrum presentia per nos facta, in quantum te absente fieri potuit, super conditionibus omnibus, que requiruntur in illo, qui est ad imperialis culminis apicem sublimandus, quia ab olim nos et fratres nostri ex frequenti et familiari conversatione tua et magnorum ac proborum virorum testimonio indubitato et certo excellentiam tuam fore percepimus magnarum virtutum gloriosis titulis insignitam, discretionis immensitate sublimem, providentie maturitate fecundam, devotionis claritate conspicuam, quodque in ea adeo prompti viget intellectus prosperitas, veritatis dilectio et constantis fortitudinis firmamentum, ut tantarum virtutum castris in ipsa regnantibus, sublimium honorum extolli fastigiis rationabiliter mereatur, te carissimum filium nostrum Henricum in regem electum deputamus, nominamus, denunciamus et declaramus regem Romanorum de ipsorum fratrum consilio iusticia exigente, tuamque personam tot excellentium meritorum claritate suffultam approbamus, pronunciamus et declaramus plene sufficientem et habilem ad suscipiendum[n] huiusmodi imperialis celsitudinis dignitatem. Decernentes et pronunciantes, unctionem, consecrationem et imperii Romani coronam tibi per manus nostras debere concedi loco et tempore oportunis, ad que ex nunc offerimus nos paratos, magnitudini tue nichilominus concedentes nostrum et sancte Romane ecclesie favorem et gratiam consuetos. Precipientes exnunc omnibus subditis tuis, quod ipsi tibi tanquam regi Romanorum vero et per sedem apostolicam approbato ad imperium obtinendum efficaciter pareant et intendant. (4) Et quia tam pro generali futuro concilio[o], quod iam mandavimus convocari, quam pro aliis arduis et inevitabilibus fidei christiane negociis multa nobis iminent necessario facienda, que non possent absque gravi periculo universalis ecclesie pretermitti, ante quorum expeditionem alia ponderosa implicare negocia vel explicationi ipsorum intendere comode non possemus, ut urgentibus ad presens negociis utiliter expeditis, annuente Deo votis tuis et postulationibus tam feliciter quam celeriter satisfiat, celsitudini tue ad unctionem, consecrationem et coronationem imperii Romanorum de manibus nostris in ba[sili]ca[f] principis apostolorum de Urbe Deo auctore sumendas festum purificationis beate Marie, quod erit usque ad biennium compu-

1312. Febr. 2.

298. e) de Maruilla — procuratores *in loco raso artius scripta or.* f) *uncis inclusa iam abscissa sunt or.* g) destinasti *or.* h) do *in rasura or.* i) sgrān *in rasura or.* k) manus impendi *in rasura or.* l) i *in rasura or.* m) nobis *in rasura or.* n) u *corr. ex* a *or.* o) C *corr. ex* c *or.*

1) *Supra nr. 293.* 2) *Supra nr. 262.*

tandum a proximo futuro festo purificationis eiusdem, tibi de ipsorum fratrum consilio assignamus. Eo* tamen salvo, ut si die et loco predictis nos ad premissa casu aliquo contingeret[p] non intendere, absque alicuius inconstantie nota et sine tua displicentia liceat nobis terminum prorogare predictum, sicut, quando et quotiens nobis videbitur
5 expedire*. (5) A dictis quoque procuratoribus et nunciis tuis habentibus super hoc plenum et speciale mandatum in animam tuam, prout ipsi nobis frequenter obtulerant[q], recepimus debitum iuramentum.

(6) Euge [ig]itur[r], fili carissime, recognosce[1] humiliter tui beneficia creatoris, eius bene- III nr. 77. placitis te coapta, dirige vias tuas in semitis mandatorum ipsius, eius ministros honora, immo
10 ipsum in illis, honora ecclesiam matrem tuam. Longevitatem nam[que][r] vite parentum etiam temporalium honorificatio pollicetur[1]. Recogita diligenter et tenaci comenda memorie, quam gratiosam tam olim in multis casibus quam nunc in nunciorum tuorum expeditione celeri et felici Romanam ecclesiam invenisti, et ideo ipsam, eius et aliarum ecclesiarum honorem et iura dilige, protege ac conserva. Pacem[2] dilige regem imitando pacificum, firma
15 iusticia tronum tuum, illam sectare. Fructus enim iusticie pax, illa si ante te ambulet, gressus tuos ponens in via tibi ab invio precavebit[s]. Nec te clementia deserat, que amicos et devotos multiplicans, ad imperii adicit firmitatem. Age viriliter et semper cor tuum in Domino confortetur[2].

Dat. Avinion., VII. Kal. Augusti, pontificatus nostri anno quarto.

299. *LITTERAE EIUSDEM SUBDITIS MISSAE. Iul. 26.*

20 *Autographon inter reliquias archivi Heinrici VII. superest Pisis in tabulario capituli maioris ecclesiae nr. 1310. Bulla desideratur. In plica scripta sunt eadem manu:* .Io. Lincolnien. de man(dat)o dn̄i | card. Biterren., de man(da)to expresso | dn̄i pape. *In verso leguntur scripta manu Bernardi de Mercato:* Littera quod dominus papa assignat domino imperatori terminum coronandi ipsum in Urbe apud Sanctum Petrum in festo
25 Purificacionis, quod est ultra biennium, que dirigitur personis ecclesiasticis et secularibus. *Edidit Bonaini l. c. I, 3 nr. 2. Nos ipsi denuo accuratissime contulimus.*

Registratae sunt in forma duplici R 1 *et* R 2, *uti et litterae nr. 298, in Regesto Clementis V. l. c. sub nr. 4304 et 4305. Autographon concordat cum* R *1 forma priori, cui adhuc reservatio inserta non est.*

30 *In Indice documentorum a. 1313. confecto, de quo v. ad nr. 298, autographon eisdem verbis commemoratur, quae Bernardus dorso inscripserat:* Littera — secularibus *(v. supra), adiectis verbis* sub bulla papali *(Doenniges l. c. II, 113).*

De Catalogo a. 1366. v. adnotationem[3]. *Ceterum cf. litteras papae, quibus regem ad concilium generale celebrandum invitat, Iul. 28 emissas, Regestum Clementis V. nr. 3627.*
35 *(P. deest.)*

Clemens episcopus servus servorum Dei universis personis ecclesiasticis et secularibus subditis carissimi in Christo filii nostri Henrici regis Romanorum illustris, cuius-

*) *Verba* eo tamen salvo — expedire *desunt R* 1.

298. p) *sequitur rasura or.* q) a *corr. ex* u *or.* r) *uncis inclusa iam abscissa sunt or.* s) ecaue
40 *in rasura or.*

1) *III, 65 lin. 40 sqq.* 2) *lin. 44 sqq.* 3) *In Catalogi a. 1366. confecti, supra ad nr. 114 citati codice Estensi fol. 33 primum autographi litterarum nr. 299 hodie deperditi mentio fit his verbis (apud Muratori l. c. col. 95):* Littera more Romane curie bullata, in qua continetur quod dominus papa Clemens quintus audita relatione Basiliensis et Curiensis episcoporum, Amadei Sabaudie, Iohannis
45 Delphini, de Sarraponte comitum, procuratorum et ambaxiatorum domini Henrici electi in imperatorem et regem Romanorum, dictam electionem et nominationem approbavit, laudavit et declaravit ipsum dominum Henricum esse ydoneum et sufficientem ad dictum imperium obtinendum, regendum et gubernandum. Et scripsit idem dominus papa personis ecclesiasticis et secularibus imperii, ut eidem domino Henrico tamquam imperatori obediant et de iuribus sui imperii respondeant. Et prefixit idem dominus
50 papa eidem Henrico electo in personam dictorum suorum procuratorum et ambaxiatorum, ut infra

cumque preminentie, status vel conditionis existant, salutem et apostolicam benedictionem.

(1) Divine sapientie imperscrutabilis altitudo exemplo celestium terrena disponens rigansque montes de superioribus suis, ut suorum operum fructu inferior mundi machina salubriter dirigatur, sicut in firmamento celi duo luminaria magna constituit, ut orbem vicibus alternis illustrent, sic in terris dona precipua et supprema, sacerdotium videlicet et imperium, ad plenum regimen et gubernationem spiritualium mundanorumque constituens, utriusque potestatem superna provisione discrevit, ut eorum perutilis ministerii operosa diversitas nulla adversitate dissentiens tam in executione commissi regiminis quam in voti unitate concordes, ipsorumque procul dubio universis profutura concordia alterutrius fulta presidiis ac mutuis favoribus utriusque confota, liberius iusticie opus exerceat, pacem mundo pariat, tranquillitatem inducat et nutriat unitatem. Imperium quidem ad salutem fidelium sacerdotali auctoritate dirigitur et ipsius adiutum presidiis, sedatis interdum procellosis iminentium tempestatum turbinibus, tranquillum redditur et quietum. Sacerdotium vero pium et tutum debet habere recursum ad imperialem mansuetudinem debita sibi veneratione coniunctam, ut imperii Romani fastigium et eius culmini presidens specialis advocati et defensoris precipui circa ecclesiam gerat officium, et in ipsius fortitudine brachii defensentur ecclesie libertates et iura manutenenantur ipsarum, extirpentur hereses, cultus christiane fidei amplietur et inimicis consternatis eiusdem in pacis pulcritudine sedeat populus christianus et in requie opulenta quiescat.

(2) Sanenuper venerabiles fratres nostri .. Basiliensis et .. Curiensis episcopi et dilecti filii nobiles viri Amedeus Sabaudie, Iohannes Dalphini Viannensis et Albonensis comites, Guido de Flandria, Iohannes de Serapontе comes et magister Symon de Marvilla thesaurarius ecclesie Metensis, ambaxiatores, procuratores et nuntii carissimi in Christo filii nostri Henrici regis Romanorum illustris ex parte sua cum pleno et sufficienti mandato, prout per eius patentes litteras[1] magni sigilli sui appensione munitas nobis extitit facta fides, ad nostram presentiam destinati, coram nobis et fratribus nostris sancte Romane ecclesie cardinalibus in publico et solenni consistorio nomine dicti regis et omnium principum in regis in imperatorem postmodum promovendi electione voces habentium tam de consuetudine quam de iure proposuerunt inter cetera coram nobis, electionem de ipso rege ad predictum regnum et ad imperium postmodum promovendo ab omnibus principibus vocem in huiusmodi electione habentibus fuisse concorditer et legitime celebratam, eundemque regem electioni huiusmodi consensisse et alias solemnitates recepisse Aquisgrani, quas predecessores sui recipere consueverunt ibidem. Supplicantes instanter ac inter alia humiliter postulantes, prefato regi unctionem et consecrationem per nostras manus impendi et ipsum in imperatorem Romanum, advocatum et defensorem ecclesie imperiali diademate coronari, et ad hec dicto regi certos locum et terminum assignari et alias ei concedi per sedem apostolicam favorem et gratiam consuetos. (3) Nos igitur premissis per eosdem ambaxiatores propositis diligenter auditis necnon predicto mandato, electionis quoque predicte decreto cum predictis fratribus diligenter inspectis plenaque deliberatione discussis, factaque nobis de huiusmodi electione concordi et legitima plena fide, examinatione quoque de persona dicti regis in eorumdem fratrum presentia per nos facta, in quantum eo absente fieri potuit, super conditionibus omnibus, que requiruntur in illo, qui est ad imperialis culminis

biennium sacram inunctionem et consecrationem et dyadema reciperet. Qui procuratores ita iurarunt. Datum Avinione, VII. Kal. Augusti, pontificatus sui anno quarto.

Tum notatur autographon litterarum nr. 298 ut videtur hoc modo: Item alia littera more Romane curie bullata, ex parte domini Clementis pape quinti domino Henrico in regem Romanorum electo transmissa super ipsius coronatione facienda. Et prefixit idem dominus papa eidem imperatori electo, ut infra biennium in basilica apostolorum Petri et Pauli in urbe Ro(mana) sacram inunctionem, consecrationem et coronationem reciperet. Datum ut supra.

1) *Supra nr. 293.*

apicem sublimandus, quia ab olim nos et fratres nostri ex frequenti et familiari conversatione sua et magnorum ac proborum virorum testimonio indubitato et certo excellentiam suam fore percepimus magnarum virtutum gloriosis titulis insignitam, discretionis immensitate sublimem, providentie maturitate fecundam, devocionis clari-
5 tate conspicuam, quodque in ea adeo prompti viget intellectus prosperitas, veritatis dilectio et constantis fortitudinis firmamentum, ut tantarum virtutum castris in ipsa regnantibus, sublimium honorum extolli fastigiis rationabiliter mereatur, eum carissimum filium nostrum Henricum in regem electum reputavimus, nominavimus, denunciavimus et declaravimus regem Romanorum de ipsorum fratrum consilio iusticia
10 exigente, suamque personam tot excellentium meritorum claritate suffultam approbavimus, pronunciavimus et declaravimus plene sufficientem et habilem ad suscipiendam huiusmodi imperialis celsitudinis dignitatem. Decernentes et pronunciantes, unctionem, consecrationem et imperii Romani coronam sibi per manus nostras debere concedi loco et tempore oportunis, ad que extunc obtulimus nos paratos, magnitudini
15 sue nichilominus concedentes nostrum et sancte Romane Ecclesie favorem et gratiam consuetos. Precipientes extunc omnibus subditis suis, quod ipsi sibi tanquam regi Romanorum vero et per sedem apostolicam approbato ad imperium obtinendum efficaciter pareant et intendant. (4) Et quia tam pro generali futuro concilio, quod iam mandavimus convocari, quam pro aliis arduis et inevitabilibus fidei christiane negociis
20 multa nobis iminent necessario facienda, que non possent absque gravi periculo universalis ecclesie pretermitti, ante quorum expeditionem alia ponderosa multiplicare negocia vel explicationi ipsorum intendere comode non possemus, ut urgentibus negociis ad presens utiliter expeditis, annuente Deo votis ipsius regis et postulationibus tam feliciter quam celeriter satisfiat, celsitudini sue ad unctionem, consecrationem et coro-
25 nationem imperii Romanorum de manibus nostris in basilica principis apostolorum de Urbe Deo auctore sumendas festum purificationis beate Marie, quod erit usque ad biennium computandum a proximo futuro festo purificationis eiusdem, sibi de ipsorum fratrum consilio duximus assignandum.* (5) A dictis quoque procuratoribus et nunciis dicti regis habentibus super hoc plenum et speciale mandatum in animam ipsius regis,
30 prout ipsi nobis frequenter obtulerant, recepimus debitum iuramentum.

1312. Febr. 2.

(6) Ideoque vos et vestrum singulos hortamur in Domino per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus dicto regi quasi precellenti et ducibus, procuratoribus, nunciis et officialibus ab eo missis ad vindictam malefactorum[1], laudem vero bonorum, quantum ad vos et singulos vestrum communiter vel divisim pertinuerit, efficaciter
35 intendere ac parere sibique de iuribus suis integraliter respondere curetis.

Dat. Avinion., VII. Kal. Augusti, pontificatus nostri anno quarto.

300. *LITTERAE EIUSDEM REGI DIRECTAE DE CAUSA TEMPLARIORUM.*

Aug. 7.

Autographon Pisis in tabulario familiae Roncioni nr. 610 asservatur. Sigillum
40 *deest. In plica scripta sunt:* .I. F. de curia. *In dorso leguntur* Super capcione Templariorum *manu cancellariae papalis ut videtur exarata. Bernardus de Mercato inscripsit verba:* Littera papalis contra Templarios directa domino de ipsis capiendis. *Cf. Indicem a. 1313, de quo supra ad nr. 298 (Doenniges l. c. II, 116).*

Edidit Bonaini l. c. I, 6 nr. 3. Nos ipsi denuo contulimus. In Regesto
45 *Clementis V. inter litteras curiales non invenitur.* *(P. deest.)*

*) *Hic addit R 2:* Eo tamen salvo, ut si die et loco predictis nos ad premissa casu aliquo contingeret non intendere, absque alicuius inconstantie nota et sine ipsius regis displicentia liceat nobis terminum prorogare predictum, sicut, quando et quotiens nobis videbitur expedire.

1) *Dig. II, 1, 3.*

Clemens episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio Henrico regi Romanoram illustri salutem et apostolicam benedictionem.

(1) Pastoralis preminentie solio, disponente illo qui cuncta disponit, licet immeriti presidentes hoc precipue ferventer appetimus, hoc votis ardentibus affectamus, ut excusso a nobis negligentie sompno circa gregis dominici custodiam submovendo noxia 5 et agendo profutura animas Deo lucrifacere, sua nobis cooperante gratia, valeamus. Sane dudum circa promotionis nostre principium ad apicem apostolice dignitatis ad nostrum quadam levi suggestione pervenit auditum, quod ab olim de flatu sathane in Templariorum ordine sparso pestiferi generis semine, subcrevit ex illo messis odibilis, fructus pestiferos ex sui natura producens, videlicet quod Templarii sub religionis 10 pallio militantes exterius, in apostasie perfidia intus vixerunt hactenus in detestabili heretica pravitate. Ceterum tunc attendentes, quod ordo ipsorum longis retro temporibus multe refulsit nobilitatis gratia et decoris ac magna fidelium devotio diu viguit apud eos, quodque tunc nullam audiveramus super premissis suspitionem vel infamiam contra ipsos, et nichilominus quod a sue religionis exordio portaverunt publice signum 15 crucis, corpora exponentes et bona contra inimicos fidei pro acquisitione, retentione ac defensione Terre Sancte domini et salvatoris nostri Ihesu Christi pretioso sanguine consecrate, suggestioni predicte noluimus aures credulas exhibere. (2) Verum postea auribus carissimi in Christo filii nostri Philippi regis Francorum illustris insonuit, quod singuli fratres dicti ordinis in sui professione, cum ordinem ipsum ingrediuntur, expressis 20 verbis abnegant dominum Ihesum Christum necnon ydolum adorant in suis capitulis et alia nefanda commictunt, que ob ruborem exprimendi subticemus ad presens. Propter quod idem rex ad requisitionem inquisitoris heretice pravitatis in regno suo generaliter a sede apostolica deputati de prelatorum, baronum et aliorum sapientum deliberatione solemni magistrum maiorem et alias singulares personas dicti ordinis, que 25 tunc erant in regno suo, una die cum magna excogitata diligentia capi fecit ecclesie iudicio presentandas et eorum bona mobilia et immobilia salve custodie assignari pro Terra Sancta, si dictus ordo dampnetur, alioquin pro ipso ordine fideliter conservanda. Deinde prefatus magister dicti ordinis spontanee confessus est palam, presentibus maioribus personis ecclesiasticis Parisius, magistris in theologia et aliis, corruptionem 30 erroris abnegationis Christi in fratrum professionibus contra primam institutionem ordinis prefati, instigante sathana, introductam. Quam plurimi etiam fratres dicti ordinis ex diversis partibus dicti regni Francorum dicta scelera sunt confessi, veram et non simulatam agentes penitentiam de commissis, prout hec dictus rex nobis per suas licteras intimavit et ad nos etiam pervenerunt fama publica deferente. Nos quoque fratrem 35 unum, militem dicti ordinis magne generositatis et auctoritatis virum, super pravitate iam dicta personaliter examinavimus. Qui dictum facinus abnegationis Ihesu Christi in ingressu dicti ordinis a se commissum sponte confessus fuit plenarie coram nobis et adiecit se vidisse, quod quidam nobilis in presentia ducentorum fratrum vel plurium dicti ordinis, inter quos erant centum milites vel circa, ultra mare, videlicet in regno 40 Cipri, per prefatum magistrum dicti ordinis in capitulo suo in fratrem Templi receptus fuit et ibi in dictorum magistri et fratrum presentia idem nobilis ad mandatum ipsius magistri dictum facinus in sua receptione commisit. Ex quibus si in agro plantationis dicti ordinis, qui ager putabatur esse virtutum et grandis sublimitatis speculo prelucebat, diabolica quod absit sint semina seminata, gravi nostra viscera comotione tur- 45 bantur. Sed si premissa veritate nitantur, ea comperta cessabit turbatio et secundum Deum iocunditas orietur. Unde ad investigandum veritatem huiusmodi sine mora proponimus intendere et, quantum Deus dederit, efficaciter vigilare. (3) Eapropter quia, sicut insinuatione multorum accepimus, super pretactis criminibus contra Templarios ipsos fama seu verius infamia quasi continue suscipit incrementum, et ob hoc urget 50

nos conscientia, ut in hiis officii nostri debitum exequamur, magnitudinem regiam requirimus, rogamus et hortamur attente, quatinus quamcitius post receptionem presentium comode poteris, predictis omnibus intenta meditatione pensatis sic prudenter, sic caute, sic secrete, de sapientum secretariorum tuorum consilio studeas ordinare, quod 5 omnes et singulos Templarios regni et dominii tuorum et alios, qui reperirentur in eis, et eorum bona mobilia et immobilia per bonas personas omni maxime quoad bona ipsa suspicione carentes, meliori modo quo fieri poterit capi facias uno die. Personas eorum faciens, donec tue magnificentie scribamus aliud, nostro et sedis apostolice nomine in locis tutis sub fida custodia detineri, bona vero ipsorum mobilia et immo-10 bilia aliquibus bonis personis, de quibus non sit verisimile, quod in hiis vel similibus velint fraudem aliquam adhibere, facias comendari nostro nomine fideliter conservanda, quousque per nos aliud fuerit ordinatum. Que quidem persone de dictis bonis omnibus et singulis teneantur in presentia fratrum quarumlibet domorum dicti ordinis et aliarum plurium bonarum personarum et maxime dictis domibus vicinarum inventaria 15 facere et, cum tempus fuerit, plenam de ipsis reddere rationem. Quarum personarum depositariarum propter honorem tuum, ut melius negotium sine bonorum direptionis et dissipationis suspitione procedat, nulle sint de tuis officialibus, servientibus vel aliis servitoribus quibuscumque. Provisurus, quod terre ac vinee Templariorum ipsorum eorum expensis more solito excolantur, ut bona ipsa dictis Templariis, si reperiantur 20 innocentes, alioquin pro Terra Sancta integre conserventur. Taliter te super hiis habiturus, quod [in]de preter humane laudis preconium apud Deum, cuius in hac parte negotium agitur, gratie tibi proveniat incrementum, et nichilominus ex hoc nostram et apostolice sedis gratiam plenius mercaris. Quicquid autem super premissis fieri iusseris, et quicquid fuerit exequtioni mandatum, nobis, quam celerius fieri possit, tuis licteris 25 intimare procures. (4) Nos enim clare memorie Alberto regi Romanorum predecessori tuo hoc idem scripsisse meminimus[1]. Sed morte preventus id executioni non potuit demandare.

Dat. Avinion., VII. Id. Augusti, pontificatus nostri anno quarto.

301. *TRANSSUMTUM DECRETI ELECTIONIS REGIS HEINRICI AVENIONE FACTUM.* *Aug. 11.*

30

Huius transsumti autographon, quod exstat in tabulario Vaticano 'Arm. C Fasc. 37 nr. 19' signatum, denuo contulit H. Pogatscher. Edidit Theiner 'Codex diplomaticus dominii temporalis s. sedis' I, 409 nr. 592.

In Catalogi a. 1366. confecti supra ad nr. 114 citati codice Estensi fol. 33 sic 35 *commemoratur:* Transumptum decreti electionis Henrici electi in imperatorem Romanorum per electores domino Clementi pape V. Avinionem missi. Datum anno et pontificatu quibus supra[2], et die prima[a] Augusti. *Ubi sequuntur:* Item copia dicti transsumpti in papiro.

In Relatione infra nr. 302 hoc transsumtum integrum recipiebatur.

40 *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo nono, indictione septima, die undecima introitus mensis Augusti, pontificatus sanctissimi patris et domini nostri domini Clementis divina providentia pape quinti anno quarto.

45 Cunctis tenore istius instrumenti publici pateat evidenter, quod hoc est transcriptum seu tra[n]sumptum cuiusdam instrumenti publici et autentici non viciati, non

301. a) *sic pro* undecima *c.*

1) *Quae litterae servatae non sunt.* 2) *I. e. nr. 297; cf. pag. 259 not. 2.*

cancellati nec aboliti nec in aliqua sui parte suspecti, sed omni vicio et suspicione carentis, confecti manu Arnoldi dicti de Puteo clerici Coloniensis sacrosancte Romane ecclesie ac sacri imperii auctoritate notarii publici eiusque signo signati sigillatique sigillis reverendi patris in Christo domini . . archiepiscopi Treverensis et inclitorum virorum dominorum comitis Palatini, ducis Saxonie ac marchionis Brandenburgensis, 5 ut prima facie apparebat.

Cuius tenor de verbo ad verbum talis est:

'Sanctissimo in Christo — indictione septima.' *supra nr. 262 (pag. 228 l. 24—231 l. 3).*

Subscriptio vero eiusdem notarii talis est: 10

'Et ego Arnoldus — loco predictis.' *supra nr. 262 (pag. 231 l. 4—15).*

(S. N.) Et ego Bernardus de Gotrico clericus Caturcensis diocesis apostolica et imperiali auctoritate notarius publicus, prout in predicto instrumento originali omnia et singula, prout supra continentur, vidi, inveni et legi, ita hic in isto pecio carte de verbo ad verbum, nil addens vel minuens, quod sensum mutet vel aliquatenus 15 viciet intellectum, nisi forte per errorem litteram vel sillabam, non tamen ex certa scientia, propria manu scripsi et transumpsi, et cum discretis viris dominis Petro Amalvini Burdegalensis, Hugone de Fandoanis Albiensis, Raymundo de Quercu Sancti Caprasii de Agenno et Othone de Borquen Sancti Andree Coloniensis ecclesiarum canonicis, viris discretis, clericis et bene litteratis fideliter de verbo ad verbum ascul- 20 tavi et legi. Et quia dictum instrumentum cum ista presenti scriptura bene et sine diminutione et augmento quibuscumque totum concordare inveni, in hanc formam publicam redegi meoque signo solito signavi rogatus et requisitus. Sub anno Domini, indictione, die et pontificatu predictis. Ad habendam perpetuam memoriam de premissis.

Dat. Avinione, in domo fratrum Predicatorum dicti loci, in camera seu hospicio 25 reverendi patris in Christo domini B(ertrandi) Dei gratia Albiensis episcopi ac dicti domini pape camerarii, sub anno, indictione, die et pontificatu premissis.

302. *RELATIO DE FACTO APPROBATIONIS REGIS HEINRICI.*

(post Aug. 11.)

Subiungimus hic relationem in cancellaria papali scriptam, quam servat 1) *cod.* 30 *Parisin. lat. 4038 B, olim bibliothecae vel tabularii paparum Avenionensis, de quo v. supra ad nr. 295, fol. 154—159. Relationis textum praeter documenta denuo contulit Marius Krammer. Textus capita III et IV item servantur in* 2) *cod. Parisin. lat. 4113, de quo v. supra ad nr. 295, fol. 1—2. Edidit iam olim Baluze 'Vitae paparum Avenionensium' II, 265 sq.* 35

Hanc Relationem fortasse Philippo regi Franciae a. 1309. vel potius 1310. traditam esse, opinari licet. Cf. pag. 269 not. 2. *(P. deest.)*

Iul. 1. (I) Anno nativitatis Christi millesimo trecentesimo nono, Kalendis mensis Iulii vel circa, infrascripti nuntii seu procuratores regis Romanorum illustris venientes ad presentiam domini pape ex parte dicti regis presentaverunt sibi quoddam procuratorium 40 suum, cuius tenor talis est:

'Sanctissimo in Christo — anno primo.'[1]

(II) Item presentaverunt sibi decretum electionis dicti regis, cuius tenor inferius continetur, proponentes et offerentes eidem domino pape pro dicto domino suo zelum devotionis ac promptitudinem reverentie filialis et ab eo petentes favorem apostolicum 45

1) *Supra nr. 293.*

et alia, que tam ex procuratorio suo quam ex pronuntiatione domini pape que sequitur colliguntur:

Decretum electionis regis Romanorum.

'In nomine Domini — pontificatu premissis.'[1]

5 (III) Tenor pronuntiationis domini pape facte post multos dies[2] et longa deliberatione habita super facto regis Romanorum[a]:

'Auditis et diligenter — a dicto rege.'[3]

Quod incontinenti prestiterunt.

(IV) Iuramentum[b] fidelitatis prestitum domino pape per nuntios et 10 procuratores regis Romanorum:

'In nomine Domini — posui consuetum.'[4]

V. Littera sanctissimi patris et domini nostri domini Clementis pape V. regi Romanorum.

'Clemens episcopus servus — anno quarto.'[5]

15 Littera domini pape subditis regis Romanorum:

'Clemens episcopus servus — respondere curetis. Datum ut supra.'[6]

303—305. SCRIPTA DE FEUDIS CASTRENSIBUS.

1309. Iun. 3.—1310. Sept. 13.

303. *AUGMENTATIO FEUDI WILHELMI DE AKERS. 1309. Iun. 3.*

20 *Denuo contulimus autographon tabularii generalis regni Bawarici 'Rheinpf. Urkunden' fasc. 1 (Coblenzer Extradition 1873 nr. 154). Sigilli fragmentum parvum pendet loro membranaceo. In verso leguntur:* H. rex[a] auget F. Wolfst. Wilhelmo de Akers. 9⁰. *Edidit Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 223 nr. 342. — Böhmer, Reg. Heinr. 93.* *(P. deest.)*

25 Nos Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium noticiam cupimus pervenire, quod cum dive memorie Albertus Romanorum rex noster predecessor illustris strennuum virum Willhelmum de Ackers apud castrum nostrum et imperii Wolfstein in castrensem conquisiverit et sibi ob hoc

302. a) scilicet domini Henrici *add.* 2. b) Instrumentum 1.

30 **303.** a) *corr. ex* Impr.

1) *Supra nr. 301.* 2) *Cf. enuntiata epistolae, quam pontifex a. 1310. Dec. 9. regi Franciae direxit:* Audivit iam, sicut firmiter credimus, tua serenitas, qualiter olim presentato nobis electionis decreto de carissimo in Christo filio nostro Henrico rege Romanorum illustri per venerabiles fratres nostros . . archiepiscopos et dilectos filios nobiles viros regni Alemannie principes in electione Roma- 35 norum regis vocem habentes unanimiter et concorditer celebrate, auditaque supplicatione humili sollempnium nuntiorum tam ipsius regis tunc electi quam eligentium predictorum, electionem ipsam suadente iustitia non multum celeriter, sicut nobis aliqui veritatem negotii nescientes, prout audivimus, ascribere dicuntur, set cum matura et longa deliberatione magnaque mora temporis interiecta de fratrum nostrorum consilio et consensu, nullo penitus discordante nulloque apparente contradictore 40 publice vel occulte, duximus approbandam, declarando iuxta sedis apostolice morem antiquum, ipsum inter cetera fore habilem ad imperialis celsitudinis dignitatem et sibi esse unctionem, consecrationem et Romani coronam imperii concedendas, et ad unctionem, consecrationem et coronationem huiusmodi recipiendas in basilica principis apostolorum de Urbe certum terminum prefigendo. *'Neues Archiv' XXIX, 609.* 3) *Supra nr. 295.* 4) *Supra nr. 297. Textus non ex autographis descriptus esse* 45 *videtur; cf. Baluze l. c. 274 et supra pag. 260 lin. 36.* 5) *Supra nr. 298.* 6) *Supra nr. 299.*

sex[aginta][b] libras Hallensium promiserit, pro quibus eidem Will(helmo) sex librarum Hallensium redditus percipiendos in quibusdam bonis annis singulis deputavit, prout in litteris ipsius Alberti super hoc confectis[1] plenius est expressum, nos considerantes puritatem fidei et servicia, que a dicto Will(helmo) nobis et imperio in posterum speramus impendi, sibi in augmentum feodi castrensis huiusmodi sex librarum Hallensium redditus pro sexaginta libris Hallensium superaddimus, percipiendos de bonis eisdem et deserviendos iuxta eiusdem Alberti litterarum continentiam, modo simili deputamus. Harum testimonio litterarum nostre maiestatis sigilli robore signatarum.

Dat. Constantie, III. Non. Iunii, anno Domini millesimo trecentesimo nono, regni vero nostri anno primo.

304. *FACULTAS FEUDI EIUSDEM TRANSFERENDI. 1310. Sept. 13.*

Autographon eiusdem tabularii ibidem asservatum (Coblenzer Extradition 1873 nr. 155) corrosum valde contulimus. Sigillum iam exsectum est. In verso eadem manu ut supra nr. 303 scriptum est: quod Wil. de Akers possit transferre f. lutern in suos consang. Henr. rex. X°. *Edidit Böhmer 'Acta imperii selecta' pag. 433 nr. 619; v. ea quae ibidem in adnotatione de linea chronologica animadvertit Ficker. — Böhmer, Reg. Heinr. 575 (Addit. I). (P. deest.)*

Nos Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum noticiam volumus pervenire, quod strenuo viro Wilhelmo dicto de Akers, fideli nostro dilecto, propter grata et fidelia servicia, que nobis exhibuit et imperio et imposterum exhibere poterit, indulgemus et auctoritate presencium concedimus eidem, quod castrense suum feodum in Wolfstein, quod a nobis tenet et imperio, in filios fratris sui, Godelmannum et Iohannem vel alterum eorum, qui supervixerit, transferre libere poterit, si absque liberis heredibus decedere fortasse contigerit Wilhelmum antedictum. Iidemque God. et Iohannes dictum feodum ab imperio teneant et pacifice possideant et deserviant, ut tenentur. Presencium testimonio litterarum nostri sigilli robore signatarum.

Dat. in Hagenowe, Idus Septembr., anno Domini millesimo trecentesimo decimo, regni vero nostri anno secundo.

305. *RECEPTIO GEORGII COMITIS DE VELDENTIA. 1310. Sept. 13.*

Cum autographon deperditum sit, repetimus editionem, quam paravit Böhmer 'Acta imperii selecta' pag. 433 nr. 620 ex apographo in 'G. Ch. Ioannis Reliquiis diplomatum manuscr.' servato. In minutiis correximus. (P. deest.)

Nos Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum noticiam volumus pervenire, quod fidei ac devocionis integritatem et fidelia servicia exhibita nobis et imperio per nobilem virum Georgium comitem Veldentzie dilectum fidelem nostrum et in posterum exhibenda graciosius intuentes, ipsum in castro nostro et imperii dicto Wolfstein recepimus in castrensem. Assignantes ac conferentes eidem redditus viginti marcarum argenti, colligendos annis singulis de rectoribus officiorum in Kebelnberg, Richenbach et Dinsberg de proventibus avene et numerate pecunie, quando per avenam huiusmodi solucio non poterit adimpleri, tenendos per eum et heredes suos tam diu et habendos, donec sibi ducente marce argenti per nos vel successores nostros in imperio fuerint integraliter persolute. Presencium testimonio litterarum sigilli nostri robore signatarum.

Datum in Hagenowe, Idus Septembris, anno Domini millesimo trecentesimo decimo, regni vero nostri anno secundo.

303. b) sex *or. in fine lineae.*

1) *Supra nr. 192.*

306. LEGATIO AD ITALICOS MISSA.

1309. Iun. 24.

Superest M *autographum exemplar Mantuanis directum in tabulario regio Mantuano 'B. I 16' signatum. Inscriptionem praebet:* Prudentibus viris . . potestati, . . ancianis, 5 communi et populo de Mantua nostris et imperii fidelibus dilectis. *Parva lora membranacea, quibus litterae clausae erant, item vestigia sigilli maiestatis dorso impressi adsunt. Nos ipsi autographon iterum descripsimus. Edidit iam Böhmer 'Acta imperii selecta' pag. 422 nr. 593.*

Contulimus etiam P *exemplar Paduanis missum secundum editionem, quam paravit* 10 *Verci 'Storia della marca Trivigiana' V (Venezia 1787) Documenti pag. 113 nr. 502, ubi linea dati desideratur. — Böhmer, Reg. Heinr. 106.* *(P. deest.)*

Heinricus[a] Dei gratia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris . . potestati, . .[b] ancianis, communi et populo de Mantua[c] suis et imperii fidelibus dilectis gratiam suam et omne bonum.

15 In augmentum votive iocunditatis vobis venire credimus, si nova de nostre sublimacionis auspiciis nunciorum et litterarum relacione fidelium vestre noticie declaramus. Nuper enim Romano vacante imperio, eo disponente sic esse, qui dispensat prout vult munera graciarum, in Romanorum regem electi divinitus, dorsum oneri tanti regiminis subiugavimus et iugum regie dignitatis suscepimus sub Altissimi fiducia deferendum. 20 Disponentes nostri partes officii salubriter et utiliter exponere et manus vigilantes per opera, quantum ex alto permittitur, ad hoc extendere, qualiter evulsis simultatum et tribulacionum[d] horroribus vobis et[e] aliis civitatibus et felicibus imperii populis[f] in partibus Italie desiderate quietis comodum preparemus. Quare gratanter suscipientes regie benignitatis affectum dilectis nunciis nostris honorabili viro magistro Heinrico[g] de 25 Geldonia clerico nostro, strennuo viro Heinr(ico)[h] de Beafort[i] militi nostro ac provido viro Heinrico de Raluengo civi Astensi fidelibus nostris, quos ad vos specialiter duximus destinandos, super hiis, que vobis ex parte nostra proposuerint, fidem curetis plenam et credulam adhibere.

Dat. in Nuremberg, VIII. Kalen. Iulii, regni nostri anno primo.

---

30 307. 308. UNIO CUM CIVITATE ERFORDENSI.

1309. Iul. 18.—Aug. 1.

307. *SCRIPTUM REGIS.* *Iul. 18.*

Denuo contulimus autographon, quod iam in tabulario civitatis Erfordensis asservatur. Sigillum, quod filis sericis olim pendebat, deest. Ediderunt Böhmer 'Acta imperii 35 *selecta' pag. 422 nr. 594 et C. Beyer 'Urkundenbuch der Stadt Erfurt' I (= Geschichtsquellen der Provinz Sachsen XXIII) pag. 385 nr. 552. — Böhmer, Reg. Heinr. 124.*

(P. deest.)

306. a) Henricus *P.* b) . . *deest M.* c) *loco* de M. *P:* Paduano. d) turbacionum *P.* e) ac *P.* f) populi imperii *P.* g) Henrico *P.* h) Heinr. *in rasura or.* i) *in rasura or.;* 40 L . . l . . . a? *prius scripta esse videntur;* Benufort *P.* k) *linea dati deest in P.*

Nos Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium noticiam volumus pervenire, quod puritatem fidei et obsequia fidelia, quibus prudentes viri, dilecti et fideles nostri cives Erfordenses erga Romanum imperium claruerunt hactenus et imposterum laudanda continuacione eidem Romano adherebunt imperio, favorabiliter intuentes, et pro eo specialiter, quia iidem 5 cives contra illustrem Fridericum illustris Alberti lantgravii Thuringie filium, accedente auxilio spectabilis viri Hermanni comitis de Orlamunde, qui centum dextrarios habebit, cum ducentis quinquaginta viris in dextrariis nos iuvare nobisque constanter et indesinenter assistere fide prestita promiserunt, nos memoratos cives in protectionem nostram et imperii recepimus specialem. Promittentes sibi firmiter per presentes, quod 10 de nostris fidelibus, quem ad hoc ydoneum et utilem estimabimus, capitaneum[1] cum ducentis dextrariis expeditum versus Thuringiam infra nativitatem sancte Marie virginis (Sept. 8.) proximam transmittemus ad resistendum prefato Friderico et impediendum eum eum auxilio civium predictorum. Cui eciam capitaneo sepedicti cives duo milia libr(arum) denariorum Erfordensium in victualibus dare et assignare tenebuntur in subsidium 15 expensarum. Hac adiuncta clausula et interposita condicione, quod privilegia, iura, libertates, gracias et approbatas consuetudines, quibus imperatorum vel regum Romanorum et lantgraviorum Thuringie vel dicti Friderici concessione Erfordensis civitas et eius incole gaudent et gavisi sunt hucusque[a], ratihabebimus eisque confirmabimus, quandocumque cum antedicto Friderico filio lantgravii Thuringie unionis et concordie 20 federa plene nos contigerit observare. In cuius rei testimonium presentes litteras nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Dat. in Rotemburg, XV. Kalen. Augusti, anno Domini millesimo trecentesimo nono, regni vero nostri anno primo.

308. *SCRIPTUM CIVITATIS.* *Aug. 1.* 25

Autographon, quod inter archivi Heinrici VII. reliquias superest Pisis in tabulario capituli maioris ecclesiae nr. 1312, denuo accurate contulimus. Sigillum desideratur, foraminibus relictis. Edidit J. Ficker loco supra ad nr. 237 citato pag. 67 nr. 45 (= W. SB. pag. 203). Cf. infra nr. 310 et ad a. 1310. Apr. 29. (P. deest.)

Nos . . magistri, . . consules et . . universitas civium Erdfordensium publice pro- 30 fitemur et constare volumus presencium inspectoribus universis, quod nos provide considerantes devocionis et fidei debitum, quo Romano tenemur imperio, ac graciosam benivolenciam favorisque plenitudinem, quibus serenissimus dominus noster dominus Heinricus Romanorum rex nos complectitur, promittimus et per fidem nostram prestitam promisimus eidem domino nostro regi constanter assistere ipsumque iuvare, accedente 35 auxilio spectabilis viri domini Her(manni) comitis de Orlamunde, qui centum dextrarios habebit cum ducentis quinquaginta viris decenter expeditis in dextrariis, contra principem inclitum dominum Fridricum illustris domini Alb(erti) lantgravii Thuringie filium inter limites terre Thuringie et non extra. Ita videlicet quod capitaneo, quem prefatus dominus noster rex ad partes Thuringie cum ducentis dextrariis destinabit[1], duo 40 milia librarum denariorum Erdfordensium dabimus et assignabimus complete in victualibus in subsidium expensarum et forum conveniens et decens victualium et quarumlibet rerum venalium pro sua pecunia de civitate Erdfordensi procurabimus bona fide, necnon introitum et exitum civitatis, quociens et quandocumque dicto capitaneo vel suis seu eciam memorato domino nostro regi, dum concedente Domino presencialiter ad partes 45 nostras veniet, oportunum fuerit, patulum et facilem concedemus. Et ab eiusdem domini nostri regis preordinatis obsequiis nullatenus recedemus, sed contra prefatum

307. a) c *in corr. or.*

1) *Cf. infra nr. 310 c. 2.*

dominum Fridricum in eventum quemlibet serviemus eidem, donec inter dominum nostrum regem et dominum Fridricum predictos plena fuerit concordia ordinata, nec cum eodem domino Fridrico filio lant(gravii) Thuringie treugarum vel unionis iniemus federa ad tempus duratura vel perpetuo, nisi cum expressa licencia dicti domini nostri 5 regis et eius benivola voluntate. Et ut omnia premissa per nos inviolabiliter obser-ventur et firma permaneant, presentem litteram sigillo civitatis Erdfordensis iussimus rob[or]ari[a].

Dat. Erdfordie, anno Domini millesimo trecentesimo nono, Kalen. Augusti.

309—326. CURIA SPIRAE.

10 1309. Aug. 26.—Sept. 18. (Oct. 10. 20.)

Cf. mandatum, quod item Spirae die 25. Aug. emanavit, supra nr. 291.

309. *MANDATUM DE SILVA NORIMBERGENSI.* *Aug. 26.*

Denuo descripsimus autographon, quod superest Monaci in tabulario generali regni Bawarici 'Kaiserselect Nachtrag' nr. 162½ signatum. Pendet sigillum laesum filis sericis 15 flavi rubeique coloris. Cf. infra ad a. 1310. Aug. 29. — Böhmer, Reg. Heinr. 147. *(P. deest.)*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris . . sculteto, consulibus et civibus in Nuremberg, fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum.

20 Dignum iudicat nostra serenitas et congruum arbitratur, quod ea, que nostrum et imperii honorem ac profectum vestrasque commoditates et utilitates respiciunt, affectu benivolo et effectu debito prosequamur. Quapropter vestris consiliis et petici-onibus[a] favorabiliter annuentes, fidelitati vestre districte committimus et mandamus sub obtentu nostri favoris vobis nichilominus iniungentes, quatinus silvam nostram et imperii 25 sitam prope Nuremberg ex utraque parte ripe que dicitur Pegintz a quinquaginta annis citra per incendium vel alio modo quocumque destructam seu vastatam ac postmodum in agros a quibusque redactam in arbores et in silvam, sicut solebat esse primitus, auctori-tate nostra regia redigatis. Nos quoque ad hoc si necesse fuerit opem et operam dabimus efficacem. Presentium testimonio litterarum sigilli nostri regii robore signatarum.

30 Dat. Spire, VII. Kalen. Septembr., anno Domini millesimo trecentesimo nono, regni vero nostri anno primo.

310. *COMMISSIO GUBERNATIONIS CIVITATUM IMPERII.* *Aug. 26.*

Descripsimus autographon tabularii regii Marburgensis inter 'Urkunden. Kaiser-liche, Reichs- und Kreis-Sachen' asservatum. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. 35 Cf. supra nr. 307. 308. — Böhmer, Reg. Heinr. 150. *(P. deest.)*

(1) Nos Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium notitiam volumus pervenire, quod de fide, legalitate et circumspeccionis industria illustris Iohannis lantgravii terre Hassie domini, principis

308. a) robari *or.*

40 **309.** a) peticonibus *or.*

nostri dilecti plenam, quod sic preesse debeat ut prosit, fiduciam obtinentes, sibi civitates nostras et imperii, videlicet Gozlariam, Mulenhusen et Northusen, que per illustrem Fridericum illustris Alberti lantgravii Thuringie filium multa hactenus sustinuerunt incomoda conmisimus nostro nomine gubernandas. (2) Ipsum hominibus armatis, quos versus Thuringiam in subsidium civitatis Erfordensis et dictarum civitatum nostrarum contra dictum Fridericum transmittimus, pro rectore et capitaneo nichilominus deputantes ac promittentes eidem lantgravio expensas, quas ipsum durante guerra inter nos et dictum Fridericum existendo in Thuringia facere necessario continget et dampna, que invadendo eundem[a], qui nostras et imperii possessiones et bona indebite occupat, in conflictibus vel captivitate persone sue proprie vel suorum manifesta et notoria sustineret, per nos et successores nostros in imperio resarcire. (3) Nullam etiam a prefato Friderico eo excluso conposicionem acceptabimus vel concordiam cum ipso aliqualiter iniemus. Dantes sibi has litteras nostre maiestatis sigillo signatas in testimonium premissorum.

Dat. in Spira, VII. Kalen. Septembr., anno Domini millesimo trecentesimo nono, regni vero nostri anno primo.

311. *LITTERAE REGI FRANCIAE DIRECTAE.* *Sept. 1.*

Supersunt in codice 'Nouv. Acquis. Franç.' 5154 nr. 1 bibliothecae Parisiensis.[1] *Descripsit vir d. A. Vidier. Inscriptionem in dorso praebent:* Excellenti ac magnifico principi Philippo Francorum regi illustri amico nostro karissimo. *Sigilli dorso impressi vestigia non videntur. Iam edidimus 'Neues Archiv' XXIX, 585 nr. XI; cf. notam.*

(P. deest.)

Excellenti ac magnifico principi Ph(ilippo) regi Francorum illustri amico suo karissimo Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus integerrime dilectionis continuum incrementum.

Noverit regia celsitudo et habeat pro constanti, quod nobilis vir Beraldus dominus de Mercorio in manifesto vel occulto nichil penitus verbo aut facto contra vos seu regnum vestrum per se vel per alium aut per litteras dixit, procuravit seu attemptavit, pro quo suspicionis notam incurrere debeat et quod vestre excellentie seu regno vestro in detrimentum honoris aut dedecus cedere valeat vel quod debeat vestris precordiis turbacionis spiritum generare. Eapropter petimus cum affectu, quatinus contra ea, que de ipsius innocentia et excusacione liquido stilo vobis describimus, non velitis aliquibus contrarium referentibus aures regias applicare. Duret et valeat vestra regia celsitudo.

Dat. Spire, Kalend. Septembr., regni nostri anno primo.

312. *LITTERAE AD MANTUANOS DE AUXILIO FERRARIENSIBUS PRAESTANDO.* *Sept. 1.*

Autographon tabularii regii Mantuani 'B. I nr. 17' signatum denuo contulimus nos ipsi. Fragmenta sigilli dorso impressi adhue supersunt. Inscriptionem praebet: Prudentibus viris . . capitaneo, . . potestati, . . ancyanis, . . conmuni et populo Mantuanis, nostris et imperii fidelibus dilectis. *Edidit Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 227 nr. 350 ad exemplar a viro cl. Ficker paratum. — Böhmer, Reg. Heinr. 154.*

(P. deest.)

310. a) *statim corr. ex* eum *or.*

1) *Cf. Delisle 'Catalogue des mss. des fonds Libri et Barrois' pag. 134.*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris . . capitaneo, . . potestati, . . ancyanis, . . conmuni et . . populo Mantuanis, suis et imperii fidelibus dilectis gratiam suam et omne bonum.

(1) Sensimus et diligenter attendimus sacrosanctam Romanam ecclesiam ac sedem apostolicam diebus istis favisse multipliciter votis nostris, statum ac nomen nostrum feliciter exaltasse. Ex quo eandem ecclesiam intra nostri pectoris ubera complectentes circa ipsam regali sollicitudine vigilamus, ut sub nostro regimine Deo propicio protegatur a noxiis, salubria semper incrementa suscipiat et pacis affluat ubertate, ac nimirum viscera nostra multiplici turbacione vexantur ipsaque[a] gravitas multe sollicitudinis inquietat, cum eiusdem ecclesie fideles et filios varia deprimi perplexitate percipimus et diversarum procellarum turbine fluctuare. (2) Sane nuper ad nostram pervenit audienciam, quod vir egregius P(etrus) Gradonico dux, . . consilium et . . commune Venetorum civitatem Ferrariensem ac cives ibidem cum armatorum insultibus, machinis et instrumentis invaserunt et graviter oppresserunt, castrum Thedaldi eidem civitati contiguum, burgum, pontem ac turrim viribus occupando ac ipsam civitatem sui servituti subiiciendo, dictis civibus in fortitudine superatis, in preiudicium, gravamen et contemptum sanctissimi patris nostri domini Clementis summi pontificis, apostolice sedis et ecclesie memorate, occisis ibidem et trucidatis ferociter Dei timore postposito quam pluribus ac aliis vulneribus gravissime sauciatis. Quia igitur non indigne regie sollicitudinis partes apponimus, ne eiusdem ecclesie fidelium prosperitas sic temere laceretur vel dispendiose tangatur, que nobis caritatis et exaltacionis beneficia copiosius infudit, ad laudem precelsi sui nominis et statum pacificum conservandum, presertim cum ad hoc tamquam advocatus et defensor ipsius precipuus teneamur ex debito fidei et unionis individue, qua cum ipsa prospere vivimus, si prosperitate letatur, nec expertes eius adversitatis efficimur, si paciatur adversa, fidelitatem vestram monemus, hortamur et rogamus plenissimo cum affectu, auctoritate regia vobis nichilominus precipiendo mandantes, quatinus sedis apostolice nunciis ac civibus Ferrariensibus predictis contra suos adversarios Venetos antedictos viris, viribus et instrumentis ac modis omnibus quibus potestis in aquis et in terris efficaciter assistatis et indesinenter ac optimum auxilium prebeatis eisdem, per quod civitas et homines ecclesie Romane seu municiones vel territorium ibidem ab imminentibus pressuris illiciti dominii valeant subito relevari et de multiplicibus suis turbacionibus, quas pertulerunt indebite, ad suave suum dominium et quietis gaudia remeare. In quo Deo et eidem ecclesie nobisque gratissimum et acceptabile servicium procul dubio facietis, per quod preter divinam retribucionem eiusdem ecclesie favorem specialissimum nostreque benivolencie plenitudinem vobis vendicabitis fructuose. (3) Super hiis autem ac aliis quibusdam agendis nostris honestos et discretos viros magistrum Bassyanum doctorem legum, Hugelinum de Wick[1] et Iohannem de Kyl milites, fideles et dilectos nuncios nostros, et quemlibet eorum in solidum ad vestram presenciam specialiter duximus destinandos, quibus in dicendis fidem curetis plenam et credulam adhibere.

Dat. Spyre, Kalend. Septembr., regni nostri anno primo.

312. a) ipāq; *or.*

1) *Apud Nicolaum Botrontinensem vocatur Hugolinus de Vicco, miles papae (ed. Heyck pag. 4 lin. 14).*

313. 314. *INNOVATIONES ARCHIEPISCOPO TREVIRENSI FACTAE. Sept. 13. 16.*

Cf. Böhmer, Reg. Heinr. 156. 159.

313. *INNOVATIO SENTENTIAE RUDOLFINAE. Sept. 13.*

Autographon tabularii regii Confluentini denuo descripsimus. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. Innovatur sententia a. 1276. Mart. 29. data, supra tom. III, 99 nr. 109. — Böhmer, Reg. Heinr. 155. *(P. 497 lin. 5. 6.)*

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presens scriptum intuentibus graciam suam et omne bonum.

Constitutus in nostre maiestatis presencia venerabilis Bald(ewinus) archiepiscopus Treverensis germanus et princeps noster karissimus nobis humiliter supplicavit, ut quasdam litteras dive memorie Rud(olfi) Romanorum regis predecessoris nostri nobis per eum exhibitas sibi confirmare de benignitate regia dignaremur. Quarum tenor sequitur in hec verba:

'Rudolfus Dei gracia — anno tercio.' *supra tom. III, 99 nr. 109.*

Nos igitur predicti archiepiscopi supplicacionibus benignius inclinati predictas litteras et sentencias in ipsis contentas ratas et gratas habentes ipsas auctoritate regia approbamus et presentis scripti patrocinio confirmamus. Dantes sibi has litteras nostre maiestatis sigillo signatas in testimonium super eo.

Dat. in Spira, Id. Septembr., anno Domini millesimo trecentesimo nono, regni vero nostri anno primo.

314. *INNOVATIO PRIVILEGII REGIS ADOLFI. Sept. 16.*

Autographon eiusdem tabularii descripsimus. Pendet sigilli fragmentum parvum loro membranaceo. In verso leguntur: Confirmacio diversarum graciarum Adolfi regis H(enricus). *Innovantur promissiones a. 1292. Iul. 7. factae, supra tom. III, 473 nr. 486. — Böhmer, Reg. Heinr. 160.* *(P. deest.)*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Constitutus in nostre maiestatis presencia venerabilis Baldewinus archiepiscopus Treverensis princeps et germanus noster karissimus nobis humiliter supplicavit, ut privilegium, concessiones seu obligaciones infrascriptas sibi confirmare de benignitate regia dignaremur. Cuius privilegii tenor talis est:

'Adolfus Dei gratia — anno primo.' *supra tom. III, 473 nr. 486.*

Nos itaque predicti archiepiscopi supplicacionibus favorabiliter annuentes dictum privilegium et omnia in eo contenta auctoritate regia innovamus approbamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre innovacionis, approbacionis et confirmacionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Quod qui facere presumpserit, gravem nostre maiestatis offensam se noverit incurrisse. In cuius rei testimonium hanc litteram conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Dat. Spire, XVI. Kalend. Octobr., anno Domini millesimo trecentesimo nono, regni vero nostri anno primo.

315—326. *SCRIPTA PRO DUCIBUS AUSTRIAE.* *Sept. 17.—18. (Oct. 10. 20.)*

Autographa in tabulario Vindobonensi asservata praeter nr. 315. 317. 320 denuo benivolenter descripsit vel contulit socius noster H. Hirsch; autographa Pisana nr. 318. 5 319, Bernense nr. 323 nos ipsi contulimus.

315. *ASSUMPTIO IN PROTECTIONEM SPECIALEM.* *Sept. 17.*

Autographon tabularii Vindobonensis ediderunt a. 1818. Fr. Kurz 'Oesterreich unter K. Friedrich dem Schönen' p. 416 nr. II, tum a. 1899. R. Thommen 'Urkunden zur Schweizer Geschichte aus oesterreichischen Archiven' I, 109 nr. 187. Quorum editionem 10 hic repetimus. Pendet sigillum filis sericis rubei flavique coloris. Cf. Böhmer, Reg. Heinr. 5 et 7. — Lichnowsky 'Geschichte des Hauses Habsburg' III Regesten pag. CCCXXVIII sq. nr. 33. Böhmer, Reg. Heinr. 161. *(P. deest.)*

Nos Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium noticiam volumus pervenire, quod nos provide considerantes 15 ac intuentes favorabiliter puritatem fidei et fructuosa servicia, quibus illustris Fridericus et Lupoldus duces Austrie et Styrie dilecti principes nostri antecessoribus nostris in imperio placuerunt hactenus et ferventer adheserunt ac nobis et eidem imperio continuatione laudabili adherere poterunt in futurum, ipsos duces ac fratres eorum cum omnibus bonis et hominibus suis in graciam nostram, defensionem et proteccionem 20 specialem duximus assumendos, volentes ipsos manutenere ac defendere et eisdem assistere ad conservacionem bonorum et iurium suorum contra quoslibet homines bona fide. In cuius rei testimonium presentes litteras scribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum Spire, XV. Kalen. Octobr., anno Domini millesimo trecentesimo nono, 25 regni vero nostri anno primo.

316. *INFEUDATIO DUCATUS AUSTRIAE.* *Sept. 17.*

Descripsit Hirsch. Pendet sigillum fere illaesum filis sericis rubei flavique coloris. Edidit Thommen l. c. I, 109 nr. 188. — Lichnowsky l. c. nr. 32. Böhmer, Reg. Heinr. 162. *(P. deest.)*

30 Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Dum sacri imperii principum, per quos idem imperium tamquam bases egregias sustentatur, in hiis que pertinent ad regiam maiestatem peticiones et vota pii favoris applausu complectimur, regalis excellencie decus attolimus et eosdem principes ad 35 devocionem imperii ferventius excitamus. Noverint igitur presentis etatis homines et future, quod nos pure fidei ac preclara devocionis insignia, quibus illustres Fridericus, Lůpoldus et Heinricus fratres duces Austrie et Styrie, principes nostri dilecti nos et Romanum imperium venerantur, ac obsequia fructuosa, que nobis et imperio exhibere et impendere poterunt, clare nostre mentis intuitu limpidius intuentes, ipsis suo et 40 fratrum suorum, videlicet Alberti et Ottonis absentium nomine de consensu principum ius in Romani regis electione habentium ducatus Austrie et Styrie ac dominia Carniole, Marchie ac Portusnaonis necnon comitatus ac dominia et omnia iura ac bona feodalia, quocumque nomine censeantur, quos vel que dicti duces ac progenitores ipsorum hactenus ab imperio tenuerunt et possederunt in Swevia, in Alsatia et alibi, contulimus

et conferimus in feodum cum omnibus iuribus libertatibus et consuetudinibus, sicut tempore divorum antecessorum nostrorum imperatorum vel regum eadem feoda tenuerunt et possederunt ac eosdem, videlicet Fridericum, Lupoldum et Heinricum duces suo et fratrum suorum, videlicet Alberti et Ottonis absentium nomine sceptro nostro regio investivimus et investimus de feodis supradictis, adhibitis sollempnitatibus debitis et consuetis. In cuius rei testimonium presentes litteras conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Dat. Spire, XV. Kalen. Octobris, indictione septima, anno Domini M trecentesimo nono, regni vero nostri anno primo.

317. 318. *SCRIPTA DE FEUDIS INTERFECTORUM REGIS ALBERTI.*

Sept. 17. 18.

Scriptum regis A *superest in tabulario Vindobonensi. Edidit Kurz l. c. pag. 417 nr. III. Cuius editionem hic repetimus. Edidit etiam Thommen l. c. I, 110 nr. 189. — Lichnowsky l. c. nr. 34. Böhmer, Reg. Heinr. 163.*

Scriptum ducum Austriae B *adhuc servatur Pisis in tabulario capituli maioris ecclesiae nr. 1344 signatum. Sigillum deest, foraminibus relictis. In cancellaria regia scriptum est. Edidit Ficker loco supra ad nr. 237 citato pag. 70 nr. 47 (= W. SB. pag. 206). Nos ipsi denuo contulimus.* *(P. deest.)*

317. *SCRIPTUM REGIS. Sept. 17.*

A.

Nos Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium noticiam volumus pervenire, quod inter nos et illustres Fridericum, Lupoldum et Heinricum duces Austrie et Styrie dilectos principes nostros, suo et fratrum suorum nomine tractatum et ordinatum existit, quod omnia bona illarum personarum, que rei et participes fuerunt occisionis quondam clare recordacionis Alb(erti) Romanorum regis, ab imperio descendentia nobis et eidem imperio cedent et remanebunt. Que vero bona predictorum malefactorum a predictis ducibus descendunt in feodo, eisdem ducibus cedent et similiter remanebunt. In cuius rei testimonium presentes litteras scribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Dat. Spyre, XV. Kalend. Octobr., anno Domini MCCC nono, regni vero nostri anno primo.

318. *SCRIPTUM DUCUM. Sept. 18.*

B.

Nos Fridericus et Lupoldus Dei gracia duces Austrie et Styrie, domini Carniole, Marchie ac Portusnaonis ad universorum volumus noticiam pervenire, quod tractatum et ordinatum est inter serenissimum dominum nostrum dominum Heinricum Romanorum regem et nos nostro ac fratrum nostrorum nomine, quod omnia bona illarum personarum, que mortis quondam clare memorie domini Alberti Romanorum regis genitoris nostri karissimi culpabiles existunt, que ab imperio descendunt, in feodum eidem cedent et remanebunt imperio. Que vero bona dictorum malefactorum a nobis descendunt in feodum, nobis et fratribus nostris cedent et similiter remanebunt. In cuius rei testimonium sigilla nostra pro nobis et fratribus nostris presentibus duximus appendenda.

Dat. Spire, XIIII. Kalend. Octobr., anno Domini millesimo trecentesimo nono.

319. *PROMISSIONES DUCUM AUSTRIAE. Sept. 17.*

Superest P *item Pisis in tabulario capituli maioris nr. 1313 signatum. Edidit Ficker l. c. pag. 68 nr. 46 (= pag. 204). Nos iterum accuratissime contulimus. Autographon propter verbum cancellatum (v. pag. 280 not.* f) *vel menda quaedam cassatum esse videtur; cf. Ficker l. c. in nota.*

Contulimus etiam textum, quem vulgaverunt L *Ludewig 'Reliquiae manuscriptorum' V, 532 pessimum et decurtatum e quodam Copiario hodie deperdito et* E *Emler 'Regesta Bohemiae et Moraviae' II, 954 nr. 2196 'e cod. manusc. bibl. Raudnic.', ut videtur eiusdem indolis ac codex Ludewigianus. Sed paucas tantum varias lectiones adnotavimus.*
5 *Scriptum regis de obligatione marchionatus Moraviae servatum non est. Cf. infra pag. 280 not. 3.* *(P. deest.)*

(1) Nos Fridericus et Lupoldus Dei gracia duces Austrie et Styrie, domini Carniole, Marchie ac Portusnaonis, comites de Habspurg et de Kyburg necnon Alsacie lantgravii notum esse volumus presencium inspectoribus universis, quod serenissimus 10 dominus noster dominus Heinricus Romanorum rex triginta milia marcarum argenti, quinquaginta sex grossis Pragensibus pro marca qualibet computatis, nobis ac fratribus nostris dare promisit. Pro quibus promisimus et tenemur eundem dominum nostrum dominum Heinricum Romanorum regem iuvare, et eidem assistere et servire cum omni potencia nostra in expensis nostris propriis, eodem in regnum[a] Bohemie in persona 15 propria vel per alium cum[b] potencia sua regali procedente[b] ad acquisicionem[c] eiusdem regni, quousque idem dominus noster dominus Heinricus Romanorum rex dictum regnum Bohemie assecutus fuerit cum omnibus iuribus et[d] pertinenciis eiusdem fraude et dolo penitus exclusis. Ita quod monicione trium mensium premissa nos Fridericus dux Austrie huiusmodi servicia sibi faciemus in persona propria vel unus de fratribus nostris 20 eadem servicia faciet, si nos legittime fuerimus impediti.

(2) Promittimus eciam et tenemur prefato domino nostro domino Heinrico Romanorum regi in parata pecunia mutuare viginti milia marcarum argenti, quinquaginta sex grossis Pragensibus pro marca qualibet computatis. Quam summam persolvere tenebimur in civitate Ratisponensi plene et integraliter terminis infrascriptis, videlicet 25 in Dominica qua cantatur Invocavit proxime nunc ventura tria milia marcarum, in festo Pentecostes deinde proxime secuturo tria milia marcarum, in festo vero beati Iacobi apostoli immediate sequenti quatuor milia marcarum et abinde per[e] annum unum decem milia marcarum. Pro quibus viginti milibus et eciam pro triginta milibus marcarum, que superius sunt expresse, et que in summa faciunt quinquaginta milia mar- 30 carum argenti, marchionatum Moravie cum omnibus iuribus, utilitatibus et pertinenciis suis nobis fratribus et heredibus nostris obligavit tenendum tamdiu et possidendum, quousque dicta summa pecunie, videlicet quinquaginta milia marcarum argenti, per dictum dominum nostrum dominum Heinricum Romanorum regem vel successores suos in imperio nobis vel heredibus nostris integraliter fuerit persoluta, perceptis in sortem 35 minime computandis.

1310. Mart. 8. Iun. 7. Iul. 25.

(3) Insuper ex debito fidei, quo eidem domino nostro domino Heinrico Romanorum regi astringimur, promittimus pro nobis et fratribus nostris, quod sibi contra dominum Fridricum illustris principis domini Alberti lantgravii Thuringensis filium et suos fautores cum ducentis equitibus armatis, premissa monicione trium mensium nobis 40 facienda per dicti domini nostri domini Heinrici Romanorum regis litteras, serviemus ipsumque iuvabimus per unam estatem integram propriis in expensis. Ita quod frater noster senior post personam nostri Fridrici personaliter iam dictum servicium faciet, predicto domino nostro domino Heinrico Romanorum rege procedente ad partes predictas propria in persona.

45 (4) Ad hoc nichilominus prefato domino nostro domino Heinrico Romanorum regi cum centum armatis in dextrariis et cum centum balistariis equitibus ipso eunte in Ytaliam, premissa monicione quatuor mensium, ultra montes per sex menses ser-

319. a) regno *L. E.* b) cum — procedente *deest L.* c) *loco* ad acquis. *L. E.:* pro facienda acquisitione. d) *deest P.* e) post *L. E.*

vicium in expensis propriis faciemus. Ita quod frater noster senior post nos Fridericum personaliter huiusmodi servicium faciet, ipso domino nostro domino Heinrico Romanorum rege procedente ibidem propria in persona. Hoc adiecto, quod serviciorum uno[f] durante predictorum nos vel fratres nostri ad[g] aliud servicium[h] vel ad alia servicia minime teneamur. 5

(5) Preterea promittimus pro nobis et fratribus nostris et tenemur restituere Moraviam ipsi domino nostro regi vel suis successoribus in imperio, postquam nobis vel nostris heredibus de quinquaginta milibus marcis plene et integraliter fuerit satisfactum.

(6) Et nos Fridericus et Lupoldus duces pro nobis et fratribus nostris iuravimus, 10 quod omnia premissa fraude et dolo remotis debeamus fideliter adimplere. Insuper nobilis vir Burkardus comes de Hohemberg, Dietricus de Pilichtorf marscalcus, Eberhardus et Heinricus et Ulricus[i] fratres de Walsse, Iacobus de Frowenvelt, Iohannes dapifer de Diessenhoven et Waltherus de Castello iuraverunt, quod apud nos bona fide[i] procurabunt pro posse suo, per nos premissa omnia adimpleri. 15

In cuius rei testimonium presentes litteras sigillis nostris pro nobis et fratribus nostris duximus communiri[k].

Dat. Spire, XV. Kalend. Octobr., anno Domini MCCCIX.

320. *PROMISSIO DE LITTERIS CONSENSUS IMPETRANDIS.* *Sept. 17.*

Autographon tabularii Vindobonensis ediderunt Kurz l. c. pag. 418 nr. IV et 20 *Thommen l. c. I, 111 nr. 190, quorum editionem hic repetimus. Pendet sigillum filis sericis rubei flavique coloris. — Lichnowsky l. c. nr. 35. Böhmer, Reg. Heinr. 164.* *(P. deest.)*

Nos Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus promittimus per presentes impetrare et obtinere pro posse nostro cum effectu consensum et litteras 25 venerabilis Petri archiepiscopi Maguntinensis et aliorum principum electorum imperii super concessione feodorum illustrium Friderici, Liupoldi et Heinrici ac fratrum suorum ducum Austrie[1] et super renunciacione, cessione ac collacione et investitura bonorum et iurium, que Iohanni filio quondam Rudolfi fratris clare memorie Alb(erti) Romanorum regis iure hereditario competere poterant[2], dictis ducibus per nos factis, ac eciam 30 super obligacione marchionatus Moravie[3], quam primum possumus sine dolo et fraude. Presencium testimonio litterarum nostre maiestatis sigilli robore signatarum.

Dat. Spyre, XV. Kalen. Octobr., anno Domini millesimo trecentesimo nono, regni vero nostri anno primo.

321. *CONSENSUS ELECTORUM ECCLESIASTICORUM DE INFEUDATIONE.* 35 *Sept. 18.*

Litterarum consensus autographa, quae servantur in tabulario Vindobonensi, descripsit vel contulit Hirsch.

Superest M *exemplar Moguntinense, cuius sigillum parum laesum pendet filis sericis rubei flavique coloris; in plica alia manu scriptum est:* facta est collacio.; C *exemplar* 40 *Coloniense, cuius sigillum item pendet filis sericis eiusdem coloris;* T *exemplar Trevirense, cuius sigillum pendet filis sericis rubei coloris.* C *et* T *eadem manu exarata sunt. — Lichnowsky l. c. nr. 39—41. Cf. Böhmer, Reg. Heinr. 164.* *(P. deest.)*

319. f) una *P.* g) *deest P.* h) facere *add., sed deletum P.* i) *loco* Ulricus — bona fide *L. E.:* Fridericus, *reliquis omissis.* k) comm̄ *P.* 45

1) *Cf. nr. 321. 322.* 2) *Cf. nr. 325. 326.* 3) *Scriptum regis de obligatione marchionatus Moraviae servatum non est; cf. supra ad nr. 319.*

Nos Petrus Dei gracia sancte Maguntine sedis archiepiscopus sacri imperii per Germaniam archicancellarius[a] tenore presencium constare volumus universis, quod quia serenissimus dominus[b] noster dominus Heinricus Romanorum rex de consilio nostro et aliorum coelectorum nostrorum illustribus principibus Friderico et Lupoldo et Heinrico 5 presentibus et fratribus eorum Alberto et Ottoni absentibus ducibus Austrie et Styrie ducatus Austrie et Styrie ac dominia[c] Carniole, Marchie ac Portusnaonis necnon comitatus ac dominia et omnia iura ac bona feodalia, quocumque nomine censeantur, quos vel que dicti duces ac progenitores ipsorum hactenus ab imperio tenuerunt et possederunt in Swevia, in Alsacia et alibi, cum omnibus iuribus, libertatibus et consue-10 tudinibus, sicut tempore antecessorum dicti domini nostri regis eadem feoda tenuerunt et possederunt, contulit et eosdem duces sceptro regio cum debitis sollempnitatibus de eisdem bonis et feodis investivit, nos huiusmodi collacioni et investiture consensum nostrum adhibemus benivolum et expressum. In cuius rei testimonium et evidenciam sigillum nostrum presentibus est appensum.

15 Dat. Spire, XIIII. Kal. Octobr., anno Domini MCCCIX[d].

322. *CONSENSUS COMITUM PALATINORUM DE EODEM. Oct. 10.*

Autographon eiusdem tabularii descripsit Hirsch. Pendent sigilla loris membranaceis. — Lichnowsky l. c. nr. 46. Cf. Böhmer, Reg. Heinr. 164. (P. deest.)

Nos Rudolfus et Ludwicus Dei gracia comites palatini Reni duces Bawarie tenore 20 presencium constare volumus universis, quod quia serenissimus dominus noster Heinricus Romanorum rex de consilio nostro et aliorum coelectorum nostrorum illustribus principibus Friderico et Lupoldo et Heinrico presentibus et fratribus eorum Alberto et Ottoni absentibus ducibus Austrie et Styrie, avunculis nostris karissimis, ducatus Austrie et Styrie ac dominia Carniole, Marchie ac Portusnaonis necnon comitatus ac 25 dominia et omnia iura ac bona feodalia, quocumque nomine censeantur, quos vel que dicti duces ac progenitores ipsorum hactenus ab imperio tenuerunt et possederunt in Swevia, in Alsacia et alibi cum omnibus iuribus, libertatibus et consuetudinibus, sicut tempore antecessorum dicti domini nostri regis eadem feoda tenuerunt et possederunt, contulit et eosdem duces sceptro regio cum debitis sollempnitatibus de eisdem bonis 30 et feodis investivit, nos huiusmodi collacioni et investiture consensum nostrum adhibemus benivolum et expressum. In cuius rei testimonium et evidenciam sigilla nostra presentibus sunt appensa.

Dat. in Gundolvingen, VI. Id. Octobr., anno Domini millesimo trecentesimo nono.

323. *SENTENTIA PROSCRIPTIONIS CONTRA INTERFECTORES 35 ALBERTI REGIS. Sept. 18.*

Autographon, quod in tabulario Bernensi exstat, denuo descripsimus. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. Editum est 'Fontes rerum Bernensium' IV, 374 nr. 346. Ex transsumto a. 1310. Ian. 18 facto tabularii Vindobonensis ediderunt Kurz l. c. pag. 419 nr. 5 et Thommen l. c. I, 112 nr. 192. — Lichnowsky l. c. nr. 37. 40 Böhmer, Reg. Heinr. 165. (P. 497.)

(1) Wir Heinrich von Gottes genaden Rômisch kunig allewege ein merer des riches kunden unde verjehen offenlich, daz wir mit rehte unde mit gesammenter urteil

321. a) *protocollon in C:* Nos Heinricus Dei gracia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus sacri imperii per Ytaliam archicancellarius; *in T:* Nos Baldewinus Dei gracia sancte Treverensis 45 ecclesie archiepiscopus sacri imperii per regnum Arelatense archicancellarius. b) et frater *add. T.* c) a *in corr. M.* d) millesimo trecentesimo nono *C. T.*

haben verzelt herzogen Johansen von Österriche, herzogen Rudolfes seligen sun von Österriche, Rûdolfen von Wart, Rûdolfen von der Balmen, Walthern von Eschebach die edeln lûte unde Cûnraten von Tegervelt einen ritter. Wir haben in ê unde reht genomen, ir lehen den herren ledig geseit, ir eliche wirtin witwen alles ir rehtes, ir eliche kint weisen alles ir rehtes. Wir verbieten si iren frûnden unde erlouben si iren 5 vienden. Wir nemen in gemeinlich alle die reht, die semperlûte unde unversprochen lûte ze rehte haben sulen, unde gûnnen in ir lebens, alse lange alse si verschult hant, durch die grosse barmiherzikeit, die Got an uns geleit hat, umbe den mort, den si getan hant an dem Rômischen kunge Albreht seligen, unserm vorvar des riches, von unser lieben fûrsten clage des herzogen Friderich von Österriche unde herzogen 10 Lûpoltes sines brûder. (2) Es ist ouch vor uns erteilt nach der keiser gesriben reht unde mit gesammenter urteil, daz die vorgenanten verzalten lûte alle ir lûte unde alle ir gût niht verendern mûgen, weder mit verkŏffen noch mit versetzen noch mit keinerleie dinge, wan daz die selben lût unde gût dem Rômischen riche ze rehte gevallen sint, sit dem male daz si mit einander oder sunderbar des mordes uberein 15 komen ze tûnde, alse vorgesriben ist. (3) Es ist ŏch vor uns erteilt nach der keiser gesriben reht unde mit gesammenter urteil: Swer die vorgesriben verzalten lûte gehûset unde gehovet unde bi im behalten hat, do er den selben mort vor weste, sit der zit daz si den mort taten an dem Rômischen kunge Albreht seligen unserm vorvar des riches, daz die in die selben schult gevallen sint, alse die die umbe den selben 20 mort verzalt sint.

Alle die urteil die vorgesriben sint, sint gesprochen us der keiser gescriben reht.

Unde dar umbe ze einem wissenthaften urkunde geben wir disen brief besigelt mit unserm kûniclichem insigel.

Der brief wart geben ze Spire, an dem Dunrestage vor sant Mauricien tage, do 25 man zalte von Gottes geburte driuzehen hundert jar unde in dem nûnden jare, in dem ersten jare unsers riches.

324. *SCRIPTUM RENUNTIATIONIS.* *Sept. 18.*

Autographon tabularii Vindobonensis descripsit Hirsch. Sigillum parum laesum pendet filis sericis rubei flavique coloris. Edidit Thommen l. c. I, 111 nr. 191. — 30 *Lichnowsky l. c. nr. 38. Böhmer, Reg. Heinr. 166.* *(P. decst.)*

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Pure devocionis integritas ac fidei puritas, quibus illustres Fridericus et Liupoldus duces Austrie erga Romanum hactenus claruerunt imperium[a], et ut nostris in antea 35 laudanda continuacione fervencioribus desideriis fructuosius adhereant serviciis et in eisdem constanter et fideliter perseverent, de consensu principum electorum renunciamus pro nobis et nostris successoribus omni iuri et actioni nobis et imperio competentibus vel que competere possent ex delicto homicidii per Iohannem filium quondam Rûdolfi fratris clare memorie Alberti Romanorum regis in personam eiusdem Alberti regis 40 perpetrati. Et quicquid iuris et actionis nobis et imperio ex eodem delicto vel occasione eiusdem delicti competit vel competere potest contra ipsum Iohannem et bona, que dictum Iohannem iure hereditario contingere potuissent, cedimus de consensu principum eorundem predictis ducibus Austrie et fratribus suis ac eorum heredibus et bona omnia, in quibus ipse Iohannes iure hereditario succedere poterat vel debebat, que ad nos 45 vel ad imperium devoluta sunt vel devolvi poterant occasione homicidii per eundem

324. a) *anacoluthon in or.*

Iohannem commissi, dictis ducibus et eorum heredibus conferimus et ipsos de eisdem investimus de regie plenitudine potestatis. In cuius rei testimonium presentes litteras scribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Dat. Spyre, XIIII. Kalen. Octobris, anno Domini millesimo trecentesimo nono, 5 regni vero nostri anno primo.

325. *CONSENSUS ELECTORUM ECCLESIASTICORUM DE RENUNTIATIONE.* *Sept. 18.*

Litterarum consensus autographa eiusdem tabularii descripsit vel contulit Hirsch. Supersunt M *exemplar Moguntinense, cuius sigillum parum laesum pendet filis sericis flavi* 10 *coloris; in dorso alia quadam manu scriptum est:* facta est collacio; C *exemplar Coloniense, cuius sigillum fere illaesum pendet linis sericis rubei coloris;* T *exemplar Trevirense, cuius sigillum parum laesum pendet item linis sericis rubei coloris. Autographa* M *et* T *eadem manu exarata sunt. Edidit Thommen l. c. I, 113 nr. 193. Cf. supra nr. 320. — Lichnowsky l. c. nr. 42—44. Cf. Böhmer, Reg. Heinr. 164.*

15 Nos Petrus Dei gracia sancte Maguntine sedis archiepiscopus sacri imperii per Germaniam archicancellarius[a] tenore presentium constare volumus universis, quod quia serenissimus dominus[b] noster dominus Heinricus[c] Romanorum rex de consilio nostro et coelectorum nostrorum renunciavit omni iuri et actioni, que sibi et imperio competere potuissent ex delicto homicidii commissi per Johannem filium quondam Rudolfi fratris 20 clare memorie domini Alberti Romanorum regis in personam eiusdem domini Alberti regis in bonis dicti Iohannis, et cessit iura et actiones huiusmodi et contulit in feodum illustribus principibus Friderico, Leopoldo et Heinrico[c] presentibus et fratribus eorum Alberto et Ottoni absentibus ducibus Austrie omnia bona, que ad eum vel ad imperium devoluta fuerunt vel devolvi poterant propter homicidium per eundem Iohannem com- 25 missum, que dictum Iohannem hereditario iure contingere potuissent et in quibus succedere poterat vel debebat[d], et dictos duces investivit de eisdem, nos huiusmodi collacioni et investiture consensum nostrum adhibemus benivolum et expressum. In cuius rei testimonium et evidenciam sigillum nostrum presentibus est appensum.

Dat. Spire[e], XIIII. Kalen.[f] Octobr., anno Domini millesimo trecentesimo[g] nono.

30 326. *CONSENSUS COMITUM PALATINORUM DE EODEM.* *Oct. 10.*

Autographon eiusdem tabularii descripsit Hirsch. Pendent sigilla plus minusve laesa loris membranaceis. Eadem manu scriptum est ac nr. 322. Edidit Thommen l. c. I, 113 nr. 193. — Lichnowsky l. c. nr. 45. Cf. Böhmer, Reg. Heinr. 164.

(P. dcest.)

35 Nos Rudolfus et Ludwicus Dei gracia comites palatini Reni duces Bawarie tenore presencium constare volumus universis, quod quia dominus noster dominus Heinricus Romanorum rex de consilio nostro et coelectorum nostrorum renunciavit omni iuri et actioni, que sibi et imperio competere potuissent ex delicto homicidii commissi per Iohannem filium quondam Rudolfi fratris clare memorie domini Alberti 40 Romanorum regis in personam eiusdem domini Alberti regis in bonis dicti Iohannis, et cessit iura et actiones huiusmodi et contulit in feodum illustribus principibus Friderico, Lupoldo et Heinrico presentibus et fratribus eorum Alberto et Ottoni absentibus ducibus

325. a) *protocollon in C:* Nos Heinricus Dei gracia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus sacri imperii per Italiam archicancellarius; *in T:* Nos Baldwinus Dei gracia sancte Trevirensis 45 ecclesie archiepiscopus sacri imperii per regnum Arelatense archicancellarius. b) et frater *add. T.* c) Hainr. *T.* d) debebat vel poterat *C. T.* e) Spyre *C.* f) Kal. *C. T.* g) MCCC *C.*

Austrie, avunculis nostris karissimis, omnia bona, que ad eum vel ad imperium devoluta fuerunt vel devolvi poterant propter homicidium per eundem Iohannem commissum, que dictum Iohannem hereditario iure contingere potuissent et in quibus succedere poterat vel debebat, et dictos duces investivit de eisdem, nos huiusmodi collacioni et investiture consensum nostrum adhibemus benivolum et expressum. In cuius rei 5 testimonium et evidenciam sigilla nostra presentibus sunt appensa.

Dat. in Gundolvingen, VI. Id. Octobr., anno Domini millesimo trecentesimo nono.

327—330. SCRIPTA PRO ARCHIEPISCOPO COLONIENSI.

1309. Sept. 26.—28. 10

327. *PROMISSIONES REGIS.* Sept. 26.

Autographon tabularii regii Dusseldorpiensis 'Köln Domstift' nr. 408 denuo contulimus. Pendet sigillum illaesum loro membranaceo. Edidit Lacomblet 'Urkundenbuch für die Geschichte des Niederrheins' III, 60 nr. 81. Cf. Böhmer, Reg. Heinr. 169. — Böhmer, Reg. Heinr. 168. (P. deest.) 15

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

(1) Noveritis, quod fidelia et utilia obsequia nobis a venerabili Heinrico Coloniensi archiepiscopo principe nostro dilecto impensa provide attendentes, promittimus eidem bona fide, thelonea sua et ecclesie Coloniensis hucusque per ipsum eiusque prede- 20 cessores habita et obtenta confirmare et approbare secundum ordinacionem religiosi viri Heinrici abbatis Villariensis ordinis Cysterciensis cancellarii nostri et honorabilis viri Ernesti decani Coloniensis, qui per suam ordinacionem tantummodo cavebunt nostre conscientie in hac parte.[1] (2) Preterea promittimus eidem archiepiscopo, quod si castrum Zeltanch supra Musellam et curtis Brakele sita iuxta opidum Tremoniense 25 sint hereditas ipsius archiepiscopi et ecclesie Coloniensis, castrum et curtem predictam eidem archiepiscopo et ecclesie sue restituemus et restitui procurabimus in iuribus eorundem.[2] (3) Ceterum ob specialis devocionis meritum, quo eundem archiepiscopum et ecclesiam Coloniensem nostra amplectitur celsitudo, quia proponit advocaciam ecclesie Assindensis Coloniensis dyocesis suam et ecclesie sue dudum fuisse et esse hereditatem, 30 promittimus eidem de dicta advocacia facere ad consequendum eandem quicquid de iure poterimus ex plenitudine regie maiestatis[3]. (4) Verum cum super quibusdam aliis articulis, utpote quod bona ab imperio dependentia, si hoc contingat, comparare valeat et illa cum aliis suis feodis imperialibus a nobis retinere[4], ac super assistencia sibi contra suos iniuriatores et ecclesie Coloniensis facienda[5], ac super quibusdam 35 preposituris sibi et amicis suis post nostram creacionem et coronacionem litteras quasdam[6] dederimus, illas cum supradictis articulis volumus fore salvas secundum continenciam earundem. In horum testimonium atque fidem presentes litteras eidem archiepiscopo tradidimus sigillo nostre serenitatis regie communitas.

Dat. apud Frankenfůrt, VI. Kalen. Octobr., anno Domini millesimo trecentesimo 40 nono, regni vero nostri anno primo.

1) *Cf. supra nr. 257 c. 9.* 2) *Ibid. c. 2—4.* 3) *V. infra ad a. 1310. Sept. 3.* 4) *Supra nr. 279; itemque infra nr. 329.* 5) *V. ibidem.* 6) *Cf. supra nr. 280 et infra nr. 330.*

328. *CONCESSIO TELONEI. Sept. 26.*

Autographon eiusdem tabularii l. l. nr. 470 contulimus. Pendet sigillum illaesum loro membranaceo. Edidit Lacomblet l. c. III, 61 nr. 82. — Böhmer, Reg. Heinr. 170. (P. deest.)

5 Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Dignum et conveniens regalis arbitratur serenitas, quod ea que commodum et profectum principum imperii augere poterunt, favorabiliter et liberaliter concedamus, ut ex eo nos sibi senciant adesse pariter et prodesse. Cum itaque venerabilis Hein-10 ricus Coloniensis ecclesie archiepiscopus, princeps noster predilectus, circa nostram creacionem pro utilitate reipublice plures expensas fecerit, nos pro dictarum expensarum relevacione, cum ad restitucionem earundem sibi et ecclesie sue equitate suadente non immerito teneamur, matura deliberacione super hoc prehabita, auctoritate regia assignamus, concedimus ac deputamus eidem et ecclesie sue predicte theloneum nuper post 15 nostram creacionem iuxta opidum Bunnense de nostra voluntate impositum. In quo quidem theloneo octo grossi Thuronenses recipiuntur et recipi debent de qualibet carrata vini et tantundem proporcionaliter de rebus aliis ascendentibus et descendentibus, per ipsum archiepiscopum et ecclesiam Coloniensem, et illos seu illum, cui vel quibus ipsum theloneum vel partem eiusdem deputaverit, exnunc inantea usque 20 ad instans festum Pasce (1310. Apr. 19.) et deinde ad quatuor annos continuos ipsum festum immediate subsequentes habendum, recipiendum et tenendum integre et complete per terminum et annos iam predictos. Universis et singulis sacri Romani imperii fidelibus quorum interest precipientes et districcius iniungentes, quatinus dicto archiepiscopo et ecclesie Coloniensi in solucione prefati thelonei obediant et intendant, prout in theloneis ceteris 25 fieri est consuetum. Promittimus eciam bona fide ipsum archiepiscopum in eodem theloneo non impedire per nos vel per alios, sed eum et ecclesiam suam in eodem per iam dictum tempus manutenere, defendere et fideliter conservare, occasione vel causa contraria penitus quiescente. In cuius rei testimonium presentes litteras nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

30 Dat. in Frankenfurd, VI. Kalen. Octobr., anno Domini millesimo trecentesimo nono, regni vero nostri anno primo.

329. *FACULTAS BONA IMPERII ACQUIRENDI. Sept. 28.*

Autographon privilegii iam Febr. 9 concessi (supra nr. 279), hic in forma maiori repetiti, superest in eodem tabulario l. l. nr. 409. Scriptum est litteris maioribus, sigil-35 latum filis sericis rubei coloris. Cf. supra. Sigillum fere illaesum adhuc pendet. In verso leguntur: Quod archieps Colon. potest sibi comparare castra et dominia ab imperio descendencia. *Quae concordant cum documento supra nr. 279, typis minoribus excudenda curavimus. — Böhmer, Reg. Heinr. 173. (P. deest.)*

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii fidelibus presentes (nr. 279.) 40 litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Dignum et conveniens regalis arbitratur serenitas, ut que commodum et profectum principum imperii augere poterunt, favorabiliter et liberaliter concedamus, ut ex eo nostris et imperii serviciis striccius astringantur. Considerantes itaque graciose grata et specialia obsequia per venerabilem Heinricum Coloniensem archiepiscopum principem nostrum dilectum nobis et imperio facta, emendi et 45 comparandi castra et municiones, iurisdictiones, terras, dominia, bona et redditus a nobis et imperio mediate vel inmediate, tamquam feodum vel alio modo dependencia seu dependentes, et ut eadem et similia iam comparata idem archiepiscopus ac successores sui teneant et in futurum tenere possint

in augmentum feodorum suorum una cum aliis feodis suis, que in presenti tempore dictus archiepiscopus tenet ab imperio, plenam sibi concedimus et liberam facultatem. Et ut erga memoratum archiepiscopum exuberet nostre benivolencie plenitudo, ob ipsius merita, quibus se gratum nobis reddidit, promisimus et promittimus eidem archiepiscopo suisque successoribus et ecclesie Coloniensi fideliter assistere et eos ac ecclesiam predictam toto posse nostro contra quoscumque iniuriatores suos 5 defendere [eos][a] ac memoratam ecclesiam inpugnantes. Dantes presentes litteras nostre maiestatis sigillo munitas in testimonium super eo.

Dat. in Frankenfurd, IIII. Kalen. Octobr., anno Domini millesimo trecentesimo nono, regni vero nostri anno primo.

330. *FACULTAS DIGNITATES CONFERENDI.* *Sept. 28.* 10

Autographon eiusdem tabularii l. l. nr. 471 asservatum descripsimus. Pendet sigillum laesum filis sericis rubei flavique coloris. Edidit Kelleter 'Urkundenbuch des Stiftes Kaiserswerth' (= Urkundenbücher der geistlichen Stiftungen des Niederrheins I. Bonn 1904) pag. 165 nr. 121. Cf. supra nr. 280. — Böhmer, Reg. Heinr. 174.

(P. deest.) 15

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus venerabili Heinrico Coloniensi archiepiscopo principi suo karissimo graciam suam et omne bonum.

Personam tuam ob tue devocionis et fidelitatis merita volentes ea prevenire gracia, per quam te possis aliis reddere graciosum, ut dignitates seu personatus[a] Sancte Marie Aquensis, Sancti Servacii Traiectensis et Sancti Swiberti Werdensis ecclesiarum 20 Coloniensis et Leodiensis dyoc(esis), quarum seu quorum provisio et collacio ad nos pertinere dinoscitur, personis singulis unica vice, dum vacaverint, conferre seu de eis providere valeas ac per te vel per alium mittendi easdem personas, quibus per te de premissis provisum fuerit, in corporalem possessionem, eorundem tibi concedimus et in te transferimus plenam, liberam et generalem irrevocabiliter tenore presencium facul- 25 tatem. Harum testimonio litterarum.

Dat. in Frankenfurd, IIII. Kalen. Octobr., anno Domini millesimo trecentesimo nono, regni vero nostri anno primo.

---

331. 332. SCRIPTA PRO ARCHIEPISCOPO TREVIRENSI. 30

1309. Sept. 28. Dec. 31.

331. *COMMISSIO ADVOCATIAE.* *Sept. 28.*

Mandati civitatibus directi autographon exstat in tabulario regio Confluentino. Denuo contulimus. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. In verso leguntur: Collacio advocatie Bopardien. et Wesalien. — *Böhmer, Reg. Heinr. 172.* 35

(P. deest.)

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris .. magistris, .. scultetis, .. scabinis, .. consulibus et universis civibus in Wesalia et in Bopardia fidelibus suis dilectis graciam suam et omne bonum.

329. a) *deest or.* 40

330. a) in *sequitur deletum or.*

Grata et fructuosa servicia, que venerabilis Baldewinus Trevirensis archiepiscopus dilectus princeps et germanus noster nobis exhibuit et exhibere poterit in futurum, favorabiliter intuentes ac de puritate fidei sue et legalitate ipsius singularem obtinentes fiduciam, sibi gubernacionem vestri duximus committendam. Universitati vestre auctori-5 tate regia firmiter iniungentes, quatinus eidem archiepiscopo tamquam gubernatori et advocato vestro vel eius substituto suo nomine pareatis et in omnibus humiliter intendatis. Presencium testimonio litterarum nostre maiestatis sigilli robore signatarum.

Dat. apud Frankenfûrt, IIII. Kalend. Octobr., anno Domini millesimo trecentesimo nono, regni vero nostri anno primo.

10 **332.** *MANDATUM DE VASSALLIS AD IUDICIUM CURIAE NON EVOCANDIS. Dec. 31.*

Autographon eiusdem tabularii denuo contulimus. Pendet sigilli fragmentum loro membranaceo. In verso leguntur: Quod castrenses[a]), homines et ministeriales non vocentur ad curiam regis. *Edidit K. Lamprecht 'Deutsches Wirtschaftsleben im Mittelalter' III,* 15 *112 nr. 89. Cf. ea quae de tempore l. c. notata sunt. — Böhmer, Reg. Heinr. 197.*

(P. deest.)

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Etsi ad prospiciendum commodo et profectu[i] quorumlibet fidelium imperii 20 nostre liberalitatis beneficiencia ex officii nobis ab Altissimo crediti debito teneatur esse debitrix graciosa, benigniori tamen quadam equitatis et nature dulcedine ac affectu votivis utilitatibus promovendis eorum, quos persone nostre nature dominus et magister Deus omnium idemptitate sanguinis counivit, feliciter intendere non immerito nos delectat. Huius igitur non indigne consideracionis instinctu allecti, graciosius et inducti 25 venerabili Baldewino Trevirorum archiepiscopo principi et germano nostro karissimo hanc graciam duximus faciendam, quod ministeriales, vasalli, milites, castrenses sive homines sui ad iudicium regalis curie super quacunque causa sive accione trahi non debeant, nisi querelantibus a prefato archiepiscopo aut scultetis vel officiatis suis, coram quibus hoc de iure debet fieri, iusticia denegetur necnon prefati homines dicto archi-30 episcopo et eius officiatis paruerint et non recusaverint stare iuri. Presentibus ad nostre maiestatis beneplacitum tantumodo duraturis.

Dat. Colonie, II[e] Kalen. Ian., anno Domini millesimo trecentesimo decimo, regni vero nostri anno primo.

---

333. INFEUDATIO EPISCOPI MINDENSIS.

35 1309. Oct. 7.

Superest nonnisi episcopi de receptione regalium recognitio, cuius autographon valde corrosum inter reliquias archivi Heinrici VII. servatur Pisis in tabulario capituli maioris ecclesiae nr. 1315. Sigillum deest. Nos denuo accuratissime contulimus. Male lectum edidit Ficker loco supra ad nr. 237 citato pag. 70 nr. 48 (= W. SB. pag. 206).

40 *(P. deest.)*

332. a) *sequitur* fide *cancellatum.*

Nos Godefridus Dei gracia Myndensis ecclesie episcopus recognoscimus et tenore presencium protestamur, quod honorabili domino cancellario pro iure curie domini regis racione regalium nostrorum, que ab ipso adepti sumus, quinquaginta octo marcas et Dec. 25. unum fertonem examinati argenti in civitate Frankenvorth sub festo nativitatis Domini proximo solvere tenebimur, prout eidem domino cancellario per nobilem virum Henricum 5 fratuelem nostrum comitem de Waldecke et Henricum canonicum Fritslariensis ecclesie super huiusmodi solucione facienda fideiussoriam prestitimus cautionem. Ita quidem quod si pecunia premissa sub termino predicto soluta non fuerit, extunc ipsi per se vel per duos probos viros cum duobus equis Frankenvorth intrabunt et ibidem usque ad solucionem ipsius pecunie obstagio tenebuntur. Super quo presens scriptum sigillo 10 nostro dedimus communitum.

Et nos Henricus Dei gracia comes et Henricus canonicus antedicti fideiussorium huiusmodi sub condicionibus antedictis prefato domino cancellario prestitisse sub sigillo reverendi domini . . episcopi Myndensis predicti, quo ad presens una cum ipso coutimur, protestamur. 15

Dat. Geylenhusen, ipso die sanctorum Sergii et Bachi martyrum, anno Domini MCCC nono.

---

334. 335. CASSATIO ALIENATIONIS FEUDI.

1309. Oct. 29.

334. *SCRIPTUM ANTWERPIENSIBUS MISSUM.* 20

Autographon, quod in bibliotheca Parisiensi servatur 'Chartes de Colbert' nr. 527, iam olim descripsit Waitz. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. — Böhmer, Reg. Heinr. 179. (P. 497.)

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris . . opidanis Antwerpien(sibus) necnon universis imperii fidelibus, ad quos presentes per- 25 venerint, gratiam suam et omne bonum.

Nuper ad nostre celsitudinis pervenit audientiam, quod per illustrem Iohannem ducem Brabantie seu progenitores vel antecessores suos forum salis et piscium, quod in Antwerpia fore consuevit et a nobis ac nostris predecessoribus et imperio tenebatur et tenetur in feodum, irrequisitis et inconsultis predecessoribus nostris divis impera- 30 toribus vel regibus, qui pro tempore fuerunt, et sine consensu eorumdem titulo donationis seu venditionis alienatum et de predicto opido ad opidum Mecheliniense transpositum est improvide ac translatum, non considerato provide seu proviso, quod vasallus, qui feodum domino inconsulto et sine consensu eiusdem alienat, feodum perdit et dominus a quocumque possessore vendicare potest. Affectantes igitur, prout ex assumpti 35 regiminis tenemur debito, alienata iura imperii recuperare et diminuta seu distracta ad statum debitum regali sollicitudine reducere, alienationem, transpositionem seu translationem fori prenotati minus provide factas revocamus et irritamus. Ipsumque forum dicto opido Antwerpiensi in integrum restituimus auctoritate regia, tenendum a nobis et imperio in feodum per eundem Iohannem ducem Brabantie principem et 40 fratrem nostrum karissimum, sicut teneri consuevit, priusquam ab eodem opido alienatum extiterat et translatum. Quocirca vobis opidanis mandamus et iniungimus seriose, quatinus huiusmodi forum opido vestro per nos restitutum resumentes nullas res de

opido vestro ad opidum Mecheliniense occasione dictarum alienationis seu translationis in preiudicium feodi nostri et imperii transire de cetero permittatis. Ut autem premissa deinceps firma permaneant et inviolabiliter observentur, presentem paginam super eo conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

5 Datum in Columbaria, IIII. Kalend. Novembr., anno Domini millesimo trecentesimo nono, regni vero nostri anno primo.

335. *SCRIPTUM DUCI BRABANTIAE DIRECTUM.*

Cum autographon deperditum sit, descripsimus Chartularium tabularii regii Bruxellensis 'Cartulaire de Brabant B' saec. XIV. fol. 10. Codicis bibliothecae Parisiensis 10 *'Néerlandais' 4 fol. 65 varias lectiones neglexumus. — Böhmer, Reg. Heinr. 180.*
(P. deest.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus illustri Iohanni duci Brabancie fratri et principi suo karissimo graciam suam et omne bonum.

Nuper ad nostre celsitudinis pervenit audienciam, quod per te seu progenitores 15 vel antecessores tuos forum salis et piscium, quod in Antwerpia fore consuevit et a nobis ac nostris predecessoribus et imperio tenebatur et tenetur in feodum, irrequisitis et inconsultis predecessoribus nostris divis imperatoribus vel regibus, qui pro tempore fuerunt, et sine consensu eorumdem titulo donationis seu venditionis alienatum et de predicto opido ad opidum Mecheliniense transpositum est improvide ac translatum, non 20 considerato provide seu proviso, quod vasallus, qui feodum domino inconsulto et sine consensu eiusdem alienat, feodum perdit et dominus a quocumque possessore vendicare potest. Affectantes igitur, prout ex assumpti regiminis tenemur debito, alienata iura imperii recuperare et diminuta seu distracta ad statum debitum regali sollicitudine reducere, alienationem, transpositionem seu translationem fori prenotati minus provide 25 factas revocamus et irritamus. Ipsumque forum dicto opido Antwerpiensi in integrum restituimus et auctoritate regia de novo tibi conferimus in feodum, tenendum a nobis et imperio, sicut teneri consuevit, priusquam ab eodem opido alienatum extiterat et translatum. Quocirca sinceritati tue mandamus et iniungimus seriose, quatinus huiusmodi forum opido Antwerpiensi per nos restitutum resumi facias, ut mandavimus, 30 nullasque res de ipso ad opidum Machlinense occasione dictarum alienationis seu translationis in preiudicium feodi nostri et imperii transire de cetero paciaris. Ut autem premissa deinceps firma permaneant et inviolabiliter observentur, presentem paginam super eo conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Datum in Columbaria, IIII. Kalend. Novembr., anno Domini millesimo trecentesimo 35 nono, regni vero nostri anno primo.

---

336. CONCESSIO IUDICII.

1309. Dec. 3.

Cum autographon deperditum esse videatur, copiam saec. XIX. in. 'ex authentico' factam tabularii regii Confluentini descripsimus. Paucas varias lectiones, quas praebet 40 *G editio, quam paravit Günther 'Codex Rheno-Mosellanus' III, 129 nr. 38, adnotavimus. — Böhmer, Reg. Heinr. 190.* *(P. deest.)*

Nos Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium noticiam volumus pervenire, quod affectantes, sicut ex commisso nobis tenemur officio, turbaciones et insolencias, que in villis Elence[a] et Poltersdorf[b] ex defectu iudicii pullulabant hactenus, ut intelleximus, mitigare et[c] incolis earundem villarum et confluentibus ad eas pacem et commodum preparare, nobili viro Iohanni de Bronshorn[d] magistro curie nostre, de cuius legalitate et fide confidenciam specialem gerimus, iudicium in predictis villis duximus concedendum, ut deinceps auctoritate nostra regia in facinorosos[1] et in causis aliis quibuscunque iustum et debitum iudicium possit ibidem et debeat exercere. In cuius rei testimonium presentes litteras maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum in Pinguia, III. Non. Decembris, anno Domini MCCC[e] nono, regni vero nostri anno primo.

337—340. SCRIPTA DE EPISCOPATU ET COMITATU CAMERACENSIBUS.

1309. Dec. 28.—1310. Sept. 3.

Cf. iam supra documenta nr. 267—269 et 290—292.

337. *FACULTAS REGALIA EXERCENDI PRIOR. 1309. Dec. 28.*

Autographon tabularii Insulensis iam olim descripsit Bethmann (= Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 231 nr. 357). Pendet sigillum parum laesum loro membranaceo. Cf. nr. 339. — Böhmer, Reg. Heinr. 627 (Addit. II). (P. deest.)

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus venerabili P(etro) episcopo Cameracensi gratiam suam et omne bonum.

Disponentes ex affectu regio tuis favorabiliter providere commodis, ob reverentiam peticionis sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Clementis sacrosancte Romane ecclesie summi pontificis, quem in persona tua libenter et specialiter honorare volumus, tibi presentibus litteris indulgemus, ut usque ad festum beati Iohannis baptiste (1310. Iun. 24.) venturum proxime administrationem temporalium episcopatus tui licite valeas exercere. Dantes sinceritati tue presentes litteras maiestatis nostre sigillo munitas in testimonium super eo.

Dat. Colonie, V. Kal. Ianuar., anno Domini MCCCX, regni vero nostri anno primo.

338. *SCRIPTUM PRO COMITI NAMURCENSI. 1310. Ian. 1.*

Autographon tabularii civitatis Cameracensis item descripsit Bethmann (= Winkelmann l. c. II, 231 nr. 358). Pendet sigillum laesum loro membranaceo. — Böhmer, Reg. Heinr. 628 (Addit. II). (P. deest.)

Nos Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium et specialiter in civitate et comitatu Cam(eracensi) degencium

336. a) Helence *G.* b) Poltersdorff *G.* c) *deest G.* d) Brunshorn *G.* e) millesimo trecentesimo *G.*

1) *Dig. II, 1, 3.*

notitiam volumus pervenire, quod licet episcopo Cameracensi, ut usque ad festum nativitatis beati Iohannis baptiste venturum proxime administrationem temporalium sui episcopatus valeat exercere, ex gracia indulserimus speciali[1], per hanc nostram indulgentiam non intendimus commissiones nobili viro Iohanni de Flandria comiti Namurcensi dilecto et fideli commissario et consangwineo nostro super iuribus comitatus Cameracensis, prout ad nos et ad imperium spectat, factas a nobis[2] in aliquo revocasse. Sed eas volumus in suo robore permanere. In cuius rei testimonium presentes litteras nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

1310. Iun. 24.

Datum Colonie, Kal. Ian., anno Domini MCCCX, regni vero nostri anno primo.

339. *SCRIPTUM PONTIFICI DIRECTUM. 1310. Mart. 10.*

Exemplavit iam olim Bethmann ad editionem a. 1772. in opere (Mutte) 'Mémoire pour monseigneur l'archevêque de Cambrai' nr. 36 (M) *paratam 'ex autographo ecclesiae Cameracensis' hodie deperdito (= Winkelmann l. c. pag. 235 nr. 364). Item contulimus* R *Regestum Clementis V. in editione supra ad nr. 298 citata nr. 5468, ubi bullae pontificis a. 1310. Iun. 20. emissae insertum est. Cf. ibidem nr. 5466 et 5467. — Böhmer, Reg. Heinr. 632 (Addit. II). (P. deest.)*

Sanctissimo in Christo patri et domino suo karissimo domino Clementi sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summo pontifici Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus cum filiali reverentia devota pedum oscula beatorum.

(1) Dum intuitus regalis considerationis extenditur ad ea, que per nuntios et litteras iteratis vicibus nobis paternis affectibus apostolica suggessit benignitas, excitamur cura procurare sollicita, quod ecclesiis Dei suisque ministris in vinea Domini laborantibus pacis tranquillitas[a] et amplectende proveniat quietis ubertas, desiderantes, sicut precellentis potentie magnitudine prediti, sic humilitatis gratia fecundati, Deo, vobis[b] ac sacrosancte Romane ecclesie matri nostre per hoc filialem et specialem reverentiam exhibere. Habet enim ad apostolicam nobisque gratissimam informationem paterne mansuetudinis suavitate dulciter exhibitam eo plenius mens nostra respectum, quo salutis et status regalis ipsam sentimus ferventissimam amatricem. (2) Viam igitur exquirentes et modum, quibus circa commissionem comitatus Cameracensis oportunum salubre vobisque placidum remedium apponere valeamus, negotium commissionis predicti comitatus auctoritate regali facte nobili viro Iohanni comiti Namurcensi consanguineo nostro[2] ad manus vestre sanctitatis ponimus, plenam vobis et liberam concedentes tenore presencium potestatem, eandem commissionem retractandi, revocandi dictamque ecclesiam Cameracensem in possessionem pristinam prefati comitatus reponendi ac ordinandi[c] seu disponendi de hiis[d], que ex commissione predicta secuta sunt, prout apostolice deliberationi secundum proprie perspicacitatis sapientiam de premissis omnibus placuerit ordinandum. (3) Ratum volentes et firmum inviolabiliter permanere et a nullo mutari, quicquid circa retractationem, revocationem, restitutionem, ordinationem seu dispositionem huiusmodi per vestre sanctitatis arbitrium dictum, discussum fuerit sive factum. In cuius rei testimonium presentes litteras scribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Datum in Nuremberg[e], VI. Idus Martii, anno Domini MCCCX, regni vero nostri anno secundo.

339. a) tranquillitatis *R.* b) *loco* deo vobis *R:* devo (= devotionem *in ed.*) c) ac ordinandi *desunt R.* d) iis *M.* e) Nurheinberg *R.*

1) *Supra nr. 336.* 2) *Supra nr. 290. 291.*

340. *FACULTAS REGALIA EXERCENDI ALTERA. 1310. Sept. 3.*

Descripsit Bethmann ex autographo tabularii Insulensis. Sigillum, quod olim loro membranaceo pendebat, desideratur. Cf. infeudationem demum a. 1310. Sept. 24 ad formam solitam pronunciatam, Reg. Heinr. 641 (Addit. II). — Böhmer, Reg. Heinr. 638 (Addit. II). (P. deest.) 5

Nos Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum noticiam volumus pervenire, quod venerabilem Petrum Cameracensem episcopum favoris plenitudine persequi disponentes, sibi administracionem feodorum suorum regalium per sex septimanarum spacium de speciali gracia indulgemus, sic quod lapsus temporis nullum sibi in iure suo possit preiudicium generare. Harum testimonio litterarum. 10

Dat. Spire, III. Nonas Sept., anno Domini MCCCX, regni vero nostri anno secundo.

---

341. SCRIPTUM CIVIBUS IN ESSLINGEN MISSUM.

1309. Dec. 28.

Proponimus ad exemplar diplomaticum iam olim ex autographo nunc in tabulario 15 *Stuttgardiensi asservato factum. Sigilli vestigia non apparent. Praebet hanc inscriptionem:* Prudentibus viris . . sculteto, . . consulibus et civibus in Ezzelingen fidelibus nostris dilectis. *Edidit Böhmer 'Acta imperii selecta' pag. 426 nr. 602.*

Cf. augmentationem feudi hospitis regii Spirensis a. 1309. Nov. 30 datam, Böhmer, Reg. Heinr. 266 (Addit. II). — Böhmer, Reg. Heinr. 193. (P. deest.) 20

Heinr(icus) Dei gracia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris . . sculteto, . . consulibus et civibus in Ezzelingen, fidelibus suis dilectis graciam suam et omne bonum.

Cum nos cimiterium domui fratrum Predicatorum vobis commorancium, ubi mansionem, dum nos esse continget in Ezzelingen, eligere decrevimus, adiacens ad 25 purificandum aerem et ipsius corruptionem, que ledere et turbare nos posset, pro tempore tollendum, transferendum in locum alium mandaverimus consideracione diligenti prehabita removeri, fidelitati vestre committimus studiose, quatinus religiosos viros . . priorem et fratres domus Predicatorum eiusdem de suspicione procuracionis translacionis predicte tamquam innocentes habeatis favorabiliter excusatos. Potissimum quia hii pena 30 premi non debent, quos culpa non arguit et facinorosi criminis consciencia non accusat.

Dat. in Colonia, V. Kalen. Ianuarii, regni nostri anno primo.

---

342. 343. ACTA PROCESSUS CONTRA OPPIDUM HOYENSE.

1310. Ian. 3. 35

Servantur in transsumto coaevo, quod inter reliquias archivi Heinrici VII. superest Pisis in tabulario familiae Roncioni nr. 674 signatum. Denuo contulimus nos ipsi.

342. *REVOCATIO PROCESSUUM.*

Praecedit in rotulo citato litteras regis nr. 343. Edidit Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 232 nr. 360. — Böhmer, Reg. Heinr. 204. (P. deest.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii principibus[a] et fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Cum celsitudo nostra exigente iustitia processus dictaverit esse faciendos contra universitatem opidi Hoyensis ad instantiam honestorum virorum Henrici et Anthonii civium nostrorum Ratisponensium, virtute quorum extitit inhibitum omnibus sacri imperii fidelibus, ne aliquis alicuius mercationis causa opidum predictum emendo, vendendo vel alias contrahendo subintrare attemptaret, duxerimus enim propter hoc universis nostri imperii principibus propter proterviam ipsorum opidanorum esse mandandum, quatinus quilibet eorum, prout foret requisitus, opidanos dicti opidi in eorum districtibus repertos una cum bonis eorum caperet, arrestaret ac arrestata teneret, quousque dictis civibus esset satisfactum de trecentis et quinquaginta libris grossorum Turonensium ab Egidio dicto le Clokier et Iohanne dicto Malechar opidanis opidi antedicti et ipso opido, in quibus iidem per iudicium curie nostre sententialiter extiterunt condempnati, vobis universis et singulis nostris principibus et fidelibus antedictis committimus et mandamus seriose iniungentes, quatinus dictos processus et mandata, que nos ex certis et legitimis causis exnunc revocamus et annullamus, revocata et annullata, prout ex parte dicti opidi fueritis requisiti, publice nuncietis. Volentes nichilominus scire universos, quod nostre intentionis non extitit, quod predicti Egidius et Iohannes opidum predictum intrare valeant et libertatibus habitancium in eadem frui, nisi emenda curie nostre debita ab eisdem prius persolvatur, pro eo quod nostro banno subiacent imperiali[1], nisi eciam satisfecerint opido predicto de iustis expensis, que fecit dictum opidum occasione[b] mandatorum nostrorum, in quibus teneri possunt ipsi opido. Quarum expensarum cognitionem nostre maiestati duximus reservandam.

Datum [in Colonia][c], anno Domini millesimo trecentesimo decimo, tercia die mensis Ianuarii, regni vero nostri anno primo.

343. *LITTERAE DAPIFERO LUCELBURGENSI DIRECTAE.*

Sequuntur in rotulo citato revocationem processuum nr. 342. Edidit Winkelmann l. c. II, 232 nr. 359. (P. deest.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus dilecto suo fideli Henrico de Cruce dapifero terre nostre Lucelborgensis in Gallica terra gratiam suam et omne bonum.

Cum nos cognitionem expensarum, quas repetere voluerit opidum Hoyense ab Egidio dicto le Clokier et Iohanne dicto Malechar opidanis opidi antedicti ea occasione[a], quod dicit se sustinuisse dampna gravia, pro eo quod mandatis nostris eisdem directis contra dictos opidanos ad instantiam honestorum virorum Henrici et Anthonii civium nostrorum Ratisponensium [paruerint][b], nostre maiestati reservaverimus, tibi committimus et mandamus, quatinus tu una cum strenuo viro Egidio de Rodemacre militi nostro fideli dilecto aut cum Alberico de Foucheriis nostro fideli clerico ad requisitionem

342. a) *secunda* p *ex* b *corr. tr.* b) occaīoē *tr.* c) *deest tr.*

343. a) occaīoē *tr.* b) *deest tr.*

1) *Cf. infra nr. 380.*

dicti opidi de expensis predictis cognoscas partibus vocatis et termines. Faciens auctoritate nostra quod decretum per te et alterum predictorum super eisdem expensis extiterit firmiter observari.

Datum in Colonia, anno Domini millesimo trecentesimo decimo, tercia die mensis Ianuarii, regni vero nostri anno primo. 5

344—346. NEGOTIATIONES CUM BOHEMIS.

1310. Ian. 31.

Servantur eodem ordine, quo nos documenta proponimus, in transsumto coaevo in cancellaria regis scripto, quod inter reliquias archivi Heinrici VII. superest Pisis in tabulario capituli maioris ecclesiae nr. 1320 signatum. Sequitur in eodem rotulo privilegium eiusdem diei burcgravio Norimbergensi concessum (Böhmer, Reg. Heinr. 208). Nos ipsi denuo descripsimus. 10

344. *LITTERAE DE CONSERVATIONE IURIUM.*

Edidit J. Ficker loco supra ad nr. 237 citato pag. 81 nr. 55 (= W. SB. pag. 217); cf. notam. — Böhmer, Reg. Heinr. 630 (Addit. I). (P. deest.) 15

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus nobilibus viris Heinrico de Rosemberg, [Alberto de][a] Seborg ceterisque nobilibus, suppanis[1] ac incolis regni Bohemie, suis et imperii fidelibus [dilectis][a] graciam suam et omne bonum.

Affectantes ex commissi nobis officii debito subiectorum commodis et profectibus cum sollicitudine debita intendere, sicut decet, notum facimus universis, quod regnum 20 Bohemie, cum in ipso rex ad votum nostrum creatus fuerit, ac omnes eius incolas, cuiuscunque status aut condicionis existant, in suis iuribus conservare volumus per omnia et fovere, quod per vos H(enricum) de Rosemberg et Alb(ertum) de Seborg predictos omnibus regni Bohemie inhabitatoribus ac alibi, ubi oportunum fuerit, petimus publicari. In cuius rei testimonium presentes litteras scribi et nostre maiestatis 25 sigillo iussimus communiri.

Dat. in Nuremberg, II. Kalen. Febr., anno Domini MCCCX, regni vero nostri anno secundo.

345. *CONFIRMATIO LITTERARUM ALBERTI DE SEBURG.*

Edidit Ficker l. c. pag. 82 nr. 56 (= W. SB. pag. 218). — Böhmer, Reg. Heinr. 631 30 *(Addit. I). (P. deest.)*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus nobili viro Alb(erto) de Seborg[a] suo et imperii fideli dilecto graciam suam et omne bonum.

Grata quam plurimum et accepta servicia, que sacro Romano imperio impendisse dinosceris, ac graciora, que nobis in futurum impendere poteris, nos inducunt, ut tuis 35 profectibus et commoditatibus intendere debeamus. Quod attendens nostra serenitas omnes litteras tibi per dive memorie Albertum Romanorum regem nostrum prede-

344. a) *uncis inclusa evanuerunt tr.*

345. a) Seb'g.

1) *Cf. Ducange s. v.* zupa. 40

cessorem ac Rud(olfum) quondam regem Bohemie filium suum concessas et traditas[1] approbantes, eas auctoritate presencium confirmamus. Quas eciam litteras per regem Bohemie creandum, cum coronatus fuerit, promittimus sub sigillo suo regio similiter confirmari. In cuius rei testimonium presentes litteras scribi et maiestatis nostre 5 sigillo iussimus communiri.

Dat. in Nuremberg, II. Kalen. Febr., anno Domini MCCCX, regni vero nostri anno secundo.

346. *CONFIRMATIO LITTERARUM NOBILIUM DE SCHONNENBURG.*

Edidit Ficker l. c. pag. 82 nr. 57 (= W. SB. pag. 218). — Böhmer, Reg. Heinr. 10 *629 (Addit. I).* *(P. deest.)*

Nos Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus presentibus profitemur, quod volentes nobiles viros Fridricum de Schonnenburg et . . fratres suos fideles nostros dilectos specialis favoris benivolencia prevenire, litteras quondam Fridrico patri suo super officio suppe[1] in Kadano cum suis pertinenciis ac quibusdam aliis tribus villis in 15 eisdem litteris contentis per dive memorie Albertum Romanorum regem predecessorem nostrum traditas et concessas approbantes, ipsas innovamus et presentis scripti patrocinio communimus. In cuius rei testimonium presentes litteras conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Dat. in Nuremberg, II. Kalen. Februarii, anno Domini MCCCX, regni vero nostri 20 anno secundo.

347. SCRIPTUM PRO COMITE PALATINO.

1310. Mart. 13.

Autographon exstat Monaci in tabulario secreto domus regiae Bawaricae nr. 2391 signatum. Pendet sigillum illaesum loro membranaceo. Editionem nostram iam 'Neues 25 *Archiv' XXIII, 46 nr. XX ex autographo paratam hic repetimus. — Böhmer, Reg. Heinr. 633. Regesten der Pfalzgrafen 1630.* *(P. deest.)*

Nos Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium noticiam volumus pervenire, quod quia illustris Rud(olfus) comes palatinus Reni dux Bauwarie, princeps noster dilectus, fide prestita corporali 30 interposito iuramento contra omnem hominem nobis assistere promisit et cum armatorum et dextrariorum comitiva sollempni et decenti servire versus Bohemiam in persona propria suis sumptibus et expensis necnon in Ytaliam per se aut aliam personam sollempnem et insignem ad honorem nostrum, prout in litteris ipsius super eo nobis traditis exprimitur et plenius continetur[2], necnon propter alia servicia, que nobis et 35 imperio facere poterit in futurum, omnem iniuriam, si quam fecit in destructione castrorum nobis et imperio pertinencium, finaliter eidem remittimus nec super possessionibus municionum et bonorum imperii, que tenet et possidet, impetemus predictum ducem nec suos heredes[a] temporibus vite nostre, sive simus in apice dignitatis regie vel imperialis preeminencie constituti. Convenciones alias inter nos et predictum ducem

40 **347.** a) nec — heredes *in rasura or.*

1) *V. pag. 294 not. 1* 2) *Quae servatae non sunt.*

habitas super aliis contractibus, de quibus nostras habet litteras[1], propter amiciciam inter nos perpetuo continuandam volentes in suo robore permanere. Memoratum quoque ducem tanquam nostrum et imperii dilectum principem tuebimur et favorabiliter defendemus. In cuius rei testimonium presentes litteras nostre maiestatis sigillo iussimus communiri. 5

Dat. in Nüremberg, III. Idus Marcii, anno Domini millesimo trecentesimo decimo, regni vero[b] nostri[c] anno secundo.

348. FACULTAS CASTRI EMENDI.

1310. Mart. 27.

Repetimus editionem, quam e Copiariis saec. XV. tabulariorum Stolbergiani, Ortenbergiani et Wirzburgensis paravit W. Sauer 'Codex diplomaticus Nassoicus' I, 3 pag. 70 nr. 1435. Cf. ibidem nr. 1452. 10 *(P. deest.)*

Nos Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum noticiam volumus pervenire, quod attendentes fidei merita fructuosa, quibus nobilis vir Philippus de Valkenstein senior fidelis noster dilectus nobis et imperio studuit hactenus 15 mente sollicita complacere, sibi castrum Cranigsperg emendi et comparandi damus et concedimus plenam et liberam facultatem ac empcioni huiusmodi nostrum adhibemus consensum voluntarium et expressum. Hac condicione signanter apposita, quod si nos tantam summam pecunie, quantam idem Ph(ilippus) pro dicto castro erogaverit, sibi infra byennium reddere decreverimus, prefatum castrum ad nos et imperium transire 20 debeat pleno iure. Si vero iam dictum castrum infra dicti temporis spacium non redimerimus, extunc prefato Ph(ilippo) eo iure et tytulo, quibus illi[s], qui ad presens dictum tenent castrum, concedimus a nobis et imperio perpetuo feodaliter possidendum, ita tamen quod nobis et nostris in imperio successoribus memoratum castrum absolutum et liberum omni tempore sit apertum. In cuius rei testimonium presentes litteras 25 scribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Datum in Nuremberg, VI. Kal. Aprilis, anno Domini millesimo trecentesimo decimo, regni vero nostri anno secundo.

349. MANDATUM DE BONIS IMPERII REDIMENDIS. 30

1310. Apr. 2.

Edidit Böhmer 'Acta imperii selecta' pag. 428 nr. 607 e Copiario tabularii Amorbacensis. Cuius editionem in minutiis correctam hic repetimus. — Böhmer, Reg. Heinr. 571 (Addit. I). *(P. deest.)*

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus nobili viro Ioffrido de 35 Lyningen advocato Elsacie, fideli suo dilecto graciam suam et omne bonum.

347. b) *in linea add. or.* c) *in loco raso or.*

1) *Böhmer, Reg. Heinr. 1—3.*

Ut bona imperii sub commisso tibi regimine obligata eo iure et modo, quibus obligata[a] noscuntur, nostro nomine redimere valeas, tibi tenore presencium plenam concedimus facultatem. In cuius rei testimonium presentes litteras nostre maiestatis sigillo iussimus consignari.

5 Datum Nordelingen, IIII. Nonas Aprilis[b], anno Domini MCCC decimo, regni vero nostri anno secundo.

---

350. COMPROMISSUM INTER COMITES FLANDRIAE ET HAYNONIAE.

1310. Apr. 20.

10 *Superest nonnisi testimonium regis de litterarum comitis Flandriae receptione. Cuius autographon servatur in bibliotheca Parisiensi 'Chartes de Colbert' nr. 531. Pendet sigillum. Descripsit iam olim Waitz b. m. (= Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 235 nr. 365). — Böhmer, Reg. Heinr. 221. (P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis, ad quos pre-
15 sentes litteras contigerit pervenire, gratiam suam et omne bonum.

Noveritis nos litteras magnifici viri consanguinei nostri dilecti et fidelis Roberti comitis Flandrie vero suo maiori sigillo sigillatas vidisse, audivisse et de manu Robert de Lyeuerghiem eius militis recepisse, formam continentes que sequitur:

A tres haut, tres noble e tres poissant segn(our) e prince, son tres cher e tres
20 amei segn(our) H(enri) par le grace Diu roi des Romains tousjours acroisans li siens cousins feaulez Rob(er)s cuens de Flandres honour e reverence e li aparillie de faire a son pooir son commandement e se volentei.

Chiers sires, vous m'aveis requis mout de cuer e mout affectueusement e bien sai e tiens, ke c'est pour le tres grant bien de mi, ke je me meise sur vous de ce ke
25 j'ai afaire a mon cousin de Heynau, e il a mi e le maniere, coment vous le saveiz, chiers sires, je en pris mon respit de vous respondre, tant ke j'en eusse parlei a mes gens e a mon pais, li quel ne sont mie bien en acort, ke je le face si nuement, com vous sire le me requereiz, sans aucune condition de savetei. Non portant, chiers sires, le tres grans fiance, ke j'ai en vous por mout de raisons e de sanc, de homage e de
30 loal amour, ke vous aveis moustree envers mi e a mon tres grant besong, ke jamais n'obilierai, ne les travaus ne les mises, ke vous aveis fais pour mi, me donent volentei, desirier e fiance de mi mettre en vous de le dite besongne a cele fin, ke je tieng sire e sai e ai vraie fiance en Diu e en vous, ke vous mi wardereis mon estat, men honeur, men hiretage e mon droit. E en teil foi je vous en cherge du tout, en le fourme
35 e en le maniere, ke requis m'en aveis.

Escrit a Lescluse en Waise, le Juedi apres le feste nostre Dame en Mars, l'an de grace mil CCC e nuef. 1310. Mart. 26.

In harum autem visionis, auditionis et receptionis testimonium presentes litteras sigilli nostre maiestatis munimine iussimus roborari.

40 Datum Churich[a], XII. Kal. Maii, anno Domini millesimo trecentesimo decimo, regni vero nostri anno secundo.

---

349. a) obligati *ed.* b) apprilis *c.*

350. a) *sic or.*

351—354. TRACTATUS CUM REGE FRANCIAE PRIORES.

1310. Apr. 26.—Iun. 27.

Hoc loco documenta tantum a. 1310. proponimus, tractatuum continuatione infra ad a. 1311. Febr. 14. reiecta.

351. *PROCURATORIUM HEINRICI REGIS. Apr. 26.*

Autographon tabularii Parisini 'carton J. 611 nr. 30' servatum valde corrosum iam olim descripsit Waitz. Nos ipsi denuo contulimus. Pendet sigillum illaesum loro membranaceo. In cancellaria regis scriptum est. Uncis inclusa ad transsumtum infra nr. 353 factum suppleta sunt. — Böhmer, Reg. Heinr. 223. (P. 511.)

Heinricus Dei gratia Rom[anorum rex][a] semper [augustus] universis presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Notum sit omnibus, quod nos [nobilem] virum Iohannem de [Flandria comitem Namurcens]em fidelem et consanguineum nostrum dilectum, Symonem de Marvilla legum professorem [thes]aura[rium Metensem, magistrum Heinricum de Geldonia et Al]bericum de Foucheriis clericos et dilectos nostros et ipsorum quemlibet in solidum, [ita quod non] sit conditio [melior occupantis], no[stros] facimus, constituimus et ordinamus veros, legittimos et indubitatos procuratores et nun[tios speciales] ad compromittendum pro [nobis] et nomine nostro cum magnifico principe Philippo rege Franc(orum) illustri, amico nostro karissimo, super omnibus questionibus s[eu dis]cordiis motis et movendis tam per nos quam[b] . . [predece]ssores nostros Romanorum reges contra predictum regem Franc(ie) et suos in regno predecessores, quam per ipsum et predecessores suos contra nos et predecessores nostros predictos quacumque occasione seu causa, necnon ad tractandum seu ordinandum super mutuis amicitiis[c] et confederationibus inter nos ex una parte et dictum . . regem Francie ac successores suos in regno ex altera contrahendis, et super quibuscumque aliis negociis nos et regnum nostrum ex una parte et dictum [regem] et suum regnum ex altera tangentibus, et eciam super comitatu Burgundie ratione Philippi nati ipsius regis et Iohanne consortis eiusdem, a[c dictum c]ompromissum predictosque tractatus et ordinationes perficiendi, firmandi et complendi, nosque et regnum nostrum obligandi pro premissis compromisso, tractatibus et ordinationibus firmandis tam per iuramenta quam alias, tenendis, complendis et a nobis et a nostris inviolabiliter observandis, et faciendi super premissis et quolibet premissorum, quicquid veri et legittimi procuratores possent facere in premissis. Dantes eisdem procuratoribus nostris seu nunciis specialibus et cuilibet eorum in solidum, ita quod non sit conditio melior occupantis, speciale mandatum necnon plenam, generalem et liberam potestatem in premissis et premissa tangentibus ac quomodolibet pertinentibus ad premissa. Promittentes bona fide, nos ratum, gratum et firmum nunc et imperpetuum habituros, quicquid per dictos procuratores et eorum quemlibet in solidum in premissis et quolibet eorumdem et dependentibus ab eisdem factum, compromissum, tractatum, ordinatum, confederatum et obligatum est firmatumque iuramento vel alias et fuerit in futurum seu eciam procuratum. In cuius rei testimonium presentes litteras magestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum Thuregi, sexto Kalend. Maii, indictione octava, anno Domini millesimo trecentesimo decimo, regni vero nostri anno secundo.

351. a) *uncis inclusa corrosa sunt or.* b) *sic pro* et *or.* c) amiciis *or.*

352. *PROCURATORIUM PHILIPPI REGIS.* *Iun. 23.*

Autographon nos ipsi a. 1904. Pisis invenimus inter reliquias archivi Heinrici VII, quae servantur in tabulario capituli maioris ecclesiae, nr. 1326 signatum. Sigillum deest, foraminibus relictis. In verso scriptum est: procuratio regis Franc. *In Indice documentorum supra ad nr. 298 citato sic notari videtur:* Littera regis Francie, in qua constituit procuratores ad compromittendum cum domino *(Doenniges l. c. II, 116).*

Contextum ingrossatum esse ad procuratorium Heinrici regis supra nr. 351, eisdem mendis et rasura quadam probatur; cf. adnotationes nostras in varia lectione datas. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 282. *(P. 513.)*

Ph(ilippus) Dei gratia Francorum rex universis presentes litteras inspecturis salutem. Notum facimus, quod nos carissimum consanguineum et fidelem nostrum Ludovicum de Claromonte camerarium Franc(ie) et dilectum et fidelem clericum nostrum magistrum Petrum de Latilliaco archidiaconum Cathalanensem et ipsorum quemlibet in solidum, ita quod non sit melior condicio occupantis, nostros facimus, constituimus et ordinamus veros, legittimos et indubitatos procuratores et nuntios speciales ad compromittendum pro nobis et nomine nostro cum magnifico principe Henrico rege Romanorum semper augusto illustri, amico nostro carissimo, super omnibus questionibus seu discordiis motis et movendis tam per nos quam[a] predecessores nostros Francorum[b] reges contra predictum regem Romanorum et suos in regno predecessores, quam per ipsum et predecessores suos contra nos et predecessores nostros predictos quacumque occasione seu causa, necnon ad tractandum et ordinandum super mutuis amicitiis[c] et confederacionibus inter nos ex una parte et dictum regem Romanorum ac successores suos in regno ex altera contrahendis, et super quibuscumque aliis negociis nos et regnum nostrum ex una parte et dictum regem et suum regnum ex altera tangentibus, et etiam super comitatu Burgundie ratione Ph(ilipp)i nati nostri carissimi et Iohanne consortis eiusdem, ac dictum compromissum predictosque tractatus et ordinaciones perficiendi, firmandi et complendi, nosque et regnum nostrum obligandi pro premissis compromisso, tractatibus et ordinacionibus firmandis tam per iuramenta quam alias, tenend(is), complend(is) et a nobis et nostris inviolabiliter observandis, et faciendi super premissis et quolibet premissorum, quicquid veri et legittimi procuratores possent facere in premissis. Dantes eisdem procuratoribus nostris seu nunciis specialibus et cuilibet eorum in solidum, ita quod non sit condicio melior occupantis, speciale mandatum necnon plenam, generalem et liberam potestatem in premissis et premissa tangentibus ac quomodolibet pertinentibus ad premissa. Promittentes bona fide nos ratum, gratum et firmum nunc et inperpetuum habituros, quicquid per dictos procuratores et eorum quemlibet in solidum in premissis et quolibet eorundem et dependentibus ab eisdem factum, compromissum, tractatum, ordinatum, confederatum et obligatum est firmatumque iuramento vel alias et fuerit in futurum seu etiam procuratum. In cuius rei testimonium presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum.

Actum apud Liuriacum in Alneio, die XXIII. Iunii, anno Domini millesimo trecentesimo decimo.

353. *LITTERAE CONVENTIONIS.* *Iun. 26.*

Autographon tabularii Parisini 'carton J. 386 nr. 1' signatum iam olim descripsit Waitz. Sed etiam nos denuo diligenter inspeximus. Sigilla quatuor plus minusve laesa pendent loris membranaceis. In forma integra adhuc editae non sunt. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 284. *(P. 511.)*

352. a) *cf. supra pag. 298 not.* b. b) Franc *in loco raso or.* c) amiciis *or.: cf. supra pag. 298 not.* c.

A[a] touz eeus qui verront ees presentes lettres Loyz[a] ainzne filz de haut homme et puissant R(obert) eonte de Clermont ehamberier de Franee, Pierre de Latilly areediaere de Chaalons elerc de tres haut, exeellent et puissant prinee monseigneur Ph(ilipp)e par la grace de Dieu roy de France, proeureurs de eel mesme seigneur quant au ehoses qui s'ansuient, Jehans[a] de Flandres eonte de Namur et Symon de Marville tresorier de Mez elerc de tres excellent et puissant prinee H(enri) par la graee de Dieu roy des Roumains, procureurs de ce mesme roy aus besoignes ei dessouz eserites, si eomme il appert par les proeurations de noz deux seigneurs dessus diz, des queles proeurations les teneurs s'ansuient ci dessouz mot a mot, salut en nostre Seigneur.

1. Savoir[a] feisons a touz, que nous saehanz certainement et attendanz les tres granz amitiez et les affeetions, que noz devant noumez seigneurs . . roys de France et des Roumains ont eues ensemble par tout le temps passe, ont a present le grant desir eneores et la grant volente, en quoy il sont que les dites amistiez puissent perseverer et durer a touz jourz, regardanz de reehief, que par l'union de la dite amistie et par vreaie, pure et leal alianee d'amour, qui soit faite entre eux, apperent elerement et se peuent ensuivre tres granz biens, granz profiz et honeurs, non pas tant seulement aus roys dessus diz et a leurs royaumes, mais aveeques ee a toute la erestiente, Nous[a] qui quant a toutes ces choses dessus dites [et][b] a ehaseune d'ieelles faire, traitier, ordener et aeorder avons plain povoir, mandement et auetorite de noz devant diz seigneurs ou non d'ieeux pour eux et pour leurs sueeesseurs, selont ce qu'il est ei dessouz eserit, et ou non de leurs royaumes avons fait, traitie, ordene et aeorde ensemble, faisons ensemble, traitons, ordenons et aeordons les choses, qui s'ansuient:

2. Premierement nous es nons dessus diz et par l'auctorite dessus dite avons traitie, ordene et aeorde ensemble, faisons ensemble, traitons, ordenons et acordons, que de ce que li uns des deux seigneurs, leur predeeesseurs ou leur genz auront seurpris sus le royaume de l'autre, il prandront sis personnes granz genz et preudes houmes, autant d'une partie eomme d'autre, qui enquerront et eognoistront des dites seurprises, en quelque partie que ee soit des royaumes, et auront povoir de deselarier et determiner, ce qui sera trouve par eux. Et se il avenoit que aueuns des preudes hommes mourust, cil qui mis li auroit, en metroit un autre en lieu de lui, qui auroit autel povoir comme eil qui mort seroit avoit. Et se les sis diz preudommes estoient a descort, il de leur eommun assentement et aeort esliroient un septieme, et la ou li troys des sis seroient aveeques le septiesme, li quatre en determineroient, et seroit tenu ee que il en feroient. Et durra leur povoir deques a cinc anz, tant eomme aux seurprises, que il auroient trouvees, dont il seroient ehargie. Et se il avenoit que aueunes seurprises se feissent de nouviau eas, pour ee ne mouvroient pas les diz deux seigneurs guerre l'un a l'autre, eneoys en eognoistroient et determineroient eeux, qui de par eux seroient avant prins pour eognoistre des dites besoignes, ne pour les seurprises, qui faites seroient pour le temps passe, ne pourroient mouvoir, ne faire guerre les diz deux seigneurs l'un a l'autre tant comme eil qui l'an diroit, qu'il auroient faites les dites seurprises, seroit appareliez de faire raison l'un a l'autre, par granz et bonnes genz, qui mis i seroient d'une partie et d'autre, autant de l'une partie eomme de l'autre. Et se eil qui mis y seroient, ne povoient aeorder, il prandroient un moien tyerz, einquieme ou septieme, si eomme dessus est dit. Et seront tenu ehaseun des deux seigneurs a contraindre eeux, qu'il auroient esleuz pour leur partie, d'aler avant et de determiner sus ees besoignes. Et se les personnes esleues n'estoient a aeort, ehaseun des deux seigneurs eontraindroit eeux de sa partie a eslire le tierz, le einquieme ou le septieme moien, pour eux acorder en la meniere dessus dite.

353. a) *littera initialis in or.* b) *deest or.*

3. Item nous es nons dessus diz avons fait, ordene et acorde emsemble, que li uns des diz seigneurs ne seurprandra seur le royaume de l'autre ne ne fera seurprandre a son esciant et que il le proumetront l'un a l'autre en bonne foy.

4. Item nous avons traitie, ordene et acorde, que li uns sera bon ami a l'autre 5 senz fraude et senz malice, a quelque estat que il viegne, contre touz, exceptee l'eglise de Roume. Et que li uns ne empeschera l'ouneur, l'essaucement, le droit ne le profit de l'autre, en quelque maniere que ce soit.

5. Item que li uns ne porschacicra a l'autre mal, grief ne nuisance, en nulle maniere que il le puisse savoir ne cognoistre, ainz plaira l'ouneur et le profit de l'un a l'autre. 10 Et seront aidant et confortant l'un l'autre contre touz, exceptee l'eglise de Roume.

6. Item nous es nons de noz seigneurs dessus diz et pour eux avons traitie, ordene et acorde emsemble, que se li diz roys d'Alemaigne estoit empereur et il vouloit mettre roy en Alemaigne ou ailleurs, la ou il le pouist faire, es eles ou es frontiers dou royaume de France, il les feroit couvenencier et jurer, que il seroient bien veuillanz 15 dou roy de France et aliez a lui et que il garderoient et tendroient les aliances et toutes les choses dessus dites. Et encore se il y feisoit ou metoit duc, conte ne primpce ou autres granz gouverneurs ou administrateurs, il les feroit proumettre et jurer a estre bien veuillanz dou roy de France et a tenir les aliances dessus dites et toutes les autres choses ci dessus acordees. Et en ceste mesme meniere le feroit le roy 20 de France, se il en metoit nuls es frontieres dou royaume d'Elemaigne. Et seroit ausin aliez aus reys, que le dit roy d'Alemaigne qui ores est, qui seroit empereur, auroit mis en Alemaigne ou ailleurs es frontieres dou royaume de France. Et pour ce ne demourroit pas, que li roys d'Alemaigne qui ores est, qui seroit empereur, ne feust tenuz a garder au roy de France et a ses successeurs l'aliance, l'amour, toutes 25 les choses dessus dites et chascune d'icelles, et le roy de France et ses successeurs au dit roy d'Alemaigne tout, feust il empereur, et a son successeur roy d'Alemaigne, que ycil empereur auroit promeu.

7. Item nous es nons dessus diz et pour eux avons traitie, ordene et acorde, que li diz roys d'Alemaigne recevra mons(ieur) Ph(ilippe) fiuz le roy de France comme 30 conte de Bourgoigne en son hommage plenement et clerement, comme dou droit dou dit mons(ieur) Ph(ilippe) de la contee de Bourgoin(gne) de ce et tout en la meniere, que ses devanciers contes de Bourgoine l'ont fait au roy d'Alemaigne et a ses devantiers. Et en enfourmera cil mes(ir) Ph(ilipp)es le roy d'Alemaigne au jour de la veue[1], qui se doit faire dou roy de France et dou roy d'Alemaigne, par lettres ou par tesmoinz 35 en maniere, que il devra souffire au regart de mesire Loys conte d'Evreux et de mesire Jehan conte de Naymur. Et sera sur les diz mesire d'Evreux et de Naymur a regarder et ordener, quele aide le dit mons(ieur) Ph(ilippe) fera au dit roy d'Alemaigne pour son voiage de oultre les monz, et quieules graces li diz roys d'Alemaigne fera au dit mons(ieur) Ph(ilippe), et en determineront au jour de la veue. Et donrra li diz roys 40 d'Alemaigne ses lettres ouvertes au dit mons(ieur) Ph(ilippe), que il li donrra toute la faveur que il pourra senz soi meffaire en gardant au dit mons(ieur) Ph(ilippe) sa contee de Bourgoin(gne).

8. Item il est traitie de nous, ordene et acorde es nons dessus dic, que li roys d'Alemaigne met le dit mons(ieur) Ph(ilippe) en sa souffrance et que le dit mons(ieur) 45 Ph(ilippe) y est de maintenant deques au jour de la veue[1]. Et se la dite veue ne se feisoit, si demeure li diz mesire Ph(ilippe) en la souffrance dou dit roy d'Alemaigne deques a sa volente. Et donrra li diz roys d'Alemaigne au dit mons(ieur) Ph(ilippe) jour souffisant et lieu convenable. Et se lettres apperent de lieu esleu, c'est a entendre lettres dou roy d'Alemaigne, le roy d'Alemaigne le tendra.

50 1) *Cf. infra nr. 394.*

9. Toutes[c] ces choses dessus dites et chascune d'icelles, si comme elles sont dessus escriptes, traitees, ordenees et acordees, nous Loys de Clermont et Pierre de Latilly arcediacre de Chalons, procureurs devant noumez dou dit nostre le roy de France ou non de li et pour li, et nous Iehans de Flandres contes de Naymur et Symon de Marville tresorier de Mez dessus diz, procureurs dou dit roy des Roumains ou non de 5 li et pour li et pour ses successeurs roys d'Alemaigne, consideranz les granz biens et les granz profiz, qui par les aliances et les choses devant traitiees et acordees pevent venir et vanront a l'aide de Dieu, qui touz les roys adreice et les royaumes a en son gouvernement, non seulement aus roys et aus royaumes dessus diz, mes generaument a toute la crestiente, avons ycelles aliances et toutes les choses devant dites es nons de noz 10 seigneurs les roys dessus diz et pour eux faites, traitiees, ordenees et acordees, faisons, traitons, ordenons et acordons, et par le povoir et par l'auctorite, que nous avons d'iceux, loons et approuvons et ycelles et chascune d'elles, proumettons pour eux et en leur non par nostre foy baillee corporelment les uns [aux] autres et iurons es ames d'eux sus saintes euvangiles a tenir, garder a touz jourz, perpetuelment, enteriner et 15 acomplir loyaument et fermement, senz venir a l'encontre par quelcumque maniere que ce soit, en tout ne en partie.

En tesmoing de la quele chose nous avons mis noz seauls en ces presentes lettres.

[L]a[d] teneur de la procuration, que nous Loys de Clermont et Pierre arcediacre dessus diz avons du dit nostre seigneur le roy de France, est tele: 20

'Philippus Dei gratia — trecentesimo decimo.' *supra nr. 352.*

Et la teneur de la procuration, que nous Jehans de Flandres conte de Naymur et Symon de Marville tresorier de Mez dessus dit avons du dit roy des Roumains, s'ansuit par ces paroles:

'Heinricus Dei gratia — anno secundo.' *supra nr. 351.* 25

Par la vertu desqueles procurations, es queles quant a toutes les choses dessus dites et chascune d'icelles confermer, enteriner, garder, tenir fermement a touz jourz et loiaument acomplir de nos diz seigneurs, si com dessus est dit, nous avons povoir de obligier eux et leur royaumes, nous obligons noz diz seigneurs l'un a l'autre et leur royaumes en toutes les menieres, que nous le povons et devons faire par l'auctorite 30 dessus dite.

Toutes ces choses faites, traitiees, ordenees et acordees de nous procureurs dessus diz es nons de noz diz seigneurs et pour eux. Et escrites souz noz seaus a Paris, l'an de grace mil troys cenz et dis, le Vanredi apres la nativite saint Jehan baptiste.

354. *CLAUSULA CONVENTIONI ADIECTA. Iun. 27.* 35

Autographon eiusdem tabularii 'carton J. 611 nr. 30 quater' item descripsit Waitz; nos ipsi denuo contulimus. Pendent quatuor sigilla plus minusve laesa loris membranaceis. Edidit etiam M. Kraussold 'Die politischen Beziehungen zwischen Deutschland und Frankreich während der Regierung Heinrichs VII' (München 1900) pag. 68 not. 1. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 285. (P. deest.) 40

A touz ceux qui ces presentes lettres verront Loys ainzne filz de haut homme Robert conte de Clermont chamberiers de France et Pierre de Latilli arcedyacre de

353. c) *litteris maiusculis scriptum or.* d) *initialis littera deest or.*

Chaalons clerc de tres excellent et puissant prince Ph(ilippe) par la grace de Dieu roy de France, procureurs de ce mesme seign(eur), Iehans de Flandres conte de Naymur et Symon de Marville tresorier de Mez clerc de haut et excellent prince H(enri) par celle mesme grace roy des Roumains, procureurs de ce mesme seign(eur) 5 roy des Roumains, si comme il appert par les procurations de noz seigneurs dessus diz, des queles les teneurs sont contenues es lettres des aliances, que nous avons faites et traitiees poux eux seellees de noz seauls[1], salut en nostre Seigneur.

Sachent tuit, que comme entre les autres choses expressees ou traitie des dites aliances soit contenu, que noz devant diz deus seigneurs et leur successeurs, selont ce 10 qu'il est devisie et escrit ou dit traitie[2], seront aidanz et confortanz l'un l'autre contre touz, exceptee leglise de Roume, ce n'est pas nostre entente, que parmi ces aliances il soient tenu de faire aide l'un a l'autre de gent d'armes, de mise d'argent, ne de veer leur royaumes a nulle personne. Toute voys nuls des diz deux seigneurs ne receptera en son povoir ne en ses destroiz ne en son royaume homme, qui soit parti de son 15 royaume pour meffaire et ait meffet a l'autre.

Ou tesmoing de la quele chose nous de nostre commun assentement et acort avons mis noz seaulz en ces presentes lettres.

Donn(ees) a Par(is), le Samedi apres la nativite saint Jehan baptiste, l'an de grace mil troys cenz et diz.

---

20 355. LITTERAE CIVIBUS ERFORDENSIBUS MISSAE.

1310. Apr. 29.

Autographon iam in tabulario civitatis Erfordensis asservatum denuo contulimus. Sigilli, quo litterae clausae erant, vestigia adsunt. Inscriptionem praebet: Prudentibus 25 viris . . magistris, . . consulibus et . . universis civibus Erdfordensibus fidelibus nostris dilectis. *Ediderunt Böhmer 'Acta imperii selecta' pag. 429 nr. 609 et minus recte Beyer loco supra ad nr. 307 citato I, 390 nr. 556. — Böhmer, Reg. Heinr. nr. 225.*

(P. deest.)

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris . . ma- 30 gistris, . . consulibus et universis civibus Erdfordensibus fidelibus suis dilectis graciam suam et omne bonum.

Quod negocia vestra per principes et consiliarios nostros versus Egram destinatos iam pridem cum Fridrico lantgravii Thuringie filio apcius ordinata et melius expedita non fuerant, dolemus, fidelitatem vestram scire volentes, quod in quindena post festum 35 invencionis sancte Crucis proximum versus Spyram dante Domino finaliter veniemus, (Mai. 3.) ibidem de pluribus nostris et imperii negociis tractaturi. Sano vobis suadentes consilio, quatinus discretos vestros nuncios ad eundem locum et terminum dirigatis, ad quorum instruccionem libenter vias et modus exquiremus salubri vestro statui congruentes. Et si cum predicto Fridrico vel nunciis suis tractatus aliquos super concordia vel treugis 40 statuendis observare nos continget, huiusmodi placitis vos sine dubio includemus et ea firmabimus pro vestro commodo et honore.

Dat. Thuregi, III. Kalen. Maii, regni nostri anno secundo.

---

1) *Supra nr. 353.* 2) *cap. 5.*

356. SENTENTIA PRO ABBATE SANCTI GALLI.

1310. Mai. 1.

Repetimus editionem, quam ex autographo tabularii abbatiae Sancti Galli paravit H. Wartmann 'Urkundenbuch der Abtei Sanct Gallen' III, 368 nr. 1190. Pendet sigillum fere illaesum filis sericis rubei flavique coloris. — Böhmer, Reg. Heinr. 226.

(P. deest.)

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

(1) Iusticia est constans et perpetua voluntas ius suum unicuique tribuens. Que si a cunctis Christi fidelibus sit colenda, magis tamen hoc decet Romanum principem, ut ne inde nascantur iniurie, unde iura nasci dubium non existit. Noverint igitur tam posteri quam futuri, quod venerabili Heinrico abbate monasterii Sancti Galli principe nostro dilecto ordinis sancti Benedicti Constanciensis dyocesis apud Thuregum ad nostre maiestatis presenciam accedente ipsoque suo ac conventus necnon monasterii sui nomine in nostri presencia proponente, quod licet opidum Wile situm in Thurgoya dicte dyocesis pertineret sibi et suo monasterio pleno iure, dive tamen recordacionis Albertus Romanorum rex antecessor noster per aliquos annos ante mortem suam huiusmodi opidum sibi attraxit, advocaciam ipsius opidi sibi nomine imperii improvide usurpando [1], humiliter petens, ut sibi et suo monasterio super hoc providere dignaremur de remedio oportuno. (2) Nos itaque considerantes, quod iuris precepta sunt hec: honeste vivere, alterum non ledere [2], suum ius unicuique tribuere, ac volentes in huiusmodi negocio via regia [3] incedere, a singulis principibus, comitibus, nobilibus, ministerialibus ac fidelibus nostris et imperii tunc presentibus et quorum nomina inferius subnotantur, veritatem inquisivimus et indagavimus plenius de premissis. Et quia per communem omnium astancium assercionem et sentenciam invenimus, prefatum opidum Wile pleno iure prefatis . .[a] abbati, conventui et monasterio pertinere nobisque et imperio in eodem opido nullam advocaciam competere, ipsum opidum eisdem abbati, conventui et monasterio Sancti Galli restituendum duximus et restituimus per presentes. Reponentes tamen eos et ipsum monasterium tantum ad illud ius et in eum statum, in quibus fuerant, antequam prefatus antecessor noster se intromiserat de opido memorato. Universis nostris advocatis dantes hoc edicto regio in mandatis, ne eosdem vel successores suos in dicto opido molestent aliqualiter vel perturbent, sicut indignacionem nostram voluerint evitare. In cuius rei testimonium presentes litteras conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Actum et datum Thuregi in domo fratrum Minorum, presentibus venerabilibus Gerhardo Constanciensis, Syfrido Curiensis, Gerhardo Basiliensis et Phyl(ippo) Eystetensis ecclesiarum episcopis, Diethelmo abbate Augie Maioris, nostris principibus, nobilibus viris Walramo de Lutzelemburg germano nostro, Guidone de Flandria consanguineo nostro, Rudolfo de Habspurg tunc advocato provinciali, Wernhero de Homberg, Hugone de Monteforti, Hugone de Pragancia, Hugone de Werdemberg, Ottone de Strazberg comitibus, Eberhardo de Burgelon, Cunrado de Buzzenang, honorabilibus viris fratre Heinrico abbate Villariensi aule nostre cancellario, Cunrado preposito Con-

356. a) (Heinrico) *ed.*

1) *Cf. Kopp 'Geschichte der eidgenössischen Bünde' IV, 1 pag. 103.* 2) *Cf. supra tom. III, 408 lin. 17.* 3) *Numer. 21, 22.*

stanciensi, Rudolfo preposito Curiensi, Rumone preposito Augiensi, Alberto de Castello canonico Constanciensi necnon strennuis viris Hartmanno de Baldeke, Iohanne dapifero de Diezzenhoven, Iohanne de Bodemen, Diethelmo de Kastel, Heinrico de Nortemberg coquinario nostro, Heinrico de Randeke, Heinrico de Wellemberg, Rudolfo de Roschach 5 et Lutoldo pincerna de Landeke pluribusque aliis fidedignis, Kalendis Maii, anno Domini millesimo trecentesimo decimo, regni vero nostri anno secundo.

357—360. ACTA LEGATIONIS IN TUSCIAM MISSAE.

1310. Mai. 1.—Iul. 12.

10 *Binas eodem tempore in Italiam legationes misit Heinricus rex, unam partibus Tusciae directam, cui praefecit Gerhardum Basiliensem, Philippum Eistetensem episcopos, Ludovicum de Sabaudia, Bassianum de Guaschiis legum professorem*[1]. *Alteram ad partes Lombardiae destinavit, cui praeerant Gerhardus Constantiensis, Sifridus Curiensis episcopi, Hugolinus de Vico miles*[1], *Heinricus de Ralvengo civis Astensis*[2]. *De his* 15 *legationibus v. ea quae disseruit G. Sommerfeldt 'Die Romfahrt Kaiser Heinrichs VII. (1310—1313)' I (Königsberg 1888) pag. 5 sqq.; sed non omnia ibi recte exponuntur.*

Legationis ad Tusciae partes missae pauca tantum acta servata sunt, quae hic coniunctim proponere liceat[3]. *Procuratorium regis legatis datum quin mutatis mutandis eundem textum praebuerit ac procuratorium alterius legationis infra nr. 361, non est* 20 *dubium. Ceterum cf. Sommerfeldt l. c. pag. 27 sq.*

Acta legationis alterius v. infra nr. 361—379.

357. 358. *SCRIPTA REGIS PRO EPISCOPO EISTETENSI. Mai. 1.—14.*

357. *SCRIPTUM PRIUS. Mai. 1.*

25 *Ineditum proponimus e C Copiario Eistetensi saec. XIV. fol. 26 tabularii generalis regni Bawarici, iam supra ad nr. 206 adhibito. Rubrum praebet:* Rex Heinricus remittit et absolvit ecclesiam a dampnis quibuslibet et usuris. *(P. deest.)*

Nos Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum noticiam volumus pervenire, quod quia pro certis nostris et imperii negociis venerabilem 30 fratrem Phylippum Eystetensem episcopum principem nostrum dilectum ad partes Ytalie duximus destinandum ad presens, decens et rationi consonum arbitramur, ut per eius labores et absenciam nullum ecclesie sue predicte dispendium, sed comodum proveniat fructuosum. Volumus igitur et presentibus ordinamus, ut super debitis, in quibus Iudeis quibuslibet in imperio constitutis obligari dinoscitur, a die festo Pasce transacto pro- Apr. 19. 35 xime usque ad reditum ipsius[a] in ecclesiam suam Eystetensem nulle crescant usure nec ulla dampna penitus computentur. A quibus omnibus auctoritate regia predictum episcopum et ecclesiam ac fideiussores ipsius quittamus et esse dicimus absolutos. Volentes

357. a) *corr. ex* suum *C.*

1) *Cf. iam supra pag. 275 lin. 37.* 2) *Cf. pag. 271 lin. 26.* 3) *De his quae agebantur, cum* 40 *legati civitatem Astensem transirent, v. Chronicon Guillelmi Venturae cap. 53 (Mon. hist. patr. V, 771).*

omnia dampna, que debitis huiusmodi medio tempore computata fuerint, in ipsos creditores totaliter redundare. Presencium testimonio litterarum.

Datum Turegi, Kalen. Maii, anno Domini millesimo trecentesimo X, regni vero nostri anno secundo.

358. *SCRIPTUM ALTERUM. Mai. 14.* 5

Item ineditum descripsimus ex C *fol. 24', ubi rubrum:* Rex Heinricus remittit et donat octi[n]gentas libras Hallensium epo et ecce sue, in quibus tenebatur Michaheli Iudeo in Augusta et suis heredibus. *(P. deest.)*

Nos Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium noticiam volumus pervenire, quod quia venerabilem fratrem 10 Phylippum Eystetensem episcopum dilectum principem nostrum super certis et specialibus nostris et imperii negociis ad partes Ytalie duximus destinandum, in refusionem expensarum, quas equitaturis et vestibus pro itinere sibi ac familie sue necessariis fecisse dinoscitur, et ut eidem episcopo ac ecclesie sue fructuosa proveniant premia de labore, octingentas libras Hallensium, in quibus ratione principalis debiti vel usurarum Micha- 15 heli Iudeo de Memmingen et heredibus ac conplicibus suis quibuslibet ubicumque residentibus obligari dinoscitur, eidem episcopo et ecclesie sue totaliter remittimus et donamus. Pronunciantes ipsum episcopum et ecclesiam ac fideiussores ipsius ab huiusmodi debito quitos, liberos et solutos ac absolventes fideiussores suos quoslibet a promissis et obligatione, fide vel iuramento firmatis de plenitudine regie potestatis. Volentes 20 nichilominus omnia dampna, que per usuras vel per comesaciones[a.1] aut aliis modis post datam presencium memoratis debitis asscripta vel computata fuerint, in eosdem Iudeos integraliter redundare. Mandamus igitur advocato qui pro tempore fuerit necnon civibus in Augusta, quatinus sepefatis Iudeis silentium imponant nec sinant episcopo, fideiussoribus vel ecclesie predictis per dictos Iudeos pro eodem debito deinceps importunitatem[b], 25 gravamen vel dispendium aliqualiter irrogari. Presencium testimonio litterarum nostre maiestatis sigilli robore signatarum.

Datum in Nuwenburg, II. Idus Maii, anno Domini MCCC decimo, regni vero nostri anno secundo[c].

359. 360. *RESPONSIONES LEGATIS DATAE. Mai. 28.—Iul. 12.* 30

359. *LITTERAE RICHARDI DE TIZIONIBUS REGI DESTINATAE. Mai. 28.*

Autographon inter archivi Heinrici VII. reliquias servatur Pisis in tabulario familiae Roncioni nr. 625 signatum. Sigillum desideratur. Edidit Bonainius loco supra ad nr. 294 citato I, 11 nr. 7, cuius editionem hic repetimus. Richardus exul in partibus Tridentinis[2] *ut videtur tunc morabatur.* *(P. deest.)* 35

Serenissimo et excellentissimo domino generali domino Henrico Dei gratia Romanorum imperatori semper augusto Richardus de Ticzionibus antianus partis Ticionorum civitatis Vercellensis nunc extrinsecorum prefate civitatis, nomine suo et partis sue predicte, cum omni reverencia et recomendacione sui se et sua in omnibus parata ad ipsius beneplacita imperatorie magestatis. 40

Excellentie gloriose magestatis vestre tenore presentium ignotescat, quod reverendi in Christo patres dominus G(erardus) Dei gratia Bassiliensis ac frater Philippus Eyste-

358. a) comessaciones *C.* b) oportunitatem *C.* c) S *corr. ex* p *C.*

1) *V. Ducange s. v.* comestores. 2) *Imer a Primiero ad meridiem?*

tensis ecclesiarum episcopi necnon illustris vir dominus Ludovicus de Sabaudia dominus Waudy et honorabilis vir dominus Bassianus de Gaschiis legum professor[1], ambassiatores a vobis in hiis partibus destinati, michi nunc moranti extra comune Vercellense adventum vestrum et felicis vestre embole ad coronam imperii properantis, michi id non 5 modicum affectanti, feliciter intimarunt, michi circa predicta vestrum propositum felicissimum intimando, inter alia postulando, qualiter et in quibus ego et dicta pars mea in dicto vestro felici proposito [nos][a] haberemus. Quibus ex parte mea et nomine prefate partis mee, predictis auditis, assurgens cum illa reverentia cum qua decet, affectans adventum vestrum et desiderans incessanter, me et mea et dicte partis mee, immo 10 potius vestra, ut fatear veritatem, vestre voluntati exposui penitus et expono. Inter alia nomine quo supra specialiter promictendo, quod incontinenti cum vestram imperatoriam magestatem apud Yporrigiam vel Secussiam contigerit devenire, ego cum centum equitibus honorifice munitis ibidem ero vobis oviam, extunc excellentiam sanctissime mihi persone vestre continue usque ad terram Vercellensem et quam diu in ibidem manseritis 15 et proficiscendo usque ad Mediolanum concomitando, meis et partis mee propriis sumptibus et expensis. Et quod incontinenti, cum reducti ego et pars mea Vercellis fuerimus, me facturum et curaturum nomine quo supra, quod comunitas et homines Vercellenses ad expedicionem tocius vestri felicis propositi in omnibus quibus poterunt magnificencie vestre magestatis cum eorum expensis servient, obedient et facient ad vestram omni- 20 modam voluntatem et quidquid vestra excellencia eis duxerit imperandum. Et nichilominus quod ego et omnes de parte mea eodem modo vobis famulando faciemus et implebimus, quidquid ex parte supereminentis magestatis vestre nobis vel alicui nostrum fuerit imperatum.

Velit Omnipotens et disponat vestrum adventum prosperum, prout obto, statum 25 vestrum et imperium in persona vestri semper de bono in melius augmentando.

Ut autem presentibus fides plenaria adhibeatur, presentes litteras nomine quo supra sigilli mei munimine roboravi.

Datum apud Imer[2], XXVIII dies Madii, anno Domini MCCC decimo.

360. *EXCUSATIO COMITIS PALATINI TUSCIAE. Iul. 12.*

30 *Autographon eiusdem tabularii nr. 637 signatum ad editionem a Bonainio l. c. I, 27 nr. 21 paratam hic repetimus.* *(P. deest.)*

In Dei nomine amen.

Anno eiusdem a nativitate millesimo tricen[tesimo decimo, inditione] octava, domino Clemente papa [quinto sedente et domino] Henrico imperatore regnante, die 35 XII. intrantis mensis Iulii.

Cum illustris et magnificus vir dominus comes Aghinolfus de Romena Tuscie Dei gratia palatinus propter viarum discrimina et iminentes guerras, que nuper insunt in civitate Aretii et eius districtu, et etiam propter capitales inimicitias, ut asseruit, sit adeo impeditus, quod coram venerabili et reverendo in Christo patre domino Filipo 40 Dei gratia Est[et]ensis ecclesie episcopo et magne probitatis viro domino Bassciano de Guaciis legum professori, nuntiis et ambasciatoribus serenissimi principis et domini domini sui Henrici Dei gratia Romanorum imperatoris et semper augusti, non posset secundum mandatum sibi factum ab ipsis ambasciatoribus in civitate Aretii se coram eis personaliter presentare, fecit, constituit et ordinavit discretum virum ser Andream 45 Betti de Puppio notarium absentem suum procuratorem et nuntium spetialem ad presentandum se pro eo et eius nomine coram ipsis domini imperatoris ambasciatoribus, et

359. a) *deest or.*

1) *Cf. iam supra pag. 275 lin. 37.* 2) *Cf. pag. 306 not. 2.*

ad ipsum dominum comitem excusandum ac audiendum ab eis suo nomine intentionem et voluntatem dicti domini imperatoris, et generaliter ad omnia et singula facienda, gerenda et exercenda, que circa predicta et quodlibet predictorum fuerint oportuna. Promittens firmum et ratum habere et tenere, quidquid per dictum suum procuratorem factum fuerit in predictis vel aliquo predictorum. 5

Acta sunt hec omnia supradicta in Castro Biblene, in camera palatii venerabilis patris domini Ildebrandini Dei gratia episcopi Aretini, in presentia ipsius domini episcopi Aretini, presentibus nobili viro Ubaldino domini Bindi de Cerchis de Florentia, ser Ugolino notario condam Ranuccii de Forlivo et magistro Luca fisico de Biblena, testibus ad hec habitis et vocatis. 10

(S. N.) Ego Maffeus condam Bonagure de Biblena imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius predictis omnibus interfui et rogatus scribere scripsi et publicavi.

361—379. ACTA LEGATIONIS IN LOMBARDIAM MISSAE.

1310. Mai. 10.—post Aug. 4. 15

Cf. supra ad nr. 357—360.

361. *PROCURATORIUM REGIS. Mai. 10.*

Servatur solum exemplar ad Venetos missum in C Libris Commemorialibus[1], *qui asservantur Venetiae in tabulario regio, tom. I fol. 152 inscriptum. Nos ipsi denuo accuratissime contulimus. Rubrum est:* Exempla litterarum missarum domino duci per 20 se et comuni per se a serenissimo domino Henrico Dei gratia Romanorum rege. *Cf. infra nr. 376 et 377.*

Propositiones legatorum, quarum textus hic illic variabatur, v. infra in singulis instrumentis de responsionibus civitatum factis. — Böhmer, Reg. Heinr. 233.

(P. 498.) 25

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus egregio viro Petro G(ra)donico duci ac sapientibus viris consilio Venet(iarum), suis et imperii fidelibus dilectis, gratiam suam et omne bonum.

Celestis altitudo consilii supra cuncta tenens in excelsis imperium, quo sic creaturarum condiciones disponit et variat, quod in earum consideracione sensus hominis 30 ebetantur, faciens ex debilibus forcia et ponens nonnumquam humiles in sublime[2], ad regalis amministracionis nos evocavit excellenciam et infudit mentibus nostris spiritum intencionis illius, tribuens potestatis plenitudinem et habundanciam facultatis, ut ad singulos[a], quos erga nos et sacrum Romanum imperium integre devocionis com[m]endat puritas, regalis consideracionis intuitus favorabiliter extendamus, honorando quos honore 35 dignos conspicimus et inquietudinis incom[m]odo fatigatis salubri presidio succurrendo. Speramus enim, quod eius dextera, per quem regnamus et vivimus, nobis feliciter assistente, felicibus crescat[b] auspiciis exaltacio Romani imperii ipsique Deo reddatur[c] accepta nostri laboris suscepcio et fidelibus populis fructuosa. Plenam igitur de vestre fidelitatis constancia gerentes fiduciam, venerabiles Gerhardum Constanciensis et Sifr(idum) 40

361. a) *sequ.* nos *delet. C.* b) *corr. ex* cresciat *C.* c) reddantur *C.*

1) *Cf. (Predelli) 'I Libri Commemoriali della republica di Venezia regesti' I (Ven. 1876) p. 100 nr. 429.* 2) *Iob. 5, 11.*

Curiensis ecclesiarum episcopos principes nostros, Hugonem de Vicho militem[1] ac discretum virum Henricum civem de Ast, secretarios et nuncios nostros, super certis nostris et imperii negociis ad vestram presenciam duximus destinandos, in fidei debito vos monentes attente[d], quatinus eisdem et cuilibet eorum, si alii presentes non essent, 5 adhibeatis fidem credulam in dicendis, et que nostro nomine requisierint, per effectum adimplere studeatis, sicut statum nostrum et eiusdem imperii diligitis ac honorem.

Dat. in Rinvelden[e], VI. Idus Maii, regni nostri anno secundo[f].

362—378. *RESPONSIONES LEGATIS DATAE. Mai. 26.—Aug. 4.*

Autographa exceptis nr. 362. 372. 374. 376 ab uno eodemque notario, Martino 10 *Loge Iporegiensi scripta praeter nr. 376 omnia asservantur Pisis inter reliquias archivi Heinrici VII., quae supersunt in tabulario familiae Roncioni. Edidit Bonaini l. c. I, 9 sqq. Partim nos ipsi denuo contulimus.*

362. *RESPONSIO IPOREGII. Mai. 26.*

E tabulario Roncioniano nr. 623 edidit Bonaini l. c. I, 9 nr. 6. Denuo contulimus. 15 *In verso scriptum est manu Bernardi de Mercato, ut videtur:* ℞ civitatis Yporegie.
Cf. infra nr. 379 cap. 1. *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Anno eiusdem Domini nativitatis millesimo trecentessimo decimo, indict. VIII, die Martis XXVI. mensis Madii. Venerabilis dominus Syfridus episcopus Curiensis, strenuus 20 miles Hugolinus de Vichio et Henricus de Ralbiengo civis Astensis, ambaxatores, nuntii et procuratores serenissimi domini Henrici Romanorum regis in partibus Lombardie, in presentia venerabilis domini fratris Alberti episcopi Yporiensis, nobilis viri domini Iohanini de Colobiano Avocati potestatis et totius cleri et populi civitatis Yporegie ad hoc cum pulsatione campane et voce preconis convocatorum, ex parte prefati domini 25 regis et imperatoris proposuerunt omnia et singula infrascripta:

1. In primis intimaverunt seu notificaverunt adventum prefati domini imperatoris, quod erit ad tardius infra hine ad festum beati Michaellis nunc proxime adventurum ex ista parte montium personaliter constitutus. Maior tamen pars gencium suarum erit ex ista parte montium infra finem mensis augusti nunc proxime venturi. *Sept. 29.*

30 2. Item requisiverunt ex parte dicti domini imperatoris et mandaverunt, quod prefatus episcopus et comune Ypor(egie) recipiant dictum regem sive imperatorem ut dominum e[orum et quod ei][a] obediant et intendant, ut tenentur.

3. Item mandaverunt, quod cum dominus rex sive imperator erit ex ista parte montium, veniant [obv]iam[a] dicto domino regi sive imperatori cum gentibus de armis 35 iuxta eius magnificentiam et secundum ipsorum possibilitatem et honorem.

4. Item mandaverunt, quando[b] erit ex ista parte montium, quod mittant ad eum bonos procuratores et syndicos honestos ac sapientes ad audiendum et adimplendum precepta et mandata ipsius regis sive imperatoris.

5. Item mandaverunt et inhibuerunt ex parte domini imperatoris, quod nullum 40 comune vel singularis persona faciant guerram, set habeant treugam firmam ab hinc usque ad festum Omnium[c] Sanctorum proxime venturum sub pena banni imperialis vel que placuerit prefato domino regi vel imperatori. *Nov. 1.*

361. d) actente? *C.* e) Riuolden *C.* f) *in C sequuntur:* Similis domino duci soli, vocando eum dilecto sibi.

45 **362.** a) *lacuna or.* b) *sequitur* ex *deletum or.* c) *supra lineam or.*

1) *Cf. supra pag. 275 lin. 37.* 2) *Cf. supra pag. 271 lin. 26.*

6. Item requirebant ex parte domini regis sive imperatoris, quod unusquisque preparet se ad facienda servitia eidem regi sive imperatori, dum venerit, que tenetur.

Et inde mandaverunt michi notario infrascripto fieri et tradi unum et plura publica instrumenta. 5

Actum in civitate Ypor(egie), in ecclesia maiori beate Marie, ubi convenerant domini episcopus, potestas, clerus et populus supradicti[d]. Presentibus testibus discretis viris dominis Savino archidiacono, Alcherio archipresbitero Yporien(sibus), Antonio de Soncino iudice suprascripti domini potestatis et Petro de Sancta Agatha eius milite, Henrico capellano predicti domini Syfridi episcopi, Corrado eiusdem domini episcopi 10 nepote, Thebaldo dicti domini Hugolini militis fratre et pluribus aliis.

(S. N.) Et ego Petrus dictus de la Fontana, filius Iohannis condam de Arnaldo Yporiensis, imperiali auctoritate notarius publicus, predictis omnibus intimationi, significationi et requisitionibus presens interfui et hanc cartam de eorum mandato publice ac fideliter scripsi et signum meum consuetum apposui in testimonium veritatis. 15

Anno dominice nativitatis MCCCX, indict. VIII, die Martis XXVI mensis Madii. In civitate Ypor(egie), in domo heredum Guillelmi condam de Sancto Martino in ruca coperta, quam nunc tenet Guillelmus de Carina, ubi nunc hospitati sunt infrascripti ambaxatores. Presentibus testibus discretis viris dominis Antonio de Soncino iudice et Petro de Sancta Agatha milite infrascripti domini potestatis, Henrico de Sylono et 20 Martino Loge notariis civibus Ypor(egie) et aliis pluribus.

Nobilis vir dominus Iohaninus[e] de Colobiano potestas et sapientes de consilio privato Ypor(egie), de consenssu et voluntate venerabilis patris domini fratris Alberti Yporien(sis) episcopi et nomine totius comunis Ypor(egie), fecerunt infrascriptam responsionem venerabili domino Syfrido episcopo Curiensi et discretis viris dominis Hugolino 25 de Vichio militi[e] et Henrico de Ralbiengo civi Astensi, ambaxatoribus et nunciis serenissimi domini Henrici Romanorum regis in partibus Lombardie. Tenor cuius talis est

Super requisitionibus factis domino episcopo, potestati et comuni Ypor(egie) per suprascriptos dominos ambaxatores et nuntios supradicti domini imperatoris taliter respondetur per eos: quod cum dominus imperator venerit in Ytaliam citra montes, 30 parati sunt et prompti, sicut boni subiecti et fideles, eidem libenter et humiliter facere id quod debent.

Et inde mandaverunt michi notario infrascripto fieri et tradi unum et [plura][f] publica instrumenta.

(S. N.) Et ego Petrus dictus de la Fontana, filius Iohannis condam de Arnaldo 35 Yporien(sis), imperiali auctoritate notarius publicus, premisse responsioni presens interfui et hanc cartam de eorum mandato publice ac fideliter scripsi et signum meum consuetum apposui in testimonium veritatis.

Mai. 27. Hec instrumenta tradidi Martino Loge notario die Mercurii XXVII. Madii post vesperas. 40

363. *RESPONSIO CASALIS.* *Mai. 31.*

Item nr. 626 edidit Bonaini l. c. I, 12 nr. 8. Denuo contulimus. In verso scriptum est manu cancellariae regis Heinrici: R̸ de Casale.

Cf. infra nr. 379 cap. 3. *(P. deest.)*

362. d) dcj *j ex s corr. or.* e) *reliqua atramento fusciori scripta or.* f) *deest or.* 45

In nomine Domini amen.

Anno eiusdem Domini millesimo CCCX, indictione VIII, die Dominico ultimo mensis Madii. Venerabilis Gerhardus Constantiensis, Sifridus Curiensis episcopi, strenuus miles Hugolinus de Vichio et Henricus de Ralvengo civis Astensis, ambassa- 5 tores et procuratores serenissimi domini Henrici Romanorum regis in partibus Lombardie, in presentia nobilis viri domini Conradi de Sancto Michaele potestatis Casalis sancti Gervassi et cleri et populli dicti locii ad hoc cum pulsatione campane et voce preconis convocatorum, ex parte prefati domini regis proposuerunt omnia et singula infrascripta:

10 1. In primis intimaverunt seu notificaverunt adventum prefati domini imperatoris, quod erit ad tardius infra hinc et festum beati Michaelis nunc proxime adventurum ex ista parte montium personaliter constitutus. Maior tamen pars gentium suarum erit ex ista parte montium infra finem mensis Augusti nunc proxime venturi. Sept. 29.

2. Item requisiverunt ex parte dicti domini imperatoris et mandaverunt, quod 15 prefati dominus potestas et comune recipiant dictum regem sive imperatorem ut dominum eorum et quod ei obediant et intendant, ut tenentur.

3. Item mandaverunt, quod cum dominus rex sive imperator erit ex ista parte montium, veniant obviam dicto domino regi sive imperatori cum gentibus de armis iuxta eius magnificentiam et secundum ipsorum possibilitatem et honorem.

20 4. Item mandaverunt, quando erit ex ista parte montium, quod mittant ad eum bonos procuratores et syndicos honestos et sapientes ad audiendum et adimplendum precepta et mandata ipsius regis sive imperatoris.

5. Item mandaverunt et inhibuerunt ex parte domini imperatoris, quod nullum comune vel singularis persona faciat guerram. Set habeant treugam firmam abhinc 25 usque ad festum Omnium sanctorum proxime venturum sub pena banni imperialis vel que placuerit prefato domino regi. Que pena solum locum habeat in presenti capitulo. Nov. 1.

6. Item mandaverunt ex parte dicti domini regis sive imperatoris, quod unusquisque preparet se ad facienda servitia eidem domino regi sive imperatori, que 30 tenetur ei facere.

Qui dominus potestas autoritate populi dicti locii et ipse autoritate dicti domini potestatis fecerunt responsionem infrascriptam venerabilibus dominis Gerhardo Constantiensi, Sifrido Curiensi episcopis, nobilibus viris dominis Hugolino de Vichio militi et Henrico de Ralvengo, ambassatoribus serenissimi domini Henrici Romanorum regis 35 in partibus Lombardie. Tenor cuius talis est, videlicet:

Quod ipsi in omnibus et per omnia animo gratulanti parati sunt adimplere omnia et singula supradicta capitula in omnibus et per omnia, et ipsum dominum regem recipere ut dominum eorum. Et ipsum exnunc tenent ut dominum suum et esse volunt exnunc in sua custodia. Omnes 'Sit' viva voce dicentes.

40 Actum in platea de Casale, presentibus testibus vocatis et rogatis domino Iohannihenrico de Domo milite, domino Fredelico de Reno milite, Conrado nepote domini episcopi Curiensis et Thebaldo fratre dicti domini Hugolini, domino Henrico Cano de Casale, domino Henrico Torta de Casale, domino Manoello Binello de eodem loco, domino Philipo Grasso de eodem loco et aliis.

45 Et de predictis preceptum est michi notario infrascripto fieri publicum instrumentum.

(S. N.) Et ego Martinus Loge civis civitatis Yporegie notarius publicus hiis omnibus interfui, rogatus scripsi et me subscripsi.

364. *RESPONSIO VALENTIAE. Iun. 1.*

Item nr. 627 ed. Bonaini l. c. I, 13 nr. 9. Denuo contulimus. In verso scriptum est: R̸ de Valencia.

Cf. infra nr. 379 cap. 4. *(P. deest.)*

In nomine Domini amen. 5

Anno eiusdem millesimo CCCX, inditione VIII, die Lune primo mensis Iunii. Venerabiles Gerchardus Consten(tiensis) et Sifridus Curiensis episcopi, Hugolinus de Vichio miles et Henricus de Raluengo ambassatores, nuntii et procuratores serenissimi domini Henrici Romanorum regis in partibus Lombardie, in presentia nobilis viri domini Zifredi de Gambolato de Papia potestatis Valencie et totius cleri et populi 10 dicti locii ad hoc cum pulsatione campane et voce preconis convocatorum, ex parte prefati domini imperatoris proposuerunt omnia et singula infrascripta:

1. In primis intimaverunt seu notificaverunt adventum prefati domini imperatoris, quod erit ad tardius infra hinc et festum beati Michelis nunc proxime adventurum ex ista parte montium personaliter constitutus. Maior tamen pars gentium 15 suarum erit ex ista parte montium infra finem mensis augusti nunc proxime venturi. (Sept. 29.)

2. Item mandaverunt ex parte dicti domini imperatoris, quod prefati dominus potestas et comune recipiant dictum dominum regem sive imperatorem ut dominum eorum et quod ei obediant et intendant, ut tenentur, et quod preparent victualia, pontes et vias pro eo et gentibus suis. 20

3. Item mandaverunt, quod cum dominus rex sive imperator erit ex ista parte moncium, venia[n]t obviam dicto domino regi cum gentibus et armis iuxta [eius][a] magnificentiam et secundum ipsorum possibilitatem et honorem.

4. Item mandaverunt, quando erit ex ista parte montium, quod mitant ad eum bonos ambassatores, procuratores et sindicos honestos ac sapientes ad audiendum et 25 adimplendum precepta et mandata ipsius domini regis rationabilia et honesta.

5. Item mandaverunt et inhybuerunt ex parte dicti domini regis, quod predicti potestas et comune vel singularis persona non faciat guerram, set potius facere pacem, si potest[b] fieri, alioquin[c] habeat treuguam firmam ab hinc usque ad festum Omnium Sanctorum nunc proxime adventurum, sub pena banni imperialis vel que 30 placuerit prefato domino imperatori. Que pena solum locum habeat in presenti capitulo. (Nov. 1.)

6. Item mandaverunt ex parte dicti domini imperatoris, quod unusquisque preparet se ad facienda servitia eidem domino regi sive imperatori, dum venerit, que tenetur ei facere. 35

Actum in platea Valentie, presentibus testibus ad hec vocatis et rogatis domino Uberto Bonbello, domino Iacobo Arybaldo ambo de Valentia, domino Iohanni[d] Henrico de Domo milite, domino Fredelico de Reno milite et aliis.

Postea vero sub eodem anno, inditione, die et presentibus dictis testibus, in ecclesia sancte Marie de Valentia, nobilis vir dominus Zifredus de Gambolato potestas Valentie 40 et sapientes eiusdem locii nomine totius comunis Valentie ad predictam ambassatam faciunt responsionem infrascriptam, videlicet:

Quod precepta et requisita per ipsos ambassatores, prout in dictis petitionibus continetur, animo gratulanti pro viribus se vele facere et adimplere, et dictum dominum regem sive imperatorem habere, et recipere ut dominum eorum et ei obedire in 45 omnibus et per omnia et gentes suas recipere.

364. a) *deest or.* b) postet *or.* c) ablioquin *or.* d) Iohee *or.*

Et de predictis omnibus et singulis mandaverunt michi notario infrascripto fieri et tradi publicum instrumentum.

(S. N.) Et ego Martinus Loge notarius[e] publicus, civis civitatis Ypor(egie), hiis omnibus interfui rogatus et ha[n]c cartam tradi et scripsi.

5 **365.** *RESPONSIO TERDONAE. Iun. 2.*

Item nr. 628 ed. Bonaini l. c. I, 14 nr. 10. In verso scriptum est: ℞ de civitate Terdone. *Propositiones legatorum, quarum textus omnino concordat cum nr. 364, abbreviavimus.*

Cf. infra nr. 379 cap. 5. *(P. dcest.)*

10 In nomine Christi amen.

Anno eiusdem millesimo CCCX, inditione VIII, die Martis secundo Iunii. Venerabiles Gerhardus Constantiensis et Sifridus Curiensis episcopi, Hugolinus de Vichio et Henricus de Ralvengo, ambassatores, nuntii et procuratores serenissimi domini Henrici Romanorum regis in partibus Lombardie, in presentia nobilium virorum dominorum 15 Oppetionis de Bernaregio de Mediolano potestatis, Grobi de Patientis capitanei et totius cleri et populi civitatis Terdone ad hoc cum pulsatione campane et voce preconis convocatorum, ex parte prefati domini regis et imperatoris proposuerunt omnia et singula infrascripta:

In primis intimaverunt — tenetur ei facere[1].

20 Actum in civitate Terdone in ecclesia sancti Paulli, presentibus testibus ad hec vocatis et rogatis domino Guillelmo de Montemerlo, domino Guascho de Calcinaria, ambo de Terdona, domino Iohannihenrico de Domo milite, domino Fredelico de Reno milite, Thebaldo fratre dicti domini Hugolini et aliis.

Postea vero sub eodem anno et inditione et die, presentibus dictis testibus, in 25 dicta civitate Terdone in domo Luchini de Guidobonis, predicti domini potestas, capitaneus et sapientes dicte civitatis nomine totius comunis Terdone ad predictam ambassatam faciunt talem responsionem, videlicet:

Quod de ipsius domini imperatoris adventu ipsi domini potestas, capitaneus et cives quam plurimum gratulantur, et quod in ipsius adventu tanquam boni fideles et 30 subditi ipsum benigne et honeste tanquam ipsorum dominum recipere, Deo propitio, procurabunt, et sibi suisque genti et curie in victualibus et aliis providere pro viribus procurabunt, et omnia petita et requisita volunt facere et adimplere in omnibus et per omnia, prout in ipsis capitulis continetur.

Et inde mandaverunt michi notario infrascripto fieri et tradi publicum instrumentum.

35 (S. N.) Et ego Martinus Loge notarius publicus, civis civitatis Yporegie, hiis omnibus interfui rogatus et hanc cartam tradi et scripsi et me subscripsi.

366. *RESPONSIO MEDIOLANI. Iun. 8. 22.*

Item nr. 629 ed. Bonaini l. c. I, 15 nr. 11. In verso scriptum est: ℞ Mediolanensium. *Propositiones legatorum abbreviavimus.*

40 *Cf. infra nr. 379 cap. 7.* *(P. decst.)*

In nomine Domini amen.

(I) Anno eiusdem Domini millesimo CCCX, inditione octava, die Lune VIII. mensis Iunii. Venerabiles Gerhardus Constantiensis et Sifridus Curiensis episcopi, Hugolinus (Iun. 8.)

364. e) *sequitur* plub *delet. or.*

45 1) *Textum v. supra pag. 312 lin. 13—34.*

de Vichio miles et Henricus de Ralvengo civis Astensis, ambassatores, nuncii et procuratores serenissimi domini Henrici Romanorum regis et imperatoris in partibus Lombardie, in presentia nobilium virorum dominorum Bergandi de Sancto Nazario de Papia potestatis Mediolanensis, Guidonis de la Ture capitanei et totius cleri et conscilii generalis civitatis predicte ad hoc cum pulsatione campane et voce preconis convocatorum, 5 ex parte prefati domini regis et imperatoris proposuerunt omnia et singula infrascripta:

In primis intimaverunt — tenetur ei facere[1].

Actum in civitate Mediolani desuper palatium Novum, presentibus testibus vocatis et rogatis domino Bonifacio de Fara iurisperito, domino Iacobo de Modocia iurisperito, 10 domino Iohanni Henrico de Domo milite, domino Fredelico de Reno milite, Thebaldo fratre dicti domini Hugolini et domino Henrico capellano domini episcopi Curiensis et aliis.

Iun. 22. (II) Postea vero sub eodem anno et inditione, die Lune XXII. mensis Iunii, nobiles viri domini Continus de la Ture iurisperitus et Raymondus de Tercago ambassa- 15 tores dominorum Bergandi de Sancto Nazario potestatis, Guidonis de la Ture capitanei, sapientum et comunis Mediolanensis, dicta die Lune in civitate Laude accesserunt coram venerabilibus in Christo patribus dominis G. Constantiensi, S. Curiensi episcopis, Hugolino de Vichio militi et Henrico de Ralvengo civi Astensi, ambassatoribus domini imperatoris, causa dandi responsum ipsis ambassatoribus nomine dicti comunis Mediolanensis 20 super capitulis propositis et notificatis comuni Mediolanensi. Tenor cuius responsionis quam faciunt talis est:

Hec est forma responsionis quam facere debent nobiles viri domini Continus de la Ture iurisperitus et Raymondus de Tercago, ambassatores dominorum potestatis, capitanei, sapientum et comunis Mediolanensis, venerabilibus in Christo patribus 25 dominis G. Constantiensi et S. Curiensi episcopis et strenuis viris dominis Hugolino de Vichio militi et Henrico de Ralvengo civi Astensi, serenissimi domini Henrici Romanorum regis semper augusti legatis, super ambassata per eos facta predictis dominis potestati, capitaneo, sapientibus et comuni Mediolanensi ex parte dicti domini regis.

Porro exponant, quod in adventu ipsius domini regis parati erunt eidem domino 30 regi ocurere honorabiliter et decenter, ipsumque dominum regem recipere magnifice, et totis viribus honorare et ei facere omnia ad que tenentur omnesque honores eius et iura conservare pro posse. Firmam tenentes fiduciam, quod ipse dominus rex conservabit et manutenebit ipsum dominum capitaneum et comune Mediolanense et suos amicos in omni suo honore et statu in quo sunt et omnia eorum iura et privilegia, 35 inmuniciones, honores et convenciones, que et quas comune Mediolanense habet et habere consuevit ab imperio.

Qui domini ambassatores comunis Mediolanensis predictam fecerunt [responsionem][a] ambassatoribus domini imperatoris et inde rogaverunt me notarium infrascriptum fieri et tradi publicum instrumentum. 40

Actum in civitate Laude in domo Guillelmi Oteleti, presentibus testibus vocatis et rogatis domino Iohannihenrico de Domo milite, domino Fredelico de Reno milite, domino Guidone de Cagno, domino Henrico capellano domini episcopi Curiensis, Thebaldo fratre dicti Hugolini et aliis.

(S. N.) Et ego Martinus Loge notarius publicus, civis civitatis Yporegie, hiis 45 omnibus interfui et in testimonium predictorum me subscripsi et meoque signo consueto signavi.

366. a) *deest or.*

1) *Textum v. supra pag. 312 lin. 13—34.*

367. *RESPONSIO VIGEVANI. Iun. 10.*

Item nr. 630 ed. Bonaini l. c. I, 17 nr. 12. In verso scriptum est: R̷ de Vigiveno. *Propositiones legatorum abbreviavimus.*

Cf. infra nr. 379 cap. 8. *(P. deest.)*

5 In nomine Domini amen.

Anno eiusdem Domini millesimo CCCX, inditione octava, die Mercuri X. mensis Iunii. Venerabiles Gerhardus Constantiensis et Sifridus Curiensis episcopi, Hugolinus de Vichio miles et Henricus de Ralvengo, ambassatores, nuntii et procuratores serenissimi domini Henrici Romanorum regis et imperatoris in partibus Lombardie, in 10 presentia nobilis viri domini Thyberi Menthocii vicarii pro domino Guidone de la Ture et tocius cleri et populi locii de Vigivino, camera domine imperatricis[1], ad hoc cum pulsatione campane et voce preconis convocatorum, ex parte prefati domini regis proposuerunt omnia et singula infrascripta:

In primis intimaverunt — tenetur ei facere[2].

15 Qui dominus vicarius et sapientes dicti locii nomine tocius comunis talem faciunt responsionem:

Quod de adventu ipsius tanquam boni subditi et fideles homines quam plurimum gratulantur, et quidquid habent domini imperatoris est et ad eius beneplacita et mandata. Set modo ad presens non possunt dare claram responsionem, quousque 20 primo loquti sint cum domino Guidone de la Ture, qui modo tenet dictam terram, quod multum eis displicet. Set si haberent ita potentiam, sicuti habent in cordibus eorum, statim responderent, quod parati essent adimplere omnia petita et adhuc plus, quia ipse dominus imperator eorum dominus est in omnibus et per omnia.

Actum in palatio novo Vicivini, presentibus testibus Alberto Ferario de Fiono, 25 Uberto Collo de dicto loco, domino Iohanni Henrico de Domo, domino Fredelico milite et Thebaldo fratre dicti domini Hugolini et aliis ad hec vocatis et rogatis. Et inde mandaverunt mihi notario infrascripto fieri publicum instrumentum.

(S. N.) Et ego Martinus Loge notarius publicus, civis civitatis Yporegie, hiis omnibus interfui rogatus et hanc cartam tradidi et scripsi et signum meum aposui et 30 me subscripsi.

368. *RESPONSIO NOVARIAE. Iun. 11.*

Item nr. 631 ed. Bonaini l. c. I, 18 nr. 13. In verso scriptum est: R̷ Novarie. *Propositiones legatorum abbreviavimus.*

Cf. infra nr. 379 cap. 9. *(P. deest.)*

35 (S. N.) In nomine Domini amen.

Anno eiusdem Domini millesimo CCCX, inditione VIII, die Iovis XI. Iunii. Venerabiles Gerhardus Constantiensis et Sifridus Curiensis episcopi, Hugolinus de Vichio miles et Henricus de Ralvengo civis de Ast, ambassatores, nuncii et procuratores serenissimi domini Henrici Romanorum regis et imperatoris in partibus Lombardie, 40 in presentia nobilis viri domini Alexandri de Rivola de Pergamo potestatis Novarie et tocius cleri et populi civitatis predicte ad hoc cum pulsatione campane et voce preconis convocatorum, ex parte prefati domini regis et imperatoris proposuerunt omnia et singula infrascripta:

1) *Cf. P. Darmstädter 'Das Reichsgut in der Lombardei und Piemont' (1896) pag. 195 sq. et supra* 45 *tom. I, 649 lin. 11* Vigiula. 2) *Textum v. supra pag. 312 lin. 13—34.*

In primis intimaverunt — tenetur ei facere[1].

Actum in claustro ecclesie sancte Marie, presentibus testibus domino presbitero Gregorio archipresbitero dicte ecclesie, domino Opetione de Memo archidiacono dicte ecclesie, domino Iohanni Henrico de Domo milite, domino Fredelico de Reno milite et Thebaldo fratre dicti domini Hugolini et aliis. 5

Postea vero, eodem anno, inditione et die, in domo domini episcopi, presentibus testibus supradictis, nobilis vir dominus Alexander de Rivola de Pergamo potestas comunis Novariensis, receptioni cum[a] reverentia litterarum serenissimi domini Henrici Dei gratia Romanorum regis et imperatoris semper augusti, petitionibus, denunciationibus et requisitionibus factis per venerabiles viros dominos Gerhardum Constantiensis et 10 Sifridum Curiensis ecclesiarum episcopos, principes dicti domini imperatoris, et strenuum[b] virum Hugolinum de Vichio militem et discretum virum Henricum de Ralvengo civem Astensem, suo nomine et nomine comunis Novarie respondidit in hac forma:

Quod ipse potestas et comune et homines Novarie affectuose adventum dicti domini regis descideraut et afectant. Et quod parati sunt, quantum est in eis possi- 15 bile, victualia preparare pro ipso domino rege et suarum gentium, et ire obviam cum hominibus armatis antedicto domino regi tempore sui adventus, cum ipse fuerit ex ista parte montium. Et quod vias, pontes et navigia reficient et aptabunt super territorio antedicti comunis et hospitia preparabunt. Et quod parati sunt treuguam facere cum eorum inimicis et forinsecis civitatis Novarie guerram facientibus, dum 20 tamen cautum sit et satisdatum per eos de predicta treugua observanda. Verum cum comune et homines Novarie sint uniti multis aliis civitatibus Lombardie vinculo sacramenti, ipsum comune et homines Novarie parati sunt et erunt ob honorem et reverentiam sepedicti domini imperatoris, ambassatores solempnes mittere ad civitates predictas seu in loco competenti, ubi fieri debuerit, pro aliis, ad que supra specialiter 25 non est responsum, et aliis omnibus tractandis et ordinandis, que possint ad honorem et gloriam prefati domini redundare. Et nisi essent predictis taliter sic astricti, statim super singulis gratum darent et dedissent responsum.

Et inde mandaverunt michi notario infrascripto fieri publicum instrumentum.

(S. N.) Et ego Martinus Loge notarius publicus, civis civitatis Yporegie, hiis 30 omnibus interfui rogatus et hanc cartam tradi et scripsi et me subscripsi.

369. *RESPONSIO MODOETIAE. Iun. 16.*

Item nr. 632 ed. Bonaini l. c. I, 19 nr. 14. In verso scriptum est: ℞ Modocie. *Propositiones legatorum abbreviavimus.*

Cf. infra nr. 379 cap. 11. *(P. deest.)* 35

In nomine Domini amen.

Anno eiusdem Domini millesimo CCCX, inditione VIII, die Martis XVI. Iunii. Venerabiles Gerhardus Constantiensis et Sifridus Curiensis episcopi, Hugolinus de Vichio miles et Henricus de Ralvengo civis Astensis, ambassatores, nuntii et procuratores serenissimi domini Henrici Romanorum regis et imperatoris in partibus Lombardie, in 40 presentia domini Iacobi de Rontho iurisperiti vicarii nobilis viri domini Francescini de la Ture potestatis burgi Modocie et totius cleri et populi dicti locii ad hoc cum pulsatione campane et voce preconis convocatorum, ex parte prefati domini imperatoris proposuerunt omnia et singula infrascripta. Et est locus predictus camera domini imperatoris[2] et ibi debet recipere coronam feream. 45

368. a) *loco* receptioni cum *or.* : receptionem. b) sternum *or.*

1) *Textum v. supra pag. 312 lin. 13—34.* 2) *Cf. Darmstädter l. c. 179 sq.*

In primis intimaverunt — tenetur ei facere[1].

Qui dominus vicarius et sapientes dicti locii nomine tocius comunis dicti locii dixerunt et responderunt tanquam boni fideles:

Quod de adventu ipsius domini imperatoris quam plurimum gratulantur, set modo 5 ad presens non possent dare nec facere responsionem, nisi primo locuti essent cum domino Guidone de la Ture de Mediolano, qui est ad presens dominus dicti locii. Set tamen infra illam dilationem, qua debent respondere Mediolanenses, ipsi dabunt responsionem super predictis; et si contingeret ipsos non dare responsionem, illam responsionem, quam facient Mediolanenses, pro se ipsis quoque volunt esse factam et 10 illam ex nunc faciunt et ratificant, parati semper ad omnia genera mandatorum dicti domini imperatoris.

Actum in palatio burgi Modocie, presentibus testibus domino Lombardo de la Ture archidiacono ecclesie sancti Iohannis de Modocia, domino Pagano Balbo canonico dicte ecclesie, domino Iohannihenrico de Domo milite, domino Fredelico de Reno milite 15 et aliis. Et inde mandaverunt michi notario infrascripto fieri pubblicum instrumentum.

(S. N.) Et ego Martinus Loge notarius publicus, civis civitatis Yporegie, hiis omnibus interfui et hanc cartam tradi et scripsi et inde rogatus fui.

370. *RESPONSIO CREMAE.* *Iun. 20.*

Item nr. 633 ed. Bonaini l. c. I, 20 nr. 15. In verso scriptum est: R̷ Creme. 20 *Propositiones legatorum abbreviavimus.*

Cf. infra nr. 379 cap. 13. *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Anno eiusdem Domini millesimo CCCX, inditione VIII, die Sabbati XX. mensis Iunii. Venerabiles Gerhardus Constantiensis et Sifridus Curiensis episcopi, Hugolinus 25 de Vichio miles et Henricus de Ralvengo civis Astensis, ambassiatores, nuntii et procuratores serenissimi domini Henrici Romanorum regis et imperatoris in partibus Lombardie, in presentia nobilis viri domini Enselmi de Andelaxiis de Pergamo potestatis Creme et tocius cleri et populi predicti locii ad hoc cum pulsatione campane et voce preconis convocatorum, ex parte prefati domini regis et imperatoris proposuerunt omnia 30 et singula infrascripta. Qui locus est camera domini imperatoris.

In primis intimaverunt — tenetur ei facere[1].

Actum in palatio Creme, presentibus testibus domino Iohannino Benzono, domino Pagano Gandino, ambo de dicto loco, domino Iohannihenrico de Domo milite, domino Fredelico de Reno milite et aliis.

35 Postea vero sub eodem anno, inditione et die, presentibus testibus in domo fratrum Predicatorum supradictis et aliis, super petitionibus, requisitionibus et preceptis factis per venerabiles principes, consciliarios et secretarios, videlicet G. Constantiensis et S. Curiensis ecclesiarum episcopos, strenuum virum Hugolinum de Vichio militem et Henricum de Ralvengo civem Astensem, domini Henrici Dei gratia Romanorum regis 40 et semper augusti, sapientibus, conscilio et comuni Creme, sic per dominum Anselmum de Andelaxiis honorabilem potestatem comunis Creme, habita deliberatione conscilii generalis ipsius comunis et sapientum eiusdem super predictis, solempniter respondetur, videlicet:

Quod omnes petitiones, requisitiones et precepta, factas et facta per supradictos 45 principes, consciliarios et secretarios intendit dictus dominus Enselmus potestas dicti comunis Creme nomine dicti comunis iuxta eius posse effectui demandare, protestando

1) *Textum v. supra pag. 312 lin. 13—34.*

ipse dominus potestas nomine et vice dicti comunis et pro ipso comuni de omnibus iuribus dicti comunis et pactis et privilegiis hinc retro initis, factis, habitis et perpetratis inter Romanum imperium ex una parte et prefatum comune Creme ex altera. Quibus iuribus, pactis et privilegiis ex predicta responsione non intendit aliquod preiudicium generari, set ea cum reverentia sacratissini imperii intendit dictus dominus 5 potestas nomine dicti comunis in suo robore permanere.

Et inde mandaverunt michi notario infrascripto fieri publicum instrumentum.

(S. N.) Et ego Martinus Loge notarius publicus hiis omnibus interfui rogatus et hanc cartam tradi et scripsi et me subscripsi.

371. *RESPONSIO LAUDI. Iun. 21.* 10

Item nr. 634 ed. Bonaini l. c. I, 21 nr. 16. In verso scriptum est: ℞ civitatis Laude. *Propositiones legatorum abbreviavimus.*

Cf. infra nr. 379 cap. 14. *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Anno eiusdem Domini millesimo CCCX, inditione VIII, die Dominico XXI. mensis 15 Iunii. Venerabiles Gerhardus Constantiensis et Sifridus Curiensis episcopi, Hugolinus de Vichio miles et Henricus de Ralvengo civis Astensis, ambassatores, nuntii et procuratores serenissimi domini Henrici Romanorum regis et imperatoris in partibus Lombardie, in presentia nobilis viri domini Nicholai condam domini Mathei de Dofino de Cremona potestatis, Iacobi de Gandino de Crema capitanei et tocius cleri et populi civitatis Laude 20 ad hoc cum pulsatione campane et voce preconis convocatorum, ex parte prefati domini regis et imperatoris proposuerunt omnia et singula infrascripta:

In primis intimaverunt — sive imperatori[1], que tenentur ei, dum venerit.

In nomine Domini amen.

Hec est responsio, que fit per dominos Nicholaum condam Mathei de Dofino 25 potestatem comunis, Iacobum de Gandino capitaneum populi, sapientes et comune Laude, dominis sapientibus ambassatoribus domini imperatoris super ambassata per eos retracta, videlicet:

Quod comune et homines Laude sunt et erunt perpetuo amatores, servitores sancte ecclesie Romane et omnium dominorum et personarum, qui essent vel venirent 30 ex parte dicte ecclesie vel pro dicta ecclesia seu de voluntate ecclesie, et etiam potius dicti domini imperatoris, postquam venit de voluntate dicte ecclesie. Et quod civitas Laude et comune eiusdem civitatis est modica civitas et modicum comune et parum facere potest et posset et comunia Mediolani, Cremone, Placentie, Papie, Pergami, circumstantia civitatem Laude, sunt magna comunia et potentissima, et 35 eisdem non posset resistere comune Laude. Et quod ambassatores comunis Laude et alii ambassatores comunium lige Lombardie sunt in civitate Mediolani pro examinando responsionem faciendam dictis dominis ambassatoribus domini imperatoris, cuius occasione predicti domini ambassatores de predicta responsione ad presens comune et homines Laude velint habere excusatos. Set semper comune Laude paratum est 40 secundum eius possibilitatem facere servitia et beneplacita domini imperatoris, postquam venit de voluntate dicte sancte ecclesie, et in eius adventu paratum est comune Laude facere dicto domino imperatori omnia et singula, que facere tenetur per privilegia et alia.

Quam responsionem fecerunt predicti domini potestas, capitaneus, sapientes et 45 comune Laude nomine et vice dicti comunis predictis dominis ambassatoribus in hospitio

1) *Textum v. supra pag. 312 lin. 13—34.*

domini Iacobi Dardanoni, sito in civitate Laude super platea maiori dicte civitatis. Presentibus dominis Arnulfo de Fuxiraga, Francisco Tonso, Paullo de Vicariis, domino Fredelico de Reno milite, domino Iohannihenrico de Domo milite et aliis rogatis. MCCCX, inditione VIII, die Dominico XXI. Iunii. De qua responsione traditum et 5 rogatum fuit publicum instrumentum per me notarium infrascriptum et Andream Sachum notarium comunis Laude.

(S. N.) Et ego Martinus Loge notarius publicus, civis civitatis Yporegie, hiis omnibus interfui et hanc cartam tradi et scripsi et meum signum apposui.

372. *RESPONSIO PLACENTIAE. (Iun. 23—26.)*

10 *Item nr. 618 ed. Bonaini l. c. I, 22 nr. 17. In verso scriptum est:* ℞ civitatis Placencie.

Legatos die 22. Iun. adhuc Laudi commoratos esse, ex documento supra nr. 366 II apparet. Die vero 27. Iun. iam Cremonam accesserant; cf. nr. 373.

Cf. infra nr. 379 cap. 15. *(P. deest.)*

15 In nomine Domini amen.

Notificatis requisitis et mandatis factis per venerabilem patrem dominum S. Curiensem episcopum, ambassatorem serenissimi domini H. Romanorum regis semper augusti ac imperatoris, pro se et venerabili patre domino G. episcopo Constantiensi et ceteris ambassatoribus ipsius domini regis ac imperatoris ibi astantibus, in publica concione 20 comunis Placentie in palacio dicti comunis congregata, presentibus ibidem nobilibus viris dominis Berardo de Madiis potestate comunis et Iuliano de Summo capitaneo societatis mercatorum, paraticorum et populi Placentie ac domino Alberto Scoto magnifico et honorabili civi Placentie gubernatore civitatis Placentie et gentium multitudine copiosa, dictis dominis potestati, capitaneo, Alberto Scoto et comuni Placentie et ab ipsis, ex 25 parte dicti serenissimi domini regis ac imperatoris dicentem et proponentum:

Provide et prudenter electionem ipsius domini regis et imperatoris fuisse per sanctissimum patrem dominum summum pontificem et eius curiam laudabiliter approbatam et etiam confirmatam, et ipsum dominum regem et imperatorem de beneplacito et voluntate sacrosancte Romane ecclesie, sanctissimi patris dicti domini summi ponti- 30 ficis et eius curie esse iturum ad coronam imperii suscipiendam sive coronacionem suam solempniter celebrandam ad terminum ordinatum, et propterea in proximo tempore ipsum cum forti et potenti exercitu citra montes seu ad partes Italie esse venturum,

sic cum omni debita reverentia respondetur pro parte dominorum potestatis, 35 capitanei, Alberti Scoti et comunis Placentie predictorum:

Quod adventus prefati serenissimi domini regis et imperatoris eis gratus est et erit quam plurimum et acceptus, et ipsi sacri imperii zellatores eius adventum laudant et affectant et ad bonum, pacificum, salubrem et tranquillum statum tocius Ytalie sperant et credunt fore oportunum et etiam omnimode profuturum. Et ipsa requisita 40 et mandata, secundum quod tenentur et debent, adimplere et ipsi domino imperatori parere ac in omnibus complacere imperatorie magestati volunt, cupiunt et intendunt.

373. *RESPONSIO CREMONAE. Iun. 27.*

Item nr. 635 ed. Bonaini l. c. I, 23 nr. 18. In verso scriptum est: ℞ civitatis Cremone. *Propositiones legatorum abbreviavimus.*

45 *Cf. infra nr. 379 cap. 16.* *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Anno eiusdem Domini millesimo CCCX, inditione VIII, die Sabati XXVII. mensis Iunii. Venerabiles Gerhardus Constantiensis et Sifridus Curiensis episcopi, Hugolinus de Vichio miles et Henricus de Ralvengo civis Astensis, ambassatores, nuncii et procuratores serenissimi domini Henrici Romanorum regis et imperatoris in partibus Lombardie, in presentia nobilium virorum dominorum Petri de Lavilaca de Papia potestatis, Rayneri de Orgolossis de Forlivo capitanei et cleri et populi civitatis Cremone de maiori consilio, ad hoc cum pulsatione campane et voce preconis convocatorum, ex parte prefati domini regis et imperatoris proposuerunt omnia et singula infrascripta:

In primis intimaverunt — tenetur ei facere [1].

Qui domini potestas [et] capitaneus, ibidem incontinenti de voluntate et consensu dicti conscilii et consciliari de voluntate et consensu dictorum dominorum potestatis et capitanei, super dicta ambassata sic per eos respondetur:

Quod predicta notificare volunt domino pape et super ipsa ambassata habere volunt conscilium ipsius domini pape et si fuerit de consensu et voluntate domini pape, quod ipsum dominum imperatorem obediant, parati erunt facere beneplacita et mandata ipsius domini imperatoris et dicti domini pape.

Actum desuper palatium predicte civitatis, presentibus testibus domino Capella Deltrana, domino Rofino Bava, militibus dicti domini potestatis, domino Iohanni Henrico de Domo milite, domino Fredelico de Reno milite et domino Henrico capellano domini episcopi Curiensis et aliis pluribus vocatis et rogatis. Inde rogaverunt me notarium infrascriptum fieri et tradi publicum instrumentum.

(S. N.) Et ego Martinus Loge notarius publicus, civis civitatis Yporegie, hiis omnibus interfui rogatus et hanc cartam tradi et scripsi et me subscripsi.

374. *RESPONSIO BRIXIAE. Iun. 29.*

Item nr. 636 ed. Bonaini l. c. I, 26 nr. 20. Autographum in media parte valde corrosum est neque omnes textus lacunas supplere licuit. In verso legitur: ℞ civitatis Brixie. *Cf. infra nr. 379 cap. 17.* *(P. deest.)*

In nomine Patris altissimi et beate virginis Marie matris eius et exaltatione tocius cellestis curie, ac ad honorem, reverentiam et sublimem excelentiam imperialis aule et superilustris domini Henrici divina providentia summi regis, ac fidelem devotionem rectorum et comunis Brixie erga prefatum dominum regem et imperium sacratissimum denotandam.

Hec est responsio, quam venerabili in Christo patri domino Syfredo episcopo Coriensi ac domino Ugolino de Vico decorato cingulo militari, eiusdem summi regis ambaxatoribus solempniter ad civitatem Brixie destinatis, humili devotione fatiunt Brixienses in maiori civitatis conscilio, ipsorum dominorum ambaxate serie intellecta, cum omni summi regis reverentia et honore:

In primis respondent Brixienses, quod ex promotione et adventu prefati domini et summi regis per sanctitatem prefati venerabilis domini episcopi Curiensis ac eiusdem collegam militem antedictum in prefato conscilio sibi eleganti facundia nunciatis[a] letitie publice excelsa gaudia eorum animis conceperunt, sperantes firmiter, quod ex unitate sacrosancte Romane Ecclesie, cuius Brixienses intimi sunt fideles, et in sacratissimo imperio prefati vigilis et vigentis [summ]i[b] regis tamquam vere fondate ab altissimo [Creatore . . . . . quo]d[b] erit utile et salubre humano generi universo, ubique christi-

374. a) nunciantis *or.* b) *uncis inclusa corrosa sunt or.*

1) *Textum v. supra pag. 312 lin. 13—34.*

anus populus consequetur viciorum extirpationem [et profectu]n[c] virtutum eiusdem summi regis solertia [media]nte et ipsius persona et dignitate perfectione virtutum divina gratia commorante.

Item omnium capitulorum ambaxate superius memorate tenore perpenso, breviter 5 sic respondent: quod in recognitione dominationis principalis, et in eundo obviam summo regi cum gentibus requisitis, et in ambaxatoribus, procuratoribus et sindicis transmittendis ac cuntis aliis in capitulis comprehensis ad obedientiam mandatorum rectores et comune Brixie tanquam obedientie filii liberaliter et plenarie se exponunt, dum ad ea sacrosancte appostolice summe sedis cum imperio sacratissimo prefati do- 10 mini summi regis voluntas et unanimis concordia intercedant, sic quod eorum meritis imperiali magestati sperant effectualiter couplacere.

Item rogitant altissimum Creatorem, quod taute dominationis imperialem maiestatem conservare dignetur per tempora longiora, ut ab ipsius perfectione virtutum, exhybitione obsequiorum, fideles consequantur premia diucius expectata.

15 Datum Brixie, die penultimo Iunii, millesimo CCCX, octave indictionis.

375. *RESPONSIO PATRIARCHAE AQUILEGIENSIS.* *Iuli 14.*

Item nr. 638 ed. Bonaini l. c. I, 28 nr. 22. Nos denuo accuratissime contulimus. Sigillum iam desideratur. In verso scriptum est: R. patriarche Aquileie.

Cf. infra nr. 379 cap. 22. *(P. deest.)*

20 In Christi nomine amen.

Anno eiusdem millesimo trecentesimo decimo, indictione octava, die quartodecimo intrante Iulio. Venerabili patri ac domino Ottobono patriarche[a] Aquilegensi Gerch(ardus) et Sifr(idus) Dei gratia Consten(tiensis) et Curien(sis) ecclesiarum episcopi, Hugolinus de Vichio miles et Henricus de Ralvingo civis de Ast, ambassatores, nuncii 25 et procuratores serenissimi domini Heurici Romanorum regis et imperatoris per Lombardiam, habentes hoc in mandatis ab eodem domino rege, denuntiationes et requestas fecerunt infrascriptas:

In primis denuntiaverunt eidem domino patriarche, quod prefatus dominus rex et imperator pro bono et quieto statu totius Ytalie ad festum beati Michaelis nunc *Sept. 29.* 30 proxime adventurum erit, sicut decet talem dominum, ex ista parte montium ad tardius personaliter constitutus. Maior tamen pars gentium suarum erit ex ista parte montium infra finem mensis Augusti.

Item requisiverunt ex parte dicti domini imperatoris et mandaverunt, quod prefatus dominus patriarcha recipiat dictum dominum regem sive imperatorem ut dominum 35 suum in temporalibus, eique obediat et intendat, prout de iure tenetur, comitivam faciat, ipsumque assotiet iuxta decentiam regie maiestatis et proprie bonitatis. Et quod preparet etiam in suis locis et castellis victualia, sicut decet.

Item mandaverunt, quod cum dominus rex sive imperator erit ex ista parte montium, veniat obviam dicto domino regi sive imperatori cum gentibus et armis, 40 iuxta magnificientiam et secundum suam possibilitatem. Et quod ab ipso domino rege recipiat regalia.

Item requisiverunt, ut aperiat viam per Clusam duci Austrie vel aliis, qui vellent transire ad honorem domini regis.

Item mandaverunt, quando erit ex ista parte montium, quod mittat ad eum 45 bonos ambassatores, procuratores et sindicos honestos ac sapientes ad audiendum et

374. c) *uncis inclusa corrosa desunt or.*

375. a) pathe *similiter semper or.*

adimplendum eiusdem domini monita salubria et mandata, si personaliter ad ipsum accedere non posset.

Item requisiverunt ab eodem, quod preparet se ad faciendum eidem domino regi et imperatori servitia generalia vel spetialia, si qua debet.

Item inhibuerunt eidem ex parte domini imperatoris, quod ipse dominus patri- 5 archa vel singularis persona pro eo non fatiat guerram, sed habeat treuguam firmam Nov. 1. ab hinc usque ad festum Omnium Sanctorum proxime venturum sub pena banni imperialis vel que placuerit prefato domino imperatori. Que pena solum locum habeat in presenti capitulo.

Ad predicta omnia idem dominus patriarcha, deliberato consilio cum vassallis, 10 francis et danesmanis, etiam ambassatoribus comunantiarum ecclesie Aquilegensis et ipsi domino patriarche subditarum[b] et aliorum, quos potuit una die media convocare, propter Iul. 10. festinantiam eorundem nuntiorum, qui pervenientes ad ipsum die Veneris[c] decimo dicti mensis Iulii post vesperas, factis eadem die propositionibus et requisitionibus supradictis, Iul. 11. sequentem diem Sabbati terminum ad deliberandum et diem Dominicam ad responden- 15 Iul. 12. dum ei prefixerunt, quibus eadem die Dominica respondit:

quod de prima denuntiatione adventus ipsius serenissimi domini imperatoris ad partes Ytalie tanquam domini sui temporalis maximam letitiam habebat, sperans per virtutem et potentiam ipsius domini a multis miseriis, oppressionibus, violentiis et iniuriis liberari, que ecclesie Aquilegensi et sibi hactenus et nunc presentialiter[d] 20 inferuntur a potentibus circumvicinis quam pluribus prefato domino imperatori subiectis.

Ad requisitionem factam, quod recipiat eum tanquam dominum suum temporalem et cetera[e], respondit: quod omnia et singula, que in ipsa requisitione continebantur, libentissime volebat facere et ei in omnibus et per omnia tanquam suo domino temporali intendere et obedire et etiam alia facere, que in ipsa requisitione 25 continentur, iuxta possibilitatem suam.

Pro eo vero, quod requisiverunt viam aperiri per Clusam domino duci Austrie et aliis venientibus et cetera[e], respondit: quod pro securitate subditorum suorum necesse habebat petere, instantibus subditis memoratis, quod idonea securitas prestaretur per prefatum dominum ducem Austrie seu alios quoscumque transeuntes de non 30 offendendo aliquem seu dampnum inferendo in terra Aquilegensis ecclesie, aut si dicta securitas non prestaretur, non transirent simul eodem tempore et in eadem comitiva per terram predictam, nisi centum equites armati vel circa, ut sic cessaret timor subditorum Aquilegensis ecclesie et victualia ipsis transeuntibus comodius possint ministrari. Magnificus etiam vir comes Goricie vassallus Aquilegensis ecclesie et 35 domini patriarche et nunc presentialiter capitaneus per ipsum dominum patriarcham in terra Foriiulii treuguas habet cum prefato duce Austrie aspiraturas in proximo Sept. 29. festo beati Michaelis, quas deceret imperatoriam maiestatem mandare ulterius prorogari.

Et generaliter omnia et singula acceptavit, que in prefatis requisitionibus con- 40 tinentur, tam de mittendis ambassatoribus, procuratoribus et sindicis sole[n]nibus, si contingeret eum personaliter accedere non posse ad presentiam prefati domini imperatoris, quam de treuguis iniendis, et omnibus et singulis aliis in capitulis prefatis expressis. Protestando ex habundanti et humiliter ac devote supplicando prefatus dominus patriarcha, quod in honoribus, gratiis, commodis seu utilitatibus, que sui prede- 45 cessores ab aliis imperatoribus consecuti sunt de iure vel de consuetudine, in adipiscendis eisdem ipsum dominum patriarcham[f] habere dignetur favorabiliter commendatum,

375. b) a *corr. ex* o *or.* c) venār *or.* d) *in loco raso or.* e) *in loco raso artius scriptum or.* f) pacham.

cum in ipsis iuribus multa sint, que non minus ad honorem imperii pertinent, quam ipsius domini patriarche.

Quam responsionem domini patriarche dicti ambassatores acceptaverunt et ratam et gratam habuerunt.

5 Act. in Castro Utini super patriarchali palatio. Presentibus venerabilibus viris domino fratre Alberto abbate Sumaquensi, domino Manfredo de Mirolio canonico Vercellensi, cappellanis dicti domini patriarche, et nobilibus viris domino Guillelmo de Campo Sancti Petri de Padua, domino Raynaldo de Felicianis dicti domini patriarche nepote, domino Iohanne Henrico de Domo, domino Federico de Reno militibus, domino Guidone 10 de Cagno de Cumis et Carsinnano de Saveognano ac pluribus aliis testibus ad hec vocatis et rogatis. In quorum omnium testimonium prefatus dominus patriarcha presens instrumentum per me Petrum notarium infrascriptum scribi et publicari mandavit et sui sigilli appensione muniri.

Ego Petrus Severii de Forolivio, imperiali auctoritate iudex ordinarius atque no- 15 tarius[g] et memorati domini patriarche scriba, hiis omnibus una cum predictis testibus presens fui et rogatus de mandato predicti domini patriarche scripsi et in hanc publicam formam redegi.

(S. N.)

376. *PROPOSITIONES LEGATORUM DUCI VENETORUM FACTAE.*

20 *(Iul. 20.)*

Supersunt nonnisi in C *Libris Commemorialibus*[1] *tom. I fol. 152, ubi Procuratorium regis supra nr. 361 statim sequuntur. Denuo accuratissime contulimus. Est rubrum:* Scriptum quod dederunt ambax(atores) domini regis. *Cf. Böhmer, Reg. Heinr. 233.*

(P. 499.)

25 Vobis domino duci, anc(ianis), sapientibus ac communi Venetorum nos Gerardus et Sifridus divina miseracione Constanciensis et Curiensis ecclesiarum episcopi, Hugolinus de Vichio milex et Henricus de Ralvengo civis Astensis, nuncii, procuratores et ambaxatores serenissimi domini Henrici Romanorum regis et imperatoris in partibus Lombardie, ex parte eiusdem domini nostri notificamus adventum predicti domini regis et 30 imperatoris, qui erit ad tardius infra hinc et festum beati Michaelis nunc proximum adventurum ex ista parte moncium personaliter constitutus. Maior tamen pars gencium suarum erit ex ista parte moncium infra finem mensis Augusti nunc proxime venturi. *Sept. 29.*

Item[a] requirimus ex parte dicti domini regis et imperatoris, quod placeat vobis ipsum recipere, cum ex ista parte moncium fuerit, tamquam Romanorum regem et 35 imperatorem.

Item[a] requirimus, quod placeat, cum idem dominus noster ex ista parte moncium venerit, mittere ad ipsum gentes armatas iuxta eius magnificenciam et vestram possibilitatem ad faciendum ei societatem, comitivam et honorem.

Item[a] requirimus, quod placeat mittere ad eundem dominum nostrum regem et 40 imperatorem bonos et nobiles ambaxatores et sapientes sindicos et procuratores cum sufficienti mandato, ad tractandum cum eisdem de bono pacifico et tranquillo statu tocius Ytalie et ad audiendum voluntatem ipsius domini regis et imperatoris.

Item[a] requirimus et monemus, ut placeat non facere guerram, set pocius facere pacem, si potest fieri. Alioquin placeat habere treuguam usque ad proximum festum 45 Omnium sanctorum. *Nov. 1.*

375. g) noī *supra lineam add. or.*

376. a) *praecedit signum paragraphi C.*

1) *Cf. (Predelli) loco ad nr. 361 citato I, 102 nr. 441.*

Item[b] requirimus ex parte eiusdem domini regis et imperatoris, quod si commune vestrum aut aliqua singularis persona teneatur ad aliqua iura aut servicia vel prestaciones prefato domino vestro, preparet se ad ea, sicut iustum fuerit, persolvenda.

377. *RESPONSIO DUCIS VENETORUM.* *Iul. 20.*

Autographon tabularii Roncioniani nr. 639 nos ipsi descripsimus. Bulla desideratur, filis sericis caerulei et rubei coloris relictis. In dorso leguntur: ℞ civit. Venecie. *Edidit etiam M. Lupo 'Archivio storico Lombardo' III. Ser. Vol. XIX (Ann. XXX. 1903) pag. 193 nr. 1.*

Contulimus etiam C *transsumtum in Libris Commemorialibus*[1] *factum tom. I fol. 152', ubi Propositiones legatorum supra nr. 376 statim sequitur. Rubrum est hic:* Responssio domini ducis ad predictas requisiciones. *Singula capita praecedit signum paragraphi. Codice* C *nititur editio Pertziana. Cf. Böhmer, Reg. Heinr. 233.* *(P. 499.)*

Cf. infra nr. 379 cap. 23. Ad ambaxatam factam illustri domino duci et comuni[a] Veneciarum[b] per honorabiles viros dominos Gerardum et Sifridum[c] Consten(ciensis) et Curiensis ecclesiarum episcopos, Hugolinum de Vichio militem et Heiricum de Raluengo civem Astensem, ambaxatores et nuncios serenissimi Henrici regis et imperatoris Romanorum. Respondet prefatus inclitus dominus dux pro se et comuni Veneciarum, et primo ad primum capitulum continens de adventu ipsius domini imperatoris, qui erit infra festum sancti Michaelis proxime venturum etc.: quod ipse dominus dux et comune Veneciarum de adventu eiusdem serenissimi et felicissimi domini imperatoris consolationem maximam recipiunt atque habent, et imperialem magnificenciam suam optant et sperant ad eius votum feliciter prosperari.

Ad secundum capitulum continens, quod placeat ipsi domino duci, cum ex ista parte montium ipse dominus rex fuerit, ipsum recipere tamquam Romanorum regem et imperatorem. Respondet dictus dominus dux pro se et comuni Veneciarum, quod ipsum volunt et parati erunt recipere et habere tanquam regem et imperatorem Romanorum dignissimum, ut continetur in capitulo memorato.

Ad tercium et quartum capitulum simul continentia de ambaxatoribus mittendis ad ipsum dominum regem et de gente armata etiam transmittenda. Respondet predictus dominus dux, quod mittet ambaxatores, sindicos et procuratores suos, sicut conveniret, ad culmen sue maiestatis, iuxta formam requisitam, et si eius adventus[d] vel processus esset per mare, pararet et daret de gente sua celitus sibi per mare concessa ad eius magnificenciam et honorem.

Ad quintum capitulum continens, quod placeat ipsi domino duci, si guerram habet cum aliquo, facere pacem vel treuguas usque ad festum Omnium sanctorum. (Nov. 1.) Respondet dictus dominus dux, quod per Dei gra(cia)m et provisionem cum nulla civitate guerram habet, licet dominus summus pontifex contra comune et homines Veneciarum exhibuerit et exhibeat se discordem, sicut credit ipse dominus dux ad imperialem notitiam pervenisse, set sperat ipse dominus dux, quod operante pacis et quietis auctore factum capiet bonum finem in brevi. Verum si opus esset, ipse dominus dux et comune Veneciarum ad imperialem favorem confidenter recurrerent et requirerent ut devoti, sperantes firmiter ipsum favorem invenire propicium et benignum.

Ad sextum et ultimum capitulum de prestacione serviciorum et iurium, que per comune vel singulares personas imperio tenerentur. Respondet sepedictus dominus

376. b) *praecedit signum paragraphi C.*

377. a) co͞i *similiter semper or.* b) Venec̄ *semper or.* c) Sifr̄ *or.* d) *sequitur* 7 *delet. or.*

1) *Cf. (Predelli) l. c. I, 102 nr. 442.*

dux et comune Veneciarum, quod si reperietur, quod teneantur ad aliqua, illa parati erunt exhibere et dare, sicut iustum fuerit et debebunt.

Postremo offerunt[e] ea que habent ad ipsius domini imperatoris honorem, reverenciam et augmentum, imperiali culmini se et statum suum humiliter commendantes.

5 Data[f] in nostro ducali palacio, anno incarnationis dominice millesimo trecentesimo decimo, indit. VIII, die vigesima mensis Iul.

378. *RESPONSIO BURGI SANCTI DONNINI. Aug. 4.*

Autographon tabularii Roncioniani nr. 640 edidit Bonaini l. c. I, 30 nr. 23. In verso scriptum est: ℞ Burgi Sancti Donini. *Propositiones legatorum abbreviavimus.*
10 *Cf. infra nr. 379 cap. 28.* *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Anno eiusdem Domini millesimo CCCX, inditione VIII, die Martis IIII. mensis Augusti. Venerabiles Gerhardus Constantiensis, Sifridus Curiensis episcopi, Hugolinus de Vichio miles et Henricus de Ralvengo civis Astensis, ambassatores, nuntii et procu-
15 ratores serenissimi domini Henrici Romanorum regis et imperatoris in partibus Lombardie, in presentia nobilis viri domini Iohannis de Vedano potestatis Burgi Sancti Donini et sapientum dicti Burgi ad hoc convocatorum, ex parte prefati domini imperatoris proposuerunt omnia et singula infrascripta:

In primis intimaverunt — tenetur ei facere[1].

20 Qui dominus potestas et sapientes eorum nomine et vice et nomine dicti comunis ibidem incontinenti dixerunt et responderunt:

omnia et singula capitula et petitiones in ipsis capitulis complensa se vele facere et adimplere in omnibus et per omnia pro posse. Eo salvo quod nollunt recipere treuguas, nisi primo gaudeant bona eorum.

25 Actum extra dictum Burgum in domo fratrum Minorum, presentibus testibus ad hec vocatis et rogatis domino Bonifacio de Lupis marchio Soranie, domino Bernardino Nichola, domino Iohanni Henrico de Domo milite, domino Fredelico de Reno milite et aliis. Et inde rogaverunt me notarium infrascriptum fieri publicum instrumentum.

(S. N.) Et ego Martinus Loge notarius publicus, civis civitatis Yporegie, hiis
30 omnibus interfui et hanc cartam tradi et scripsi.

379. *RELATIO LEGATORUM REGI PORRECTA. (post Aug. 4.)*

Documenti gravissimi autographon item exstat in tabulario Roncioniano nr. 624 signatum. Est enim rotulus quatuor foliis adsutis constans. Edidit Bonaini l. c. I, 31 nr. 24. Nos denuo autographon accurate inspeximus, nonnulla illius editionis menda
35 *corrigentes.* *(P. deest.)*

In nomine Domini Iesu Christi amen.

S'ensieut le relation, que notre siires li rois a enjoint a l'evesque de Constanche et de Ceure et a monsigneur Huguelin da Vic et a Henri de Ralvenig citain d'Ast.

1. En l'an de notre Segneur mil CCCX, le Mardi devant l'Asencion, nous venismes *Mai. 26.*
40 a Yverie, et nous vindrent au devant chiaus de la cite, la poesta, li capitaines, li clergie[a],

377. e) offerūt *or.* f) *protocollon in C:* Data XX *(corr. ex XXI)* Iul., VIII. indic. Et nota, quod fuit bullata bulla plumbea.

379. a) li clergie *supra lineam or.*

1) *Textum v. supra pag. 312 lin. 13—34.*

li noble et li ancien et tout le peuple[b]. Et ilenc propossames les chapistres einsi conme il nous estoient commande sollempnelment et par devant[c] tout le peuple:

Premierement denonchasmes l'avenement du dit monsigneur le rois, chest a savoir que son ost passeroit par le mois d'Aoust et seroit passe la plus grant partie de ses gens dedens la fin du dit mois. Apres que mesirs seroit en propre persone outre les mons dedens la feste saint Michel.

Encore requirismes, que il recheussent monsigneur conme leur roi et leur signeur sollempnelment et honorablement. Item que il li obedissent einsi conme il i estoient tenu. Item que il apareillassent les pas et les pons et les voies, et pourvoissent viandes[d] en tel maniere, que messirs ni ses gens n'eussent point de defautes.

Item requerimes, que kant messirs seroit outre les mons, que il viegnent au devant de lui pour lui acompagner a grant reverence et a grant honeur, einsi conme afiert a la hauteiche de la maieste enperial, et gens d'armes apareillies honorablement chascun selonc son povoir.

Item requirismes, que il envoiassent honestes ambaseours et sages procureors et sindiques a oir ses conmandemens raisonables et droituries et sa bone vollonte et sa bone entencion.

Item requirismes desus le ban enperial u desous la paine que messirs i voudroit meitre u la paine de droit, que se il avoient guerre, que il feissent pais. Et se il ne povoient faire pais, que il feissent u recussent[e] trives jusques a la feste de Toussains et se conmandismes sour les paines devant dites. (Nov. 1.)

Item requirismes, que tout chil li seroient tenu aucun droit et aucun[f] servise generalment u especialment, fussent apareillie[f] a rendre et a satisfaire au dit monsigneur le roi, quant il sera de la les mons.

Premierement response d'Yverie os chapistres devant dis. Respondirent de la volonte de la poesta et de tout le commun, que il vouloient obeir a le granteiche enperial, quant il sera de la les mons, et faire envers lui tout ce quil doivent. Et en ceste maniere respondi l'evesque de la ville [1].

2. Item a Verchcil fussmes recheus sollempnelment et honorablement et proposasmes les chapistres devant dis, presens la poesta, li clergie, les nobles et le peuple. Et respondirent, que il estoient moult lie et moult joiant de la veinue monsigneur, et que il procureront a l'aide de Dieu, que messirs seroit recheus conme vrais sires natural, et li prochaceroient viandes pour li et pour sa gent. Et de toutes les autres choses que sont contenues os devant dis chapistres, il feront tant que mesirs s'en tenroit apaies. Si conme bon suget et leal, requirismes a l'evesque par nos mesages et par nos leitres deus chastiaus, que il tenoit en conmande de l'enpire. De coi il ne nous a fet nulle response [2].

(Mai. 31.) 3. Item[g] fusmes a Casal, la ou nous fusmes recheus plus sollempnelment et honorablement et de plus grant vollonte et de meilleur quor, li viel et li jones et tout conmunalment crierent a une vois: 'vive, vive li rois'. Et ne cesserent tant conme nous fusmes en la ville de clamer: 'vive, vive l'enpereeur' a pleurs et larmes de la grant joie, que il avoient. Ilenc[g] respondirent, que il vouloient et estoient apareillie de grant ceur et de grant vollonte de rechevoir monsigneur conme leur segneur natural et d'obeir a lui, einsi conme il est contenu os devans dis chapistres [3].

379. b) et tout le peuple *in loco raso or.* c) par devant *in loco raso or.* d) et pourv. viandes *in loco raso or.* e) u recussent *supra lineam or.* f) *supra lineam or.* g) *praecedit* C *or.*

1) *Ad cap. 1 conferendum est supra nr. 362.* 2) *Documenta ad cap. 2. 6. 10. 12. 18—21. 24—27. 29 (I—VI) spectantia servata non sunt.* 3) *Ad cap. 3 conferendum est supra nr. 363.*

4. Item fusmes a Valeinche, et respondirent en la maniere et en la fourme, que chiaus de Casal ont respondu, counne bon suget et leal[1]. (Iun. 1.)

5. Item fusmes a Tartone, ou nous fusmes recheus sollempnelment. Ilenc respondirent, que il estoient lies et joians de la venue monsigneur et que il procure-
5 roient de tout leur povoir de lui rechevoir conme leur segneur natural, et pourverroient de viandes pour lui et pour ses gens a tout leur povoir, et estoient apareillie d'obeir a monsigneur en toutes les choses, qui sont contenues os devans dis chapistres[2]. (Iun. 2.)

6. Item fusmes a Pavie, et ilene fusmes recheus honorablement sour tous les autres lieus. Et vint au devant de nous l'evesque et le conte Phelipon et la plus grant
10 partie des gens de la ville a pie et a cheval, et ilene proposames nos chapistres sollempnelment. Respondirent, que il vouloient monsigneur rechevoir conme leur droit segneur natural et faire et obeir a tous ses conmandemens, et plus faire, se faire le povoient. Et la nous paierent-il nos despens. En celle maniere respondi l'evesque et tout ses linages.

15 7. Item fusmes a Melan, et ilene nous vindrent a l'encontre li capitaines et la povesta et grant gens de la cite et nous rechurent a mult grant joie et a grant feste. Et proposames nos chapistres einsi conme nous estions acoustume. Et demanderent dilation de respondre jusques a XV jours. Durant la dilation, li capitaines fist parlement des segneurs de toute sa lie, et apres nous envoia la responsion a Lo dedens le dit
20 terme. De coi la responsion est telle: que il sont apareillie de venir au devant a monsigneur honestement et honoreement et lui honorer de tout leur povoir, et lui rechevoir grandement, et faire envers lui toutes les choses, os queles il sont tenus, et tous les drois et honeurs du saint enpire garder a leur povoir. Et ont bone esperance et grant, que mesirs tenra le capitaine et ses amis et le conmun de Melan u bon estat
25 ou il sont et leur drois et leur privileges, qu'il ont eu et ont encore, et leur terres, leur honeurs et les convenanches, qu'il ont eu de l'enpire, mesirs gardera et maintenra[3]. (Iun. 8.) (Iun. 22.)

8. [h]Item fusmes a Vigeve, qui est chambre de madame l'empereris, et ilene fusmes recheus en la maniere, que nous fusmes recheus a Pavie. Ilene respondirent, que les cors et les avoirs et quant que il povroient faire estoit en service de l'enpire
30 et au conmandement. Mes li capitaines de Melan tient la terre, pour coi il n'ont ose faire autre response sans son commandement, mes se il eussent si bien franc povoir, comme il ont bone volonte, il respondissent tant, que messir s'en tenroit bien apaie. Et ilene firent present de vin et d'avaine[4]. (Iun. 10.)

9. Item[i] fusmes a Novaire, ou nous fusmes recheus sollempnelment, tout einsi
35 conme nous fusmes a Tortone. Ilene respondirent de venir au devant de monsigneur honorablement et a gens d'armes, quant il sera decha les mons, et que il referont les pons et les voies, et apareilleront viandes et hostes en le toute a tout leur povoir, et sont apareillies de faire trives a leur anemis, mes que il soient aseures, que leur anemis atendissent les trives. Et eussent respondu largement, mes il sont loies a Melan et a
40 pluseurs autres cites, et ne povent maintenant doner autre response, tant que il aient parle a leur compagnons. Et quant il aront eu conseil de leur compagnons, il envoieront anbaxoeurs a monsigneur, quant il sera decha les mons a la reverence et a l'oneur de (Iun. 11.)

379. h) *incipit folium secundum adsutum.* i) *praecedit* C *or.*

1) *Cf. supra nr. 364.* 2) *Nr. 365. Cf. infra cap. 29 (I).* 3) *Nr. 366. Cf. infra cap. 29 (III).*
45 4) *Nr. 367.*

monsigneur, et traiteront a lui de l'oneur et du profit du saint enpire. Et se il fust a leur vollonte et il ne fust pour la confederacion de la lie, il eussent donc clere responsion a tous les chapistres. Et l'evesque respondi, que il veut obeir a monsigneur en toutes les choses, que sont contenues os devans dis chapistres [1].

10. Item[k] venismes a Come, et fusmes recheus conme a Tartone sollempnelment et honestement. Ilenc respondirent, que il estoient apareillies d'obeir a monsigneur en toutes les choses contenues os devans dis chapistres, et ont esperance firme que messirs gardera les drois et les privileges, les chastiaus et les terres du conmun de Come, et especialment la partie des Vicane, et en l'estat ou il sont maintenant.

(Iun. 16.) 11. Item[k] venismes a Monche, et nous vindrent a l'encontre li clergie et li lai a grant procession a pie et a cheval, et nous rechurent de bon cuor et de bone vollonte. Ilenc proposames les chapistres. Et respondirent, que il ne pevent doner autre responsion, que chiaus de Melan donront, quar il sont en la sujection du capitaine de Melan [2].

12. Item[k] venismes a Bergueme, et nous fissent si grant honeur et reverence ausi conme il eussent fet a monsigneur l'enpereur, se il i eust este en persone propre. Et ilenc respondirent de faire toutes les choses, que sont contenues os dis chapistres, et ilenc paierent nos despens honestement et largement. L'evesque du dit lieu respondi, que il estoit aparellies a monsigneur d'obeir en quanque il en est tenus.

(Iun. 20.) 13. Item[k] venismes a Creme, et einsi fusmes recheus, conme nous fusmes a Casal, et proposames nos chapistres. Et respondirent, que il estoient apareillie d'obeir a toutes les choses, qui estoient contenues os devans dis chapistres, sauf che que il fisent protestation, que les drois et les privileges, que il ont des devantrains enpereeur, que leur soient serves et wardes [3].

(Iun. 21.) 14. Item[k] venismes a Lo, et fusmes recheus honoreement et proposames nos chapistres. Et ilenc respondirent, que il sont tout jours en servans de sainte eglise et ami de tous chiaus, qui venroient u nom de sainte eglise, et especialment de monsigneur l'enpereur, puisque il vient de la vollonte de l'eglise, et que il sont entre Melan et Cramone et pluseurs autres chites, as queles il ne pevent contrester ne contredire. Toutes voies il sont apareillie d'obeir a monsegneur, puisque il vient de la vollonte de l'eglise [4].

(Iun. 23.–26.) 15. Item[k] venismes a Plaisenche, et fusmes recheus ausi honorablement conme a Pavie et proposasmes nos chapistres. Et ilenc respondirent, que il sont appareillie a monsigneur d'obeir en toutes les choses contenues os devans dis chapistres. Et paierent nos despens [5].

(Iun. 27.) 16. [l]Item venismes a Cramone, et les chapistres proposes, ilenc respondirent, que il estoient ami de sainte eglise, pour coi il vouloient requerir le conseil de la dite eglise, et que se il venoit de la vollonte et du conseil notre pere le pape, il obediroient a monsigneur l'enpereur, a son conmandement et a sa vollonte [6].

17. Item[k] venismes a Bresa, et ilenc nous rechurent honorablement et nous vindrent (Iun. 29.) a grans gens encontre a pie et a cheval, et proposames nos chapistres. Et ilenc

379. k) *praecedit* C *or.* l) *incipit folium tertium adsutum.*

1) *Cf. supra nr. 368.* 2) *Nr. 369.* 3) *Nr. 370.* 4) *Nr. 371.* 5) *Nr. 372.* 6) *Nr. 373.*

respondirent, que il estoient apareillie d'obeir a monsigneur l'enpereur a toutes les choses contenues os dis chapistres, se il plaist a sainte eglise. Et nous paierent nos despens [1].

18. Item[m] venismes a Mantua, et ilene fusmes recheus grandement et hautement, 5 et proposames nos chapistres. Et ilene respondirent, que il sont apareillie d'obeir a monsigneur l'enpereur en toutes les choses contenues os devans dis chapistres et plus. Et que il sont mult lies de la venue monsigneur et faire tout quanque il plait a monsigneur. Et paierent nos despens.

19. Item[m] venismes a Verone, et fusmes recheus honorablement et grandement sour 10 toutes les autres cites desus dites, et proposames nos chapistres. Et ilene respondirent, que il sont apareillie haut et bas tout entierement a obeir et faire toutes les choses contenues os devans dis chapistres, et plus que il se mettent du tout en le vollonte monsigneur. Et nous paierent nos despens. Et as deus evesques donerent deus coupes et as autres deus deus chemoures.

15 20. Item[m] venismes a Viceinche, la quelle cite est en la main de chiaus de Pave, et ilene fusmes recheus mult honorablement, et proposames nos chapistres. Et ilene respondirent, que il estoient sous la protetion de chiaus de Pave, et quanque il nos seroit respondu de la cite de Pave pour iaus, que ce seroit leur vollonte et leur gre. Celle nuit nous alasmes gesir chies la poesta de Vicence monsigneur Nicole 20 de Luce votre chevalier et votre ami especial, qui nous rechut en son chastel mult honoreement.

21. Item[m] venismes a Trevis, et fusmes recheus mult honorablement, et proposames nos chapistres. Et ilene respondirent monsigneur Richard de Camin et le conmun de la ville et demanderent dilation jusque a notre venue de Friole. Et nous 25 respondirent a Feraire par ses procureurs especiaus, que il sont mult lie de la venue monsigneur et ont grant esperance, que ce soit a honeur et a reverence et a pais de sainte eglise et du saint enpire. Respondirent sour les autres chapistres, que il entendoient honorer et servir monsigneur l'enpereur en toutes les choses, que il pouront et devront. Et nous fisent nos despens a l'aler et au venir par V jours et nous donerent 30 a chascun un hennas d'argent.

22. Item[m] venismes a Friol a Otin, et la trouvasmes le patriarche. Estoit avec (Iul. 14.) lui le conte de Gorice et le babannique de Sclavonie a armes avec le patriarche, qui mult s'ofrent au servise monsigneur. Et nous rechut le patriarche ausi honereement, conme nous fusmes recheus a Verone et paia nos despens par IIII jours. Et res-35 pondi mult gracieusement a chascun chapistre, que il estoit apareillie d'obeir, de plaire et de servir a toutes les choses contenues os devans dis chapistres, et outre ce meitre le cors, l'avoir et les amis et tout son povoir en la vollonte monsigneur [2].

23. Item[m] venismes a Venise, et fusmes recheus honorement sour tous les autres (Iul. 20.) lieus. Ilene descendi de son siege li dux pour venir au devant de nous, ce que il ne 40 fist onques pour anbaseeur de roi ne d'enpereeur. Ilene nous respondirent, que il (Iul. 20.) estoient mult lie de la venue monsigneur l'enpereur et que il estoient apareillie de faire et d'obeir a monsigneur en toutes les choses contenues os devans dis chapistres. Et outre il ofrirent les cors, les avoirs du conmun et des persones singuleres de Venise

379. m) *praecedit* C *or.*

45 1) *Cf. supra nr. 374.* 2) *Nr. 375.*

au servise monsigneur l'enpereeur et par mer et par terre. Et nous paierent nos despens largement, et mangierent avec nous tout jours bien C des meilleurs de la cite. Et donerent a chascun des nos evesques deus coupes a tonnleique et a nos autres deus deus hennas et a trois chevaliers monsigneur de Constanche chaseun une eoupe[1].

24. [n]Item venismes a Pave, et fusmes reeheus mult honorablement et proposames nos chapistres. Et ilene nous respondirent chiaus de Pave et la cite de Vieeinche, la quelle nous avoit dit et promis de respondre a Pave, et respondirent toutes les deus cites ensemble, que il estoient mult lie et looient de Dieu de la venue monsigneur l'enpereur, et que Dieu par sa graee le laissast longuement vivre, par eoi il peust l'estat de sainte eglise et de l'enpire tenir et maitre en pais. Et diserent, que tout jours il avoient este vrais catholiques et devot a sainte eglise, et einsi l'entendent a estre perpetualment, conme il soit chose que par l'eglise il ont este tout jours deffendus et tenses, et especialement furent tenses et deffendus par l'eglise d'un mal tirant monsigneur Ecelin de la Marque, qui mult de mal leur avoient fait. Et pour che si entendent a conserver l'oneur de la sainte eglise et du saint enpire et de dire et de faire, ce que il penseroient, qui fust pour le meilleur pour le essauchement de l'eglise et du saint enpire honorer, et pour la defension et la pais et la transquilite, u il sont, conserver.

25. Item[o] venismes a Mode, et fusmes recheus mult honorablement et nous vindrent a l'encontre, et proposames nos chapistres. Ilene respondirent, que il estoient apareillie et desirant d'obeir a tous les chapistres ensemble, et a ehascun par lui, et a tous autres conmandemens qui par monsigneur l'enpereur li seroient enjoins selonc leur povoir. Et nous paierent nos despens. Et respondi l'evesque, que de toutes le choses, de eoi il sera tenus envers monsigneur l'enpereur en lieu et en tens, il est apareillie d'obeir et de faire.

26. Item[o] venismes a Regi, et nous reehurent ases eonvenablement. Et respondirent a chascun chapistre, et chascun a par lui estoient apareillie d'obeir et de faire, einsi conme il sont eontenu. Et respondi l'evesque, que il estoit apareillie de faire et d'obeir a monsigneur l'enpereur si conme a son signeur tenporal a toutes les requestes et a toutes autres ehoses, que il devroit faire, si eonme avoient fait si deventrain a l'enpire.

27. Item[o] fusmes a Palme, et fusmes reeheus mult honorablement et nous vindrent a l'encontre. Et respondirent a nos chapistres, que generalment il estoient apareillie d'obeir a tous les chapistres. Et ee meismes respondi l'evesque de Palme.

(Aug. 4.) 28. Item[o] venisme a Boure Saint Donnin, chambre d'enpire, qui nous rechurent mult honorablement. Et respondirent, que a la venue de monsigneur l'enpereur il sont apareillie de lui rechevoir si conme leur droit segneur et d'obeir a tous ses conmendemens[2]. Tout en ceste maniere respondirent les foresis de Palme, qui sont demourans en la dite ville.

29. (I) L'abe[o] de Tartonne respondi, que as capitles il estoit apareillie d'obeir a son povoir einsi conme il est tenu.

379. n) *incipit folium quartum et ultimum adsutum.* o) *praecedit* **C** *or.*

1) *Cf. supra nr. 361. 376. 377. Cf. etiam deliberationem consilii maioris die 17. Iul. habitam, quam e codice 'Secreta' tabularii regii Venetiani descripsit L. A. Ferrai 'Rivista storica Italiana' VII (1890) pag. 702 not. 2:* Item quod dominis ambaxatoribus possit provvideri de expensis pro comuni ita honorate, sicut convenit et sicut videbitur. Item quod ipsis ambaxatoribus domini imperatoris Romanorum possint fieri dona, quantum et sicut videbitur domino, consiliariis et capitibus de XL. 2) *Nr. 378.*

(II) Monsigneur Phelip de Langouse et tous chiaus de Langouse respondirent plainement, que il estoient apareillie si conme bon suget et vasal d'obeir a toutes les requestes.

(III) L'abe de Saint Anbreus de Melan suget a l'enpire respondi, que il recheevra monsigneur l'enpereur si conme son signeur tenporal, et est apareillie d'obeir a tous 5 les chapistres.

(IV) Le conte de Masin, les contes de Saint Martin et tous les autres gentilshomes et chastelains en Canaveis entre Verceil et Ivree respondirent et jurerent, de venir haut et bas au conmandement de monsigneur l'enpereur.

(V) Tous contes, barons, castelains de Lombardie, qui tienent de l'enpire, ont 10 respondu generalment, chascun par lui, d'obeir et faire tous les conmandemens monsigneur l'enpereur, et mult desirent sa venue.

(VI) Tous les foressis de Boulongne et de toutes les autres cites de Lonbardie sont venus a nous et se sont ofers de servir a tout leur povoir monsigneur l'enpereur.

Et[p] de toutes les requestes et les responses devant dites nous avons estrument 15 publiques u laitres saillees des seaus des conmuns[1].

380. ABSOLUTIO A PROSCRIPTIONIS SENTENTIA.

1310. Mai. 12.

Supersunt duo autographa 1 *et* 2 *in tabulario generali regni Bawarici 'Kaiserselect* 20 *Nachtrag' nr. 169 asservata. Quae hucusque inedita descripsimus vel contulimus. Pendent sigillum autographi* 1 *laesum filis sericis rubei flavique coloris, autographi* 2 *parum laesum loro membranaceo. Scripta sunt eadem manu. — Böhmer, Reg. Heinr. 235.*

(P. deest.)

Nos Heinr(icus) Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum 25 noticiam volumus pervenire, quod ex parte prudentum virorum civium Ratisponensium dilectorum fidelium nostrorum propositum extitit coram nobis, quod licet per antecessores nostros eisdem civibus sit concessum et per nos postmodum confirmatum, ut ad nullum iudicium extra civitatem predictam trahi valeant aut vocari, tamen ad instanciam Greymoldi de Rŏchlingen[a] quidam ex eisdem civibus sunt proscripti. Suppli- 30 cantes sibi super eo de oportuno remedio provideri. Unde volentes, quod prefatis civibus huiusmodi gracia commodum producere debeat, non offensam, Wernherum Strubingerium[b] presentem a sentencia proscripcionis absolvimus et Fridr(icum)[c] de Owe ac Gumbertum de Heyda cives Rat(isponenses) indempnes similiter absolvemus. Qui infra festum beati Michahelis proximum sub nostri conductus securitate, quem eisdem (Sept. 29.) 35 per presentes concedimus, pro absolucione huiusmodi nos accedent[d, 2]. Harum testimonio litterarum.

Dat. in Rynvelden, IIII. Idus Maii, anno Domini millesimo trecentesimo decimo, regni vero nostri anno secundo.

379. p) Et—conmuns *alio ductu atramento pallidiori scripta sunt or.*

40 **380.** a) Rochlingen 2. b) Strubingarium 2. c) Frider̄ 2. d) accedn̄t 1.

1) *Cf. supra nr. 362—378.* 2) *Cf. supra nr. 342.*

381. VOCATIO AD PARLAMENTUM.

1310. Mai. 19.

Autographon tabularii civitatis Lubecensis 'Trese Caesarea' nr. 66 denuo descripsit vir d. Fr. Bruns. Sigilli dorso impressi, quo litterae clausae erant, vestigia adsunt. In dorso inscriptionem praebent: Prudentibus viris scabinis, consulibus et civibus Lubicensibus, nostris et imperii fidelibus dilectis. *Editae sunt in 'Codice diplomatico Lubecensi' II, 219 nr. 256. — Böhmer, Reg. Heinr. 634 (Addit. II). (P. deest.)* 5

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris scabinis, consulibus et civibus Lubicensibus, fidelibus suis dilectis graciam suam et omne bonum. 10

Assumpto iam pridem divini disposicione consilii regalis preeminencie principatu, ad hoc potissime convertimus aciem mentis nostre, quod fidelibus populis Romani regni desiderate quietis ubertas proveniat et status imperii felicibus crescat auspiciis, divina providencia nostro proposito favorabiliter annuente. Ut autem super hiis tractatus oportunus et utilis habeatur, de consilio principum et fidelium imperii ac nostrorum 15 super quindenam post festum proximum beati Iohannis baptiste in opido Frankenfurd (Iul. 8.) colloquium seu parlamentum cum principibus, baronibus, comitibus ac aliis vasallis imperii dignum duximus colligendum. Unde fidelitatem vestram hortamur attente in fidei debito, quo nobis et eidem astringimini imperio, requirentes, quatinus tractatibus huiusmodi in predictis loco et termino postpositis omnibus aliis negociis studeatis per- 20 sonaliter interesse vel saltem aliquot ex vobis pleno mandato suffultos ad nostre maiestatis presenciam transmittatis, ac super eo religioso viro fratri Frank(oni) de Mörle ordinis sancti Iohannis, exhibitori presencium, adhibeatis plenam fidem.

Datum in Keysersberg, XIIII. Kalen. Iunii, regni nostri anno secundo.

382—386. SCRIPTA AD SERVITIUM MILITARE SPECTANTIA. 25

1310. Iun. 8.—Sept. 20.

Continuationem scriptorum ad servitium militare spectantium v. infra ad a. 1310. Oct. 4.—17. Cf. etiam ad a. 1310. Nov. 3.

382. *SCRIPTUM PRO NOBILIBUS DE WEISSENBURG. Iun. 8.* 30

Autographon tabularii Bernensis denuo descripsimus. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. Edidit etiam Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 237 nr. 368 ad exemplar iam olim a b. m. Iaffé paratum. — Böhmer, Reg. Heinr. 239. (P. deest.)

Nos Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri 35 Romani imperii fidelium noticiam volumus pervenire, quod quia nobiles viri Iohannes et Petrus de Wizzemburg fideles nostri dilecti iuxta fidem puram et sinceram devo-

cionem, quam semper ad sacrum Romanum tenuere imperium, promiserunt, ut quam primum in Ytaliam procedere nos continget, iidem nobis comitivam facient et cum octo dextrariis et duobus balistariis armis et equis more solito preparatis fideliter serviant per annum continuum ultra montes, eisdem Iohanni et Petro fratribus, ne suis
5 stipendiis militare cogantur, ducentas minus sedecim marcis argenti promisimus nos daturos. Pro qua pecunia, quam in parato non habuimus, ipsis vallem nostram et imperii Hasle cum bonis et hominibus sibi pertinentibus duximus obligandam, sic videlicet quod dicti fratres de dicta valle in auctumpno sequenti proxime recipiant sexaginta marcas. Nosque de residua pecunia eisdem usque ad carnisprivium satisfacere (1311. Febr. 24.)
10 promisimus sine mora. Quod si facere et adimplere non curaremus, extunc ipsos dictam vallem cum pertinenciis suis retinere concedimus et volumus, fructus perceptos et percipiendos eisdem pro suis serviciis remittendo pariter et tenendo[a], quousque per nos vel successores nostros in imperio dicte ducente marce minus sedecim sibi vel suis heredibus fuerint integraliter persolute. Dabimus[b] eis eciam commune stipendium pro
15 expensis. Harum testimonio litterarum.

Dat.[b] in Lutzelemburg, VI. Id. Iunii, anno Domini millesimo trecentesimo decimo, regni vero nostri anno secundo.

383. *SCRIPTUM PRO GUIDONE DALPHINI.* *Aug. 30.*

Autographon tabularii Gratianopolitani 'B. 3267' nos ipsi descripsimus. Scriptum
20 *est ab homine Germano. Sigillum desideratur, foraminibus relictis. Quae exesa sunt, supplevimus e Copiario C bibliothecae Parisiensis lat. 9908 saec. XIV—XV. fol. 18', e quo documentum iam vulgavimus 'Neues Archiv' XXIX, 605 nr. VI.* *(P. decst.)*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.
25 Dignum et condecens arbitrantes, ut hii, qui nostris et imperii ferventer invigilant obsequiis, amplioris benificencie pre ceteris premia mereantur, quia igitur nobilis vir Guido Delfini dominus Montis Albani fidelis noster dilectus nobis cum quadraginta dextrariis per unum annum integrum ultra montes in Italiam servire promisit pro stipendiis consuetis, nos huiusmodi ac alia, que idem Guido nobis [im]pendit[a] obsequia
30 et inantea impendere poterit, graciosius intuentes, sibi ut in castro suo de Nyonis vel in castro de Molanis sive territoriis eorundem castrorum [sex de]narios de homine, duodecim denarios de animali et tres solidos denariorum de [quadrig]a nomine p[edagii] sive thelonei tollat et percipiat, de liberalitate regia con[cedimus et pr]esenti[bus indulg]emus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus [est a]ppensum.
35 Dat. in Heymbach, III. Kalen. Septembr., anno Domini millesimo trecentesimo decimo, regni vero nostri anno secundo.

384. *SCRIPTUM PRO COMITE DE ÖTTINGEN.* *Sept. 1.*

Autographon tabularii in Wallerstein iam olim descripsit Jaffé b. m. (= Winkelmann l. c. II, 238 nr. 372). Sigillum deest. Cf. Winkelmann l. c. II, 239 nr. 373. —
40 *Böhmer, Reg. Heinr. 286.* *(P. decst.)*

Nos Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum noticiam volumus pervenire, quod propter fidelia servicia, que vir nobilis Ludewicus

382. a) *sic or.* b) Dabimus — Dat. *in loco raso artius scriptum or.*

383. a) *uncis inclusa exesa desunt or., quae ex C supplevimus.*

comes de Otingen dilectus fidelis noster illustri Iohanni regi Bohemie, principi et filio nostro karissimo, versus Bohemiam in persona propria cum certo numero armatorum fideliter exhibere promisit, eidem octingentas libras Hallensium promittimus nos daturos, quas apud civitates imperii sibi duximus deputandas, sic quod a festo beati Martini (Nov. 11.) proximo per annum quadringentas libras et abinde post annum immediate sequentem residuas quadringentas libras integraliter percipere teneatur. Quas de sturis tunc nobis solvendis volumus defalcari. Harum testimonio litterarum nostre maiestatis sigilli robore signatarum.

Datum Spire, Kalendis Septembris, anno Domini [millesimo][a] trecentesimo decimo, regni vero nostri anno secundo.

385. *SCRIPTUM WERNHERUM DE RANDECKE TANGENS.* *Sept. 18.*

Autographon tabularii generalis regni Bawariei 'Mainz Erzstift St. Alban fasc. 10' servatum denuo descripsimus. Sigilli dorso impressi vestigia apparent. — Böhmer, Reg. Heinr. 318. *(P. deest.)*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus venerabili Petro archiepiscopo Mogunt(inensi) principi et secretario suo karissimo gratiam suam et omne bonum.

Placet nobis tibique plenam tradimus potestatem Wernherum de Randecke nostre gratie reformandi, ita quod idem Wernherus spectabili viro Walramo de Lucelnburg fratri nostro karissimo cum sex dextrariis magnis serviat ultra montes. Presentium testimonio litterarum.

Dat. Columbarie, XIIII. Kalen. Oct., regni nostri anno secundo.

386. *SCRIPTUM SUPER SERVITIO A SPIRENSIBUS PRAESTANDO.* *Sept. 20.*

Repetimus editionem, quae ex autographo tabularii civitatis Spirensis parata est apud Hilgard 'Urkunden zur Geschichte der Stadt Speyer' pag. 202 nr. 263. Sigillum, quod pendebat loro membranaceo, desideratur. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 287. *(P. deest.)*

(1) Wir die rihtere unsers herren des bischoves von Spire tûn kunt allen den, die disen brief ansehent oder hôrent lesen, daz vûr uns kament der . . rât von Spire einsite, her Albrecht Summer, her Jacob Slaffer rittere von Ditensheim, Cûnrat des vorgenanten hern Jacob Slaffers sûn, Johannes Schade unde Wilhelm sin brûder, Wenze von Monsheim, Stevene, hern Steven sûn von Karlebach, Heinrich Mudiz, Arnolt von Holdenberg unde Stevene von Flanburne edelknehte andersite, unde ubertrûgen mittenander, daz die vorgenanten rittere und edelknehte, der sint zehene an der zal, igelicher mit eim grossen rosse von fûnfzig phunden eder dar unbe unde mit deme daz dar zû hôret von der stette wegen von Spire unde in der burgere dienste varn sollent uber daz gebirge gegen Lamparten mit dem kûnge. Unde sollent die burgere hern Albrecht dem Summer, der hŏbetman der andern sol sin, drizig marg silbers, unde dem Slaffer fûnf unde zwenzig marg silbers, unde da nach iedem edeln knehte zwenzig marg silbers, ie die marg unbe dru phunt hallere ane vier schillinge zû rechenne, geben igenote bereit sich zû berossene unde zû rustende. Dar zû sollent sie igelichem rittere vier marg unde igelichem edeln knehte drie marg in der vorgenanten schetzunge zû igelichem mande, die wile sie in dem dienste sint, geben sich zû bekostende. (2) Vurbaz waz an libe, an rossen oder an gûte geschieht, wie in daz geschieht, sollent in die burgere nitznit schûldig sin me zû gebene oder abe ze

384. a) deest or.

tůnde, ane alle geverde. Unde sint sie den burgern schůldig, eb ir eime ein ros abe get, daz er ein also gůtes ane geverde an des stat stellen sol in einem mande da nach, so ime daz abe get, in dem selben mande sollent ime die burgere unde ŏch vurbaz andere mande, ob er sin ros gewinnet, geben sinen solt, gewinnet er aber in
5 dem mande nit sin ros, sa sollent ime die burgere vûrbaz keinen solt geben noch nitznit schuldig sin, biz er sin ros gewinnet. (3) Wûrde ŏch ir einre in diesem dienste an rihteclichen dingen gevangen und bringet daz zů mit zwein oder drien sin gesellen dem meister oder andern, die daz uf irn eit sagent, deme sŏllent die burgere alle die wile sine gesellen in disem dienste uze sint, geben sinen solt. Wenne in aber
10 urlob wirt geben unde her wider heim koment, sa sint sie ime vurbaz keinen solt noch nitznit me schuldig zů gebene oder zů tůnde. Wirt aber ir dieheinre also siech, daz er nit webern mag, unde bringet daz zů, also da vor geschriben stat, deme sollent die burgere ŏch geben sinen solt, bis daz die reise wert unde sine gesellen her wider heim koment, als da vor geschriben stat, unde nit vurbaz me. (4) Unde hânt die
15 vorgenanten rittere unde edelknehte vor uns gesworn uf den heiligen, unserm herren dem kûnge Heinrich und dem riche unde ŏch dem rate, den burgern unde der stat zů Spire zů disen sachen unde alle die wile dirre dienst wert, getruwe unde holt ze sinde unde getruwelich zu diende unde vur schaden ze warnde, so verre sie kûnnent oder mŏgent, aber ane geverde. Unde sollent die burgere ieze anegendes ir igelichem
20 geben drie sŏlde, also da vor geret ist, da mitte sint sie drie mande soldes gewert. (5) Ez ist ŏch also geret unde gedinget, were ez daz dise reise wendig wûrde hie dissite des Lamperschen gebirges, welher denne der vorgenanten rittere unde edelknehte den burgern bi in in ir stat sitzen wil zů dienste ein jar unbe, daz sol an gen an dem tage, sa sie von Spire scheident in diesem dienste, unbe
25 daz gůt, daz ime also bereit worden ist, der sol den burgern alles des gůtes nitznit wider geben, daz sie ime geben hânt. Wer aber daz nit tůn wolte, der sol den burgern daz dritteil des gůtes, daz sie ime geben hânt, wider bereit geben unde vurbaz von in ledig sin unde die burgere von ime. (6) Wolte aber der kûng anderswar varn denne uber daz gebirge, sa soltent sie in dem selben solde mit ime
30 varn biz an die stunde, daz die burgere in enbůtent mit ir brieven her wider heim zů varnde, daz sollent sie ŏch denne tůn uf irn eit. Unde blibet dar uber ir dieheinre da, deme sollent die burgere nitznit schuldig sin ze tůnde unde zů gebene, unde sol er schuldig sin daz dritteil des gůtes wider zů gebene, als da vor geschriben stat. (7) Unde sol her Albreht Summer venre unde meister sin, unde die andern
35 nûne sollent ime undertenig sin in diesem dienste, ane geverde. Unde wenne dirre dienst oder daz jar uz get, hânt sie alle oder ir etzlicher da nach an den rât und die stat von Spire diehein ansprache, welher leige die si, von diesem dienste, dar unbe sollent sie nemen uf irn eit den vorgenanten, daz der . . rat eder daz merreteil des rates von Spire dar unbe teilent uf irn eit, und dar ûber sollent sie die
40 burgere unde die stat von Spire nit vûrbaz leidigen mit worten oder mit werken, ŏch uf irn eit.

(8) Unde daz die vorgenanten rittere unde edelknehte disen dienst vollebringen, als da vorgeschriben stât, dar unbe sint burgen worden vûr hern Albreht Summer her Johannes Summer sin brůder unde her Gŏtze hern Jacobes sûn von Ditensheim ein
45 ritter, vûr hern Jacob Slaffer unde Cůnrât sin sûn her Růdolf unde her Johannes gebrůdere von Dannestat rittere, Cůnrat Meinhart von Ditensheim unde Cůnrât von Lautenburg, vûr Johannes Schaden unde Wilhelm sin brůder her Jacob Liescher von Dietensheim ein ritter, Eckebreht von Altdorf, Kůne Kisteln von Wachenheim und Peter Kober von Dirmenstein, vûr Wenzen von Monsheim her Stevene von Karlebach ein
50 ritter unde Johannes hern Nibelunges sûn von Wachenheim, vur Steven hern Steven

sûn von Karlebach, her Franke Cranich unde her Berhtolt Rûfe von Lanbesheim rittere, vûr Heinrich Mudiz Hartmût zûm Roten Schilte unde Mudiz des selben Heinriches brûder, vûr Arnolden von Holdenberg Steffan sin brûder unde Arnolt von Wachenheim hern Gerin sûn, unde vûr Steven von Flanburc her Steven von Karlebach der vorge-nante unde Heinrich Schiels von Montfort. Unde sint die selben burgen alle vûr uns komen unde hant die burgschaft gelobet.

Unde zû eim urkûnde aller der vorgeschriben dinge so han wir unsers gerihtes ingesigel durch bette der vorgenanten partigen an disen brief gehenket.

Diz geschach unde wart dirre brief geben, da man zalte von Gottes geburte druzehenhundert jar unde zehen jar, an sancte Matheus abende des zwelfbotten.

---

387. CONFIRMATIO PRIVILEGIORUM ECCLESIAE MOGUNTINAE.

1310. Iun. 10.

Autographon tabularii generalis regni Bawarici 'Mainz Erzstift II. Nachtrag fasc. 3/4' servatum denuo descripsimus. Pendet sigillum illaesum filis sericis rosei coloris. In verso leguntur: Heinr̄ rex lr̄a confirmacionis omnium graciarum et privileg. ecclesie Magunt. et maxime super ministerialibus eiusdem ecclesie non trahendis ad iudicium domini regis, *itemque manu paullo recentiori:* Ad privilegia imperialia. J. *Transsumtum iudicum Moguntinae sedis a. 1313. Aug. 4. factum iuxta servatur. — Böhmer, Reg. Heinr. 243. (P. deest.)*

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii fidelibus tam presentibus quam futuris presentes audituris litteras aut visuris graciam suam et omne bonum.

Decet nostre celsitudinem maiestatis, ut nos divorum clarissime recordacionis imperatorum et regum Romanorum predecessorum nostrorum sequentes vestigia cunctarum ecclesiarum et pocius ecclesie Magunt(ine), per quam et nos in persona venerabilis Petri archiepiscopi Magunt(ini) principis nostri karissimi ad regale fastigium promoti magni culmen honoris accepimus, cuncta privilegia sub nostre felicitatis evo modis omnibus conserventur illesa. Cuncta itaque privilegia, munimenta, documenta seu eciam instrumenta libertatum ecclesiasticarum et mundanarum eciam super non trahendis archiepiscopis, episcopis, prelatis, collegiis, cenobiis, clericis et personis ecclesiasticis universis civitatis et dyocesis Magunt(ine) quomodolibet ad iudicium seculare, super dignitate, utilitate et honore archicancellarie, super comitatu Bachgowie, super opido Seligenstat, super ministerialibus, fidelibus, castrensibus, hominibus supradicte ecclesie Magunt(ine) annexis cuiuscunque vel qualiscunque debito vel officio servitutis vel servicii ad nostre serenitatis seu alterius iudicis nostri examine super causis aliquibus antea non trahendis, quam archiepiscopus Magunt(inus), qui pro tempore fuerit, requisitus de ipsis in reddenda iusticia negligens fuerit vel remissus, necnon generaliter et universaliter omnia quarumcunque graciarum, largicionum, donacionum, libertatum, terrarum, possessionum, iurisdictionum, beneficiorum, indultorum, iurium et honorum privilegia seu munimenta, que archiepiscopis, episcopis, prelatis, ecclesiis seu monasteriis et personis ecclesiasticis civitatis et dyocesis Magunt(ine) a divis nostris predecessoribus imperatoribus et Romanorum regibus et nominatim a pie recordacionis quondam rege

Adolfo predecessore nostro hactenus sunt concessa[1], rata tenentes et grata quasi tradita de nostris manibus ex certa sciencia confirmamus regiaque liberalitate perusi presentibus innovamus, nolentes ea in aliqua parte sui cuiusquam improbitate convelli seu novitate mutari, sed illesa pocius et intacta perpetuis temporibus custodiri. Nulli ergo hominum 5 liceat hanc nostre confirmacionis paginam, innovacionis seu tradicionis scripturam infringere vel eidem ausu quolibet contraire. Siquis autem hoc facere vel quomodolibet attemptare presumpserit, nostre indignacionis acrimoniam se noverit incurrisse, pena gravi pro culpa huiusmodi feriendus. In cuius rei testimonium presentes litteras maiestatis nostre typario tradimus communitas.

10 Dat. in Lutzelemburg, IIII. Idus Iunii, anno Domini millesimo trecentesimo decimo, regni vero nostri anno secundo.

388. COMMISSIO ADVOCATIAE PROVINCIALIS ITERATA.

1310. Iun. 11.

15 *Autographon tabularii secreti domus regiae Bawaricae denuo descripsimus. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. Cf. supra nr. 282. — Böhmer, Reg. Heinr. 245.* *(P. deest.)*

Nos Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum noticiam volumus pervenire, quod de fide et circumspectionis industria nobilis viri Georgii comitis 20 Veldencie advocati provincialis Spirkowie fidelis nostri dilecti plurimum presumentes, sibi dictam advocaciam de novo duximus committendam. Hoc adiecto quod idem Georgius mille et ducentas libras Hallen(sium) in edificia castrorum nostrorum et imperii Drivels et Nykastel debet convertere infra hinc et festum beati Martini (Nov. 11.) proximum et annum continue subsequentem. De qua summa pecunie sibi quingentas 25 libras Hallen(sium) colligendas et percipiendas de sturis Iudeorum nostrorum in Landowia, quas post sturas ipsis imponendas ad presens solvent proxime, et de theloneo in Germersheim deputamus. Dampna eciam notoria, si que idem Georgius pro nobis et imperio sustinuerit, sibi, prout conveniens fuerit, tenebimur resarcire. In cuius rei testimonium presentes litteras scribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

30 Dat. in Lutzelemburg, III. Idus Iunii, anno Domini millesimo trecentesimo decimo, regni vero nostri anno secundo.

389. MANDATUM DE HOSTE FACIENDA.

(1310. Iun. ex.)

Publici iuris factum est 'Bibliothèque de l'École des chartes' XXXII (1871) 35 pag. 472 ex actis quorundam processuum inter commune et episcopum Dienses habitorum, quae servantur in cod. Par. lat. 'Nouv. acqu. 2087', de quorum indole vide commentarium l. c. Codicem denuo inspexit Krammer. Mandatum ita decurtatum esse, sane dolemus. Praecedunt verba: Item Enricus Romanorum rex nunc regnans ad se vocavit Diensem episcopum nunc presidentem hoc modo.

40 1) *Cf. supra tom. III nr. 481. 483. 485; tom. IV nr. 14—16. 271. 272.*

Mensi Iunio exeunti mandatum vindicandum esse, e termino sex septimanarum in hoste indicanda usitato coniecerim. *(P. deest.)*

. . . . graciam suam et omne bonum.

Disponentes ad procurandum nostrum et sacri Romani imperii honorem et rei publice profectum et comodum in manu fortitudinis[1] ultra montes in Italia gressus nostros dirigere Deo dante, scinceritatem tuam in fidei debito, quo nobis et dicto imperio alligari dignosceris, seriose rogamus, monemus, requirimus et [h]ortamur, quatinus taliter te disponas, quod cum armatis quanto decencius et forcius poteris in medio mensis Augusti apud Lauzanam tuam exibeas presenciam personalem, ulterius ad instar aliorum principum et fidelium imperii nobiscum solliciter processurus.

Aug. 15.

390—394.
TRACTATUS CUM PONTIFICE.
1310. Iun. 27.—Aug. 30.

Continuationem tractatuum cum Clemente V. papa habitorum v. infra nr. 435—441.

390. *LITTERAE PONTIFICIS REGI DIRECTAE.* *Iun. 27.*

Autographon, quod inter reliquias archivi Heinrici VII. servatur Pisis in tabulario maioris ecclesiae nr. 1327, denuo accuratissime contulimus. Bulla deest. Inscriptionem praebet: Carissimo in Christo filio Henrico regi Romanorum illustri. *Item in verso leguntur:* Responsiones de mittendo legatos in Italiam et Alemaniam et super aliis petitionibus[a] domini, *scripta manu Bernardi de Mercato. Cf. Indicem a. 1313, de quo v. supra ad nr. 298, ubi eadem fere leguntur, adiectis verbis* sub bulla papali *(Doenniges l. c. II, 115).*

Minus recte edidit Bonaini loco supra ad nr. 294 citato I, 24 nr. 19. De aliis litteris eodem tempore regi missis v. infra nr. 392 cap. 1; sed illae servatae non sunt. *(P. deest.)*

Clemens episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio Henrico regi Romanorum illustri salutem et apostolicam benedictionem.

(1) Venientes ad presentiam nostram dilectos filios nobiles viros Amedeum Sabaudie et Guidonem de Flandria Zelandie comites, tue celsitudinis nuntios, et litteras per ipsos et dilectum filium Octonem de Grandisono nobis ex parte regia presentatas, benignitate recepimus consueta, et petitionibus per nobiles ipsos nobis ex tua parte porrectis de fratrum nostrorum consilio ad gratiam exauditionis admissis, exauditionem huiusmodi in consistorio publico et solenni propter hoc specialiter congregato, presente fidelium multitudine copiosa, duximus publicandam, videlicet super negotio progressus tui ad partes Italie et legato in eiusdem partibus tibi concedendo de latere, super quibus prefati nuntii apostolicam gratiam solenniter et publice implorarunt, dilectum filium nostrum Arnaldum Sancte Marie in Porticu diaconum cardinalem, consanguineum nostrum, quem scimus regii honoris intimum zelatorem, licet inviti ipsius careamus presentia propter sui profunditatem consilii, quo in magnis et arduis ecclesie Romane negotiis plurimum indigemus, specialiter deputando, quem ex certis etiam considerationibus utilibus et favorabilibus ad regie intentionis salubre propositum decentius fulcien-

390. a) suis *sequitur deletum.*

1) *Cf. 2. Reg. 2, 7; Isai. 44, 12; 62, 8.*

dum, ex certa scientia de fratrum nostrorum consilio duximus eligendum[1]. (2) Petitionis [autem legati][b] in Alamaniam exauditionem ex certis causis quoad presens duximus differendam. Sed si finaliter regii celsitudo consilii exauditionem ipsius sibi oportunam putaverit et super hoc nos duxerit requirendum, [sibi][c] providere intendimus
5 Domino largiente, quod non immerito debebit et poterit contentari. (3) De aliis etiam tuis secretis petitionibus, quas decenter potuimus, duximus admittendas et . . cancellarium tuum iuxta voluntatem tuam in episcopum prefecimus ecclesie Tridentine[2], pro certo sperantes, quod sub tuis favoribus et auxiliis ipsa ecclesia sua iura deperdita recuperabit omnino et alias sub ipsius regimine spiritualibus et temporalibus proficiet
10 incrementis. (4) Super illis autem duabus petitionibus, per quas decimas et fructus beneficiorum ecclesiasticorum primi anni tibi per nos concedi prefati nuntii secrete postulare curarunt, tue celsitudini respondemus, quod licet ab intimis cupiamus, quantum cum Deo possumus, ad exauditionis gratiam admittere omnia vota tua, tamen considerantes attentius Terre Sancte passagii generalis negotium, quod in
15 proximo futuro generali celebrando concilio, ut speramus, Deo propitio laudabilem ordinationem suscipiet, quodque per concessionem huiusmodi non solum grave dispendium, quin immo si decime ipse in uno regno concederentur [regi et in][c] partibus aliis pro eodem imponerentur negotio, quod illi, in quorum terris imponerentur, ad novitatem non modicam forsitan reputarent, irreparabile posset impedimentum dictum
20 Terre Sancte negotium de facile sustinere, diligentius etiam advertentes, quod nec considerationem regiam expedit preterire, quod quam plures e[iusdem][b] regni tui prelati, quos in tua comitiva in transitu memorato te habere contigerit, propter te gravati non modicum, non essent cum decentia ad alia gravamina compellendi, immo forsan propter grav[amen annun]tiationis[d] tui itineris caritativum a subditis subsidium implorabunt et
25 sic tam prelati quam subditi occasione huiusmodi absque onere non transibunt, et quod in casu simili decimarum et fructuum huiusmodi neque facta petitio neque secuta concessio per sedem apostolicam unquam fuit neque decime ipse regulariter nisi pro dicte Terre subsidio ac pro fidei catholice defensione et rebellium ecclesie pertinacia con[tere]nda et elidenda superbia consueverunt imponi, nec etiam ad hoc fratrum predic-
30 torum[e] ex premissis considerationibus, providum consilium vel consensus accederet, quamquam ad celsitudinem regiam et ipsius honorem afficiantur ex intimis, magnificentia regia moleste non ferat[f], si super exauditione petitionis huiusmodi non est tuis desideriis satisfactum. (5) Super premissis autem nostre mentis affectum, quia non omnia decet seu expedit committi litteris, Guido predictus tue celsitudini familiarius poterit aperire.
35 (6) Eya igitur, princeps inclite, tui recognoscens humiliter beneficia creatoris, dirige vias tuas in semitis mandatorum eius, honora ecclesiam matrem tuam et ministros ipsius.* Nec te pretereat, quam gratiosam Romanam ecclesiam ante assumptionem tuam ad culmen huiusmodi et in ipsa et post [ipsam] favorabilius invenisti. Ideoque tam ipsam quam ecclesias alias, quarum ipsa mater est et magistra, studeas honorare, eorum[g] iura
40 diligere, protegere, conservare ac toto corde et animo defensare pro[cures]. Pacem in terris diligere studeas, ut sis Regis pacifici imitator, firmetur iustitia thronus tuus,* et illa ante te ambulet et gressus tuos dirigens in viam rectam, te ab invio precavebit, ut apud Regem regum meritum consequaris et apud universos Christi fideles dignis in Domino preconiis attollaris.

nr. 298. c. 6.

45 Dat. Avinion., V. Kal. Iulii, pontificatus nostri anno quinto.

390. b) *uncis inclusa evanuerunt or.; cf. ca quae manu Bernardi dorso inscripta sunt.* c) *uncis inclusa evanuerunt or.; supplevimus nos.* d) *6—7 litterae evanuerunt or.* e) *in loco raso trium fere verborum scriptum; in initio rasurae adhuc videtur* nro *deletum or.* f) a *corr. ex* e *or.* g) *sic or.*

1) *Cf. infra nr. 437.* 2) *A. 1310. Mai. 23, Reg. Clementis V. nr. 5511. Cf. alias litteras Aug. 15*
50 *datas, Ficker loco supra ad nr. 237 citato pag. 85 nr. 63 (= W. SB. pag. 221).*

391. *FORMA PROMISSIONIS A PAPA TRANSMISSA.*

Promissionis formam tam ipsi regi quam internuntiis pontifex misit. De forma regi missa v. infra ad nr. 393. Alteram proponimus ex autographo scripti internuntiis directi infra nr. 392, ubi inserta est capiti 3. Contulit Pogatscher. (P. deest.)

Sanctissimo in Christo patri et domino suo domino Clementi sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summo pontifici Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus cum reverentia debita devota pedum oscula beatorum.

(1) Ferventi desiderio cupientes sanctitatis vestre pedibus et apostolice sedi toto corde et animo zelum nostre reverentie, fidei et devotionis offerre, vestris sanctis monitis, exhortationibus et mandatis nos pro viribus coaptando, et honorem vestrum ac sancte Romane ecclesie et aliarum ecclesiarum iura diligere et pro posse protegere ac servare, attendentes propensius, quod nichil est quod lumine clariore prefulgeat quam recta fides in principe, nichilque est quod ita nequeat occasui subiacere quam vera religio, et quod ad Dei timorem servandum mandataque eius custodienda factus est omnis homo, sed precipue imperialis et regalis potestas, que a domino Deo est et ad eius ministerium exequendum, ad fidem et reverentiam sui nominis dilatandam in omnes regiones et regna, promittimus et obligamus nos cum omni efficatia Deo omnipotenti vobisque domino nostro Clementi summo pontifici vestrisque successoribus ac sacrosancte sedi apostolice et Romane ecclesie, que ecclesiarum omnium caput est et magistra, quod sacrosanctam catholicam et apostolicam ecclesiam fidemque catholicam fundatam supra fundamentum apostolorum et prophetarum, ipso scilicet angulari lapide Christo Ihesu, in quo omnis edificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino, in cuius nomine omne genu flectitur celestium, terrestrium et infernorum, nec est nomen aliud sub celo, in quo salvari oporteat credentes, toto corde et animo, pura fide et sancta intentione conservabimus, reverebimur atque defendemus totis viribus et toto posse, ac omnem heresim et scisma extollentem se contra sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam exterminabimus pro viribus et omnes hereticos, cuiuscumque secte vel conditionis existant, facies quidem habentes diversas, sed caudas ad invicem colligatas, quibus vineam domini Dei Sabaoth perdere et vastare nituntur, omnesque fautores, adiutores, valitores et receptatores ac defensores eorum, et quod nullo tempore coniungemur, confederabimur parentela vel federe vel unione quacumque cum quocumque Sarraceno vel pagano vel scismatico rege vel principe, vel cum quocumque alio fidei catholice comunionem non habente neque cum aliquo rebelle vel inimico ipsius Romane ecclesie vel eidem manifeste suspecto.

(2) Item promittimus et obligamus nos cum omni efficatia et effectu, quod personam vestram, statum et honorem et successorum vestrorum contra quemcumque seu quoscumque homines, cuiuscumque status, preminentie vel dignitatis existant, conservabimus, defendemus et manutenebimus necnon omnia privilegia regum et principum et imperatorum Romanorum predecessorum nostrorum, cuiuscumque tenoris et continentie existant, quocumque tempore concessa sancte Romane ecclesie ac Romanis pontificibus et sedi apostolice et quibuscumque ecclesiis, prelatis et ministris ipsorum conservabimus et manutenebimus, nec aliquo unquam tempore contraveniemus vel aliquem, quantum in nobis erit, venire permittemus quacumque occasione vel titulo allegato iuris vel facti. Immo ad perpetuam rei memoriam et sancte ecclesie securitatem atque cautelam ipsa privilegia omnia pro nobis et successoribus nostris ratificamus, confirmamus, recognoscimus, innovamus et de novo concedimus, prout melius et plenius possumus, ex certa scientia cum omni efficatia et effectu. Volentes ac etiam decernentes, quod ista generalis ratificatio, confirmatio, recognitio, innovatio et de novo concessio perinde robur obtineant perpetue firmitatis, acsi omnia et singula privi-

legiorum verba singulariter et expresse ac de verbo ad verbum presentibus inserta fuissent. Specialiter autem et expresse cum omni effectu et efficatia supradictis ratificamus, confirmamus, recognoscimus, innovamus et de novo concedimus omnia privilegia Constantini, Caroli, Henrici, Ottonis quarti, Frederici secundi atque Rodulphi 5 regum et principum seu imperatorum Romanorum quocumque tempore concessa super quibuscumque, cuiuscumque continentie vel tenoris existant, sancte Romane ecclesie Romanisque pontificibus et apostolice sedi.

(3) Promittimus etiam et obligamus nos cum omni efficatia et effectu, omni iure et forma, quo melius et efficatius fieri potest, manutenere et conservare omnia privi-10 legia, cuiuscumque tenoris vel conditionis existant, et nullo unquam tempore contravenire vel aliquem, quantum in nobis est, venire permittere quacumque occasione vel causa vel titulo allegato iuris vel facti, per quoscumque reges et principes seu imperatores Romanos, et precipue per supradictos Constantinum, Carolum, Henricum, Ottonem quartum et Fredericum secundum atque Rodulphum concessa sancte Romane 15 ecclesie ac Romanis pontificibus et apostolice sedi super recognitione, innovatione, avoatione, concessione, quitatione, renuntiatione et libera dimissione terrarum et provinciarum sancte Romane ecclesie ubicumque positarum, precipue marchie Anconitane cum omnibus civitatibus, terris, limitibus, terminis et confinibus suis integraliter et cum omnibus iuribus et iurisdictionibus earundem, exarcatus Ravenne et Pentapolis ac 20 Romaniole et Bertenorii comitatus cum civitate Bononie et cum omnibus civitatibus, terris, limitibus, terminis et confinibus integraliter et cum omnibus iuribus et iurisdictionibus earundem, vallis quoque que Spoletana dicitur sive ducatus cum civitatibus Perusii atque Castelli et cum omnibus civitatibus, terris, limitibus, terminis et confinibus integraliter et cum omnibus iuribus et iurisdictionibus earundem, Masse quoque 25 que Trabaria nuncupatur cum omnibus civitatibus, terris, limitibus, terminis et confinibus integraliter et cum omnibus iuribus et iurisdictionibus earundem, patrimonii etiam beati Petri in Tuscia cum civitatibus Tuderti, Narnie, Urbisveteris et Reate et cum omnibus civitatibus, terris, limitibus, terminis et confinibus integraliter et cum omnibus iuribus et iurisdictionibus earundem, comitatus quoque Sabinie cum civitate Interamp-30 nensi et cum arce Cesarum et terra que dicitur Arnulphorum cum omnibus civitatibus, terris, limitibus, terminis et confinibus integraliter et cum omnibus iuribus et iurisdictionibus earundem, comitatus quoque Campanie atque Maritime cum omnibus civitatibus, terris, limitibus, terminis et confinibus suis integraliter et cum omnibus iuribus et iurisdictionibus earundem.

35 (4) Et ex habundanti de novo et ad maiorem cautelam supradictas omnes terras atque provincias cum omnibus iuribus, iurisdictionibus, terminis, limitibus et confinibus earundem et ius ac possessionem et proprietatem ipsorum cum omni plenitudine recognoscimus iure plenissimo ad ius et proprietatem sancte Romane ecclesie spectare ac omnimode pertinere, ac ipsas omnes terras atque provincias de novo avoamus, 40 innovamus atque concedimus, quitamus libere et dimittimus, restituimus et renunciamus. Necnon ad omnem scrupulum removendum et ut pax, quies atque tranquillitas inter ecclesiam et imperium iugiter vigeat et futuris dante Domino temporibus feliciter augeatur et omnis contentionis et dissensionis cuiuslibet materia precludatur, prout melius et efficatius fieri et intelligi potest, concedimus ipsas, conferimus et donamus 45 de novo. Promittentes et obligantes nos, prout plenius et efficatius possumus, quod nullo unquam tempore occupabimus vel occupari, quantum in nobis est, permittemus civitates, loca, castra, terras et provincias supradictas vel aliquam ipsarum vel earum partem, nec in ipsis vel aliqua ipsarum vel earum parte iurisdictionem aliquam per nos vel per alium geremus vel exercebimus, nec iura aliqua, possessiones vel tenutas 50 habebimus vel possidebimus in eisdem terris vel provinciis vel aliqua ipsarum seu

parte earum, nec officium aliquod geremus per nos vel per alium potestarie vel capitanie seu quocumque nomine censeatur in ipsis vel aliqua ipsarum vel earum parte. Et quod tanquam princeps catholicus, advocatus et defensor sancte Romane ecclesie iuvabimus ipsam sibique assistemus contra quoscumque occupantes, invadentes vel turbantes provincias ipsas, civitates, loca, castra vel terras vel aliquam ipsarum seu earum partem, et quoscumque inobedientes seu rebelles ecclesie, precipue in provinciis, civitatibus, locis, castris et terris eisdem, in nullo fovebimus vel manutenebimus seu per quoscumque foveri vel manuteneri, quantum in nobis est, permittemus, sed contra ipsos assistemus auxiliis, consiliis et favoribus oportunis sancte Romane ecclesie ac Romanis pontificibus et apostolice sedi, quousque rebelles et subditi ad plenam reverentiam et obedientiam reducantur.

(5) Promittimus quoque sanctam Romanam ecclesiam et ecclesias alias ac libertatem ecclesiasticam et bona, iura, prelatos et ministros ipsarum manutenere, conservare ac pro viribus defensare, vassallos quoque Romane ecclesie contra iustitiam non offendere, et quod devotos et fideles ecclesie, etiam in imperio constitutos benigne tractabimus et contra iustitiam non opprimemus neque per alium, quantum in nobis est, opprimi permittemus, sed conservabimus in iuribus et iustitiis eorundem.

(6) Predicta autem omnia et singula inviolabiliter observare et observari facere et nullo unquam tempore contravenire iuravimus ad sancta Dei euuangelia tacto libro in manibus venerabilis patris domini Balduyni archiepiscopi Treverensis et discreti viri Ioannis de Molans scolastici ecclesie Tullensis[a] nomine Romane ecclesie et sedis apostolice ac vestro et de vestro mandato specialiter recipientium. De qua etiam receptione tam per alias nostras quam per ipsorum recipientium litteras seu instrumentum publicum plene constat. Et ad predictorum omnium perpetuam rei memoriam et sancte Romane ecclesie ac sedis apostolice et Romanorum pontificum securitatem atque cautelam, presentes litteras regie maiestatis sigillo munitas fecimus communiri. Promittentes et obligantes nos cum omni efficacia et effectu, quod post imperialis diadematis coronationem susceptam predicta omnia ratificabimus, confirmabimus et recognoscemus et faciemus et servabimus atque iurabimus, et de supradictis omnibus infra octo dies nostras patentes[b] dabimus litteras quadruplicatas harum seriem continentes, ad perpetuam rei memoriam et ad securitatem et cautelam vestram et successorum vestrorum et sancte Romane ecclesie et apostolice sedis imperialis maiestatis typario communitas.

392. *SCRIPTUM PONTIFICIS INTERNUNTIIS MISSUM. Iun. 27.*

Autographon, quod propter rasuras fortasse non emissum adhuc exstat in tabulario Vaticano 'Armar. C Fasc. 37 div. 4 nr. 4', excepta forma iuramenti descripsit Paulus Kehr[1]. *Pendet bulla plumbea filo cannabis. In plica scriptum est:* de cur̄. Io. Lincolnieñ. *Item registratum est in Regesto Clementis V., in editione supra ad nr. 298 citata sub nr. 6333. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Päbste 327. (P. deest.)*

Clemens episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Balduyno archiepiscopo Treverensi et dilecto filio Iohanni de Molans scolastico ecclesie Tullensis capellano nostro salutem et apostolicam benedictionem.

391. a) vestri capellani *add. Reg. Clem.* b) nostras patentes *in loco raso or.*

1) *In Catalogi a. 1366. confecti, supra ad nr. 114 citati codice Estensi fol. 34 his verbis memoratur (apud Muratori l. c. VI, col. 95 A):*

Item alia littera bullata bulla domini Clementis pape quinti, continens mandatum directum archiepiscopo Treverensi et Iohanni Molan. nuncio apostolico super receptione iuramenti per Henricum in regem Romanorum electum dicto domino pape et eius successoribus ecclesieque Romane pro conservandis privilegiis et terris ecclesie Romane concessis et patrimonio et libertatibus eiusdem ante sui coronationem prestandi. Datum Avenion., V. Kal. Iulii, pontificatus sui anno V.

(1) Ut inter sanctam Romanam ecclesiam ac nos et successores nostros Romanos pontifices et apostolicam sedem et carissimum in Christo filium nostrum Henricum regem Romanorum illustrem semper vigeat plene caritatis affectus, scribimus eidem regi per alias litteras nostras[1], quod per litteras suas tenoris et continentie infrascripte 5 regio sigillo munitas promittat nobis et Romane ecclesie et successoribus et sedi apostolice supradictis, quod contenta in eisdem litteris suis integraliter faciet et firmiter adimplebit et nichilominus iuret in manibus vestris vel alterius vestrum, vobis nostro et ecclesie ac successorum et sedis predictorum nomine recipientibus, quod illa inviolabiliter observabit. (2) Quare discretionem vestram monemus et hortamur attentius 10 per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus iuramentum huiusmodi vos vel alter vestrum ab eodem rege recipiatis nomine supradicto ac de prestatione et receptione ipsius instrumentum publicum dictarum litterarum suarum seriem continens sigillorum vestrorum munimine roboratum[2] seu patentes ipsius regis litteras predictarum aliarum litterarum suarum seriem continentes confici faciatis illudque nobis una cum predictis 15 litteris regiis seu prefatas litteras iuramentum huiusmodi continentes quantocius studeatis per fidelem nuncium destinare.

(3) Tenor vero dictarum litterarum ipsius regis talis est:

'Sanctissimo in Christo — typario communitas.' *supra nr. 391.*

Dat. Avinione, V. Kal. Iulii, pontificatus nostri anno quinto.

20 **393.** *INSTRUMENTUM SUPER PROMISSIONE REGIS CONFECTUM. Aug. 17.*

Autographon A *adhuc servatur Pisis inter reliquias archivi Heinrici VII., quae exstant in tabulario ecclesiae maioris, sub nr. 1330. Pars membranae inferior valde exesa est. Pendet sigillum Iohannis de Molans parum laesum filis sericis; sigillum Heinrici cancellarii desideratur. Nos ipsi denuo descripsimus. Minus recte edidit Bonaini l. c. I, 37 nr. 25.*

25 *Contulimus ad litteras regis in cap. III etiam* F *formam ibidem nr. 1357 servatam, quae in cancellaria papali scripta fere eundem textum praebet ac* A. *Sigillata erat subter textum eisdem duobus sigillis, quae infra pag. 375 lin. 22 sq. descripsimus, et post regi transmissa. Itaque hanc formam, quam scriptor quidam papalis negligenter ut videtur exaraverat, a forma internuntiis missa multis locis discrepantem Hagenowiae ex sola 30 incuria loco alterius formae per notarios regis adhibitam esse, opinari licet. Praeter modum, quem supra tom. III. ad edendos nr. 197—199 et nr. 221—223 secuti sumus, in hoc documento edendo ea, quae cum Forma supra nr. 391 conveniunt, typis minoribus excudenda curavimus, ut potius illa, quae discrepant, asteriscis adhibitis melius indicarentur. Cf. litteras pontificis infra nr. 438 et 439.* *(P. deest.)*

35 In nomine Domini amen.

Universis et singulis presentes litteras inspecturis Iohannes de Molans scolasticus ecclesie Tullensis domini pape capellanus salutem et cognoscere veritatem.

(I) Litteras sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Clementis sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summi pontificis vera bulla ipsius bullatas, sanas 40 et integras nos recepisse noveritis in hec verba:

'Clemens episcopus — nuncium destinare.' *supra nr. 392 cap. 1. 2.*

(II) Huius ergo virtute commissionis accessimus ad serenissimum principem dominum Henricum [Dei][a] gratia Romanorum regem semper augustum et eidem legimus et exposuimus tenorem dicte commissionis et [dicte litt]ere[a] contente sub eadem bulla in 45 dicta commissione, cuius similem ab eodem domino rege nobis tradi petivimus, nomine dicti domini nostri summi pontificis Romane ecclesie et sedis apostolice, sigillo sue maiestatis regie communitam.

393. a) *uncis inclusa exesa sunt A.*

1) *Servatae non sunt. Sed cf. ad nr. 393. In Indice a. 1313. supra citato his verbis indicari videntur:* 50 De confirmatione facta ecclesie per dominum de terris ecclesie. 2) *Infra nr. 393.*

(III) Tenor autem littere dicti domini r[egi]s[a], quam nobis tradidit, sequitur in hec verba:

'Sanctissimo in Christo patri et domino suo domino Clementi sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summo pontifici Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus cum reverentia debita devota pedum oscula beatorum. 5

(1) Ferventi desiderio cupientes sanctitatis vestre pedibus et apostolice sedi toto corde et animo zelum vere[b] reverentie, fidei et devotionis offerre, vestris sanctis monitis, exhortationibus [et man]datis nos pro viribus coaptando[c], et honorem vestrum ac sancte Romane ecclesie et aliarum ecclesiarum iura diligere et pro posse protegere ac servare, attendentes propensius, quod nichil est quod lumine[d] clariore prefulgeat quam recta fides in principe, nichilque est quod ita nequeat occasui subiacere 10 quam vera religio, et quod ad Dei timorem servandum mandataque eius custodienda factus est omnis homo, set precipue imperialis et regalis potestas, que a domino Deo est et ad eius ministerium exequendum, ad fidem et reverenciam [sui n]ominis dilatandam in omnes regiones et regna, promittimus et[d] obligamus nos cum omni efficacia Deo omnipotenti vobisque domino nostro Clementi summo pontifici vestrisque successoribus ac sacrosancte sedi[e] apostolice et Romane ecclesie, que ecclesiarum 15 omnium caput[f] est et magistra, quod sacrosanctam catholicam et apostolicam ecclesiam fidemque catholicam fundatam supra fundamentum apostolorum et prophetarum, ipso scilicet[g] angulari lapide Christo Iesu, in quo omnis edificatio[h] constructa crescit in templum sanctum in Domino, in cuius nomine omne genu flectitur celestium, terrestrium et infernorum, nec est nomen aliud sub celo, in quo salvari[i] oporteat credentes, toto corde et animo, pura fide et sancta intentione conservabimus, 20 reverebimur atque defendemus totis [viribus] et toto posse, ac omnem heresim et scisma extollentem se contra sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam exterminabimus pro viribus et omnes hereticos, cuiuscumque secte vel conditionis existant, facies quidem habentes diversas, set caudas ad invicem colligatas, quibus vineam domini Dei Sabaoth perdere et vastare nituntur, omnesque fautores[k], adiutores, valitores et receptatores ac defensores eorum, et quod nullo tempore coniungemur et[d] confederabimur 25 parentela vel federe vel unione quacumque cum quocumque Sarraceno vel pagano vel scismatico rege vel principe, vel cum[l] quocumque alio fidei catholice communionem non habente neque cum aliquo rebelle vel inimico ipsius Romane ecclesie vel eidem manifeste suspecto.

Aug. 15.

(2) Item promittimus et obligamus nos cum omni efficacia et effectu, quod personam vestram *et successorum vestrorum* et omnia privilegia regum et principum et[m] imperatorum Romanorum 30 predecessorum nostrorum, cuiuscumque tenoris et continencie existant, quocumque tempore concessa sancte Romane ecclesie ac Romanis pontificibus et sedi apostolice et quibuscumque ecclesiis, prelatis et ministris ipsarum conservabimus et manutenebimus, nec aliquo unquam tempore contraveniemus vel aliquem, quantum in nobis erit, venire permittemus quacumque occasione vel titulo allegato iuris vel facti. Immo ad perpetuam rei memoriam et sancte ecclesie securitatem atque cautelam ipsa 35 privilegia omnia * ratificamus, confirmamus, recognoscimus, innovamus et de novo concedimus, prout melius et plenius possumus, ex certa scientia cum omni efficacia et effectu. Volentes ac eciam[l] decernentes, quod ista generalis ratificatio, confirmatio, recognitio, innovatio et de novo concessio perinde robur obtineant * firmitatis, acsi omnia et singula privilegiorum verba singulariter et expresse ac de verbo ad verbum presentibus inserta fuissent. Specialiter autem et expresse cum omni effectu et 40 efficacia supradictis ratificamus, confirmamus, recognoscimus, innovamus et de novo concedimus omnia privilegia Constantini, Caroli, Henrici, Ottonis quarti et Frederici secundi atque Rodulphi regum et principum seu imperatorum Romanorum quocumque tempore concessa super quibuscumque, cuiuscumque continencie vel tenoris existant, sancte Romane ecclesie Romanisque pontificibus et apostolice sedi.

(3) Promittimus eciam et obligamus nos cum omni efficacia et effectu, omni iure et forma, quo 45 melius et efficacius fieri potest, manutenere et conservare omnia privilegia, cuiuscumque tenoris vel conditionis existant, et nullo umquam tempore contravenire vel aliquem quantum in nobis est venire permittere, quacumque occasione vel causa vel titulo allegato iuris vel facti, per quoscumque

393. b) *corr. ex* vestre *A.* c) coactando *F.* d) *supra lineam add. F.* e) sedis *F.* f) capud *F.* g) ipsos silicet *F.* h) hedificatio *F.* i) saluṭari *F.* k) fauctores *F.* l) *deest F.* m) ac *F.* 50

reges et principes seu imperatores [Romanos], et precipue per supradictos Constantinum, Carolum, Henricum, Ottonem quartum et Fredericum secundum atque Rodulphum concessa sancte Romane ecclesie ac Romanis pontificibus et apostolice sedi super recognitione, innovatione, avoatione [n], concessione, quitatione, renunciatione et libera dimissione terrarum et provinciarum sancte Romane 5 ecclesie ubicumque positarum, precipue marchie Anconitane*, exarcatus [o] Ravenne et Penthapolis ac Romandiole * comitatus*, vallis quoque que Spoletana dicitur sive ducatus cum civitatibus Perusii atque Castelli*, [Masse] quoque que Trabaria nuncupatur*, patrimonii eciam beati Petri in Tuscia cum civitatibus Tuderti, Narnie* et Reate*, comitatus quoque Sabinie cum civitate Interampnensi* et [cum ter]ra que dicitur Arnulphorum*, comitatus quoque Campanie atque Maritime cum omnibus 10 civitatibus, terris, limitibus, terminis et confinibus suis integraliter et cum omnibus iuribus et iurisdictionibus earundem.

(4) Et ex habundanti de novo et ad maiorem cautelam supradictas omnes terras atque provincias cum omnibus iuribus et iurisdictionibus, terminis, limitibus et confinibus earundem et ius ac possessionem et proprietatem ipsarum cum omni plenitudine recognoscimus iure plenissimo ad ius 15 et proprietatem sancte Romane ecclesie spectare ac omnimode pertinere, ac ipsas omnes terras atque provincias de novo avoamus [p], innovamus atque concedimus, qui[tamus] libere et dimittimus, restituimus et renunciamus. Necnon ad omnem scrupulum removendum et ut pax, quies atque tranquilitas inter ecclesiam et imperium iugiter vigeat et futuris dante Domino temporibus feliciter augeatur et omnis contentionis et dissensionis cuiuslibet materia precludatur, prout melius et efficacius 20 fieri et intelligi potest, concedimus ipsas, conferimus et donamus de novo. Promittentes et obligantes nos, prout plenius et efficacius possumus, quod nullo umquam tempore occupabimus vel occupari, quantum in nobis est, permittemus* terras et provincias supradictas vel aliquam ipsarum* partem, nec in ipsis vel aliqua ipsarum* parte iurisdictionem aliquam per nos vel per alium geremus vel exercebimus, nec iura aliqua, possessiones vel tenutas habebimus vel possidebimus in eisdem terris 25 vel provinciis vel aliqua ipsarum* parte, nec [officium] aliquot geremus per nos vel per alium potestarie vel capitanie seu quocumque nomine censeatur in ipsis vel aliqua ipsarum* parte. Et quod tanquam princeps catholicus, advocatus et defensor sancte Romane ecclesie iuvabimus ipsam sibique assistemus contra quoscumque [occupantes], invadentes vel turbantes provincias ipsas* vel terras vel aliquam ipsarum* partem, et quoscumque inobedientes seu rebelles ecclesie, precipue in 30 provinciis* et terris eisdem, in nullo fovebimus vel manu[tene]bimus [q] seu per quoscumque foveri vel manuteneri, quantum in nobis est, permittemus, [set contra ipsos] assistemus auxiliis, consiliis et favoribus oportunis sancte Romane ecclesie ac Romanis pontificibus et apostolice sedi, quousque rebelles et subditi ad plenam reverenciam et obedienciam reducantur.

(5) Promittentes quoque sanctam Romanam ecclesiam et ecclesias alias ac libertatem ecclesi-35 asticam et bona, iura, prelatos et ministros ipsarum manutenere, conservare ac pro viribus defensare, vassallos quoque Romane ecclesie contra iusticiam non offendere, et quod devotos et fideles ecclesie, etiam in imperio constitutos, benigne tractabimus et contra iustitiam non opprimemus neque per alium opprimi, quantum in nobis est, permittemus, set conservabimus in iuribus et iusticiis eorundem.

(6) Predicta autem [omnia] et singula inviolabiliter observare et observari facere et nullo unquam 40 tempore contravenire iuravimus ad sancta Dei ewangelia corporaliter tacto libro in manibus* discreti [r] viri Iohannis de Molans scolastici ecclesie Tullensis vestri capellani nomine Romane ecclesie et sedis apostolice ac vestro [s] et de vestro [s] mandato specialiter recipientis. De qua eciam receptione tam per alias nostras quam per ipsius recipientis litteras seu publicum instrumentum plene [t] constat. Et ad predictorum omnium perpetuam rei memoriam et sancte Romane ecclesie ac sedis apostolice 45 et Romanorum pontificum securitatem atque cautelam, presentes litteras r[egie maiestatis sigillo munitas] fecimus communiri, promittentes et obligantes nos cum omni efficacia et effectu, quod

393. n) avohatione *F.* o) exartatus *A.* p) avohamus *F.* q) manubimus *A.* r) *loco* discreti — capellani *F:* venerabilis patris, *sequente spatio nomini inserendo vacuo relicto.* s) *loco* vestro — vestro *F:* domini nostri summi pontificis pape Clementis et de ipsius. t) seu publicum 50 instrumentum *desunt F.*

post imperialis dyadematis coronationem [susceptam] predicta omnia ratificabimus, confirmabimus et recognoscemus et faciemus et serv[abimus, atque iurabi]mus et de supradictis omnibus infra octo dies nostras patentes dabimus litteras quadruplicatas* ad perpetuam rei memoriam et ad securitatem et [cautelam] vestram et successorum vestrorum et sancte Romane ecclesie et apostolice sedis imperial[is maiestatis typario communitas[u]. 5

D]at. in Hagu[enow]ia, XVI. Kal. Septembris, anno Domini MCCCX, regni vero nostri anno secundo.

Lecta autem domino regi dicta littera et de verbo ad verbum exposita eidem in presentia nostra et reverendi patris fratris Henrici Dei et sedis apostolice gratia electi Tridentini aule imperialis cancellarii et fratris Philippi monachi Cisterciensis ordinis 10 dicti electi Tridentini capellani ac magistri Henrici de Geldonia domini regis consiliarii, iuravit idem dominus Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus viva voce ad sancta Dei ewangelia corporaliter tacto libro in manibus nostris, recipientibus iuramentum nomine dicti domini nostri summi pontificis Romane ecclesie et sedis apostolice, omnia et singula in dicta sua littera contenta firmiter tenere et inviolabiliter 15 observare.

I[n cuius rei] testimonium sigillum nostrum una cum sigillo predicti reverendi patris fratris H. Dei et sedis apostolice gratia electi Tridentini presentibus duximus apponendum.

Et nos predictus frater Henricus cancellarius, qui cum predicto fratre [Philippo 20 capellano] nostro et magistro Henrico dicto de Geldonia omnibus premissis interfuimus, ad instantiam et requisitionem discreti viri domini Iohannis dicti de Molans sanctissimi patris domini Clementis summi pontificis capellani sigil[lum quo utim]ur presentibus litteris apposuimus in testimonium veritatis.

Acta fuerunt hec in Haguenowia Argentinensis dyocesis, anno Domini millesimo 25 trecentesimo decimo, XVI. Kal. Septembris, pontificatus eiusdem sanctiss[imi patris] et domini domini Clementis pape quinti anno quinto.

394. *LITTERAE PONTIFICIS REGI FRANCIAE DIRECTAE.* *Aug. 30.*

Repetimus editionem nostram 'Neues Archiv' XXIX, 607 nr. 1 paratam, quae nititur autographo tabularii Parisini 'carton J. 704 nr. 184' signato. Pendet bulla 30 *plumbea filo cannabis. In verso leguntur:* Carissimo in Christo filio Philippo regi Francorum illustri. *(P. deest.)*

Clemens episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio Philippo regi Francorum illustri salutem et apostolicam benedictionem.

(1) Iocundare princeps magnifice et in iubilum consurge laudationis ad Dominum, 35 quod ipse dominator cunctorum Altissimus, qui regem inclitum et pacificum Salomonem super omnes reges terre in diviciis magnificavit et gloria, solium regni tui clemencie sue roboravit auxilio teque illustravit honorum splendoribus, ornatibus virtutum regalium celebrem reddidit et precellentium donorum insigniis constituit gloriosum. Profecto, dilectissime fili, si magnitudinem donorum huiusmodi infra mentis regie sincera pre- 40 cordia devotione qua convenit recensebis, cum Tharsis et Insule regibus inclitis, quos ille commemorat eximius prophetarum[1], pie mentis studio largitorem donorum huiusmodi queres munificum sibique munera offeres preciosa. Divinarum quidem scripturarum documenta declarant, quod licet sacre instructionis eloquia preceptis sint plena dominicis, de dilectione tamen proximi, per quam vere caritatis perfectio solidatur, Salvator 45 noster mandatum tradidit speciale. Propterea, dilectissime fili, anxie tue salutis et pacis matris ecclesie pietas copiosa desiderat et patris ferventissimus zelus studio

393. u) *usque hic F.*

1) *Ps. 17, 10.*

sollicitudinis indefesse perquirit, ut pro eisdem preciosis muneribus sic puram oblationem in celis te offeras, quod in toto corde et anima tuum diligas creatorem et pro tue salutis augmento erga proximum perfecta ferveas caritate. (2) Sane ad nostri apostolatus auditum relatio fidedigna perduxit, quod licet divina miseratione propicia inter 5 te et carissimum in Christo filium nostrum Henricum regem Romanorum[a] illustrem certi dies et locus, videlicet in octabis assumptionis[b] beate Virginis proximo preteritis, (Aug. 22.) ad mutuam visionem habendam[1] constituti concorditer extitissent et que inter te et ipsum imminebant agenda, ex quibus inter utrunque vestrum debere flammas uberioris caritatis accendi, dilectionis amplioris fervorem celestis gracia inspirationis augeri ac 10 utriusque regnorum et terrarum tociusque christianitatis statum pacificum et tranquillum, augmentum catholice fidei et pium necessitatibus Terre Sancte subsidium provenire verisimiliter sperabantur, iam essent plene concordie robore stabilita, demum tamen, sicut accepimus, noviter tu et rex prefatus a visione huiusmodi destitistis. De quo non minoris acerbitate doloris torquemur in animo, quam illud exultationis augmentum 15 extiterit, quod nostra precordia susceperunt, cum diem prefatam ad visionem eandem audivimus constitutam. (3) Verum quia nos, qui licet insufficientibus meritis celestis dispositione consilii oves dominicas gubernandas suscepimus et pascendas, ut inter te ac regem prefatum[c] dilectio sincera permaneat ac tu sicut et ipse sis tuusque populus ac populus regis ipsius velut regum Iuda et Israel populi unum existant, ac ex tua et 20 ipsius mutua visione premissorum bonorum amabilis ubertas proveniat, desiderio ducimur vehementi et libenter ministerium apostolice sollicitudinis impendimus studiosum, celsitudinem regiam paterno rogamus affectu et hortamur attentius in domino Ihesu Christo, quatinus ad habendam mutuam visionem huiusmodi cum rege predicto in loco inter te et regem predictum alias ordinato vel alio, de quo inter te et ipsum concor- 25 dari contigerit, certum diem cum eodem rege, cui super hoc sub simili forma scribimus per alias nostras litteras speciales[2], constituere non omittas. Ita quod ea, que per tuum et ipsius regis concordem affectum sperabantur effectum sortiri prosperum et felicem, ad desideratum exitum deducantur tuque propter hoc fidelium populis magis gratus in terris appareas et constituaris gloriosus amplius in excelsis. (4) Ecce 30 insuper quod venerabilem fratrem nostrum Iacobum Avinionensem episcopum, de cuius circunspecta prudencia plenam in Domino fiduciam obtinemus, ad tuam propter hoc presenciam duximus destinandum, quem pro nostra et apostolice sedis reverencia benigne recipias et ei super hiis, que tibi circa premissa ex parte nostra retulerit, adhibeas plenam fidem.

35 Dat. in prioratu de Grausello prope Malausanam Vasionen. dioc., III. Kal. Septembr., pontificatus nostri anno quinto.

---

395. PROMISSIO PHILIPPO DE SABAUDIA DATA.

1310. Iul. 2.

40 *Autographon, quod superest Taurini in tabulario regio 'Diplomi imperiali Mazzo 3' nr. 3 signatum, denuo contulimus. In cancellaria regis scriptum est. Sigillum desideratur, loris membranaceis relictis. — Böhmer, Reg. Heinr. 249.* *(P. deest.)*

394. a) m regem Romanorum *in rasura or.* b) *in rasura or.* c) ac regem prefatum *in rasura or.*

45 1) *Cf. supra nr. 353 cap. 7.* 2) *Quae servatae non sunt.*

Nos Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus presentibus profitemur, quod propter servicia, que nobis et imperio spectabilis vir Ph(ilippus) de Sabaudia fidelis noster dilectus facere exhibuit et que nobis per eundem ac imperio exhiberi speramus, sibi promisimus, quod assistemus eidem, ut ipsi satisfiat de eo, in quo sibi et Isabelle coniugi[a] sue ac strennuis viris Gwilhelmo de Montebello militi, Goberto de Lucerna et Iacobo de Excalenxiis tenetur illustris princeps Robertus rex Sycilie ex promissione sui patris et spectabilis vir Ph(ilippus) princeps Tarentinus ratione renunciationis facte ab ipso Ph(ilippo) et eius uxore de principatu Achaye. Quod si non satisfieret eidem, sibi de bonis nostris vellemus facere recompensam.

Dat. in Lucemburg, VI. Non. Iulii, anno Domini millesimo trecentesimo decimo, regni vero nostri secundo.

396—406. PARLAMENTUM GENERALE FRANCOFURTANUM.

1310. Iul. 18.—Iul. 28. 1311. Mai. 22.

De iis quae in parlamento agebantur cf. Böhmer, Reg. Heinr. post 250 et infra nr. 409 cap. 19, itemque Encyclicam infra nr. 444.

396. 397. *MANDATA LUBICENSIBUS DIRECTA.* *1310. Iul. 18.—28.*

396. *MANDATUM PRIUS.* *Iul. 18.*

Repetimus editionem, quae ex autographo tabularii Lubecensis parata est 'Codex diplomaticus Lubecensis' II, 1 pag. 224 nr. 263. Pendet sigillum laesum. Cf. Reg. Heinr. 255. — Böhmer, Reg. Heinr. 253 et 635 (Addit. II). (P. deest.)

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris . . consulibus totique universitati civium Lubicensium, fidelibus suis dilectis graciam suam et omne bonum.

Cum illustris princeps noster et imperii Waldemarus marchio Brandenburgensis nomine tutorio Iohannis marchionis Brandenburgensis iuxta litteras inclite recordacionis Alberti quondam Romanorum regis predecessoris nostri[1], quas ipsi quoad hoc confirmamus, adhuc a presenti festo beati Iacobi, quod est anno Domini MCCC decimo, per septem annos continuos redditus nobis a vobis annis singulis competentes percipere debeat, ac juxta prefatarum litterarum nostri predecessoris continenciam vos et civitatem nostram Lubecke gubernare et defendere vice nostra et sacri imperii teneatur, volumus et precipimus eidem, ut donec super factis et agendis vestris ad ipsum recursum habueritis, vos universos et singulos in vestris iuribus, libertatibus et ut ab impugnancium et molestancium vos preservemini insultibus, per dictos septem annos nostro et sacri imperii, cui immediate subesse dinoscimini, nomine manuteneat et defendat fideliter ac constanter.

(Iul. 25.)

Datum apud Frankenvort, XV. Kalendas Augusti, anno Domini MCCC decimo, regni vero nostri anno secundo.

395. a) ultima i corr. ex e.

1) *Supra nr. 140.*

397. *MANDATUM ALTERUM. Iul. 28.*

Item ad editionem l. c. II, 1 pag. 227 nr. 267 ex autographo paratam. Pendet sigillum fere illaesum. — Böhmer, Reg. Heinr. 272 et 637 (Addit. II). (P. deest.)

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris . . iudicibus, . . scabinis, . . consulibus et universitati civium civitatis Lubicensis, fidelibus suis dilectis graciam suam et omne bonum.

Quia illustribus Woldemaro et Iohanni marchionibus Brandenburgensibus, dilectis principibus nostris, sicut alias illustri quondam Hermanno marchioni Brandenburgensi iniunctum extiterat[1], vos commisimus fideliter gubernandos, ut contra gravamina et molestaciones quorumlibet indebitas auctoritate regia votive defensionis presidia sentire, prout oportunum vobis extiterit, valeatis, et redditus in civitate Lubicensi nobis dandos a data presencium per septem annos, videlicet residuos termini predicto Hermanno concessi[1], eisdem marchionibus duximus deputandos, fidelitati vestre mandantes, quatinus eosdem redditus dictis marchionibus assignetis per terminos supradictos. Harum testimonio litterarum nostre maiestatis sigilli robore signatarum.

Datum in Frankenfurd, V. Kalendas Augusti, anno Domini millesimo trecentesimo decimo, regni vero nostri anno secundo.

398—403. *SCRIPTA AD REGNUM BOHEMIAE SPECTANTIA. 1310. Iul. 25.—26.*

398. *PROMISSIO REGIS. Iul. 25.*

Servatur in solo Libro veteri in tabulario civitatis Pragensis nr. 993 asservato, ubi fol. 19 inscripta est. Denuo exemplavit vir d. Iohannes Teige. — Böhmer, Reg. Heinr. 258. Regesta Bohemiae et Moraviae II nr. 2226. (P. deest.)

Nos Heinricus[a] Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum noticiam volumus pervenire, quod votivis et instantivis precibus baronum, nobilium, civitatum et hominum regni Boemie favorabiliter inclinati et ut status eiusdem regni salubriter reformetur, promittimus per presentes, quod illustrem Iohannem comitem Lutzenburgensem filium nostrum karissimum et non alium in regem Boemie preficiemus et eundem inclite domicelle Elysabeth nate quondam Wenczeslai regis Boemie, quam primum ad nostros conspectus eadem pervenerit, legittime copulabimus in maritum. In cuius rei testimonium presentes litteras maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum Frankenfurd, VIII. Kal. Augusti, anno Domini millesimo trecentesimo [decimo][b], regni vero anno secundo.

399. *FIDEIUSSIO ARCHIEPISCOPI COLONIENSIS. Iul. 25.*

Autographon olim Brunnae in Musaeo asservatum hodie desideratur. Itaque repetimus editionem, quae ex eo parata est 'Codex diplomaticus Moraviae' VII, 796 nr. 180. In Libro veteri Pragensi fol. 40 item transcripta est. Reg. Bohemiae II nr. 2228. (P. deest.)

Nos Heinricus Dei gracia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus sacri Romani imperii per Ytaliam archicancellarius notum facimus universis, quod cum serenissimus dominus noster dominus Heinricus Romanorum rex ad instantem peticionem nobilium,

398. a) Heynricus *c.* b) *deest c.*

1) *Supra nr. 140.*

civitatum et hominum regni Boemie, ut status eiusdem regni reformetur, per litteras suas promiserit, quod illustrem virum dominum Iohannem comitem Lutzelmburgensem filium suum et non alium in regem Boemie preficiet et eundem inclite domicelle Elisabeth nate quondam domini Wenzeslai regis Boemie, quam primum ad suos conspectus eadem pervenerit, legittime copulabit in maritum, nos pro eodem domino nostro Romanorum rege promittimus, quod premissa iuxta continenciam litterarum suarum servabit et fideliter adimplebit. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum.

Datum in Frankenfurd, VIII. Kalend. Augusti, anno Domini millesimo trecentesimo decimo.

400. *FIDEIUSSIO COMITIS PALATINI. Iul. 25.*

Ex Libro veteri Pragensi fol. 66 item dedit Teige. Reg. Bohemiae II nr. 2227. Cf. Böhmer, Reg. Heinr. 258. *(P. deest.)*

Nos Rudolfus Dei gracia comes palatinus Reni dux Bavarie notum facimus presencium inspectoribus universis, quod cum serenissimus dominus noster dominus Heinricus inclitus Romanorum rex semper augustus ad instantem peticionem nobilium, civitatum et hominum regni Boemie, ut status eiusdem regni reformetur, per litteras suas promiserit, quod illustrem virum dominum Iohannem comitem Lucemburgensem filium suum et non alium in regem Boemie prefici et eundem inclite domicelle Elisabeth nate quondam domini Wenczeslai regis Boemie, matertere nostre karissime, quam primum ad suos conspectus eadem pervenerit, legittime copulabit in maritum, nos pro eodem domino nostro Romanorum rege promittimus, quod premissa iuxta continenciam litterarum suarum servabit et fideliter adimplebit. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum.

Datum in Frankenfurd, anno Domini millesimo trecentesimo decimo, octavo Kal. Augusti.

401. *TESTIMONIUM PRINCIPUM ECCLESIASTICORUM DE SENTENTIA CURIAE REGIS. Iul. 25.*

Supersunt tria exemplaria M *Moguntinum,* C *Coloniense,* A *Argentinense omnia Libro veteri fol. 4, 39, 3 inscripta, quae denuo descripsit Teige. Exemplar Moguntinum etiam nos contulimus. — Böhmer, Reg. Heinr. 257. Reg. Bohemiae II nr. 2225. 2223. 2224.* *(P. deest.)*

Nos Petrus Dei gracia sancte Moguntin(ensis) sedis archiepiscopus sacri Romani[a] imperii per Germaniam archicancellarius[b] notum facimus universis presencium inspectoribus[c], quod anno Domini MCCCX.[d] feria sexta[e] ante festum beati[f] Iacobi apostoli (Iul. 24.) coram serenissimo domino nostro domino[g] Heinrico Romanorum rege pro tribunali sedente apud Frankenfurd[h] in domo fratrum sancti Antonii, circumstantibus principibus, baronibus et vasallis imperii, ex parte nobilium, civium et hominum regni Bohemie[i] propositum extitit et a circumstantibus per sentenciam inquisitum: quod cum iidem nobiles, cives et homines illustri Heinrico filio quondam Meinhardi ducis Carinthie, excommunicacionis sentencia[k] publice innodato, tamquam regi Bohemie[l] fidelitatis et

401. a) *deest M.* b) *protocollon in C:* Nos Heynricus Dei gracia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus sacri Romani imperii per Ytaliam archicancellarius; *in A:* Nos Iohannes Dei gracia episcopus Argentinensis. c) inspecturis *M;* pr. inspecturis un. *C.* d) millesimo trecentesimo decimo *C. A.* e) VI. *C.* f) sancti *A.* g) *deest A*; dom. dom. nostro *M.* h) Frankenford *C.* i) Boemie *M. C.* k) sentencie *M. A.* l) Boemie *M. C. A.*

homagii prestiterint[m] iuramentum, utrum huiusmodi iuramentum teneantur ex iuris[n] debito observare. Super quo communi dictante sentencia[o] principum, videlicet reverendorum[p] patrum domini Heinrici[q] Coloniensis archiepiscopi, domini[p] Iohannis Argentinensis episcopi[r], domini[r] Sybotonis[s] Spirensis episcopi[t], domini[r] Heinrici Wldensis[u] 5 abbatis et illustrium principum domini Rudolfi[v] ducis Bavarie, Rudolfi[w] ducis Saxonie, Wolframi[x] de Luczelnburch[y], Gwidonis de Flandria, Bertoldi[z] de Hennenberg et Gerlaci de Nassaw[a] comitum, nostra et aliorum quam plurium nobilium iudicatum et pronunciatum extitit et diffinitum: nobiles, cives et homines predicti regni ad observacionem huiusmodi iuramenti ex iuris debito nullatenus obligari. In cuius rei 10 testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

Datum[b] Frankenfurd[c], anno Domini millesimo trecentesimo[d], octavo Kalen. Augusti.

402. *TESTIMONIUM COMITIS PALATINI DE EODEM. Iul. 25.*

Autographon tabularii Vindobonensis, quod notat Emler, hodie non reperitur. Itaque repetimus editionem Emlerianam, eis quae ibi desunt ad modum aliarum litterarum 15 suppletis. — Regesten der Pfalzgrafen 1639. Reg. Bohemiae II nr. 2222. (P. deest.)

Nos Rudolphus comes palatinus Reni dux Bawarie notum [facimus presencium inspectoribus universis][a], quod anno Domini millesimo trecentesimo decimo, feria VI. ante festum beati Iacobi apostoli coram [serenissimo domino nostro][a] domino Heinrico Romanorum rege pro tribunali sedente apud Frankenfurd in domo fratrum sancti Antonii 20 circumstantibus principibus, baronibus et vasallis imperii ex parte nobilium, civium et hominum regni Boemie propositum extitit et a circumstantibus per sententiam inquisitum: quod cum iidem nobiles, cives et homines illustri Heinrico filio quondam Meinhardi ducis Carinthie, excommunicacionis [sentencia][a] publice innodato, tamquam regi Boemie fidelitatis et homagii prestiterint iuramentum, utrum huiusmodi iuramentum 25 teneantur ex iuris debito observare. Super quo communi dictante sententia principum, videlicet [reverendi][a] domini Petri Moguntinensis archiepiscopi et venerabilium fratrum Iohannis Argentinensis, Sibotonis Spirensis episcoporum, Heinrici abbatis Fuldensis et illustrium principum domini Rudolphi ducis Saxonie, viri nobilis de Luzelburg Walrami, Gwidonis de Flandria, Bertholdi de Hennenberg et Gerlaci de Nassaw comitum nostra 30 et aliorum quam plurium nobilium iudicatum et pronunciatum extitit et diffinitum: nobiles, cives et homines predicti regni ad observacionem huiusmodi iuramenti ex iuris debito nullatenus obligari. [In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.][a]

Iul. 24.

Datum in Frankenfurd, VIII. Kalend. Augusti, anno Domini millesimo trecen- 35 tesimo decimo.

403. *PROMISSIO IOHANNIS DE WARTEMBERG. Iul. 26.*

Autographon, quod inter archivi Heinrici VII. reliquias superest Pisis in tabulario maioris ecclesiae nr. 1328 signatum, denuo nos ipsi contulimus. In cancellaria regis scriptum est. Sigillum desideratur, foraminibus relictis. Edidit Ficker loco supra ad 40 nr. 237 citato pag. 84 nr. 61 (= W. SB. pag. 220); cf. notam. (P. deest.)

401. m) prestiterit *M.* n) *deest M. A.* o) sententiam *M. A.* p) *loco* reverendorum — domini *C:* reverendi domini Petri Maguntinensis archiepiscopi et venerabilium fratrum. q) *loco* Heinrici — Argentinensis episcopi *A:* Petri Maguntinensis et domini Heinrici Coloniensis archiepiscoporum. r) *deest C.* s) Sigebotonis *C;* Sybottonis *A.* t) episcoporum *C.* u) abb. Voldensis *C;* abb. Wld. *A.* 45 v) *deest M;* Rudolfi *A.* w) Rudulfi *M. A.* x) Walrami *C.* y) Luczelburg *C.* z) Bertholdi *C.* a) Nassauwe *C;* Nassow *A.* b) in *add. C. A.* c) VIII. Kalend. Augusti *hic ponunt C. A.* d) decimo *C. A.*

402. a) *uncis inclusa supplevimus.*

Nos Iohannes de Wartemberg promittimus firmiter per presentes, quod omnia iura regi Bohemie pertinencia, que in civitate et monte Cuttina possidemus et habemus percepta summa pecunie, quam reverendus pater dominus Petrus archiepiscopus Maguntinus et Heinricus de Lippa moderandam et taxandam du[xerint], remittemus et illustri viro Iohanni comiti Lucelemburgensi, cum in regem Bohemie promotus fuerit, sine contradictione qualibet resignabimus. Ita quod eadem iura possidere et habere tenemur, quam diu huiusmodi summa pecunie soluta non fuerit, perceptis medio tempore in sortem debiti minime computandis. Harum testimonio litterarum nostri sigilli robore signatarum.

Dat. in Frankenfurd, VII. Kal. Augusti, anno domini millesimo trecentesimo decimo.

404—406. *SCRIPTA PRO COMITE DE HENNEBERG. 1310. Iul. 25. 1311. Mai. 22.*

404. *CONCESSIO IURIUM PRINCIPUM. 1310. Iul. 25.*

Autographon tabularii Meiningensis, quod dicitur 'Hennebergisches gemeinschaftliches Archiv', denuo contulit vir d. W. Füsslein. Sigillum fere illaesum pendet filis sericis viridis rubeique coloris. Cf. ea quae notat Ficker 'Vom Reichsfürstenstand' pag. 115 et Füsslein loco supra ad nr. 201 citato pag. 211. — Böhmer, Reg. Heinr. 261.

(P. decst.)

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus imperpetuum.

Tanto laudabilius imperiale sceptrum extollitur, de cuius throni fulgore velud ex solis radio prodeunt dignitates, tantoque princeps in commissi regiminis sollicitudinibus relevatur, quanto tribunal ipsius personas in circuitu circumspicit digniores. Hac igitur consideratione moniti, qui celesti providentia Romani moderamur habenas imperii, solii nostri decus novis libenter honoribus ampliantes, ad personam spectabilis viri Berchtoldi comitis de Hennemberg fidelis nostri karissimi, pro qua non solum devotionis et fidei puritas aut servicii gratitudo multiplicis, sed magni nobilitas generis et alti providentia consilii multipliciter intercedunt, favorabiliter convertimus aciem mentis nostre ac eius votivis supplicationibus inclinati ad augmentum honoris sacri imperii de principum nostrorum consilio conferimus eidem Berch(toldo) ac suis heredibus omnia iura principum tam in ingressu quam in egressu ad imperialem deliberationem, in sententiis conveniendis, dictandis, pronuntiandis in iure civili et plebiscito quod vulgo dicitur lantrecht, et specialiter ipsi comiti Berch(toldo) et liberis suis necnon hominibus eorundem hanc de liberalitate regia duximus libertatem et graciam faciendam, quod ipse comes et liberi sui debeant iure et more aliorum principum nostrorum et imperii choruscare et homines sui iure hominum aliorum principum congaudere, sic quod ipse comes et sui liberi non alibi, quam ubi alii principes imperii, et homines eorum non alibi, quam ubi homines aliorum principum conveniuntur, valeant conveniri. Ipsum comitem Berch(toldum) et suos liberos iuribus aliorum principum nostrorum et imperii necnon homines eorundem hominibus aliorum principum nostrorum tam in parendo et stando iuri quam aliis libertatibus et iuribus per omnia adequantes. Mandamus igitur et sub obtentu gracie nostre districte precipimus, ne quis eos de cetero contra hanc nostram concessionem, libertatem et graciam impedire vel molestare presumat. Quod qui presumpserit, imperialis sublimitatis offensam se noverit graviter incursurum. In cuius rei testimonium et robur perpetuo valiturum presens privilegium conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Dat. apud Frankenfůrt, VIII. Kalen. Augusti, indictione octava, anno Domini millesimo trecentesimo decimo, regni vero nostri anno secundo.

405. *CONSENSUS PRINCIPUM ELECTORUM. 1310. Iul. 25.*

Exemplarium M *Moguntini,* C *Coloniensis,* T *Trevirensis,* P *comitis Palatini,* B *Brandenburgensis autographa in eodem tabulario asservata item descripsit vel contulit Füsslein. Autographa* C *et* P *eadem,* T *et* B *alia, sed eadem manu exarata esse videntur.* 5 *Pendent sigilla plus minusve laesa omnia loris membranaceis. Cf. Böhmer, Reg. Heinr. 261. (P. deest.)*

Nos Petrus Dei gracia sancte Magunt(ine) sedis archiepiscopus sacri imperii per Germaniam archicancellarius[a] tenore presencium publice profitemur, quod cum serenissimus dominus noster dominus Heinricus Romanorum rex spectabili viro Bertoldo[b] 10 comiti de Hennenberg ac suis heredibus omnia iura principum tam in ingressu quam in egressu ad imperialem deliberacionem, in sentenciis conveniendis, dictandis, pronunciandis in iure civili et plebiscito quod vulgo dicitur lantrecht[c], et specialiter quod ipse comes et sui liberi[d] debeant iure et more aliorum principum[e] choruscare et homines sui iure hominum aliorum principum congaudere, sic quod ipse comes et sui 15 liberi non alibi quam ubi alii principes imperii et homines eorum non alibi quam ubi homines aliorum principum conveniuntur, valeant conveniri, ipsum comitem et suos liberos iuribus aliorum principum imperii et homines eorumdem[f] hominibus aliorum principum tam in parendo et stando iuri quam aliis libertatibus et iuribus per omnia adequando conferenda duxerit de regalis plenitudine potestatis, nos dicti comitis, 20 cuius exaltacionem et honorem diligimus, votivis precibus inclinati premissis omnibus, prout superius et in litteris regalibus exprimuntur, consensum nostrum expressum et benivolum adhibemus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

Datum Frankenfurt[g], anno Domini millesimo trecentesimo[h] decimo, VIII. Kalend.[i] 25 Augusti.

406. *CONSENSUS REGIS BOHEMIAE. 1311. Mai. 22.*

Autographon eiusdem tabularii item descripsit Füsslein. Pendet sigillum bilaterale filis sericis flavi caeruleique coloris. Cf. Böhmer, Reg. Heinr. 261. (P. deest.)

Nos Iohannes Dei gracia Bohemie et Polonie rex, sacri imperii citra montes 30 vicarius generalis ac comes Lůtzelmburgensis recognoscimus ad universorum volentes noticiam pervenire, quod cum serenissimus dominus noster dominus Henricus Romanorum rex, genitor noster karissimus, spectabili viro Berhtoldo comiti de Hennemberg ac suis heredibus omnia iura principum tam in ingressu quam in egressu ad imperialem deliberacionem, in sentenciis conveniendis, dictandis, pronunciandis in iure civili et 35 plebiscito quod vulgo dicitur lantrecht, et specialiter quod ipse comes et liberi sui debeant iure et more aliorum principum choruscare et homines sui iure hominum aliorum principum congaudere, sic quod ipse comes et sui liberi non alibi quam ubi alii principes imperii et homines eorum non alibi quam ubi homines aliorum principum conveniuntur, valeant conveniri, ipsum comitem et suos liberos iuribus aliorum principum

40 **405.** a) *protocollon in C:* Nos Heinricus Dei gracia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus sacri imperii per Italiam archicancellarius; *in T:* Nos Baldewinus Dei gratia Treverorum archiepiscopus sacri imperii per regnum Arlatense archicancellarius; *in P:* Nos Růdolfus Dei gracia comes palatinus Reni dux Bawarie; *in B:* Nos Woldemarus Dei gracia Brandenburgensis, Landisbergensis et Lusacie marchio tutorque illustris Iohannis marchionis Brandenburgensis 45 b) Berhtoldo *C. P.;* Bertholdo *T. B.* c) lantreht *C. P.;* lanthreht *T. B.* d) liberi sui *P. B.* e) imperii *add. B.* f) eorundem *C. P. B.* g) Frankenfůrt *C. P;* Frankenfůrth *T. B.* h) CCC *C. P. B.* i) Kalen. *C. T. P. B.*

imperii et homines eorundem hominibus aliorum principum tam in parendo et stando iuri quam aliis libertatibus et iuribus per omnia adequando conferenda duxerit de regalis plenitudine potestatis, nos dicti comitis, cuius exaltacionem et honorem diligimus, votivis precibus inclinati premissis omnibus, prout superius et in litteris regalibus exprimuntur, consensum nostrum expressum et benivolum adhibemus. In 5 cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa.

Dat. in Brûnna, anno Domini MCCCXI, XI. Kalendas Iunii.

---

407. MANDATUM DE CIVIBUS A IUDICE CURIAE NON IUDICANDIS.

1310. Aug. 1. 10

Autographon tabularii generalis regni Bawarici 'Kaiserselect Nachtrag' nr. 172 signatum hucusque ineditum descripsimus nos ipsi. Pendet sigillum parum laesum filis sericis rosei flavique coloris.

Quae concordant cum mandato Rudolfi regis a. 1285. Iun. 26 scripto supra tom. III, 348 nr. 364 (M), *ea typis minoribus excudenda curavimus. — Böhmer, Reg. Heinr. 275.* 15 *(P. deest.)*

Nos Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum tam presentium quam futurorum noticiam volumus pervenire, quod nos ob fidem inpermutabilem et preclare devocionis memorandam constanciam, quibus prudentes viri . . cives Maguntinenses dilecti nostri fideles nos et imperium iugiter venerantur, nobili viro . . iudici curie nostre inhibuimus et presentibus inhibemus, 20 quod de eisdem civibus Maguntinen(sibus) vel eorum aliquo nulli iudicet conquerenti, sed volentes de eisdem civibus vel eorum aliquo querelari ad nos eosdem dictus iudex debet transmittere et nos eos ad civitatem Maguntinensem remittemus amore vel iusticia complanandos. Quod si ibidem factum non fuerit, nos utrique parti exhibebimus iusticie complementum. Dantes eis has nostras litteras in testimonium super eo. 25

Datum Maguntie, Kal. Augusti, indictione VIII, anno Domini MCCCX, regni vero nostri anno secundo.

408—410. SCRIPTA AD PACEM GENERALEM RHENI SUPERIORIS SPECTANTIA.

1310. Aug. 18.—Oct. 27. 30

408. *SCRIPTUM PRO ARGENTINENSIBUS. Aug. 18.*

Repetimus editionem, quae parata est 'Urkundenbuch der Stadt Strassburg' II, 229 nr. 283 ex confirmatione per Ludewicum regem a. 1323. Apr. 8. facta tabularii civitatis Argentinensis. — Böhmer, Reg. Heinr. 279. *(P. deest.)*

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis advocatis 35 provincialibus et eorum substitutis ceterisque Romani imperii fidelibus graciam suam et omne bonum.

(1) Dignum iudicat nostra serenitas et congruum arbitratur, quod prudentum virorum civium Argentinensium fidelium nostrorum dilectorum ob sue probitatis merita et grata, que continuacione laudabili nobis et imperio impenderunt obsequia et impendent, commoditatibus et profectibus regie sollicitudinis opera intendere debeamus. 5 Eapropter volumus auctoritate presencium declarantes, quod iidem cives cum vino et blado suo seu quibuscumque aliis suis mercibus per Reni alveum descendentes et ascendentes racione naufragii quod vulgariter dicitur grůntrůr nichil penitus solvere teneantur. Volentes nichilhominus, quod ab omnibus iniustis theloneis a quibuscumque institutis, exceptis theloneis, que a nobis descendunt et imperio, sint liberi et inmunes. 10 (2) Eisdem eciam civibus per terram cum bonis suis euntibus volentes[a] ab iniuriosis insultibus precavere, ipsos vobis recommittimus diligenter, fidelitati vestre dantes strictius in preceptis, quatinus una cum ipsis contra iniuriatores seu turbatores suos tam in aqua quam in terra fideliter insurgatis. Ex hoc enim, quod se defendant contra offensores suos huiusmodi, non incurrent indignacionem regiam vel offensam. Pre-15 sencium testimonio litterarum nostre maiestatis sigilli robore signatarum.

Datum in Hagenowe, XV. Kalendas Septembris, anno Domini millesimo trecentesimo decimo, regni vero nostri anno secundo.

409. *CONSTITUTIO PACIS GENERALIS AD RHENUM SUPERIOREM.*
Aug. 19.

20 *Item ad editionem l. c. II, 229 nr. 284 ex autographo eiusdem tabularii paratam. Pendet sigillum loro membranacco.*

Quae concordant cum Constitutione a. 1301. m. Apr. data supra nr. 129, typis minoribus excudenda curavimus. — Böhmer, Reg. Heinr. 282. *(P. deest.)*

1. Wir Heinrich von Gotz gnaden Rŏmisch kunig allewege ein merer des riches 25 tůnt kunt allen den, die disen brief gesehent oder gehŏrent lesen, daz wir mit den erbern herren . . dem bisschove von Strazburg, . . dem bisschove von Basile und mit den lantgraven in dem obern und dem nidern Elsaz und mit den burgern von Strazburg und von Basile ůberein sint komen eins gemeinen lantfriden, und den die vorgenanten herren unde burgere gesworn hant zů haltende, von der Selsen untz an die Birse und von 30 dem Ryne untz an den Wasichen, alse daz bistům von Strazburg het begriffen, und von der Birsen untz an den Wasichen, alse daz bistům von Basile gat, und ŏch gensite Rines, alse daz bistům von Strazburg gat, hynnan untze sante Martins mes, und dannen uber funf jar nah enander ane ůnderlaz vůr uns und *alle die unsern, also doch daz . . der bisschof von Basile unde die burgere von Basile gensite Rines ungebunden sulent sin, und aber hie dise site Rynes 35 sulent sie nimme schuldig noch gebunden sin ze helfende wanne von der Byrsen untz an die Sorne, unde gensite Rynes sol nieman gebunden sin von des friden wegen durch walt zů helfende. (nr. 129 c. 1.) (Nov. 11.)

2. Alle[a] phalburgere sulent abe sin, und wellent si burgere sin, so sulent sie gesessen sin sumer und winter ane underlaz. Und sulent des frist haben sich zů beratende untze sante Martins mes, die nu zů nehest komet, obe sie burgere wellen 40 sin oder nůt. Und welre ŏch nůt ensesse, als da vor geschriben ist, den sol deheine stat vůr einen burger haben. (Nov. 11.)

3. Alle[a] phaffen und alle geistliche lůte und alle gotzhůser die sulent in disem friden sin und sulent in irme rechte und in irre friheite bliben. Und alle edellůte, graven, frien und dienstlute, die disen friden gesworn hant zwůsschent den vorgenanten ziln oder noch swerende werdent, 45 und alle stette und burge und vesten und dŏrfer und dinghove, die in disem friden gelegen sint, der (c. 2.)

408. a) volumus *ed.*

409. a) *praecedit signum paragraphi or.*

sol iegeliches in sime rehtte bliben. Die stat von Strazburg sol mit namen in irme rehte und in irre friheite und in irre gůten gewonheite bliben. Ŏch sol die stat von Basile mit nammen bliben in irme rehte und in irre friheite.

c. 3. 4. So sol och* der bisschof von Strazburg und* der bisschof von Basile *niemanne, der in irm bistume gesessen ist, beholfen sin von des lantfriden wegen umbe deheinre slahte ding, die geschehen sint untz her. 5

c. 4. 5. Die[b] nuwen zǒlle sulent ŏch abe sin, swo sie gemaht sint uf dem lande oder uf dem wassere.

6. Es ensol ŏch nieman keine gruntrůre nemen. Wer die neme, den sol man haben vůr einen strazrŏber und sol der lantfride uf in beholfen sin. 10

c. 5. 7. Und swer disen friden brichet, geschiht daz in unserme* gerihte, daz sol der, an dem er gebrochen ist, oder sine frůnd an unsere phlegere, die hie nidenan genemet sint, selbe vordern oder mit sime gewissen botten und briefen, und sulent unsere phlegere zehant ane geverde uf den eit botscheften und embieten dem, der den friden gebrochen het, daz er in den nehesten ahte tagen daz widertů und bessere, daz er da begangen het. Tůt er des nůt, so sulent die selben 15 unsere phlegere alle die, an die von aller der vorgenanten herren wegen dirre fride gesetzet wirt, *manen mit botten oder *briefen uf den eit, ob sie es mit irre maht ane sie nůt můgent vollenden ane geverde. Unde sulent die danne, als es hie nidenan bescheiden ist, in den nehesten ahte tagen darnach, so sie gemanet werdent, bi irm eide mit solicher helfe und mit solicher maht, alse sie alle oder das zweiteil ůnder in ůberein kumment, uf den eit den twingen, der den friden gebrochen het, 20 daz er widertů und bessere, daz er wider den friden getan hat. Und wer also betwungen wirt wider zů tůnde und zů bessernde, den sol man twingen uf den eit, daz er gelte allen den schaden, der von ůszugendes wegen geschehen ist, ob er so vil gůtes het, nach der bescheidenheite, alse die alle die ůber den lantfriden gesetzet sint oder das zweiteil ůnder in bescheidenlich tůnket. Und het er so vil gůtes nůt, man sol in twingen 25 mit sime libe durch daz, daz andere bizeichen bi ime nement. Můgent aber sie es ane die andern gebessern mit irre maht, so sol men niemanne me manen umbe helfe. Wirt[b] aber dirre fride gebrochen in* des bisschoves gerihte von Strazburg, so sol man es vordern, alse da obene geschriben stat, an die* von sinen wegen darzů gesetzet werdent.* Und sulent denne die uf den eit bede umbe daz widertůn und umbe daz bessern tůn und gebaren in alle wis, alse es da obenan 30 von unsern phlegern geschriben stat. In dirre selben wise sol man tůu ane alle geverde, ob der fride gebrochen wirt, da men es von dem bisschove von Basile,* von dem obern lantgraven oder von dem nidern lantgraven in Elsaz vordern sol. Und sulent die, die von iren wegen darzu gesetzet werdent, darzů tůn uf den eit* alle wis, alse es da obenan geschriben stat. Wurde aber er gebrochen, da es die burgere von Strazburg anegat, da sol man es vordern an den, der danne 35 wissenthaft burgermeister ist, und sol er danne uf den eit schaffen, swelich burger von Strazburg den friden gebrochen het, daz er daz widertůge und bessere in den nehesten ahte tagen. Beschehe daz nůt, so sulent die andern burgere alle von Strazburg und die andern des friden eitgenŏssen den twingen, alse da vor von den andern geschriben stat. Zů[b] gelicher wiz sol der burgermeister von Basile tůn, ob dirre fride gebrochen wirt, da es die burgere von Basile ane gât, zů bessernde alles 40 mit der bescheidenheite, die hie nidenan geschriben stat.

c. 6. 8. Alle[b] geste und alle frŏmede lůte, sie sint varende, blibende oder wesende in dem vorbescheiden begriffe, die sulent disen selben friden haben, alse es da obenan bescheiden ist.

c. 7. 9. Wirt[b] ŏch ieman gevangen in dis frides begriffe und wirt* usgefůret, da sulent alle des frides eitgenŏszen bi dem eide ire helfe und ir maht zů tůn, daz der gevangene lidig werde und 45 solich unreht gebessert werde mit irre maht, alse die ůberein kumment uf den eit, an die dirre fride von unsern wegen gesetzet ist oder von der vorgenanten herren und stetten noch gesetzet wirt, sie alle oder daz zweiteil ůnder in.*

409. b) *praecedit signum paragraphi or.*

10. Richet[c] öch ieman deheine dot, gevehte oder wunden, die untz her geschehen sint und öch unversûnet sint, damitte es dirre fride nůt gebrochen. Swer aber vůrbaz wunt wirt, dem sol man rihten, alse man von wunden rihten sol. Und swer erslagen wirt, des frůnden sol man rihtten, alse man davon zů rehtte rihtten sol, in den nehesten ahte tagen. c. 8.

5 11. Men[c] phendet öch wol umbe jergeliche korngůlte umbe wingůlte und umbe zinsen, und engat daz öch nůt an den lantfriden. Anders sol nieman den andern phenden ane gerihte. Und het sich öch ieman verbunden mit sinen briefen, daz men in phenden sule ane gerihtte, den sol men phenden an sime eigene, an sime erbe, an sime lehenne und an sinen phanden. Het[c] aber ein gotzhůs oder ein closter gůt oder lůte, darůber er voget ist, an dem gůte und an den lůten sol 10 men in nůt phenden. c. 9.

12. Swo[c] die, an die dirre fride von unsern wegen gesetzet ist oder noch von der vorgenanten herren und stette wegen gesetzet wirt, alle oder daz zweiteil ůnder in uberein kumment uf den eit, daz ein herre oder ein stat oder *burg oder *dorf, do der fride gebrochen wirt, selbe můgent gebessern daz, damitte der fride gebrochen wirt, da sol men niemanne me zů manen 15 umbe helfe. Da sie aber ůberein kumment uf den eit alle oder daz zweiteil, daz man helfen sol, swer danne der nůt kummet mit solicher maht ane geverde, alse sie ůberein kumment uf den eit, der sol meineidig und truweloz und êrloz sin und sol ůswendig des friden sin. Und sol men ab ime rihtten und sol ime nieman rihten. c. 10.

13. Swo[c] mitte dirre fride gebrochen wirt, daz sol men widertůn und bessern, alse die, 20 an die es gesetzet ist oder noch von der herren und der stette wegen gesetzet wirt, sie alle oder daz zweiteil under in uf den eit ůberein kumment. Were aber daz sie sich davon mahtent und die besserunge verzugent durch můtwillen, so sulent sie meineidig sin und ůszewendig des friden sin. Irret aber sie deheine êheftige nôt oder herren nôt oder daz einre lihte sturbe, so sol der herre oder die stat, von der wegen er dabi waz, einen andern darzů schicken ane 25 sine stat ane alle geverde. Der sol öch denne swern, alse der erste gesworn hette, und so er geswert so ist der eit allewege stete. c. 11.

14. Alle[c] die gůt, die zů erbe geluhen sint von alter her, die sulent in der gewonheite stan, als es herkummen ist, die wile dirre fride wert. c. 12.

15. Swer[c] disen friden nůt swert, ieder man vor sime rihttere, in den nehesten zweien 30 manaden, so dirre fride gekůndet wirt von stetten zů stetten, von burgen zů burgen, von dôrfern zů dôrfern, den sol man danach nimme emphahen in disen friden und sol ime öch nieman rihtten und sol men abe ime rihtten. Sprichet aber der rihtter, er habe nůt gesworn, bezůget er denne mit zwein ersamen mannen, daz er gesworn habe, des sol er genieszen. Ist[c] aber ieman ůszewendig landes oder siech oder gevangen, so er des entladen wirt, so gat alrest die satzunge ůber in. Die[c] 35 prelaten, die dûmeherren und die phafheit, die sint des eides erlaszen durch ir erberkeit. c. 13.

16. Es[c] sol öch nieman keine munsze slahen in disem begriffe weder in stetten noch uf burgen noch in dôrfern, er enhabe sie danne von dem riche oder anders durch ein reht. Swer uber daz eine slůge oder hiesze slahen, der und sin gesinde, die die munsze da slahent oder helfent und ratent, wie die falsche oder die ungewonliche 40 munsze vůrbraht werde, die sol man haben vůr falschere und sol von in rihten, alse man von falschern durch reht rihten sol. Und sol der lantfride uf si beholfen sin uf den eit.

17. Ist[c] öch daz der lantgrave in dem obern Elsaz oder in dem nidern Elsaz ein gerihte besitzet oder ein ander rihtter wer der si und rihtet umbe ein gůt, von 45 den er billiche rihten sol, irret iemann den, dem daz gůt mit gerihtte gevallen ist, an dem gute, mag es der rihtter nůt gehöbeten mit siner maht bi sim eide, der lantfride sol ime beholfe sin, daz der blibe in der gewer des gůtes, untz daz es ime mit besserme rehte angewunnen wirt.

409. c) *praecedit signum paragraphi or.*

18. Die[d] burgere von Strazburg hant in disem lantfriden ůsgenomen alle die, die von irre missetete wegen verwisent sint von der stat von des zůlŏffes wegen, den sie tatent in irre stat.[1]

19. Dise[d] satzunge ŏch und den lantfriden, die wir habent ufgesetzet zů Frankenfůrd[2] mit den kurfůrsten, den ŏch . . der bisschof von Strazburg und unser lantvoget und ander herren, die da zugegene warent, gesworn hant, den eit wil . . der vorgenante bisschof und der lantvoget, daz er in behalten si, und wellent disem lantfriden deste minre nůt nachgan an alle geverde.

20. Waz[d] ŏch gůtes ein man zehen jar und me unversprŏchenliche und gerůwecliche in gewalte und in gewer her het braht bi gerihtte, und daz sin widersache in lande ist und zů sinen tagen kommen ist, daz ensol ime nach den zehen jarn nieman abe swern noch zů almende machen, alle die wile daz dirre lantfride weret. Wer aber, daz iemanne iht angewonnen were sins gůtes indewendig fůnf jaren, die vůrgangen sint, in almendes wise, alse es da vorbescheiden ist, man sol in wider in sine gewer setzen, untze daz es ime mit rehte vor sime rihttere angewonnen wirt.

Nov. 11. 21. Dirre[d] lantfride sol wern untze sante Martins mes, die nů zů nehest kummet, und dannen ůber funf jar nahenander.

c. 14. 22. Dis[d] sint die wir* ůber den lantfriden gesetzet hant: Heinrichen den burggraven von Doroltzheim, Mathisen von Heringheim und Iohannesen von Eckerich rittere.

Und zů eim urkůnde aller der vorgeschriben dinge so han wir unser ingesigele an disen brief gehenket.

Der wart geben an der Mittewochen nach unserre Frowen mes der ersten, da man von Gotz gebůrte zalte drůzehen hundert jar in dem zehenden jare.

410. *COMPROMISSUM DE POENIS PACIS VIOLATORIBUS INFLIGENDIS.* *Oct. 27.*

Superest exemplar authenticum, sigillo ut videtur episcopi Argentinensis sigillatum (cf. notam apud Ficker l. c.) ac Heinrico regi transmissum, inter archivi regis reliquias Pisis in tabulario capituli maioris ecclesiae nr. 1354 signatum. Membrana valde exesa est. Edidit J. Ficker loco supra ad nr. 237 citato pag. 87 nr. 66 (= W. SB. pag. 223). Nos ipsi denuo accuratius contulimus. *(P. deest.)*

1. Wir I[ohannes][a] von Gotz gnaden bischof von Strazburg tunt kunt allen den, die disen brief gesehent oder gehŏrent lesen, daz wir zů einre ewigen bestetigungen der sůnen, die unser gnedigen herre kunig Heinrich [ge]ret [unde] gemachet hat unde vor ime des ersten unde darnach vor uns gesworn ist, stete zů habende zwůschent hern Iohannese schultheissen, hern Bernant von Bebelnheim, hern Cůnrate von Wittenheim rittern, Burkart dem [ritter]e, Hessen von Bebelnheim, Philippese sime sune, Wollebene, Iohannese von Ŏngersheim, Berhtolde sim brůdere, Heintzeline Hůgelnheim, Walthere Kussepheninge unde Bertschine Burkartes des meiers brůder, die u. . . . . .[b] vertriben warent, unde allen irn frůnden ein site, unde . . dem von Yltziche dem rittere, . . dem von Regensheim dem phaffen, Gŏtschine unde Guntrame von Mittelwilre unde allen irn frůnden andersite, al[se unser gnediger] herre der vorgenante kunig bevolhen hat mit beder teile willen, unde ŏch sie willecliche gelobet hant stete zů habende unde zů leistende, swaz wir sprechen unde heissen unde ufsetzen, dar ůber daz die sůne . . . .[c] ide sie

409. d) *praecedit signum paragraphi or.*

410. a) *uncis inclusa exesa sunt or.* b) *lacuna 7 litterarum.* c) *lacuna 9 litterarum.*

1) *Cf. 'Urkundenbuch der Stadt Strassburg' II, 232 not 1.* 2) *Cf. supra ad nr. 396—406.*

nieman getůrre brechen, da sprechen wir unde heissent mit wiser lůte râte, bede phaffen unde leygen, swer die sûne brichet, der sol . . des kůniges lantvogete, der zû den ziten ist, dar umbe rehter penen [schuld]ig sin fůnf hůndert mark silbers. Dar zû sol er dem rihter unde der stat zû Colmar sůnderliche bessern, alse ir reht ist. Er 5 sol ŏch, alle die wile er ůssewendig besserunge ist, in deheiner stat des riches in b[urgers] noch in gastes wis werden enthalten, unde swo man in begriffet in allen stetten unde gerihten, da sol men von ime rihten und sol ime nieman rihten. Kummet aber er zû besserungen, so sol er doch niemer der [stat] zû Colmar drier milen nahe-kummen, er enhabe e dem, an dem die sûne gebrochen ist, abe geleit allen sinen 10 schaden, den er da von gelitten unde gehabet hat, unde den er kůntlich machet mit gezůgen unde werlicher kuntschaft, unde sie des mit ime ůber ein kummen nach sinen willen. Da zû sol men in haben vůr meineidig unde eloz unde erlos unde von aller wertlicher eren gescheiden. Er mag ŏch mit rehte niemer werden r[ih]ter, vůrspreche noch gezůg noch erbe keines gûtes, unde swaz er gûtes het, des ist daz lehen lidig den 15 herren, von den er es da hat, unde daz er eigens oder erbes hat, daz ist dem gerihte gevallen, da es gelegen ist, unde sol er noch kein sin kůnne niemer dar zû reht gewinnen.

2. Wir sprechent ŏch unde heissent, daz alle die verbůntnisze, die vntz her ůnder den vorgenanten teilen uf krieg unde uf zweiunge [in der stat] zû Colmar geschehen sint, sulent abe sin, unde sol der iederman den andern ledig lân bi sim eide, noch ensol hinnan vůr 20 nieman deheine soliche verbuntnisze ůnder in machen tûn oder werben bi dem selben eide.

3. Wirt ŏch die sûne gebrochen zû der zit, so daz Romische riche ane kunig ist, so sol[d] die pene, die da von des kuniges lantvogete gevallen ist, alse da vorge-schriben stât, behalten sin eim kunftigen kunige unde sime lantvogete. So bescheiden wir also mit namen, wer an oder wa mitte die sûne werde gebrochen.

25 4. Swer ůnder den vorgenanten teilen den andern ůs der stat zû Colmar ane gerihte vertribet oder in zû tode sleht oder deheine verbůntnisze in der stat zû Colmar uf krieg unde zweiunge in deheine wis tût oder machet, unde ŏch swer der drier deheines hinnan vůr frummet oder ratet, der hat die sûne gebrochen unde ist aller der penen schuldig, die da vor geschriben stat. Wirt aber ieman ůnder in, alse dicke 30 geschit, von kriege oder von missehelle wunt oder anders ubele gehandelt, da mitte wurt die sûne nůt gebrochen.

5. Unde sol der schultheisse unde der rât von Colmar zûhant des selben tages, so es in wirt gekůndet oder sie es ane daz bevindent, drie sûneboere und gemeine man dar zû schicken uf irn eit, die des selben tages ŏch bi irm eide ervarent, wielich 35 die unvûge si, unde ŏch wie sie geschehe si, unde sie darnach heissent bessern, alse sie alle oder zwene ůnder in ůber ein kumment uf den eit. Unde swaz besserungen sie danne heissent tûn, der sol gehorsam sin zû tûnde, der sie verschuldet hat. Unde dem sie es gebietent alle oder der merre teil under in, tût er des nůt, so brichet er die sûne und wurt aller der penen schuldig, die da vorgeschriben stat.

40 6. Unde kummet es so, daz ieman ůnder in gezigen wirt, daz er habe getan wider die sûne und sûnebreche si, unde er des lŏgent, dar zû sûlen ein bischof von Strazburg und ein lantvoget von Elsaz, die zû der zit sint, zwene erbere man iewederre einen schicken, swenne es in gekůndet wirt oder sie es ane daz bevindent, unde sulent die zwene mittenander ervaren umbe de[n ge]zig, unde swaz si danne sprechent unde 45 bringent uf irn eit, ob die sûne gebrochen si oder nůt, des sol men geloben. Wurdent aber die zwene missehellig, so sulen die vorgenanten herren, ob sie es selbe alse ein man nůt wellent tûn, dar zû schicken einen gemeinen man, unde swederthalb der hin vellet, daz sol vůrgan unde sol men da nach richten.

410. d) *sequitur* der *deletum or.*

7. Dis alles han wir mit wiser lûte rate ufgesetzet gesprochen unde geheissen, von solicheme gewalte, den uns unser herre der vorgenante kunig dar ůber bevolhen hant, unde hant es die vorgenanten teil zû beden siten bi dem eide willecliche gelobent stete [zû] habende ane alle geve[rt].

Dis geschach zû Sletzestat, an dem nehesten zistage vor Allerheilgen tag, da men zalte von Gotz gebùrt drùzehen hundert unde zehen jar.

Hie bi warent her Jofrid von Liningen [der] lantvoget in Elsaz, her Ůlrich der lantgrave in Elsaz, her Friderich von Wangen, her Eberhart von Andelahe, her Johannes von Hohenstein, her Egenolf von Râtzenhusen, her Johannes von Eckerich [unde mer] anderre herren unde erberre rittere von Elsaz. Dar zû warent hie bi botten sunderliche gesendet wise lute von Strazburg, von Basile, von Hagenowe, von Ehenheim, von Sletzestat, von Brisache, [von Nuw]emburg, von [Muln]husen unde von Rûfache, mit der rate wir hant ufgesetzet gesprochen und geheissen, alse da vor geschriben stat.

Unde des zû eim urkùnde ist unser ingesigele und sint dar zû des vor[genan]ten lantvogetes [unde der] stette von Colmar, von Sletzestat, von Brisache, von Nuwemburg unde von Mulnhusen ingesigele an disen brif gehenket.

---

411. MANDATUM ITERATUM DE SILVA NORIMBERGENSI.

1310. Aug. 29.

Autographon in parte superiori valde corrosum, quod servatur in tabulario generali regni Bawarici 'Kaiserselect Nachtrag' nr. 172½ signatum, denuo descripsimus. Pendet sigilli fragmentum loro membranaceo. In verso legitur: lr̄e forestariorum. *Cf. mandatum a. 1309. Aug. 26 scriptum supra nr. 309. — Böhmer, Reg. Heinr. 284.*

(P. deest.)

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus strennuis ac providis viris . . dicti Hôruf, Cunr(ado) Stromeyer, Ot ceterisque [forestariis ac][a] zeydelariis nemoris nostri et imperii apud Nûremberg ab utraque parte fluvii dicti Begentz [constitutis, fidelibus suis di]lectis, graciam suam et omne bonum.

Officii nostri requirit debitum, ut bona imperii distracta illicite v[el destruc]ta[a] ad ius et propietatem eiusdem imperii ac utilitatem et commodum nobis subiectorum et reipublice revocemus. [Co]nsiderantes igitur, quod nemus nostrum et prefati imperii apud Nûremberg per incendia ac extirpaciones in nostrum [e]t reipublice preiudicium vastatum et in agros sive novalia a multis retroactis temporibus est redactum, unde fidelitati vestre sub regii favoris obtentu ac perdicione iurium et officiorum vestrorum vobis in ipso nemore competencium districte precipiendo mandamus, quatinus infra hinc et festum Omnium sanctorum proximum certa die collecta vestram coram sculteto et consulibus in Nûremberg omnes simul et semel exhibeatis presenciam corporalem ac manibus vestris sacrosanctis tactis reliquiis iuramentum publicum faciatis, quod dictum nemus, a quinquaginta annis citra destructum ut predicitur modis quibuscumque ac in agros redactum, in statum pristinum, hoc est in silvam et in arbores auctoritate

Nov. 1.

411. a) *uncis inclusa corrosa sunt or.*

regia redigatis ac redigi procuretis. Non sinentes, quod aliqui extranei ius in ipso nemore non habentes per vendicionem aut vias alias capiant vel recipiant aliquem usufructum. Prudentium virorum . . civium nostrorum in Nůremberg super premissis, si necesse fuerit, consilium et auxilium invocantes.

5 Dat. in Heymbach, IIII. Kalen. Septembr., regni nostri anno secundo.

412—434. CURIA SPIRAE.

1310. Sept. 1.—7. Oct. 27.—1313. Ian. 27.

Cf. iam supra scriptum regis Sept. 3. datum nr. 340.

412—422. *SCRIPTA PRO ARCHIEPISCOPO COLONIENSI.*
10 *1310. Sept. 1.—6. 1313. Ian. 27.*

Cf. etiam infra nr. 425.
Autographa tabularii regii Dusseldorpiensis, partim inedita et benivolenter nobis transmissa, omnia nos ipsi descripsimus vel contulimus.

412. *SCRIPTUM REGIS DE TELONEIS. Sept. 1.*

15 *Servatur 'Köln Domstift' nr. 475. Pendet sigillum illaesum linis sericis rosei coloris. In verso leguntur:* lr̄a innovacionis et confirmacionis theoloneorum et iurium archiepiscoporum Colon. *Edidit Lacomblet 'Urkundenbuch für die Geschichte des Niederrheins' III, 66 nr. 90. — Böhmer, Reg. Heinr. 288.* *(P. deest.)*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani 20 imperii fidelibus presentibus et futuris gratiam suam et omne bonum cum noticia veritatis.

Dive recordationis . . predecessorum nostrorum imperatorum et regum Romanorum, qui ob fidelia servicia sacro Romano imperio a venerabilibus archiepiscopis Coloniensibus imperii principibus utiliter et fideliter retroactis impensa temporibus Coloniensem 25 ecclesiam pluribus bonis, possessionibus, privilegiis, theloneis et gratiis dotaverunt et ditaverunt, vestigiis inherendo necnon et ob insigne meritum, quo venerabilis Heinricus Coloniensis archiepiscopus princeps noster dilectus creationis nostre tempore et deinceps incessanter per intima et utilia servicia se nobis et sacro Romano imperio exhibuit studiosum pariter et devotum, prefatam Coloniensem ecclesiam, ne nostris temporibus 30 honor et status eiusdem decrescat, immo per nostre munificentie largitatem in suo statu per subsidia et munimenta regia conservetur et quantum nobis ab alto permittitur solidetur et pariter augmentetur, volentes respicere gratia speciali, thelonea seu pedagia sive ius ipsa percipiendi in Andernaco, Bunna et in Nussia, ab eisdem nostris predecessoribus imperatoribus et regibus . . Coloniensibus archiepiscopis et ecclesie 35 Coloniensi donata, concessa et indulta, renunciatione si qua bone memorie Wicbol(dus) Coloniensis archiepiscopus, ipsius Heinrici nunc archiepiscopi Coloniensis predecessor, de aliquibus theloneis prefatis in manus clare recordationis Alberti quondam Romano-

rum regis predecessoris nostri, metu ad hoc ut dicitur inductus, per eundem regem fecisse dicitur[1], quam cum talis renunciatio in dampnum et preiudicium ecclesie Coloniensis cedere non debeat, tollimus et decernimus non tenere, non obstante, ex certa nostra scientia de nostrorum principum consilio et assensu ipsi Heinrico Coloniensi archiepiscopo, suis successoribus et ecclesie Coloniensi innovamus, donamus et perpe- 5 tuis temporibus confirmamus, habenda, tenenda et possidenda ab eodem archiepiscopo, suis successoribus et ecclesia Coloniensi pacifice et quiete, maxime cum etiam sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Clemens papa quintus eundem archiepiscopum et ecclesiam Coloniensem per litteras sedis apostolice contra renunciationem prefatam ad possessionem vel quasi iuris percipiendi thelonea prefata restituerit et eidem archi- 10 episcopo et ecclesie sue indulserit eadem recipere ac tenere[2]. Promittimus itaque bona fide, quod dictum archiepiscopum Coloniensem et ecclesiam suam contra premissa vel eorum aliquod nullo umquam tempore impediemus vel impediri permittemus, sed conservabimus eosdem in premissis, fraude et dolo in hoc exclusis. Nulli ergo omnino hominum liceat, presentem paginam nostre innovationis, donationis et confir- 15 mationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, gravem nostre maiestatis indignationem se noverit incursurum. In cuius rei testimonium presentes litteras conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Dat. Spire, Kalen. Septembr., indictione octava, anno Domini millesimo trecen- 20 tesimo decimo, regni vero nostri anno secundo.

413. *SCRIPTUM REGIS DE BONIS IMPERII. Sept. 2.*

Servatur ibidem nr. 476. Pendet sigillum illaesum loro membranaceo. In verso leguntur: De opido Tremonieñ et curtibus Westhoven et Elmenhorst ecclesie Coloñ obligatis. *Edidit Lacomblet l. c. III, 67 nr. 92. — Böhmer, Reg. Heinr. 292.* 25

(P. deest.)

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus venerabili Heinrico Coloniensi archiepiscopo principi suo karissimo graciam suam et omne bonum.

Dum tua coram nostre celsitudinis oculis obsequia fidelia collocamus, dignum censemus, ut id quod ceteri a nobis et imperio loco pignoris obtinent, eodem iure 30 pignoris in tuis manibus habeatur, cum tue fidei puritati nostra serenitas bona huiusmodi duxerit confidencius committenda. Ut itaque opidum Tremoniense cum officio scultetatus et Iudeis ibidem necnon curtes in Westhoven et Elmenhorst cum iuribus et pertinenciis eorundem nobili viro Everardo comiti de Marka olim a nostris predecessoribus pro certa pecunie quantitate ut dicitur obligata, ab eiusdem comitis heredi- 35 bus, in quantum de iure ipsis pecunia, pro qua premissa obligata sunt, eis competit, redimere et absolvere et ea postquam redempti fuerint iure pignoris, sicut et ipse comes ea habuit, ad nostros et imperii usus tenere valeas, tibi tenore presencium indulgemus, percipiendis de bonis eisdem tempore obligacionis huiusmodi, qui tibi in augmentum feodorum tuorum, que a nobis et imperio obtines dono damus, in sortem 40 minime computandis. In horum testimonium atque fidem presentes litteras tibi tradidimus nostre regie maiestatis sigillo communitas.

Datum Spire, IIII. Non. Septembr., anno Domini MCCC decimo, regni vero nostri anno secundo.

1) *Cf. supra nr. 156. 157. cap. 1.* 2) *A. 1306. Dec. 25.; cf. Lacomblet l. c. III, 37 nr. 50 et* 45 *Regestum Clementis V. sub nr. 2090.*

414. *MANDATUM PRIUS COMITI DE MARKA MISSUM.* *Sept. 2.*

Servatur item nr. 476. Pendet sigillum laesum loro membranaceo.
(P. deest.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus nobili viro Engelberto comiti de Marka fideli suo gratiam suam et omne bonum.

Noveris nos venerabili Henrico Coloniensi archiepiscopo et ecclesie sue indulsisse et presentibus indulgere, ut oppidum Tremon(iense) et officium scultetatus et Iudeos ibidem necnon curtes Westhoven et Elmenhorst nobis et imperio attinentia, patri tuo seu tibi a nostris . . predecessoribus pro certa pecunie quantitate ut dicitur obligata, a te pro ea summa, pro qua tibi obligata dinoscuntur, possit absolvere et tenere. Quapropter tibi committimus et mandamus seriose volentes, quatinus pecunia tibi de iure competente ratione pignoris bonorum eorundem ab eodem archiepiscopo seu ecclesia sua Coloniensi ad bonam computationem iuxta tenorem litterarum obligationis ipsorum bonorum, quas ipsi archiepiscopo pro[a] te, dum requisierit, exhiberi volumus, vice nostra recepta, dicta bona sibi et ecclesie sue dimittas per ipsum et ecclesiam Coloniensem loco pignoris tenenda et habenda, prout tibi fuerant obligata. In cuius rei testimonium presentes litteras nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Datum Spyre, IIII. Non. Septembr., anno Domini MCCC decimo, regni vero nostri anno secundo.

415. *MANDATUM ALTERUM AD EUNDEM.* *Sept. 2.*

Servatur ibidem nr. 477. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. In verso legitur: De curte in Brakele in partibus Westfal. ad Colon̄ ecclesiam pertinente. *Edidit Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 239 nr. 375 ex transsumto saec. XV. — Böhmer, Reg. Heinr. 293.* *(P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus. Nobili viro Engelberto comiti de Marka fideli suo gratiam suam et omne bonum.

Curtem in Brakele, quam . . patri tuo seu tibi tamquam imperio attinentem cum quibusdam bonis aliis imperio attinentibus pro quadam pecunie summa asseris obligatam, venerabili Henrico archiepiscopo Coloniensi principi nostro dilecto et ecclesie sue, cui et nos, facta nobis fide per privilegia predecessorum nostrorum, quod dicta curtis ad ipsum Coloniensem archiepiscopum et ecclesiam suam pertinuit et pertinet et quod ob hoc nequivit patri[a] tuo vel tibi in ipsius ecclesie preiudicium obligari, eandem restituimus, eidem archiepiscopo et ecclesie sue reddas, deliberes et dimittas liberam et solutam. De debito tuo, quod tibi ab imperio debetur, habendo respectum ad bona alia tibi ab imperio obligata[b]. In cuius rei testimonium presentes litteras nostre maiestatis regie sigillo iussimus communiri.

Datum Spyre, IIII. Non. Septembr., anno Domini MCCC decimo, regni vero nostri anno secundo.

416. *MANDATUM DE ADVOCATIA ASSINDENSI.* *Sept. 2.*

Servantur exemplaria 1) *ecclesiae,* 2) *civibus Assindensibus missa ibidem nr. 478. Eadem manu scripta sunt. Vestigia sigilli maiestatis dorso impressi adhuc apparent. Exemplar* 2 *item ex transsumto saec. XV. edidit Winkelmann l. c. II, 239 nr. 374. — Böhmer, Reg. Heinr. 291. 290.* *(P. deest.)*

414. a) *sic or.*

415. a) pa *in rasura or.* b) imperio obligata *in loco raso atramento fusciori artius scriptum or.*

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus venerabilibus[a] personis . . abbatisse et conventui ecclesie Assind(ensis) devotis suis[a] graciam suam et omne bonum.

Cum nos venerabilem Heinricum Coloniensem archiepiscopum principem nostrum karissimum et eius successorem quemlibet archiepiscopum Coloniensem pro tempore existentem, privilegiis vobis[b] super electione advocati vestri[c] a nostris predecessoribus hactenus concessis et a nobis confirmatis ex certis causis que nos ad id movebant revocatis[d], vobis[e] prefecerimus in perpetuum[f] advocatum, vobis committimus et mandamus auctoritate regia districtius iniungentes, quatinus eidem tamquam vestro[g] advocato in omnibus exnunc inantea obediatis secundum nostre maiestatis litterarum seriem sibi super premissis ex certa nostra sciencia concessarum[1].

Datum Spire[h], IIII. Non. Septembr., anno Domini MCCC decimo, regni vero nostri anno secundo.

417. *SCRIPTUM REGIS DE LITTERIS CONSENSUS TRADENDIS.* *Sept. 2.*

Exemplaris archiepiscopo Moguntino directi autographon adhuc servatur item nr. 478. Sigilli dorso impressi vestigia adsunt. Exemplar marchioni Brandenburgensi missum desideratur; sed cf. Böhmer, Reg. Heinr. 289. *(P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus venerabili Petro archiepiscopo Mogunt(inensi) principi suo dilecto salutem et omne bonum.

Cum venerabili Henrico Coloniensi archiepiscopo et ecclesie sue thelonea sua, que a . . predecessoribus nostris hactenus habuit et ab eisdem Coloniensi ecclesie sunt concessa, innovaverimus et confirmaverimus eidem ac ipsum fecerimus advocatum ecclesie Assindensis, restituendo sibi cum hoc curtem in Brakele sibi et ecclesie Coloniensi attinentem, te rogamus et requirimus seriose, quatinus super hiis tuum consensum adhibendo litteras tuas[a] super hiis ipsi archiepiscopo tradendo[b] sigilles, quia ceteris principibus nostris idem scripsimus et nostre in hoc celsitudini regie quam plurimum conplacebis.

Datum Spyre, IIII. Non. Septembr., anno Domini MCCC decimo, regni vero nostri anno secundo.

418. *LITTERAE CONSENSUS ARCHIEPISCOPORUM MOGUNTINI, COLONIENSIS, MARCHIONIS BRANDENBURGENSIS.* *Sept. 2.*

Servantur ibidem nr. 479 M *Moguntini,* T *Trevirensis archiepiscoporum,* B *marchionis Brandenburgensis exemplar. Pendent sigillum autographi* M *parum laesum, autographi* T *et* B *sigillorum parva fragmenta loris membranaceis. Autographa* M *et* T *eadem manu exarata esse videntur.* *(P. deest.)*

Universis presentia[a] visuris et audituris nos Petrus[b] Dei gratia Moguntine sedis archiepiscopus sacri imperii per Germaniam archicancellarius[b] notum facimus, quod cum serenissimus dominus noster[c] dominus Henricus Romanorum rex venerabilem in

416. a) *protocollon in 2:* . . prudentibus viris . . consulibus et opidanis Assinden. fidelibus suis. b) . . abbatisse et conventui ecclesie Assindensis 2. c) ipsorum 2. d) *deest* 1. e) ipsis 2. f) imperpetuum 1. g) et ipsius Assindensis ecclesie *add.* 2. h) Spyre 2.

417. a) *in loco raso or.* b) endo *in loco raso or.*

418. a) presentes litteras *T. B.* b) *loco* Petrus — archicancellarius *T:* Baldewinus Dei gratia Treverorum archiepiscopus sacri imperii per regnum Arelatense archicancellarius; *B:* Waldemarus marchio Brandenburgensis. c) nr̄ *in rasura M.*

1) *Infra nr. 420.*

Christo patrem . .[d] Coloniensem archiepiscopum[e] pro tempore existentem[f] aliorumque[g] conprincipum nostrorum ad id consensu accedente[g], ad tollendum turbationem odiosam, que fuit[h] super advocatia Assindensi pluribus annis inter Coloniensem et Assindensem ecclesias extiterat[i] non absque gravi ipsius[k] ecclesie dampno diucius agitata[l], eidem 5 ecclesie Assindensi[m] provide[n] prefecerit in advocatum[o] seu advocatiam Assindensem ipsi archiepiscopo et ecclesie sue Coloniensi donaverit et eam in eos transtulerit perpetuo ex plenitudine regie potestatis necnon curtem in Brakele ex donatione regali Coloniensi ecclesie attinentem et ab eadem aliquo tempore alienatam restituerit archiepiscopo et ecclesie memoratis, prout in litteris ipsius domini nostri regis[p] super hiis 10 confectis plenius continetur, nos ad dicti domini nostri requisicionem, ut de consensu nostro liqueat in hac parte, concessioni seu donationi advocatie Assindensis predicte et restitutioni curtis in Brakele Coloniensi archiepiscopo et ecclesie sue predictis per prefatum dominum nostrum regem factis secundum formam litterarum ipsius domini nostri regis super premissis ut predicitur confectarum expressum nostrum consensum 15 presentibus adhibemus. Dantes has litteras sigillo nostro[q] pendenti sigillatas in testimonium super eo.

Datum Spyre, IIII. Non. Septembr.[r], anno Domini MCCC decimo.

419. *LITTERAE CONSENSUS IOHANNIS REGIS BOHEMIAE.* *Sept. 2.*

Servatur item nr. 479. Pendet sigillum fere illaesum loro membranaceo. In plicae 20 *parte sinistra sriptum est:* ℞. *Edidit Lacomblet l. c. III, 67 nr. 91. Cf. infra nr. 422. (P. deest.)*

Universis presentia visuris et audituris nos Iohannes[a] electus in regem Bohemie, serenissimi domini H(einrici) Romanorum regis primogenitus, notum facimus, quod cum serenissimus dominus et pater noster dominus Heinricus Romanorum rex venerabilem 25 in Christo patrem . . Coloniensem archiepiscopum pro tempore existentem aliorumque nostrorum conprincipum ad id consensu accedente ad tollendum turbationem odiosam, que fuit super advocatia Assindensi pluribus annis inter Coloniensem et Assindensem ecclesias extiterat[b] non absque gravi ipsius ecclesie dampno diucius agitata, eidem ecclesie Assindensi provide prefecerit in advocatum seu advocatiam Assindensem ipsi 30 archiepiscopo et ecclesie sue Coloniensi donaverit et eam in eos transtulerit perpetuo ex plenitudine regie potestatis, necnon curtem in Brakele ex donatione regali Coloniensi ecclesie attinentem et ab eadem aliquo tempore alienatam restituerit archiepiscopo et ecclesie memoratis, prout in litteris ipsius domini nostri regis super hiis confectis plenius continetur, nos ad dicti domini nostri requisitionem, ut de consensu 35 nostro liqueat in hac parte, concessioni seu donationi advocatie Assindensis predicte et restitutioni curtis in Brakele Coloniensi archiepiscopo et ecclesie sue predictis per prefatum dominum nostrum regem factis secundum formam litterarum ipsius domini nostri regis super premissis ut predicitur confectarum expressum nostrum consensum presentibus adhibemus. Dantes has litteras sigillo comitatus Lutzell(enburgensis), quo 40 in hac parte sigillum adhuc regni Bohemie non habentes utimur, conmunitas in testimonium super eo.

Datum Spyre, IIII. Non. Septemb., anno Domini MCCC decimo.

418. d) *deest T;* dominum Henricum *B.* e) et quemlibet *add. T. B.* f) nostro *add. B.* g) aliorumque — accedente *deest T.* h) que fuit *deest T. B.* i) extiterat *deest T. B.; cf. infra* 45 *lin. 48 not.* b. k) utriusque *T. B.* l) agitatam *T. B.* m) Assind. eccl. *T.* n) provide *deest T. B.* o) in adv. perpetuum pref. *T. B.* p) regis *deest T. B.* q) nostr. sig. *T. B.* r) Spyre — Septembr. *deest T. B.*

419. a) Iohes, es — regem *in loco raso atramento fusciori artius scriptum or.* b) *sic or.; cf. supra lin. 44 not.* i.

420. *PRIVILEGIUM REGIS DE ADVOCATIA ASSINDENSI ET CURTE IN BRAKELE.* *Sept. 3.*

Servatur ibidem nr. 481. Pendet sigillum illaesum linis sericis rubei coloris. Edidit Lacomblet l. c. III, 68 nr. 93. — Böhmer, Reg. Heinr. 294. (P. deest.)

In nomine sancte et individue Trinitatis amen. 5

Nos Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad perpetuam rei memoriam.

(1) Imperialis seu regalis auctoritas plerumque nonnulla racionabiliter ordinat et consulte, que suadente subiectorum utilitate postmodum consultius ac racionabilius revocat in meliusve commutat. Sane a nostris dudum fuit predecessoribus Romano- 10 rum imperatoribus et regibus venerabilibus personis . . abbatisse et conventui secularis ecclesie Assindensis Coloniensis dyocesis concessum et indultum, ut sibi quem vellent possent eligere pro tempore advocatum, et sic de tempore in tempus advocatos varios habuerunt. Quia vero ex advocatorum huiusmodi diversitate ipsa Assindensis ecclesia dampna gravissima sepius est perpessa, ex eo quod electione advocati incumbente 15 plures potentes aspirantes ad eandem, ut ad ipsam eligerentur, studiosius insistebant, et maxime successor vel heres advocati defuncti, ut in locum decedentis ipse successor vel heres eiusdem subrogaretur, quod dum contigit talis non electus, nedum electum in contrarium, verum etiam ipsam Assindensem ecclesiam hostem reputans, quod sepius Coloniensi archiepiscopo visum est fieri, eandem ecclesiam infestabat incendiis et 20 rapinis, sic quod electio huiusmodi ipsi ecclesie fuit et est magis dampnosa quam fructuosa, prout demonstravit pluries dyra guerrarum et bellorum commocio de dicta advocatia suborta, in quibus guerris etiam hac de causa Colonienses archiepiscopi quidam interfecti et capti sunt, alii dampna gravia pertulerunt, dum eandem advocatiam, quam ad se emptionis titulo pertinere asseruerunt, obtinere nitebantur invitis, 25 abbatissa et conventu predictis, qui propter privilegia ipsis de electione advocati indulta, ut est dictum, se semper in hoc casu opposuerunt archiepiscopis antedictis, et nobilem virum Engelbertum comitem de Marka in suum advocatum dicuntur nunc novissime elegisse. Propter quod inter venerabilem Heinricum Coloniensem archiepiscopum, principem nostrum karissimum ex una parte et dictum comitem ac Assindensem 30 ecclesiam ex altera etiam questio adhuc pendebat. (2) Cum igitur privilegium ad gratiam concessum tendens ad noxam, quemadmodum apparet in hoc casu de electione advocati Assindensis, quod eadem ecclesia utique dudum gravata extitit sicut experientia docet, possit et debeat non immerito revocari, cum principibus nostris ac imperii fidelibus deliberatione super hiis habita diligenti, privilegia ipsi Assindensi ecclesie a 35 nostris predecessoribus imperatoribus et regibus Romanorum hactenus concessa et per nos ut dicitur in communi forma confirmata [1], cuiuscumque tenoris aut forme existant, quoad hunc articulum de electione advocati ad tollendum discordiam inter Coloniensem et Assindensem ecclesias in hac parte et propter utriusque ecclesie bonum ex certa nostra scientia tenore presencium revocamus et anullamus ac decernimus amodo non 40 tenere. (3) Verum eidem ecclesie Assindensi, ne defensore careat, de advocato provideamus ut tenemur, considerato quod expedit ipsi ecclesie habere absque varietate advocatum, qui eidem ecclesie preesse valeat pariter et prodesse. Cum sicut predecessores nostri prefatis abbatisse et conventui Assindensi electionem advocati poterant indulgere, nos qui pari immo eadem potestate fungimur, possumus de pleni- 45 tudine maiestatis nostre regie, dictis privilegiis concessis ex causis nos moventibus

1) *A. 1310. Ian. 5.; cf. Böhmer, Reg. Heinr. 202 et 'Kaiserurkunden in Abbildungen' VIII, tab. 5b.*

revocatis, antedictis abbatisse et conventui seu ecclesie Assindensi certum et perpetuum preficere advocatum, attendentes quod per subsidia Coloniensis archiepiscopi, cuius potentia eadem ecclesia valet melius gubernari, nobisque etiam et sacro Romano imperio immediate in temporalibus ita subsit et prompta sollicitudine in eiusdem Assin- 5 densis ecclesie defensione nobis et imperio servire et placere debeat utiliter et potenter, de prefatorum nostrorum principum consilio et consensu ipsum Heinricum Coloniensem archiepiscopum et eius successorem quemlibet archiepiscopum Coloniensem pro tempore existentem prefate Assindensi ecclesie damus, constituimus, facimus, ordinamus et eidem ecclesie preficimus in advocatum perpetuum, eandem 10 advocatiam cum iuribus et redditibus suis universis, de quibus sibi de cetero responderi volumus, sibi et ecclesie Coloniensi donando et concedendo perpetuo ex plenitudine nostre regie potestatis, fidei sue districtius iniungentes, ut eandem ecclesiam in personis et rebus suis pia devotione et diligenti sollicitudine ab hostium incursu protegat et defendat, nil amplius quam consueta servicia et iura advocato hactenus exhiberi 15 et fieri consueta ab eadem ecclesia, personis et rebus eiusdem aliquatenus exigendo vel per alios suo nomine exigi seu recipi permittendo. (4) Mandamus itaque abbatisse et conventui predictis ac opidanis in Essende universis aliisque quorum interest, ut eidem Heinrico Coloniensi archiepiscopo suisque successoribus Coloniensibus, archiepiscopis pro tempore existentibus tamquam advocato seu advocatis Assindensis ecclesie 20 obediant et intendant, de iuribus et redditibus eiusdem advocatie sibi exnunc inantea temporibus debitis et consuetis integre respondendo [1].

(5) Preterea prefatus Heinricus Coloniensis archiepiscopus in nostra constitutus presentia nobis privilegium pie memorie Philippi secundi quondam Romanorum regis predecessoris nostri ostendit inter cetera continens [2], quod idem Ph(ilippus) curtem in 25 Brakele olim imperio attinentem sitam inter Tremoniam et Unna Adolpho Coloniensi archiepiscopo et ecclesie Coloniensi contulerat et concesserat, et archiepiscopi in eius possessione pacifica multis annis fuerant, petens ut cum Eberhardus comes de Marka postmodum eandem curtem a predecessoribus nostris cum quibusdam aliis bonis imperii in terra Westfalie sitis, ut audivimus, tacito quod ad Coloniensem ecclesiam pertineret 30 et suggerens eam ad imperium pertinere, sibi pro quadam pecunie summa procuraverit minus debite obligari, pretextu cuius idem comes et sui heredes prefatam curtem hucusque postmodum occuparunt, nos ipsam curtem sibi restituere dignaremur, nos attendentes, quod res aliena pignori obligari non debet nec ex obligatione huiusmodi dicte curtis ipsi comiti seu eius heredibus ius est aliquod acquisitum, indempnitati 35 Coloniensis ecclesie intuitu specialis prerogative, qua ex fidelissimis obsequiis per eundem Heinricum Coloniensem archiepiscopum nobis et sacro Romano imperio impensis ipse archiepiscopus a nobis meruit insigniri, eandem curtem in Brakele cum suis iuribus et attinentiis, facta nobis fide per privilegium predecessoris nostri, quod ad prefatam Coloniensem ecclesiam pertinet, eidem Coloniensi archiepiscopo et ecclesie 40 sue exnunc restituimus et restituendum ac dimittendum et ab ipso comite seu eius heredibus et quibuslibet occupatoribus eiusdem decernimus per presentes, salvo tamen ipsi comiti debito suo rationabili de bonis aliis sibi rite obligatis prout iustum fuerit consequendo.

(6) Quicquid autem contra premissa vel eorum aliquod per quemquam, cuius- 45 cumque status vel conditionis existat, attemptari contigerit, sit ipso iure irritum et inane nec cuiquam ex hoc actio seu ius contra prefatum archiepiscopum et ecclesiam suam Coloniensem eos in premissis seu eorum aliquo impediendo quomodolibet acquiratur. Ut autem hec rata et firma perpetuo permaneant et perdurent, presentes litteras

1) *Supra nr. 416.* 2) *Böhmer, Regesta imperii V, 90.*

ex hiis conscriptas concessimus nostre maiestatis sigilli munimine in ampliorem premissorum omnium evidentiam roboratas.

Signum domini Heinrici Romanorum regis invictissimi (M.).

Dat. Spire, III. Non. Septembr., indictione octava, anno Domini millesimo trecentesimo decimo, regni vero nostri anno secundo. 5

Ego frater Heinricus abbas monasterii Villariensis, regalis aule cancellarius, vice ac nomine domini Petri Magunt(inensis) archiepiscopi sacri imperii per Germaniam archicancellarii recognovi.

421. *LITTERAE CONSENSUS ARCHIEPISCOPI MOGUNTINI ET IOHANNIS REGIS BOHEMIAE. Sept. 6.* 10

Servantur ibidem nr. 482 exemplaria M *et* B *eadem manu exarata. Pendent sigilla plus minusve laesa loris membranaceis.* B *notatur apud Böhmer, Reg. 1314—1347 pag. 293 nr. 352 (Addit. I.)* *(P. deest.)*

Universis presentes litteras visuris et audituris nos Petrus[a] Dei gratia sancte sedis Moguntine archiepiscopus sacri imperii per Germaniam archicancellarius[a] notum 15 facimus, quod cum serenissimus dominus noster dominus Henricus[b] rex Romanorum[c] venerabili in Christo patri domino Henrico Coloniensi archiepiscopo et ecclesie sue Coloniensi thelonea sua in Andernaco, Bunna et in Nussia a Romanorum imperatoribus et regibus Coloniensi archiepiscopo et ecclesie sue in anteactis concessa temporibus confirmarit, innovaverit seu de novo donaverit[d], nostro[e] et conprincipum nostrorum 20 aliorum ad id accedentibus consilio et consensu, prout in litteris ipsius domini nostri regis super hiis confectis plenius continetur[1], nos ut de consensu nostro in hac parte liqueat, innovationi, donationi seu confirmationi theloneorum predictorum secundum formam litterarum prefati domini nostri super premissis ut dicitur confectarum expressum consensum presentibus adhibendo[f]. Dantes has nostras litteras[g] nostro sigillo 25 pendenti sigillatas[h] in testimonium super eo.

Datum Spyre, VIII. Id. Septembr., anno Domini MCCC decimo, regni[i] vero nostri anno secundo[i].

422. *LITTERAE CONSENSUS IOHANNIS REGIS BOHEMIAE REPETITAE. 1313. Ian. 27.* 30

Servantur ibidem nr. 495. Pendet sigilli fragmentum loro membranaceo. In verso legitur: Consensus regis Boemie super donacione facta . . archiepiscopo Colon. de advocatia Assinden et restitucione curtis in Brakele. *Edidit Lacomblet l. c. III, 88 nr. 121. Notatur apud Böhmer, Reg. 1314—1347 pag. 389 nr. 535 (Addit. III.)*
(P. deest.) 35

Iohannes Dei gratia Boemie et Polonie rex, sacri imperii citra montes vicarius generalis ac Luczellenburgen[a] comes, universis presentes litteras inspecturis noticiam veritatis.

421. a) *loco* Petrus — archicancellarius *B:* Iohes electus in regem (es — regem *in loco raso atramento fusciori artius scriptum*) Bohemie, serenissimi domini domini Henrici Romanorum regis 40 primogenitus. b) *deest B.* c) Rom. rex predictus *B.* d) *corr. ex* innovaverit *B.* e) *sequitur rasura unius litterae M;* nroz *B.* f) *sic M. B.* g) litt. nostr. *B.* h) *loco* nostro — sigillatas *B:* sigillo comitatus Lutzelenborgensis, quo utimur in hac parte sigillum regni nostri Bohemie adhuc non habentes, communitas. i) *sic M. B.*

422. a) *sequuntur* . . *or.* 45

1) *Supra nr. 412.*

Concessioni seu donacioni advocacie ecclesie Assindensis Coloniensis dyocesis et restitucioni curtis[b] in Brakele eiusdem dyocesis ab invictissimo domino nostro domino Henrico tunc Romanorum rege nunc vero imperatore, genitore nostro karissimo, venerabili in Christo patri domino[c] Henrico Coloniensi archiepiscopo eiusque successoribus 5 facte, prout in litteris dicti patris[d] nostri continetur, sicut ceteri coelectores et conprincipes nostri fecerunt, consensum nostrum tamquam princeps imperii adhibemus. Dantes has litteras nostras in testimonium super eo.

Datum apud Nurenberg, sexto Kalend. Februarii, anno Domini MCCC terciodecimo, regnorum vero nostrorum anno secundo.

10 **423. 424.** *SCRIPTA PRO ARCHIEPISCOPO MOGUNTINO. Sept. 4. 5.*

423. *SCRIPTUM DE REDDITIBUS IMPERII EMENDIS. Sept. 4.*

Autographon tabularii generalis regni Bawarici 'Mainz Erzstift II. Nachtrag' fasc. 3/4 asservatum denuo contulimus. Sigillum desideratur, lori membranacei fragmento relicto. In verso leguntur: Heinr̄. rex quod licet dn̄o archiep̄o Magunt. emere 15 bona feodalia descendencia ab imperio ad valorem quingentarum marcarum reddituum; *tum manu recentiori:* Ad archiepiscopatum. B. — *Böhmer, Reg. Heinr. 296.*

(P. deest.)

Nos Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum noticiam volumus pervenire, quod attendentes, quam grata, quam utilia servicia venera- 20 bilis Petrus archiepiscopus Maguntinus princeps et secretarius noster karissimus nobis et imperio prestitit sub gravibus laboribus et expensis, sibi ex liberalitate regia indulgendum duximus et presentibus indulgemus, quod redditus feodales quingentarum marcarum argenti vel minores in castris, opidis, villis vel aliis rebus, qui a nobis et imperio tenentur in feodum, emere seu comparare licite valeat, ubicunque vel apud 25 quoscunque ipsos redditus venales poterit invenire. Ita tamen quod ipse et successores sui a nobis et imperio in feodum seu iure feodali recipiant et teneant redditus supradictos. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

Dat. Spire, II. Non. Septembr., anno Domini millesimo trecentesimo decimo, regni vero nostri anno secundo.

30 **424.** *SCRIPTUM DE SATISFACTIONE DAMNORUM ECCLESIAE MOGUNTINAE. Sept. 5.*

Autographon eiusdem tabularii 'Kaiserselect Nachtrag' nr. 174 signatum denuo descripsimus. Sigillum desideratur, foraminibus relictis. In verso leguntur: Heinr̄. rex tenetur ad restaurum omnium dampnorum que illata fuerint ecc̄e Magunt. tempore 35 absencie dn̄i Petri archiep̄i Magunt.; *tum manu recentiori:* Inutilis. *Cf. etiam Böhmer, Reg. Heinr. 283 et infra nr. 445. — Böhmer, Reg. Heinr. 300.* *(P. deest.)*

Nos H(einricus) Dei gracia Rom(anorum) rex semper augustus ad universorum noticiam cupimus pervenire, quod rectitudinis et iusticie zelo moti bona fide promittimus per hec scripta venerabili Petro archiepiscopo Moguntino principi et secretario 40 nostro karissimo et ecclesie Moguntine, quod si durante absencia eiusdem archiepiscopi a sua dyocesi ac ipso cum illustri principe Iohanne rege Bohemorum primogenito nostro karissimo moram in regno Bohemie faciente castrum vel municionem aliquam aut

422. b) *in loco raso or.* c) dn̄o *adn. mutato ductu in fine lineae or.* d) pr̄i *in loco raso or.*

oppidum predicte ecclesie destrui per suos hostes aut expugnari forsitan quod absit contingeret, satisfactionem, emendam et restaurum debitum, conveniens et condignum sibi desuper utique faciemus, cum de hoc per ipsum fuerimus requisiti.

Datum Spire[a], Non. Sept., anno Domini MCCCX, regni vero nostri anno secundo.

425. 426. *SCRIPTA DE OFFICIO ARCHICANCELLARIAE ITALIAE.* 5
Sept. 5.

425. *SCRIPTUM REGIS PRO ARCHIEPISCOPO.*

Autographon tabularii regii Dusseldorpiensis 'Köln Domstift' nr. 481 denuo descripsimus. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. In verso legitur supra lorum scriptum: Expertū; *cf. iam supra pag. 132 lin. 30. Edidit Lacomblet l. c. III, 70 nr. 94. —* 10 *Böhmer, Reg. Heinr. 305.* *(P. deest.)*

Heinr(icus) Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentibus et futuris graciam suam et omne bonum.

Dum principibus nostris iura eorum in signum prerogative specialis eisdem a sacro Romano concessa imperio conservamus, ipsos intentos et devotos nostre reddimus 15 regie maiestati. Supplicacionibus siquidem venerabilis Heinrici Coloniensis archiepiscopi sacri imperii per Ytaliam archicancellarii, principis nostri karissimi, propter nostra et imperii ac eciam ecclesie sue negocia sibi incumbencia trans Alpes, quorsum in brevi dirigemus dante Domino feliciter gressus nostros, nobiscum non valentis se transferre, coram nobis super hoc se devocius excusando, inducti et pariter inclinati, ut in absencia 20 sua officium cancellarie nostre per interpositam personam ydoneam, que nobis in partibus Ytalie vice dicti archiepiscopi in sigilli custodia et aliis, que officium cancellarie requirit, deserviat studiose, quod ipsi archiepiscopo et ecclesie sue Coloniensi honor, ius simul et profectus ex hiis provenientes integre conserventur, ob eiusdem archiepiscopi preclara merita, que in nostro resplendent culmine, sibi ex speciali regie maiestatis clementia 25 indulgemus. Volentes, ut is, quem huic officio prefecerit et sibi substituerit in eodem, vice eiusdem archiepiscopi cancellarie nostre in supradictis Italie partibus debitum libere exequatur. Precipientes universis et singulis, ut eidem substituto suo in premissis pareant, de iuribus et redditibus ipsi Coloniensi archiepiscopo tamquam archicancellario competentibus eidem integre respondendo temporibus debitis et consuetis. In premis- 30 sorum testimonium presentes litteras nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Datum Spyre, Non. Septembr., anno Domini MCCC decimo, regni vero nostri anno secundo.

426. *SCRIPTUM ARCHIEPISCOPI CANCELLARIO TRADITUM.*

Documenti gravis eodem die dati autographon adhuc inter reliquias archivi Hein- 35 *rici VII. superest, quae olim Pisis asservatae in tabularium regium Florentinum tempore recentiori pervenerunt, signatum 'Prov. Ugolini'. Sigillum iam deest, foraminibus relictis. Edidit minus accurate Caesar Paoli 'Mittheilungen des Instituts' II, 295. Nos ipsi denuo contulimus.* *(P. deest.)*

Universis presentia visuris et audituris nos Heinricus Dei gratia sancte Coloniensis 40 ecclesie archiepiscopus sacri imperii per Ytaliam archicancellarius notum facimus, quod cum arduis negotiis tam ex parte serenissimi domini nostri domini Heinrici Romanorum regis quam ecclesie nostre nobis specialiter incumbentibus prepediti, nequeamus cum

424. a) *sequitur spatium relictum or.*

ipso domino nostro intendente versus partes Ytalie pro imperii negotiis se transferre ad easdem partes transire, prout offitii nostri archicancellarii Ytalie debitum hoc requirit, nos ab eodem domino nostro de hoc ferventem supplicationem nostram supportati, cupientes, sicut idem dominus noster id per litteras suas specialiter indulsit[1] nobis, pro
5 iure nostro et ecclesie nostre conservando per personam interpositam ad hoc idoneam exercere offitium memoratum et eidem conmittere vices nostras, venerabilis et religiosi viri Heinrici abbatis Vilariensis ordinis Cystersiensis, de cuius fide, experientia et circumspectione experta credulitate gerimus fidam fidem, in ipso offitio cancellarie nostre, qua in specialis prerogative signum Coloniensis archiepiscopus meruit a sede
10 Romani imperii insigniri, eidem abbati conmittimus vices nostras, ipsum exnunc vice nostra cancellarium prefati domini nostri regis et sacri imperii per Ytaliam constituendo ex certa nostra scientia per presentes. Dantes sibi plenam et liberam potestatem ordinandi, disponendi et faciendi in sigilli prefati domini nostri regis vice nostra deportatione et custodia ac aliis omnibus et singulis, que ipsum offitium requirit et que
15 de iure vel de facto in eodem offitio fuerint facienda, necnon exercendi specialiter insignia in locis Ytalie quibuslibet offitii memorati necnon iura, redditus et obventus nostros de ipso offitio provenientes exigendi, recipiendi et de ipsis disponendi, prout viderit expedire, ac alia omnia et singula faciendi, que pro honore, iure et statu nostro et ecclesie nostre in ipso offitio per partes Ytalie conservandis fuerint facienda. Ratum
20 et gratum habentes, quicquid per ipsum actum sive gestum fuerit in premissis. Dantes has nostras litteras nostro sigillo sigillatas in testimonium super eo.

Datum anno Domini MCCC decimo, Sabbato ante nativitatem beate Marie virginis.

427—430. *SCRIPTA PRO COMITE GELRIAE. Sept. 5.*

25 *Autographa, quae omnia eadem manu exarata servantur in tabulario secreto domus regiae Bawaricae, nr. 427—429 descripsimus nos, nr. 430 exemplavit H. Herre Monacensis.*

427. *SENTENTIA CONTRA PRIVILEGIA CIVITATUM.*

Sigillum desideratur, linis sericis viridis coloris relictis. — Böhmer, Reg. Heinr. 302. (P. 500.)

Nos Heinr(icus) Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum
30 sacri Romani imperii fidelium noticiam volumus pervenire, quod nobis anno Domini millesimo trecentesimo decimo, feria sexta ante festum nativitatis beate Virginis apud Spiram pro tribunali sedentibus, in communi sententia per venerabiles Coloniensem, Mogunt(inensem) archiepiscopos et . . Spirensem episcopum necnon illustrem Theobal(dum) ducem Lothoringie principes nostros et nobilem virum Gerh(ardum) comitem
35 Iuliacensem consanguineum nostrum dilectum ac alios nobiles astantes quesitum extitit et obtentum: quod nullus princeps aut dominus potest alicui opido conferre vel concedere aliquas libertates vel eciam privilegiare easdem absque manu et expresso consensu regis, in cuius regno dominium ipsius domini situm existit. Cum itaque spectabilis vir Rein(aldus) comes Gelrie consanguineus et fidelis noster dilectus et sui
40 antecessores quibusdam opidis suis dederint libertates ac ipsa opida privilegiaverint, consensu dive memorie imperatorum et regum Rom(anorum) illustrium predecessorum nostrorum et nostro minime accedente, nos iuxta dictam sententiam principum et nobilium estimantes in hac parte nobis et imperio iniuriam irrogari, huiusmodi libertates et privilegia datas et data per dictum Reyn(aldum) comitem Gelrie suosque
45 antecessores sine consensu predecessorum nostrorum imperatorum et regum Rom(anorum)

1) *Supra nr. 425.*

et nostro tanquam irritas et irrita auctoritate regia revocamus. Decernentes ipsas et ipsa carere penitus robore firmitatis ac precipientes eidem comiti firmiter et districte, quatinus litteras super libertatibus et privilegiis huiusmodi dictis opidis datas instanter repetat et recipiat ab eisdem ac per occupacionem personarum et rerum suarum ad hoc arceat et compellat et deinceps sollicite precaveat, quod nullas libertates taliter eis datas seu privilegia teneat vel observet. In premissorum testimonium evidens et cautelam sigillum nostre maiestatis regie presentibus est appensum.

Dat. Spire, Non. Septembr., anno Domini ut supra, regni vero nostri anno secundo.

428. *SENTENTIA CONTRA CIVITATUM IMMUNITATEM A TELONEIS.*

Sigillum parum laesum pendet linis sericis viridis coloris. — Böhmer, Reg. Heinr. 303. (P. 500.)

Nos Heinr(icus) Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium noticiam volumus pervenire, quod nobis anno Domini millesimo trecentesimo decimo, feria sexta ante festum nativitatis beate Virginis apud Spiram pro tribunali sedentibus, in communi sententia per principes, videlicet venerabiles Coloniensem, Mogunt(inensem) archiepiscopos ac Spirensem episcopum necnon illustrem Theob(aldum) ducem Lothoringie principes nostros et nobilem virum Gerh(ardum) comitem Iuliacensem consanguineum nostrum dilectum ac alios nobiles astantes quesitum extitit et obtentum: quod cum spectabilis vir Reyn(aldus) comes Gelrie consanguineus et fidelis noster dilectus suique predecessores concesserint quibusdam opidis et specialiter opido Sutphaniensi sine manu et consensu predecessorum nostrorum Romanorum imperatorum et regum illustrium atque nostro, quod de solucione thelonei solvendi apud Lobedde, quod theloneum idem comes a nobis tenet et imperio, esse debeant liberi et immunes, et cum ex huiusmodi concessione ipsum feodum diminuatur in nostrum et imperii preiudicium et gravamen, eandem concessionem sive libertatem per eundem comitem ac suos predecessores factas illegittime carere[a] viribus et nullius existere firmitatis[a]. Volentes ac ipsi comiti districtius iniungentes, quatinus dicta opida huiusmodi concessione seu libertate privare nullatenus pretermittat et eadem opida ipsa concessione seu libertate hactenus habita non sinat frui ulterius vel gaudere, et si qua ab ipso comite super eo habent privilegia, illa repetat et requirat ac per detencionem personarum et bonorum suorum ipsos, si necesse fuerit, arceat et inducat. Presentium testimonio litterarum sigilli nostri regii robore signatarum.

Dat. Spire, Non Septembr. anno Domini ut supra, regni vero nostri anno secundo.

429. *SCRIPTUM DE PRIVILEGIIS CONCEDENDIS.*

Sigillum deest, linis sericis viridis coloris relictis. Edidit Winkelmann l. c. II, 240 nr. 377. — Böhmer, Reg. Heinr. 304. (P. deest.)

Heinr(icus) Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

(1) Noverit universitas vestra, quod spectabili viro Reinaldo comiti Gelrie consanguineo et fideli nostro dilecto liberaliter indulgemus, quod omnia privilegia data oppidis suis sine manu et consensu recolende memorie divorum imperatorum et regum Romanorum illustrium predecessorum nostrorum et nostro per eundem comitem et suos antecessores opidis quibus velit possit infringere pro sue libito voluntatis ac opidis quibus voluerit privilegia et libertates per ipsum seu per suos antecessores concessa

428. a) carere — firmitatis *in loco raso,* firmitatis *artius scriptum or.*

vel concessas, non obstante si noster seu antecessorum nostrorum imperatorum et regum Romanorum consensus non accessit, valeat approbare et inviolabiliter inconvulsa tenere. Nos quoque quicquid idem comes ordinaverit vel fecerit in premissis, approbamus et auctoritate regia confirmamus. (2) Insuper dicto comiti motu liberalitatis 5 regie concedimus et indulgemus ex gratia speciali, quod in suis opidis, ubi expedire viderit, thelonea, nundinalia et ebdomodalia[a] licite possit inponere et instituere et illa ex indulto nostro recipere tamquam iusta, et quicquid circa huiusmodi institucionem seu imposicionem theloneorum fecerit et receperit[a] ac sui heredes, ratum et gratum habebimus et habemus et hoc sibi suisque heredibus de plenitudine potestatis regie 10 similiter confirmamus ac presentis scripti patrocinio communimus. (3) Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre concessionis, indulsionis et confirmacionis paginam infringere vel ei ausu temerario contraire. Quod qui facere presumpserit, gravem maiestatis nostre offensam et indignacionem se noverit incursurum.

Dat. Spire, Non. Septembris, anno Domini millesimo trecentesimo decimo, regni 15 vero nostri anno secundo.

430. *SCRIPTUM DE HOMINIBUS A IUDICE CURIAE NON IUDICANDIS.*

Sigillum fere illaesum pendet linis sericis viridis coloris. Cf. infra nr. 448. — Böhmer, Reg. Heinr. 301. (P. deest.)

Nos Heinr(icus) Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum 20 sacri Romani imperii fidelium noticiam volumus pervenire, quod nos instantivis precibus spectabilis viri Rein(aldi) comitis Gelrie consanguinei et fidelis nostri dilecti gratulabundius annuentes, hominibus in sua terra et opidis constitutis hanc graciam de benignitate regia duximus faciendam, quod ad nullius instantiam ad iudicium curie nostre debeant evocari nec coram iudice eiusdem curie nostre stare iuri, nisi conquerentibus 25 per eundem comitem vel per suos iudices iusticia fuerit denegata. Harum testimonio litterarum nostre maiestatis sigilli munimine signatarum.

Dat. Spire, Non. Septembr., anno Domini millesimo[a] trecentesimo decimo, regni vero nostri anno secundo.

431—434. *SCRIPTA PRO NOBILI DE HOHENLOCH.*
30 *1310. Sept. 7.—1312. Ian. 7.*

431. *COMMISSIO BONORUM IMPERII. 1310. Sept. 7.*

Repetimus editionem, quam ex autographo tabularii generalis regni Bawarici paravit Weller 'Hohenlohisches Urkundenbuch' I, 523 nr. 724. Pendet sigillum linis sericis rubei viridisque coloris. Cf. iam supra nr. 186. — Böhmer, Reg. Heinr. 310.
35 *(P. deest.)*

Nos Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri imperii fidelium noticiam volumus pervenire, quod nos grata et fidelia, que nobis et imperio nobilis vir Albertus de Hohenloch fidelis noster dilectus hactenus impendit, servicia et que nunc eundo cum illustri Iohanne rege Boemie filio nostro karissimo in 40 regnum Boemie cum certa armatorum comitiva facere promisit, benignius intuentes ac attentius advertentes, sibi duo milia librarum Hallensium promittimus nos daturos, pro

429. a) *sic or.*

430. a) *in loco raso or.*

quibus eidem Alberto et suis heredibus bona sub Montibus cum villis Sawensheim, Hernsheim, Uffenkeim, Wigenheim et bona circa Mogum cum villa Sumerahusen, Winterahusen, Lyndelbach et curiam Lutzelvelt cum omnium earum pertinenciis titulo pignoris obligamus tenenda et habenda tam diu, quousque sibi vel suis heredibus dicta duo milia librarum Hallensium per nos vel successores nostros in imperio plenarie fuerint persoluta, perceptis medio tempore in sortem minime computandis. Presencium testimonio litterarum nostre maiestatis sigilli munimine signatarum. 5

Dat. Spire, septimo Id. Septembr., anno Domini millesimo trecentesimo decimo, regni vero nostri anno secundo.

432. *CONSENSUS ARCHIEPISCOPI MOGUNTINI. 1310. Oct. 27.* 10

Repetimus editionem l. c. I, 545 nr. 729 ex autographo tabularii civitatis Rothenburg paratam. *(P. deest.)*

Nos Petrus Dei gratia sancte Moguntine sedis archiepiscopus sacri imperii per Germaniam archicancellarius ad universorum noticiam volumus pervenire, quod obligationi facte per serenissimum dominum nostrum dominum Henricum Romanorum regem nobili viro Alberto de Hohenloch et heredibus suis de bonis sub Montibus et villis Sawensheim, Hernsheim, Uffenkeim, Wigenheim et bonis circa Mogum cum villis Summerahusen, Vinterahusen, Lindelbach et curia Lutzelinvelt cum earum pertinentiis pro duobus milibus librarum[a] Hallensium tenore presencium favorabiliter assentimus. Dantes has nostras litteras sigillo nostro signatas in testimonium super eo. 15 20

Datum in castris apud Egram anno Domini MCCCX, VI. Kalendas Novembris.

433. *CONSENSUS MARCHIONIS BRANDENBURGENSIS. 1311. Mart. 12.*

Item l. c. II, 3 nr. 3 ex autographo eiusdem tabularii. Sigillum desideratur. *(P. deest.)*

Nos Woldemarus Dei gracia Brandenburgensis, Lusaciensis et Landesbergensis marchio tutorque incliti Iohannis marchionis de Brandenburg recognoscimus per presentes, quod nos obligacioni bonorum supra Mogum, videlicet Sumerahusen Winterahusen, Lindelbach et curie Luzelvelt ac bonorum sub Montibus, videlicet Sawensheim, Hernsheim, Uffenkeim et Wigenheim cum omnibus suis pertinenciis quesitis et inquisitis, que bona imperii esse dinoscuntur, per serenissimum dominum nostrum dominum Heinricum Romanorum regem facte nobili viro Alberto de Hohenloch pro duabus milibus librarum[a] Hallensium, prout in litteris antedicti domini nostri regis eidem Alberto traditis continetur[1], propter grata, fidelia et fructuosa servitia, que idem nobilis tam predicto domino nostro regi quam predecessori suo et ipsi imperio impendit, ratam et gratam habentes presentibus consentimus. In cuius rei testimonium presens scriptum nostri sigilli munimine duximus roborandum. 25 30 35

Datum in Sytavia, anno Domini millesimo tricentesimo undecimo, sexta feria ante Dominicam qua cantatur Oculi.

434. *CONSENSUS REGIS BOHEMIAE. 1312. Ian. 7.*

Item l. c. II, 21 nr. 26 ex autographo eiusdem tabularii. Sigillum desideratur. *(P. deest.)* 40

432. a) libris *ed.*

433. a) libris *ed.*

1) *Supra nr. 431.*

Nos Iohannes Dei gratia Boemie et Polonie rex, sacri Romani imperii citra montes vicarius generalis ac Luzelburgensis comes, ad aures universorum volumus pervenire, quod nos obligationi per serenissimum dominum nostrum Heinricum Romanorum regem genitorem nostrum nobili viro Alberto de Hohenloch in bonis supra Mogum sitis, videlicet Sumerahusen, Winterahusen, Lindelbach, curie Luzelvelt ac in bonis supra Montibus sitis, videlicet Sawensheim, Hernsheim, Uffenkein, Wigenheim facte, prout in litteris per dictum genitorem nostrum super eo sibi datis expresse continetur[1], in omnibus consentimus ipsamque presentibus approbamus. Harum testimonio litterarum nostri sigilli munimine signatarum.

Datum Prage, anno Domini millesimo tricentesimo duodecimo, VII. Idus Ianuarii, regnorum nostrorum anno primo.

435—441. TRACTATUUM CUM PONTIFICE CONTINUATIO.

1310. Sept. 1.—Oct. 8.

Proponimus hic litteras papae reliquas, quae mensibus Septembri et Octobri ineunte regi directae vel pro rege emissae Promissionem Lausannensem Oct. 11. factam infra nr. 454 antecedunt.

435. *LITTERAE PONTIFICIS SUBDITIS MISSAE. Sept. 1.*

Forma A *omnibus subditis directa superest in:*

1) *nota a papa regi transmissa, quae inter archivi Heinrici VII. reliquias exstat Pisis in tabulario capituli maioris ecclesiae sub nr. 1335; membrana clausa erat more litterarum clausarum et sigillata sigillo parvo, quod dicitur 'Ringsiegel'; duorum sigillorum oblongorum vestigia in membranae inferiori parte subter textum adhuc apparent; de alterius sigilli circumscriptione restant:* . . . . . . RI.DE . . . . *(?); edidit Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 42 nr. 26; nos ipsi denuo accuratissime contulimus;*

2) *Regesto Clementis V. in editione supra ad nr. 298 citata sub nr. 6337, ubi tamen abbreviata tantum inserta est;*

3) *exemplaris autographi fragmento, quod exstat Pisis in eodem tabulario sub nr. 1340 bis; plus quam media pars abscisa est et bulla desideratur; sub plica in margine sinistra legitur:* xxIIII; *in verso scripta sunt manu Bernardi de Mercato:* . . . versis Romani imperii subditis, quod obediant domino *(cf. Indicem documentorum a. 1313, de quo v. supra ad nr. 298, ubi eadem leguntur adiectis verbis* sub bulla papali, *additisque* Item alia littera eiusdem tenoris *et* Item alia eiusdem tenoris; *Doenniges l. c. II, 113), itemque manu recentiori (saec. XVI. ut videtur):* Liber Synodorum[2].

Forma B *singulis civitatibus Lombardiae et Tusciae separatim missa servatur in:*

1) *novem autographis, quae adhuc inveniuntur Pisis in eodem tabulario; bullae desiderantur; sunt enim exemplaria Ianuensibus (nr. 1322; Bonaini l. c. I, 48 nr. 36;*

434. a) sancti *ed.*

1) *Supra nr. 431.* 2) *In eodem tabulario sub nr. 1344 alius exemplaris fragmentum exstat. Inscriptio periit, itaque cuinam directum sit, nescitur.*

in plicae margine dextra leguntur: de cur̄ .P. Ascibilis; *sub plica in margine sinistra:* ⁝; *in verso scripta sunt manu cancellariae papalis* R̥ Ianuensibus, *tum manu Bernardi de Mercato* quod obediant domino[1]), *Cumanis (nr. 1333; Bon. nr. 29), Mediolanensibus (nr. 1334; Bon. nr. 30), Paduanis (nr. 1336; Bon. nr. 32), Terdonensibus (nr. 1337; Bon. nr. 34; praeter cetera Bernardus de Mercato adnotavit:* Patriarcha Antiochenus habet III bullas, unam Alexandrinorum[2], aliam ci . . . .[3] et unam universis[4]), *Senensibus (nr. 1339; Bon. nr. 37), Vercellensibus (nr. 1341; Bon. nr. 33), Veronensibus (nr. 1342; Bon. nr. 31), Reginensibus (nr. 1343; Bon. nr. 35);*

2) *Regesto Clementis V. in editione citata sub nr. 6336; inserta est forma Ianuensibus missa, cuius autographon adhuc superest, cf. supra; in eundem modum litteras papae missas esse civitatibus Florentiae, Senensi (cf. supra), Cremonensi, Lucanae, Parmensi, Placentiae, Laudensi, Reginensi (cf. supra), Mutinensi, Mantuanae, Brixiensi, Astensi, Mediolanensi (cf. supra), Veronensi (cf. supra), Pergamensi, Novariensi, Vercellensi (cf. supra), Alexandriae, Tervisinae, Cumanae (cf. supra), Albensi*[5], *Paduanae (cf. supra), Papiae, Terdonensi (cf. supra), idem Regestum l. c. indicat; in Indice a. 1313. eadem exemplaria omnia notantur (Doenniges l. c. II, 113 sq.), excepto exemplari Cremonensium, quod aut casu quodam in Indice conficiendo excidit, aut Cremonensibus traditum erat.*

Formam B, *quae omnino concordat cum* A, *ad editionem in Regesto l. c. paratam contulimus. Novem autographa conferre supersedimus. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Päbste 329.* *(P. deest.)*

Clemens etc. universis personis ecclesiasticis et secularibus, subditis carissimi in Christo filii nostri Henrici regis Romanorum illustris, cuiuscumque preminencie, status vel conditionis existant[a].

(1) Exultet in gloria virtutis Altissimi regni culmen inclitum Romanorum, exultent magnifice sibi subdite nationes, iocundentur fecunda letitia populorum illius copiosa diversitas et conventum letitie faciant qui diligunt nomen eius, quoniam ecce rex ipsorum pacificus dono divine gratie magnificatus in gentibus[6], cuius vultum eiusdem regni terra desiderat universa, eis veniet mansuetus, ut in sue sedens solio maiestatis solo nutu dissipet omne malum, cogitet pacis cogitationes pro subditis illamque in plebem suam loquatur intrepide ac sue potentie ministerio salutari tanquam flumen aquarum multarum habundare faciat et redundare, sicut maris gurgites[7] affluenter. Terribilis quidem in consiliis super filios hominum[8], qui sua virtute dominatur in secula, a regalibus sedibus celestis imperii veram ad infima regna mundi pacem transmittens, illam in nativitatis sue mirabili sacramento per suorum angelorum ministerium gloriosum in terris fidelibus nuntiavit. Hec est enim fructus benedictus a Domino, per quem mellifluam celi dulcedinem susceperunt. Hec est fructus pretiosus fidelibus, quem arbor iustitie in benedictionibus plantata dulcedinis germinavit. Hec est fructus mire pulcri-

435. a) *protocollon in B 1 (exemplari Ianuensibus misso):* Clemens episcopus servus servorum Dei dilectis filiis .. potestati, .. capitaneo, prioribus, consilio et communi Ianuensi salutem et apostolicam benedictionem.

1) *Quae in dorso reliquorum exemplarium scripta sunt, omnia hic adnotare supersedimus. Ceterum concordant cum eis, quae notat Index a. 1313. apud Doenniges l. c. II, 113 sq.* 2) *Servata non est; sed cf. Indicem a. 1313. apud Doenniges l. c. 114:* Alexandrinis, quod obediant domino, et est littera penes patriarcham Antiochenum. Debet requiri per cancellarium et portari ad cur(iam). *Quae verba in illo Indice mutato ductu in margine superiori post addita sunt.* 3) *Num coniciendum sit* civit(ati) Alb(e)n(si), *nescio. Cf. not. 5.* 4) *Haec verba in Indice a. 1313. non repetuntur. Doenniges l. c. 113.* 5) *In Indice a. 1313. notatur appositis litteris* cur̄. *Cf. ea quae refert Nicolaus Botrontinensis ed. Heyck pag. 3:* Recordor ego de civitate Albensi, cui vestra sanctitas litteras sicut et aliis civitatibus Lumbardie ut ei obedirent dirigebat, quod ipse nunquam voluit sustinere, quod eis presentarentur, ne si obedirent, posset aliqua novitas oriri inter eum et regem Robertum. *Cf. supra lin. 6.* 6) *Cf. Ps. 71, 17.* 7) *Is. 48, 18.* 8) *Ps. 65, 4.*

tudinis et decoris, quem celestis agricole summa benignitas de radice caritatis eduxit. Et hec est fructus, de quo gentium doctor apostolus et predicator egregius veritatis in sacro sue salutationis eloquio, quod de conscientia regis emittebat excelsi, cunctorum refici corda fidelium cum summo desiderio cupiebat. Nos enim ipsius instructi erudi-
5 tione doctoris huiusmodi fructum in orbe terrarum super omnia cupimus habundare, propter quod libenter studia mentis nostre convertimus, ut fructus ipse in regionibus et terris regno Romanorum subiectis et aliis partibus orbis, in quibus cultus viget fidei christiane, multiplicetur ad divini nominis gloriam et honorem.

(2) Dudum siquidem carissimus in Christo filius noster Henricus rex Romanorum
10 illustris per solennes nuncios ad hoc sufficiens mandatum habentes, quos ad sedem apostolicam destinavit, nobis presentibus fratribus nostris in publico et solenni consistorio, astante fidelium multitudine copiosa, electionem unanimem de persona sua per venerabiles fratres nostros archiepiscopos et dilectos filios nobiles viros regni Alamannie principes in electione Romanorum regis vocem habentes celebratam fuisse concorditer,
15 et etiam ipsi archiepiscopi et principes per licteras suas decretum sue electionis continentes solenniter cum humilitate debita intimarunt, petentes instanter a nobis per nuntios memoratos, electionem per nos approbari predictam sibique regiam denominationem ascribi et ad nostram veniendi presentiam unctionem, consecrationem et coronam imperii de nostris manibus recepturo terminum assignari. Nos vero cum eisdem fratri-
20 bus deliberatione prehabita diligenti, prout tanti negotii gravitas exigebat, ac matura et sollicita deliberatione discussis, que in huiusmodi negotio putavimus attendenda, electionem eandem duximus approbandam, sibi denominationem huiusmodi liberaliter ascribentes, ipsumque regem Romanorum reputavimus, nominavimus, denunciavimus et declaravimus de fratrum predictorum consilio, iustitia exigente. Approbantes nichilo-
25 minus et etiam declarantes ac pronunciantes sufficientem et habilem ipsum fore ad imperialis celsitudinis dignitatem, et unctionem, consecrationem et Romani coronam imperii per nostras debere concedi manus eidem loco et tempore oportunis, et ad unctionem, consecrationem et coronationem huiusmodi in basilica principis apostolorum de Urbe recipiendas de manibus nostris, divina favente clementia, certum terminum de
30 ipsorum fratrum consilio per alias nostras licteras continentes premissa omnia liberaliter prefigentes[1]. (3) Nuper autem rex predictus nobis per dilectos filios nobiles viros Amedeum Sabaudie et Guidonem de Flandria Zelandie comites ac Oddonem de Grandissono, suos nuncios speciales, apostolatui nostro significare curavit, quod subditis suis intra Romanorum regnum in partibus Lombardie et Tuscie constitutis, qui nedum
35 civilibus bellis, set etiam extrinsecis dissidiis peccatis exigentibus multipliciter colliduntur, pacem dare, pro ipsis tranquillitatem exquirere et ad reformandum inter ipsos concordiam ardenter aspirans, pura intentione desiderat, inobedientes singulos et rebelles Romane ecclesie matris sue, ut ab ipsis ei cum humilitate et reverentia debita prout convenit pareatur, pro eius honore ipsius ecclesie pro viribus subiugare dominio et
40 ecclesiarum iura et bona deperdita et per nonnullos, qui gloriantur, cum male fecerint, in diversis eiusdem regni partibus occupata in manu potenti recuperare proponit. Propter quod et alias iustas et rationabiles causas, que ad hoc sue mentis fervorem induennt, prefatum terminum ad recipiendum unctionem, consecrationem et coronationem predictas ei per nos ut premictitur assignatum anticipare disponit, ut speramus, pro
45 utilitate communi, ad predicti regni Romanorum partes potenter et personaliter accedendo, ut per providam et consultam anticipationem huiusmodi, illo qui aspera novit in vias planas convertere[2] faciente, placatio fluctuum, bellorum et dissidiorum huiusmodi ac recuperatio bonorum et iurium predictorum et humiliatio rebellium eorundem sue virtutis ministerio fructuoso celerius valeat provenire[3]. Profecto celestis altitudo consilii

50 1) *Supra nr. 298. 299.* 2) *Is. 40, 4. Luc. 3, 5.* 3) *Similia cf. infra nr. 440 cap. 3.*

in fidelibus suis uberum gratiarum dona multiplicans, precelsas sacerdotii et imperii dignitates ad plenum et utile regimen et gubernationem ipsorum fidelium salutarem pia in terris dignatione constituit, ut in executione fructuosi regiminis et in voti unitate conformes, ipsorum universis profutura concordia alterutrius fulta presidiis opus liberius exercerent iustitie et commodius in tabernaculis fiducie constituerent populum christianum. 5

(4) Premissis igitur digna consideratione pensatis et sperantes regem prefatum ecclesiarum et personarum ecclesiasticarum advocatum sollicitum et utilem defensorem, promotorem avidum ecclesiastice libertatis, sectatorem pietatis operum, amicum sedulum veritatis ac pacis et iustitie fervidum zelatorem, et propter hoc congruis et gratiosis favoribus assistere proponamus eidem, universitatem vestram rogamus, monemus et 10 hortamur attentius vobisque nichilominus per apostolica scripta mandamus, quatinus considerantes attentius, quod pacis amenitas numerum multiplicat populorum quodque in multitudine gentium regalis celsitudinis pulcra serenitas resplendet amplioribus radiis claritatis, ac provida meditatione pensantes, quod rex prefatus ad nullius partialitatis dexteram vel sinistram, sicut pro certo creditur et speratur nobisque per eosdem nuncios 15 suam apertissime super hoc tam secrete quam publice pluries aperuit voluntatem, suos declinabit affectus, quodque vassallos sancte Romane ecclesie in benivolentia regali recipiet et servabit ac ecclesie predicte devotos, etiam in regno constitutos eodem in suis viribus confovebit nec offendet seu offendi contra iustitiam permittet eosdem, vestros animos pro divina et apostolice sedis ac nostra reverentia convertatis ad pacem et 20 eiusdem regis, quorumlibet bellorum feritate depressa et periculosis fomitibus odiorum evulsis, monitis et votis salubribus tamquam benedictionis filii reverenter intendere procuretis, ut per hoc Deum timere et regem predictum honorificentia debita venerari laudabiliter ostendatis. (5) Eya ergo prefato regi non per armorum strepitus, non per bellorum precipites impetus et non per terribiles et hostiles incursus corda vestra, 25 sed per vias rectas et copiose pacis delectabiles semitas preparate ac omnia, que impendere sibi tenemini, exhibere promptis animis studeatis. Sic igitur monita, preces et exhortationes et mandata huiusmodi, que de precordiis apostolicis confidenter emanant, studeatis devote suscipere et sic ad efficacis exauditionis effectum vestra sinceritas introducat, quod per hoc nostram et apostolice sedis benedictionem et gratiam vobis 30 uberius vendicetis et plenitudinem benivolentie regalis vobis sentiatis proinde magis propitiam et benignam.

[Dat. in prioratu de Grausello prope Malausanam Vasionen. dioc., Kal. Septembr., pontificatus nostri anno quinto.][a]

In eundem modum singulis civitatibus et communitatibus Lombardie. 35
Item in eundem modum singulis civitatibus et communitatibus Tuscie.

436. *LITTERAE EIUSDEM PRAELATIS DIRECTAE.* *Sept. 1.*

Forma A omnibus praelatis coniunctim missa superest in:

1) *autographo olim bullato, sed demum propter multas rasuras*[1] *cassato, quod exstat* 40 *in tabulario secreto Vaticano inter 'Instrumenta miscellanea' ad a. 1308. Sept. 1.; bulla deest, sed cannabis vestigia adhuc videntur; in plica scriptum est:* de cur̄; *nomen scriptoris evanuit; sub plica in margine sinistra leguntur:* ℞ .P. Ascibil̄. de curia et secretissime et absque rasura et cito. I. F. *Descripsit Paulus Kehr. Alius autographi mentio fieri videtur in Indice documentorum a. 1313. supra citato:* Littera universis ecclesiasticis 45

435. a) *supplevimus ex B 1 (exemplari Ianuensibus misso), cum in A 3 exsecta essent.*

1) *Menda omnia alia manu atramento pallidiori correcta sunt.*

de approbatione *(corr. super* confirmatione *deleto)* electionis domini etc. sub bulla papali *(Doenniges l. c. II, 113).*

2) *Regesto Clementis V. in editione sub nr. 6340, ubi tamen forma abbreviata tantum inserta est.*

5 *Forma* B *singulis episcopis Italiae separatim missa servatur in:*

1) *duobus autographis, quae exstant Pisis in tabulario capituli maioris ecclesiae. Sunt exemplaria nr. 1338 archiepiscopo Ianuensi et nr. 1340 episcopo Vicentino directa. Bullae desiderantur. In plica nr. 1338 scripta sunt:* de cur̄ .Io. de Treb̄., *sub plica in margine sinistra:* ≡/x; *in verso leguntur manu cancellariae apostolicae scripta:* Duobus 10 archiepiscopis videlicet Ianueñ et Pisañ ℞, *item:* archiep̄o Ianueñ; *scripta manu Bernardi de Mercato:* quod obediat domino et promoveat negotia eius *(eadem cf. in Indice a. 1313., ubi additur* sub bulla papali, *Doenniges l. c. II, 114); similia, quae alteri exemplari inscripta sunt, hic adnotare supersedimus; edidit Bonaini l. c. I, 45 sq. nr. 27 et 28;*

2) *Regesto Clementis V. in editione citata sub nr. 6339; inserta est forma archi-* 15 *episcopo Ianuensi missa, cuius autographon adhuc superest, cf. supra; in eundem modum litteras papae missas esse archiepiscopo Pisano, patriarchae Aquilegiensi, archiepiscopo Mediolanensi, episcopo Florentino, episcopo Vicentino (cf. supra), idem Regestum l. c. indicat; in Indice a. 1313. eadem exemplaria omnia notantur (Doenniges l. c. II, 113 sq.).*

Formam B, *quae fere omnino concordat cum* A, *tam ad editionem in Regesto l. c.* 20 *paratam quam ad exemplar archiepiscopo Ianuensi missum contulimus. Exemplar episcopi Vicentini neglexímus.* *(P. deest.)*

Clemens episcopus servus servorum Dei venerabilibus[a] fratribus universis archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis . . electis, abbatibus et aliis ecclesiarum prelatis per Alamaniam constitutis[a] salutem et apostolicam benedictionem.

25 (1) Letatur in vobis[b] mater ecclesia et in sui pectoris intimis multe letitie rore perfunditur, dum erga illam devotionis plenitudine fervere vos[b] conspicit et suis intuetur beneplacitis inherere. Propterea nos, qui eiusdem ecclesie disponente Domino regimini presidemus, eo confidentius in hiis precipue, que reipublice fulcimenta respiciunt et fidelium contingunt statum prosperum[c] et tranquillum, providentiam vestram[d] 30 requirimus, quo libentius ad prosecutionem illorum vestras[e] speramus dirigi laudabiles actiones.

(2) Dudum siquidem carissimus in Christo filius noster Henricus rex Romanorum illustris per sollempnes nuntios ad hoc sufficiens mandatum habentes, quos ad sedem apostolicam destinavit, nobis presentibus fratribus nostris in publico et sollempni con- 35 sistorio, astante fidelium multitudine copiosa, electionem unanimem de persona sua per venerabiles fratres nostros archiepiscopos et dilectos filios nobiles viros regni Alamanie principes in electione Romanorum regis vocem habentes celebratam fuisse concorditer, et etiam ipsi archiepiscopi et principes per litteras suas decretum sue electionis continentes sollempniter cum humilitate debita intimarunt, petentes instanter a nobis per 40 nuntios memoratos electionem per nos approbari predictam sibique regiam denominationem ascribi et ad nostram veniendi presentiam unctionem, consecrationem et coronam imperii de nostris manibus recepturo terminum assignari. Nos vero cum eisdem fratribus deliberatione prehabita diligenti, prout tanti negotii gravitas exigebat, ac matura et sollicita deliberatione discussis, que in huiusmodi negotio putavimus atten- 45 denda, electionem eandem duximus approbandam, sibi denominationem huiusmodi liberaliter ascribentes ipsumque regem Romanorum reputavimus, nominavimus, denunti-

436. a) *loco* venerabilibus — constitutis *B:* venerabili fratri . . archiepiscopo Ianuensi. b) te *B.* c) proxperum *A.* d) tuam *B.* e) tuas *B.*

avimus et declaravimus de fratrum predictorum consilio, iustitia exigente. Approbantes nichilominus et etiam declarantes ac pronuntiantes, sufficientem et habilem ipsum fore ad imperialis celsitudinis dignitatem et unctionem, consecrationem et Romani coronam imperii per nostra sdebere concedi manus eidem loco et tempore oportunis, et ad unctionem, consecrationem et coronationem huiusmodi in basilica principis apostolorum de Urbe recipiendas de manibus nostris, divina favente clementia, certum terminum de ipsorum fratrum consilio per alias nostras litteras[1] continentes premissa omnia liberaliter prefigentes. (3) Nuper autem rex predictus nobis per dilectos filios nobiles viros Amedeum Sabaudie et Guidonem de Flandria Çelandie comites ac Oddonem de Grandisono, suos nuntios speciales, apostolatui nostro significare curavit, quod subditis suis intra Romanorum regnum in partibus Lombardie et Tuscie constitutis, qui nedum civilibus bellis, sed etiam extrinsecis dissidiis peccatis exigentibus multipliciter colliduntur, pacem dare, pro ipsi tranquillitatem exquirere et ad reformandam inter ipsos concordiam ardenter aspirans, pura intentione desiderat, inobedientes singulos et rebelles Romane ecclesie matri sue, ut ab ipsis ei cum humilitate et reverentia debita prout convenit pareatur, pro eius honore, ipsius ecclesie pro viribus subiugare dominio et ecclesiarum iura et bona deperdita et per nonnullos, qui gloriantur, cum male fecerint, in diversis eiusdem regni partibus occupata in manu potenti recuperare proponit. Propter quod et alias iustas et rationabiles causas, que ad hoc sue mentis fervorem inducunt, prefatum terminum ad recipiendum unctionem, consecrationem et coronationem predictas ei per nos ut premictitur assignatum anticipare disponit, ut speramus pro utilitate communi ad predicti regni Romanorum partes potenter et personaliter accedendo, ut per providam et consultam anticipationem huiusmodi, illo qui aspera novit in vias planas convertere[2] faciente, placatio fluctuum bellorum et dissidiorum huiusmodi ac recuperatio bonorum et iurium predictorum et humiliatio rebellium eorundem sue virtutis ministerio fructuoso celerius valeat provenire. Profecto celestis altitudo consilii in fidelibus suis uberum gratiarum dona multiplicans, precelsas sacerdotii et imperii dignitates ad plenum et utilem regimen et gubernationem ipsorum fidelium salutarem pia in terris dignatione constituit, ut in executione fructuosi regiminis et in voti unitate conformes ipsorum universis profutura concordia, alterutrius fulta presidiis opus uberius exercerent iustitie et comodius in tabernaculis fiducie constituerent populum christianum.

(4) Premissis igitur digna consideratione pensatis et sperantes regem prefatum ecclesiarum et personarum ecclesiasticarum advocatum sollicitum et utilem defensorem, promotorem avidum ecclesiastice libertatis, sectatorem pietatis operum, amicum sedulum veritatis ac pacis et iustitie fervidum çelatorem, et propter hoc congruis et gratiosis favoribus assistere proponamus eidem, universas personas ecclesiasticas et seculares eidem regi subditas, cuiuscumque preminentie status vel conditionis existant, per alias nostras sub certa forma litteras[3] rogandas et monendas duximus ac hortandas attentius ipsisque nichilominus per apostolica scripta mandavimus, ut ipsi considerantes attentius, quod pacis amenitas numerum multiplicat populorum quodque in multitudine gentium regalis celsitudinis pulcra serenitas resplendet amplioribus radiis claritatis, ac provida meditatione pensantes, quod rex prefatus ad nullius parcialitatis dexteram vel sinistram, sicut pro certo creditur et speratur nobisque per eosdem nuntios suam apertissime super hoc tam secrete quam publice pluries aperuit voluntatem, suos declinabit affectus quodque vassallos ecclesie Romane in benivolentia regali recipiet et servabit ac ecclesie predicte devotos, etiam in regno constitutos eodem, in suis iuribus confovebit nec offendet seu offendi contra iustitiam permittet eosdem, suos animos pro divina et apostolice sedis ac nostra reverentia convertant ad pacem et eiusdem regis, quorumlibet bellorum

1) *Supra nr. 298. 299.* 2) *Is. 40, 4. Luc. 3, 5.* 3) *Supra nr. 435.*

feritate depressa et periculosis fomitibus odiorum evulsis, monitis et mandatis[f] salubribus tanquam benedictionis filii et[g] eiusdem regis Romanorum fideles, prout tenentur[g], reverenter intendere et humiliter obedire[h] procurent.

A

5 (5) Quare universitatem vestram monemus, rogamus et hortamur in Domino vobisque per apostolica scripta mandamus, quatinus considerantes attentius, quod status vestri requirit decentia, ut multiplicium 10 fecunditate bonorum, que dicti negotii prosecutio repromictit, sitis participes et consortes, quos precipuos et speciales ipsius esse cupimus promotores, erga prefatum regem in hac parte sic vestre fidelitatis 15 claritas elucescat, sic efficaciter oportunis consilio et auxilio assistatis eidem, sibi, prout antiqua dicti regni super sequela regis ipsius moris antiquitas feudatariis et feudis indicit[1], favorabiliter assistendo, et 20 si eiusdem moris antiquitas id exposcat, comitatum magnificum exhibendo, quod vestra in suo itinere fultus potentia et comitiva stipatus cunctis appareat gloriosus et vobis proinde premium felicitatis per- 25 petue in eterna tabernacula vendicetis nosque sinceritatem vestram dignis in Domino laudibus attollamus ac regem prefatum constituatis ad promotionem vestrorum profectuum et honorum non immerito prompti- 30 orem.

B

(5) Quocirca fraternitatem tuam monemus, rogamus et hortamur in Domino tibique per apostolica scripta mandamus, quatinus considerans attentius, quod status tui requirit decentia, ut multiplicum fecunditate bonorum, que dicti negotii prosecutio repromictit, particeps et consors existas, quem precipuum et specialem ipsius esse cupimus promotorem, erga prefatum regem in hac parte sic tue benivolentie claritas illucescat, sic efficaciter opportunis consilio et favore assistas eidem, quod tuo auxilio in suo fultus itinere[i] cunctis appareat gloriosus, et tibi proinde premium felicitatis perpetue in eterna tabernacula vendices nosque fraternitatem tuam dignis in Domino laudibus attollamus ac regem prefatum constituas ad promotionem tuorum profectuum et bonorum non immerito promptiorem.

Dat. in prioratu de Grausello prope Malausanam Vasionen. dioc., Kal. Septembr., pontificatus nostri anno quinto.

437. *LITTERAE EIUSDEM LEGATO DIRECTAE.* *Sept. 1.*

Autographon servatum non est. Sed notatur in Indice documentorum a. 1313: 35 Domino Arnaldo cardinali, quod occurat domino in introitu Lombardie et committetur eum, sub bulla papali. *(Doenniges l. c. II, 114.)*

Nos hic repetimus editionem in Regesto Clementis V. supra citato sub nr. 6338 paratam. *(P. deest.)*

Dilecto filio Arnaldo Sancte Marie in Porticu diacono cardinali, apostolice sedis 40 legato.

(1) Delectatur animus noster et secura tranquillitate quiescit, dum tibi ecclesie universalis onera supportanda tanquam ipsius ecclesie stabili firmamento confidenter

436. f) votis *B.* g) et eiusdem — tenentur *desunt B.* h) *loco* et — obedire *B:* omnino. i) o auxilio — itinere *in loco raso B.*

45 1) *Cf. supra tom. III, 67 not. 4.*

imponimus, et in nobis gaudii plenitudo resultat, cum illa pro divini nominis gloria supportas utiliter in robore fortitudinis et virtutis.

(2) Dudum siquidem carissimus in Christo filius noster Henricus etc. ut in proxima prima usque[1] assistere proponamus eidem, universas personas ecclesiasticas et seculares eidem regi subditas, cuiuscumque preheminentie, status vel conditionis existant, per alias nostras sub certa forma litteras[2] rogandas et monendas duximus et hortandas attentius ipsisque nichilominus per apostolica scripta mandavimus, ut ipsi considerantes attentius, quod pacis amenitas etc. ut in proxima usque[3] contra iustitiam permittit eosdem, suos animos pro divina et apostolice sedis ac nostra reverentia convertant ad pacem, et eiusdem regis, quorumlibet bellorum feritate depressa ac periculosis fomitibus odiorum evulsis, monitis et mandatis salubribus tanquam benedictionis filii et eiusdem regis Romanorum fideles, prout tenentur, reverenter intendere et humiliter obedire procurent.

(3) Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus prefato regi, cum ad tuam notitiam de suo adventu pervenerit et requisitus fueris ab eodem, usque ad fines Italie letanter occurrens, cum honorificentia condigna suscipias et pertractes et tue presentie gratum et acceptabilem comitatum, prout tanti principis decet excellentiam et honorem et officii tui requirit auctoritas, ferventer exhibeas et assistas favoribus et auxiliis oportunis. Et nichilominus per te ipsum et alias sollicite cum eodem ad statum terrarum eiusdem Romani regni pacificum et tranquillum labores instanter et studia tue sollicitudinis, ut eiusdem fideles regni dicto regi, prout tenentur, pareant et intendant, efficaciter interponas. Speramus enim ut, cum eodem rege ac tecum Domino faciente virtutem[4], ex regis ipsius ac tuis operibus fructuosis dissentionum terrarum ipsarum ignis vastabilis exstinguetur et eis pacis amenitas et concordie desiderata serenitas illucescet.

Dat. ut supra[5].

438. *LITTERAE PONTIFICIS AD REGEM.* *Sept. 16.*

Autographon, quod item Pisis servatur in tabulario capituli maioris ecclesiae nr. 1346 signatum, denuo accuratissime contulimus. Bulla deest. In verso leguntur: Carissimo in Christo filio Henrico Romanorum regi illustri, *itemque manu Bernardi de Mercato ut videtur scripta:* Quod certe comunitates Lombardie et capitaneus Med. libenter regem recipient. *In Indice documentorum a. 1313. litterae desiderantur. Edidit Bonaini l. c. I, 48 nr. 38.* *(P. deest.)*

Clemens episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio Henrico regi Romanorum illustri salutem et apostolicam benedictionem.

(1) Sicut ex litterarum tue celsitudinis sedi apostolice novissime directarum[6] grata lectione et receptione collegimus, velut ad laudem tui nominis magis claret, immo clarius sideris instar irradiat, quod ad sancte ecclesie reverentiam et obedientiam zelo devotionis afficeris, ipsam devotus amplecteris et in te ac tuis actibus invariabili proposito conservare disponis atque promictis. Litteras igitur ipsas iuxta formam per nos transmissam per te, fili carissime, destinatas non solum ad veritatis testimonium, sed ad memorabile tue laudis preconium tam presentibus quam posteris memorandum in archivis eiusdem ecclesie facimus conservari. (2) Sed quoniam aliqua pauca sed levia ex sola scribentis incuria ommissa fuerunt in litteris prelibatis[7], que tamen vel ommissa vel expressa substantiam ipsarum neque augent neque diminuunt nec variant

1) *Sic in Registro abbreviatur; v. supra pag. 379 lin. 33 — pag. 380 lin. 36.* 2) *Supra nr. 435.* 3) *Supra pag. 380 lin. 40—47.* 4) *Cf. Ps. 117, 16.* 5) *Id est Sept. 1.* 6) *De Promissione Hagenowiensi agitur* 7) *V. supra ad nr. 393; cf. etiam infra nr. 439.*

nec immutant, insta, fili carissime, immo cum instantia operare, ut quod circa hec cepisti feliciter, sine diminutione aliqua felicius compleatur. Suppleantur licet levia, que ex incuria scribentium desunt, nec pretermittantur vel differantur omissa. Et quoniam a te huiusmodi negotii laudabiliter inchoati dependet consumata perfectio, tue
5 decet esse celsitudinis, tue cure, ut idem negotium consumate perfectionis celerem consequatur effectum.

(3) Profecto, fili carissime, licet que[a] per te acta sunt in transmissione litterarum ipsarum nil novi contineant, sed devotorum predecessorum tuorum preclara secutus vestigia fueris in premissis, prout etiam dilectus filius frater Nicolaus de ordine Predi-
10 catorum regie celsitudinis nuntius, lator litterarum ipsarum, in registris et archivis ecclesie non sine nostro mandato et conscientia sibi ostensis fide oculata perspexit[b.1], tamen tuam devotionem in Domino multipliciter commendamus, largitori bonorum omnium supplicantes, quod tantam et talem in tanto et tali filio ad Deum et ecclesiam sponsam suam devotionem et reverentiam conservare, misericorditer augere et multi-
15 plicare dignetur, nosque obnixius reputamus astrictos ad filii dilatandos honores, procuranda comoda et vota omnia, prout secundum Deum possibile nobis fuerit, et adimplenda faciliter[c] et feliciter admictenda. (4) Porro quia ex more quemvis opificem conservatio sui operis afficit et ad vitanda[d] sollicite, quecunque etiam contrarii suspicionem inducerent, instintus quasi naturalis impellit, ecce per dilectum filium Iohannem
20 scolasticum Tullensem capellanum nostrum, latorem presentium, litteras super assistentia per dilectum filium nostrum Arnaldum Sancte Marie in Porticu diaconum cardinalem apostolice sedis legatum tibi in ingressu Italie occursurum[2], et obedientia per subditos tuos tam in Alamania quam in Italia[3] tibi sollicite impendendis duximus destinandas. Qui et regie celsitudinis litteras multiplicatas cum supplemento eius quod deerat in eis
25 reportabit, prout in transcripto ipsarum, quod tibi presentibus interclusum[e] mittimus[4], videbis plenius contineri.

(5) Nos quoque cum omni efficacia, promptitudine et affectu diversarum civitatum ac terrarum, videlicet dilecti filii nobilis viri Guidonis de la Turre[f] capitanei Mediolanensis necnon et eiusdem Mediolanensis, Papiensis, Novariensis, Cumane et Cre-
30 mensis civitatum et locorum ambassiatoribus, qui tam pro predictis quam pro civitatibus Vercellensi, Laudensi, Terdonensi, Placentinensi et Cremonensi[g] advenerant, ut dicebant, quos aliquandiu retinuimus, aliarum civitatum et locorum tam Lombardie quam Tuscie pro eodem negotio speciales nuntios expectantes, ut responsionem nostram simul omnibus faceremus, qui ad investigandum super obedientia et assistentia tibi
35 impendendis in tuo progressu in Italiam nostre intentionis propositum ad nos venerant, presentibus fratribus nostris et dilecto filio Octone de Grandissono tui honoris intimo zelatore ac Iohanne predicto et alia circumastantium et magnorum multitudine, clara voce respondimus nostramque eisdem cum affectuosis ac diversis monitionibus, exhortationibus et inductionibus aperuimus manifestissime voluntatem, beneplacitum et man-
40 datum, quod benigne et reverenter regiam celsitudinem recipere studeant, ei toto

438. a) *in loco raso or.* b) it *in rasura or.* c) er *in rasura or.* d) vit *in rasura or.* e) presentibus interclusum *in loco raso or.* f) de Laturre *or.* g) *sequitur rasura duorum verborum or.*

1) *Est Nicolaus Botrontinensis episcopus. Cf. etiam infra notas ad nr. 455.* 2) *Supra nr. 437.* 3) *Supra nr. 435. 436.* 4) *Forma promissionis iterum regi transmissa adhuc servatur Taurini in*
45 *tabulario regio 'Diplomi Imperiali Mazzo 4 nr. 10'. Cui Bernardus inscripserat:* Forma iuramenti prestiti pape per imperatorem apud Lausannam. *Haec forma iterum transmissa omnino concordat supra cum nr. 391, exceptis verbis pag. 342 lin. 25 sq.* venerabilis patris domini Balduyni archiepiscopi Treverensis et, *quae in nova formula omittebantur. A Bernardo de Mercato postea registrata superest in Registris Bernardi ibidem asservatis. Formam collato Registro edidit Doenniges l. c. II, 123 nr. 5. Cf. etiam infra*
50 *ad nr. 454.*

animo et corde intendere ac ipsam cum omni promptitudine pro viribus honorare. Quod et ipsi cum ylaritate auditis nostris sermonibus se facturos et nostra super hiis impleturos mandata promptis animis obtulerunt[1], quia[h] nostra circa tuos honores precordialis voluntas omnibus illucescit. (6) Firma quidem tenemus fiducia nec aliqua menti nostre hesitatio inest, quod tua ad Deum et ad sanctam ecclesiam matrem tuam et ad nos, qui ante promotionem tuam et in ipsa et post ipsam tuos semper zelavimus et zelamus honores, devotio verbo et opere continuis favente Domino augebitur incrementis.

Dat. in prioratu de Grausello prope Malausanam Vasionen. dioc., XVI. Kal. Octobr., pontificatus nostri anno quinto.

439. *LITTERAE PONTIFICIS AD CANCELLARIUM.* *Sept. 22.*

Autographon eiusdem tabularii nr. 1351 denuo contulimus. Bulla desideratur. In verso leguntur: Dilecto filio Henrico electo Tridentino. *Edidit Ficker loco supra ad nr. 237 citato pag. 86 nr. 64 (= W. SB pag. 222).* *(P. deest.)*

Clemens episcopus servus servorum Dei dilecto filio Henrico electo Tridentino salutem et apostolicam benedictionem.

Ad nostri apostolatus auditum relatio fidedigna perduxit nosque dilecti filii magistri Iohannis de Morlaus[a] scolastici Tullensis assertione percepimus, quod tu eorum, que nostrum et apostolice sedis honorem contingunt, sollicitum [te][b] constituis promotorem. Hoc enim evidencia facti demonstravit affectio mentis tue, dum eidem scolastico circa expeditionem litterarum[2], pro quibus eum ad carissimum in Christo filium nostrum Henricum regem Romanorum illustrem proxime preteritis diebus transmisimus, sollicite ac favorabiliter astitisti. Super quo prudenciam tuam in Domino commendantes, illam rogamus et hortamur attencius, tibi nichilominus per apostolica scripta mandantes, quatinus quod in hac parte laudabiliter incepisti, pro nostra et eiusdem sedis reverencia laudabiliori prosecutione continuans, eidem scolastico, ut dictas litteras multiplicatas ab eodem rege iuxta correctionem factam in ipsis, pro qua eum ad prefatum regem duximus remittendum, obtinere possit celeriter, ferventer assistas et apud dictum regem pro correctione et expeditione litterarum huiusmodi tue diligencie studia efficaciter interponas, ita quod idem scolasticus tui iuvaminis favore suffultus cum eisdem correctis litteris ad nos absque tarditatis diffugio revertatur tuque proinde nostram et dicte sedis benivolenciam uberius merearis.

Dat. in prioratu de Grausello prope Malausanam Vasionen. dioc., V. Kal. Octobr., pontificatus nostri anno quinto.

440. *LITTERAE THOMAE CARDINALI LEGATO MISSAE.* *Oct. 8.*

Repetimus editionem, quae parata est in Regesto Clementis V. sub nr. 6341. Cf. ceteras litteras legato traditas nr. 6342—6369. *(P. deest.)*

Dilecto filio Thome tituli sancte Sabine presbytero cardinali, apostolice sedis legato.

(1) Delectatur animus noster et secura tranquillitate quiescit, dum tibi ecclesie universalis onera supportanda tanquam ipsius ecclesie nobili membro confidenter imponimus, et in nobis gaudii plenitudo resultat, cum illa pro divini nominis gloria supportas viriliter in robore fortitudinis et virtutis. Propter diversa igitur et ardua immi-

438. h) que ? *or.*

439. a) *sic or.* b) *deest or.*

1) *Cf. infra nr. 441 cap. 2.* 2) *Cf. pag. 382 not. 6.*

nentia negotia in partibus Lombardie et Tuscie, ad honorem Dei et sancte matris ecclesie conservandum et, prout Dominus dederit, augmentandum ibidem ac manutenendum ecclesiasticam libertatem et pacis et tranquillitatis inibi spargenda semina, te tanquam pacis angelum destinamus, tibi nichilominus in Lombardie et Tuscie pre-
5 dictis partibus, terris ecclesie Romane subiectis temporali dominio ubicumque positis prorsus exceptis, necnon et in Marchia Tervisina, Aquilegensi et Gradensi patriarchatibus, Ianuensi et Pisano, Iadrensi et Ragusina provinciis necnon Sardinie et Corsice insulis plene legationis officium, ut evellas et destruas, disperdas et dissipes, edifices et plantes[1] in nomine Domini, prout gratie celestis infusio et tua tibi providentia mini-
10 strabit, de fratrum nostrorum consilio committentes, tibi faciendi et exercendi auctoritate nostra, quecumque ad honorem Dei et eiusdem ecclesie ac prosperum statum fidelium partium earundem videris expedire, contradictores etiam et rebelles quoslibet per excommunicationis, suspensionis et interdicti sententias vel alias per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendi, quibuslibet privilegiis et indulgen-
15 tiis apostolicis sub quacumque forma seu tenore verborum concessis, per que nullum cuiquam, cuiuscumque dignitatis, status vel conditionis sive ordinis vel religionis s. Benedicti, Cisterciensis, Cluniacensis, Cartusiensis, Premonstratensis, Grandimontensis, Humiliatorum, Vallisumbrose, Camaldulensis, s. Iohannis Ierosolimitani et aliorum ordinum existat, in hac parte volumus afferri suffragium, nequaquam obstantibus, facultatem libe-
20 ram concedentes. Nos enim sententias sive penas, quas rite et iuste tuleris aut inflixeris in rebelles, ratas habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. (2) Licet autem inviti propter tui profunditatem consilii tua presentia careamus, tamen ad missionem tuam ea precipue ratio nos inducit, quod dudum carissimo in Christo filio nostro Henrico rege Romanorum illustri per
25 solennes nuntios, quos ad sedem apostolicam destinavit, apostolatui nostro cum instantia supplicante, quod electionem de ipso in regem Romanorum in concordia celebratam approbare sibique regiam denominationem describere et ad nostram veniendi presentiam, unctionem, consecrationem et coronam imperii, favente Domino, de nostris manibus recepturo, assignare terminum dignaremur, nos cum fratribus nostris super hoc
30 deliberatione prehabita diligenti, prout tanti negotii gravitas exigebat, et matura et sollicita deliberatione discussis, que in huiusmodi negotio putavimus attendenda, de eorundem fratrum consilio electionem eandem duximus approbandam et sibi denuntiationem huiusmodi liberaliter ascribentes, ipsum regem Romanorum reputavimus, nominavimus, denuntiavimus et declaravimus de fratrum nostrorum consilio, iustitia
35 exigente. Decernentes nichilominus et etiam declarantes ac pronuntiantes, ipsum fore sufficientem, ydoneum et habilem ad imperialis celsitudinis dignitatem et unctionem, consecrationem et Romani diadema imperii per nostras debere concedi manus eidem loco et tempore oportunis, et ad unctionem, consecrationem et imperialis diadematis susceptionem recipiendas de nostris manibus, divina favente clementia, certum locum
40 et terminum de ipsorum fratrum consilio per alias nostras litteras prefigentes[2].

(3) Demum autem rex predictus per alios suos nuntios nobis significare curavit, quod subditis suis infra Romanorum regnum predictum in partibus Lombardie et Tuscie constitutis, quos nedum bella civilia, sed etiam extrinseca dissidia, faciente malitia temporis, multipliciter collidebant, pacem dare, pro ipsis tranquillitatem exquirere et ad
45 reformandam inter ipsos concordiam ardenter aspirans, intentis desiderabat affectibus, inobedientes singulos et rebelles Romane ecclesie matris sue, ut ab ipsis cum humilitate et reverentia debita prout conveniebat obediretur eidem, et illos pro eius honore ad ipsius ecclesie mandata deducere, eiusque dominio subiugare pro viribus, et tam

1) *Ierem. 1, 10.* 2) *Cf. supra nr. 298. 299.*

ipsius Romane ecclesie quam aliarum ecclesiarum iura et bona deperdita per nonnullos, quos propria vexabat iniquitas, in diversis eiusdem regni partibus occupata in manu recuperare potenti et extento brachio proponebat, necnon et propter alias iustas causas, que ad hoc fervorem sue mentis rationabiliter inducebant, prefatum terminum ad recipiendum unctionem, consecrationem et coronam predictas per nos assignatum pro utilitate anticipare comuni ut premittitur intendebat, ad dicti regni Romanorum partes potenter et personaliter accedendo, ut per providam et consultam anticipationem huiusmodi, illo qui aspera novit in plana convertere [1] faciente, placatio fluctuum, bellorum et dissidiorum huiusmodi ac bonorum et iurium recuperatio predictorum et humiliatio rebellium eorundem sue virtutis ministerio fructuoso celerius, Deo auspice, proveniret [a. 2]. Et subsequenter huiusmodi regalis intentionis sincerissime puritatem producens in actum fructiferum per laudabiles actiones, versus partes illas sub spe celestis auxilii regie magnitudinis gressus ad illius, cuius imperio cunctorum subsunt iura regnorum, dirigit gloriam et honorem. (4) Verum nos, qui regem ipsum ob precelse devotionis insignia, per quam nomen glorificatur Altissimi et Romana ecclesia mater sua fecundatur honoribus, in intimis dilectionis apostolice gerimus, desiderabiliter cupimus, ut prosperum iter faciat sibi Deus, gratis iocundetur successibus et votivis ac eius solium delectabilibus eventibus fulciatur, ut angelica iunioris Tobie comitiva letatus prosperetur in omnibus, ad que divina dispensatio mittit illum. Quocirca discretionem tuam rogamus, monemus et exhortamur attentius per apostolica tibi scripta mandantes, quatinus impositum tibi onus a Domino devote suscipiens et personaliter ad partes illas accedens, dicto regi tue presentie gratum et acceptabilem comitatum, prout tanti principis decet magnificentiam et honorem et officii tui requirit auctoritas, ferventer exhibeas et assistas honoribus et directionibus oportunis. Et nichilominus per te ipsum et alias sollicite cum eodem ad bonum statum ecclesiarum et conservationem libertatis ecclesie et ad statum terrarum eiusdem Romanorum regni pacificum et tranquillum labores instanter et studia tue sollicitudinis, ut eiusdem fideles regni dicto regi in quibus tenentur, pareant et intendant ac ea, ad que sibi tenentur, promptis animis exhibeant et impendant, efficaciter interponas. (5) Speramus enim, quod cum eodem rege ac tecum Domino faciente virtutem [3], per hec populorum eiusdem regni universitas copiosa a longis retroactis temporibus cruciatibus vastabilium guerrarum afflicta, restituetur, ut pie speratur et creditur, ad quietis et pacis delectabilis ubertatem ipsumque regnum plaga dissensionis odibilis, per angelos malos, ut convincitur [b], peccatis exigentibus immissa, proch dolor, in eodem subducta radicitus, recipiet antique nobilitatis gloriam et decorem ac statum resumet quietis et pulcritudinis primitive, ac eisdem pacis, quietis et tranquillitatis amabilis et desiderata serenitas, auctore Domino, illucescet. (6) Indefessa quoque sollicitudine, fili, studeas laborare, quod idem rex sui recognoscat humiliter beneficia creatoris, dirigat vias suas in semitis mandatorum eius, honoret ecclesiam matrem suam et ministros ipsius, nec ipsum pretereat, quod gratiosam Romanam ecclesiam ante assumptionem suam ad culmen huiusmodi et in ipsa et post ipsam favorabilius adinvenit. Ideoque tam eam quam ecclesias alias, quarum ipsa mater est et magistra, studeat condignis honoribus et favoribus honorare, earum iura diligere, protegere, conservare ac toto corde et animo defensare procuret, attendens quod ad hoc est divina providentia evocatus, pacem in terris amare studeat, ut sic regis pacifici imitator, firmetur iustitia thronus eius et illa ante ipsum precedat et gressus eius dirigens in viam rectam sibi ab invio precavebit [4], ut apud Regem regum

440. a) perveniret *R.* b) convicitur *R.*

1) *Is. 40, 4. Luc. 3, 5.* 2) *Cf. supra nr. 435 cap. 3.* 3) *Cf. Ps. 117, 16.* 4) *Cf. iam supra nr. 298 cap. 6.*

retributionem debitam ex hiis merito consequatur et apud universos Christi fideles in Domino preconiis attollatur.

Dat. in prioratu de Grausello prope Malausanam Vasionen. dioc., VIII. Idus Octobris, anno quinto.

5 **441.** *LITTERAE HEINRICO REGI MISSAE. (Oct. 8.)*

Supersunt in codice H. III. 38 fol. 12' bibliothecae universitatis Taurinensis, quem denuo contulimus. Edidit Doenniges loco supra ad nr. 261 citato II, 230 nr. 4. De tempore cf. etiam ea, quae notat R. Pöhlmann 'Der Römerzug Kaiser Heinrichs VII. und die Politik der Curie, des Hauses Anjou und der Welfenliga' (Nürnberg 1875) 10 *pag. 21 not. 4. (P. deest.)*

Clemens episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio Henrico regi Romanorum illustri salutem et apostolicam benedictionem.

(1) Inter ceteras actiones et studia, per que regnorum subsistunt solia et feliciter reguntur imperia, illud principibus post reverentiam condignam ad Deum et sacro- 15 sanctam ecclesiam sponsam suam et post cultum iustitie, qui est pax, necessario novimus esse precipuum, diligere subditos, confovere devotos et in sinu benivolentie collocare fideles et adniti magnopere diligi potius, quam timeri. Et hoc enim fideles et subditi ad presidentis reverentiam et dilectionem allecti pro illius salute iugiter excubant, illum sectantur et diligunt[a] suasque periculis animas et excidiis corpora libenter 20 exponunt. Licet autem, fili carissime, ex innata tibi prudentia et superne largitionis gratia, que te feliciter inter precipuos orbis principes ex sui providentia et benignitate constituit et ad summe celsitudinis solium ex duobus luminaribus alterum felicius preficiet et conservabit, speremus in te, que supra retulimus, actiones et studia vita tibi comite tota mente versari, ex abundanti tamen affectu patris ad filium cuncta perspicimus et 25 ea tibi potissime suademus, que sceptri tui incrementa prospiciant teque ad culminis optati fastigium per pacis semitas et vias planas gratia preduce divina perducant. (2) Nuper autem dilecti filii nobilis viri Guidonis de la Turre capitanei Mediolanensis necnon et eiusdem Mediolanensis Papiensis, Novariensis, Cumane, Laudensis[b], Vercellensis, Derdonensis, Placentie et Cremone civitatum atque terrarum ambaxia- 30 toribus et nuntiis in nostra presentia constitutis et satis a nobis tanquam devotionis et obedientie filiis nostris erga tuam serenitatem affectis[c], et quid eos erga te et pro te, cum ad partes Ytalie superna gratia comitante perveneris, vellemus esse facturos, ipsis tamen in secreto et publico edoctis a nobis de honoribus et assistentia tibi pro viribus impendendis, quia eos invenimus ad honores tuos verbo et opere multa liberalitate 35 paratos seque ad omnia tua vota et placita opem et operam enixe daturos bonaque ipsorum et corpora precise ad beneplacita offerentes[1] nos ipsos ad devotionem tuam, ut dictis facta preponderent, animantes et attendentes, quantum regie celsitudini tue ad prosecutionem tui honoris et nominis dictarum civitatum devotio profutura, predictis ambaxiatoribus de tua, fili, benivolentia et devotione confisi indubitata fide promisimus, 40 quod capitaneum et civitates predictas et amicos ipsarum tam in predictis civitatibus quam per[d] Lombardiam totam et Tusciam constitutos in regie benivolentie sinu recipies, gratiose fovebis et diliges ac ipsos in suis statu et iuribus tanquam rex iustus et pacificus dominus conservabis. (3) Quapropter celsitudinem tuam rogamus et hortamur attente, quod cum ad ipsas Ytalie partes angelica iunioris Tobie letatus 45 comitiva[2] perveneris, capitaneum, civitates et amicos eosdem pro nostra et apostolice

441. a) diligenter *c.* b) Laudinensis *c.* c) affectus *c.*; *cf. supra pag. 339 lin. 31.* d) *deest c.*

1) *Cf. iam supra nr. 438 cap. 5.* 2) *Cf. pag. 386 lin. 18.*

sedis reverentia recommendatos efficaciter habeas, ad benivolentiam tuam gratiose[e] recipias, foveas, prosequaris et diligas ac in eorum statu et iuribus, ut ipsos ad omnia mandata precedentibus beneficiis tuis reddas astrictos, conservare et manutenere procures, ut per hec a nobis, qui promissiones nostras in tui confidentia factas effectu nollemus optato carere, tibi gratiarum actio condigna perveniat et celsitudini tue aliorum populorum sincera devotio ac sequela fidelis copiosa consurgat.

---

442. 443.
SCRIPTA PRO DUCE LOTHARINGIAE.
1310. Sept. 12.

442. *POTESTAS REGALIA CONFERENDI.*

Repetimus editionem, quae ex Chartulario saec. XVII. in tabulario urbis Nancy asservato parata est apud Böhmer 'Acta imperii selecta' pag. 433 nr. 618[1]. *— Böhmer, Reg. Heinr. 311.* *(P. deest.)*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Decet maiestatem regiam principes imperii allectivis excitare muneribus, quod ad obsequia dicti imperii promptioribus assurgant animis et ferventioribus desideriis accendantur. Hac igitur consideratione commoti, dilecto principi et consanguineo nostro Theobaldo duci Lothoringie et heredibus suis hanc de liberalitate regia gratiam duximus faciendam in augmentationem feodorum suorum, que a nobis et imperio tenet, quod conferendi regalia principatus abbatisse seu ecclesie Romaricimontis de cetero auctoritate regia plenam et liberam habeant potestatem. Quam auctoritatem tenore presentium transferimus in eosdem, ita quod idem dux et heredes sui huiusmodi dignitatem et feoda a nobis recipiant et detenere ab imperio recognoscant. Mandantes abbatisse, conventui et hominibus ecclesie memorate, quatinus eisdem duci et suis heredibus fideliter pareant in premissis. Hoc tamen est adiectum, quod si dicti dux aut heredes sui circa abbatissam, conventum seu homines prefatos excesserint evidenter, corrigendi et emendandi eosdem sit nobis libera reservata facultas. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

Datum in Hagenowe, II. Idus Septembris, anno Domini millesimo trecentesimo decimo, regni vero nostri anno secundo.

443. *COMMISSIO CIVITATIS GUBERNANDAE.*

Dedit iam olim ex apographo a. 1344. facto tabularii Parisiensis 'carton J. 1025' signato b. m. Waitz (= Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 241 nr. 379). — Böhmer, Reg. Heinr. 315. *(P. deest.)*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Dum principes imperii donis extollimus regalibus, dum eorum honorem et commodum promovemus, decus et honorem nostrum et imperii multipliciter credimus elevari. Considerantes itaque ac favorabiliter intuentes integritatem fidei, affectum

441. e) gratiosos c.

1) *Servatur etiam in bibliotheca Parisiensi 'Collection de Lorraine' tom. 389 fol. 45.*

sincerum et devotionem puram, quibus illustris Theobaldus[a] dux Lothoringie princeps et consanguineus noster dilectus erga nos et sacrum claret imperium, gubernationem, advocatiam seu prefecturam civitatis Tullensis nobis pertinentem et imperio eidem duci et suis heredibus duximus fiducialiter conferendam cum suis iuribus et pertinenciis 5 universis. Mandantes omnibus civibus et incolis eiusdem civitatis firmiter per presentes, quatinus eidem duci tamquam balivo seu prefecto suo nostro nomine per omnia ac in omnibus fideliter pareant et devote, sicut gravem nostram indignationem voluerint evitare. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

Datum in Hagenowia, II. Idus Septembris, anno Domini millesimo trecentesimo 10 decimo, regni vero nostri anno secundo.

444. ENCYCLICA ITALICIS MISSA.

1310. Sept. 13.

Superest nonnisi exemplar Mantuanis directum, cuius autographon in tabulario Mantuano B. I. 18 asservatum denuo descripsimus. Sigilli dorso impressi vestigia 15 *adsunt. In dorso inscriptionem praebet:* Prudentibus viris . . capitaneo, . . potestati, . . ancyanis, . . conmuni et . . populo de Mantua, nostris et imperii fidelibus dilectis. *Edidit etiam Böhmer 'Acta imperii selecta' pag. 434 nr. 622. De linea dati cf. ea quae notat J. Ficker 'Beiträge zur Urkundenlehre' II, 411. — Böhmer, Reg. Heinr. 314. (P. deest.)*

20 Heinr(icus) Dei gracia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris . . capitaneo, . . potestati, . . ancianis, . . conmuni et populo de Mantua, suis [et][a] imperii fidelibus dilectis graciam suam et omne bonum.

(1) Devocioni vestre ad incentivum singularis gaudii nunciamus, quod diebus istis de consilio electorum et aliorum principum, baronum, comitum, nobilium ac fidelium 25 imperii ad ampliandum non mediocriter nostre fortitudinis molem, illustri Iohanni primogenito nostro karissimo de regno Bohemie, quod nobis vacabat et imperio, providimus de regie plenitudine potestatis, peractis et consumatis honoribus congruis cum ipso et inclita Elizabet nata quondam W. regis Bohemie consorte sua nupciarum sollempniis, prout regie celsitudini competere videbatur, memoratum regem de consilio et bene-30 placito predictorum principum ac fidelium imperii per Germaniam et regnum Arlatense vicarium nostrum et imperii prefecimus generalem ipsumque cum decenti et laudabili comitiva principum, militum et fidelium nostrorum ac copiosa armatorum multitudine in terram Bohemie duximus transmittendum. (2) Quibus causis magnis et arduis procul dubio cum sic retenti simus aliquamdiu ultra tempus, quod aliis nostris litteris 35 vobis designavimus[1], hoc nostre morositati non imputet vestre discrecio puritatis. Nunc enim divina disposicione omnibus nostris negociis in bono statu collocatis, in itinere constituti sumus versus Lausannam, ubi montes transire disponimus directis progressibus potenter et feliciter processuri, nullius dilacionis medium expectando. (3) Unde fidelitatis vestre constanciam monemus et hortamur attente, quatinus collectis et convocatis

40 **443.** a) Thebbaldus *apogr.*

444. a) *lacuna or.*

1) *De Propositionibus legatorum supra nr. 376 cogitari licet; cf. nr. 379 cap. 18.*

amicis vestris, prout honori regio vestreque devocioni congruit, statim cum in Italia constituti fuerimus, nobis sollempniter occurrere studeatis, iocundum adventum nostrum vobis propicium pronis affectibus amplexantes in augmentum votivum vestri commodi et honoris.

Dat. Columbarie, Idus Septembr., regni nostri anno secundo[b]. 5

445—447. SCRIPTA PRO ARCHIEPISCOPO MOGUNTINO ET ABBATE FULDENSI.

1310. Sept. 16. 17.

445. *POTESTAS TRACTANDI ARCHIEPISCOPO MOGUNTINO ET COMITI DE HENNEBERG TRADITA. Sept. 16.* 10

Denuo descripsimus autographon tabularii generalis regni Bawariei 'Mainz Erzstift St. Alban' fasc. 10 asservatum. Sigilli foramina adsunt. In verso scriptum est: Q dn̄s . . Mog. et . . comes de Hennenberg tractare possent cum nobilibus et civitatibus Bo͞em. — *Böhmer, Reg. Heinr. 317.* *(P. deest.)*

Nos Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri 15 Romani imperii fidelium noticiam volumus pervenire, quod de puritate fidei, legalitatis, maturitatis ac discrecionis prestantia venerabilis Petri sancte Magunt(ine) sedis archiepiscopi principis et secretarii nostri karissimi ac spectabilis viri Berch(toldi) comitis de Hennemberg dilecti fidelis nostri inconcussam et singularem obtinentes fiduciam, damus et concedimus eisdem plenam generalem et liberam potestatem tractandi, con- 20 cordandi ac terminandi nostro nomine et pro nobis cum nobilibus, civitatibus et incolis regni Bohemie, ac omnia et singula faciendi, que facere possemus, si personaliter adessemus, etiamsi mandatum exigant speciale. Promittentes tenore presencium, nos ratum et gratum habere et inviolabiliter observare, quicquid per dictos . . archiepiscopum et . .[a] comitem tractatum, promissum, terminatum extiterit sive factum. In 25 cuius rei testimonium has litteras nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Dat. apud Columbariam, XVI. Kalend. Octobr., anno Domini M trecentesimo decimo, regni vero nostri anno secundo.

446. *LITTERAE INDEMNITATIS. Sept. 17.*

Autographon tabularii Marburgensis 'Fulda Kaiserurkunden' servatum denuo 30 descripsimus. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. Dorso inscriptum est manu saec. XV.: Recognicio d. imperatoris Heinrici abbati Heinrico anno MCCCX. nullius valoris. — *Böhmer, Reg. Heinr. 320.* *(P. deest.)*

Nos Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium noticiam volumus pervenire, quod ad refusionem dampnorum, 35 que venerabilem Heinricum abbatem Fuldensem principem et secretarium nostrum dilectum eo tempore, quo in illustris Iohannis regis Bohemie nostri primogeniti karissimi

444. b) Sept. — secundo *mutato stilo scripta or.*

445. a) *in linea post additum or.*

serviciis in Bohemia constituitur, incurrere continget, recognoscimus nos teneri et eundem ac suos servitores de eisdem indempnes promittimus conservare. Presencium testimonio litterarum nostre maiestatis sigilli robore signatarum.

Dat. apud Columbariam, XV. Kalen. Octobr., anno Domini MCCCX, regni vero 5 nostri anno secundo.

447. *CONSENSUS COMITIS PALATINI PRO ABBATE FULDENSI. Sept. 20.*

Cum litterae regis de hac donatione factae servatae non sint, proponimus comitis Palatini consensum, cuius solius cognitionem habemus. Autographon deperiisse videtur. Itaque repetimus editionem, quam paravit iam olim Schannat in 'Historiae Fuldensis 10 Codice Probationum' pag. 225 nr. 118, in minutiis correctam. (P. deest.)

Nos Rudolfus Dei gratia dux Saxonie, Westphalie et Angarie, comes in Bren et burggravius in Magdeburg tenore presentium recognoscimus publice profitendo, quod cum serenissimus dominus noster dominus Henricus Romanorum rex venerabili domino Henrico abbati Fuldensis ecclesie nostro consanguineo karissimo eiusque successoribus 15 ac ipsi ecclesie Fuldensi quinque millia librarum Hallensium in theolonio in Ludinstorf[1] percipienda et tollenda deputaverit et donaverit[2], nos donationi et deputationi huiusmodi nostrum prebentes assensum promittimus per presentes, quod si eundem dominum nostrum regem ab hac luce migrari contigerit ante completam perceptionem dictarum quinque millium librarum Hallensium, prefatum dominum Henricum eiusque successores 20 ac ipsam ecclesiam Fuldensem tam diu in dicto thelonco in Ludensdorf pro posse nostro fovebimus, manutenebimus et conservabimus, donec dictam pecuniam iuxta conventionem inter memoratos dominum Henricum regem Romanorum et dominum Henricum abbatem Fuldensem habitam perceperint universam. Dantes has litteras nostro sigillo munitas in testimonium premissorum.

25 Anno Domini MCCCX, XII. Kal. Octob.

---

448. SCRIPTUM PRO COMITE GELRIAE.

1310. Sept. 19.

Autographon tabularii secreti domus regiae Bawaricae denuo descripsit H. Herre. Pendet sigillum valde laesum loro membranaceo. In verso scriptum est: Concessio quod 30 comes Gelrensis possit per procuratorem respondere. *Edidit etiam Böhmer 'Acta imperii selecta' pag. 435 nr. 624 ex apographo saec. XVIII. Cf. iam supra nr. 430. — Böhmer, Reg. Heinr. 576 (Addit. I). (P. deest.)*

Nos Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum noticiam volumus pervenire, quod sereno vultu gravitatem corporis spectabilis viri 35 Reynaldi comitis Gelrye affinis et fidelis nostri karissimi affectuque benivolo considerantes ac volentes ipsum a fatigacionibus favorabiliter relevare, auctoritate presencium indulgemus eidem, quod super omnibus actionibus seu causis, que sibi mote sunt vel movebuntur inantea coram nobis seu iudice curie nostre, per procuratorem ydoneum de cetero valeat et debeat respondere. Omnes nichilominus actiones, que coram nobis 40 vel in iudicio curie nostre contra dictum comitem vel homines suos mote vel inchoate

1) *Cf. supra nr. 275.* 2) *Quae litterae servatae non sunt.*

sunt, eidem comiti remittimus per ipsum audiendas et finaliter terminandas. Decernentes exnunc irritum et inane, si quid contra premissa imposterum contingeret attemptari. Presencium testimonio litterarum.

Dat. in Columbaria, XIII. Kalen. Octobr., anno Domini millesimo trecentesimo decimo, regni vero nostri anno secundo. 5

449. PROVISIO CLERICO FACTA.

1310. Sept. 24.

Cum autographon deperditum esse videatur, repetimus editionem, quam iam olim nescio quo ex fonte paravit Würdtwein 'Subsidia diplomatica' XII, 108 nr. 15, hic illic correctam. Cf. infra ad a. 1311. Febr. 24. — Böhmer, Reg. Heinr. 326. 10

(P. deest.)

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus venerabili Baldewino[a] Treverorum archiepiscopo principi et[b] germano suo karissimo[c] gratiam suam et omne bonum.

Cum nostre maiestati nuper a sede apostolica fuerit et sit gratiose[d] indultum[1], 15 te executore nostro una cum quibusdam aliis[2] a sede apostolica super gratia nobis facta deputato, ut XV personis, quas duceremus tibi aut tuis executoribus nominandas, in quindecim ecclesiis metropolitanis, cathedralibus, collegiatis aut conventualibus in regno nostro Alemannie constitutis, singulis earum in singulis ecclesiis, quas duceremus tibi aut tuis executoribus aut alteri vestrum eligendas, [provideremus][e], notum esse volu- 20 mus universis, quod honestum virum magistrum Iohannem dictum Tremelcyt de Treviris phisicum unum de quindecim tibi nominamus [et][b] ecclesiam Wormatiensem pro eodem duximus eligendam, volentes quatinus de canonicatu et prebenda dicte ecclesie sibi competentibus temporibus debitis non differas providere. In cuius rei testimonium has litteras sigillo nostre maiestatis iussimus communiri. 25

Datum in Columbaria, VIII. Kal. Octobr., anno Domini MCCCX, regni vero nostri anno secundo.

450—453. SCRIPTA AD SERVITIUM MILITARE SPECTANTIA.

1310. Oct. 4.—17. 30

Cf. iam supra nr. 382—386 et infra nr. 462.

450. *PROMISSIO COMITIS DE HOHENBERG. Oct. 4.*

Denuo descripsimus autographon tabularii Stuttgardiensis, quo ex archivo civitatis Rottweil pervenit. Sigillum iam deest, loro membranaceo relicto. In cancellaria regis

449. a) Balduino *W.* b) *deest W.* c) etc. *add. W.* d) generose *W.* e) *deest W; sic fortasse* 35 *coniciendum.*

1) *A. 1310. Iul. 6. Cf. Regestum Clementis V. supra ad nr. 298 citatum sub nr. 5571.* 2) *Archiepiscopus Moguntinus et Heinricus cancellarius.*

scriptum est. Edidit iam olim Kopp 'Geschichtsblätter aus der Schweiz' I, 246 nr. 1. Cf. etiam infra ad a. 1311. Febr. 5. *(P. deest.)*

Nos Rudolfus comes de Hohemberg notum esse cupimus presencium inspectoribus universis, quod propter fidem ac devocionem qua tenemur imperio et quia serenissimus 5 dominus noster dominus Heinricus Romanorum rex quingentas marcas argenti nobis donavit, promisimus corporali prestito iuramento eidem domino nostro contra omnem hominem, exclusis illustribus principibus domino Friderico et fratribus suis ducibus Austrie, et specialiter contra nobilem virum Eberhardum comitem de Wirtemberg constanter et fideliter assistere toto posse, quam diu dictus comes predicti domini nostri 10 regis aut illustris domini Iohannis regis Bohemie gracie non fuerit reformatus. Nec cum ipso comite de Wirtemberg durante guerra presenti concordiam vel treugas observabimus sine requisicione et licentia domini nostri regis Romanorum vel regis Bohemie aut nobilis viri Cunradi de Winsberg vel eius, qui loco sui pro tempore fuerit advocatus. Sed contra dictum comitem, quando per advocatum predictum requisiti fuerimus, 15 cui in hac parte parere tenemur, et per nos, cum necesse fuerit, procedemus. Tenemur eciam sub eodem iuramento cives de Ruthelingen et de Rothwile, ubicumque oportunum eis fuerit, fideliter adiuvare. Et nichilominus eidem domino nostro regi assistere volumus et debemus ac servire, sicut prius sibi iuravimus, postquam inter eum aut filium suum antedictum ac comitem de Wirtemberg predictum concordia fuerit ordinata, 20 fraude et dolo penitus circumscriptis. In cuius rei testimonium presentes litteras nostro sigillo fecimus communiri.

Dat. apud Bern, IIII. Non. Octobr., anno Domini millesimo trecentesimo decimo.

451. *PROMISSIO EPISCOPI GEBENNENSIS. Oct. 12.*

Autographon inter reliquias archivi Heinrici VII. superest Pisis in tabulario 25 capituli maioris ecclesiae sub nr. 1352. Sigillum deest, foraminibus relictis. In cancellaria regis scriptum est manu Germana. Edidit Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 50 nr. 39. *(P. deest.)*

Nos Aymo Dei gratia Gebennen(sis) episcopus promisimus ac promittimus bona fide serenissimo domino nostro domino Heinrico Romanorum regi servire cum quatuor- 30 decim armatis in dextrariis per annum integrum ultra montes. Pro quo servicio nobis ad presens centum marcas argenti tradidit in parato. Et nichilominus quicquid per nobilem virum dominum Gui(donem) de Flandria vel reverendum patrem dominum Bald(ewinum) Trevirensem archiepiscopum et dominum Hug(onem) Delphini Fuscigniaci[a], si dictus dominus Guid(o) non adesset, ordinatum seu dictum fuerit, nobis addet 35 et expediet, postquam ultra montes pervenerimus infra mensem. Et nichilominus consuetum stipendium, videlicet cuilibet militi nostro in dextrario quatuor marcas argenti et cuilibet armigero tres marcas argenti singulis mensibus presentabit. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

Dat. in Gebenna, IIII. Idus Octobr.

40 452. *SCRIPTUM REGIS PRO FRATRIBUS THEUTONICIS. Oct. 12.*

Autographon tabularii Bernensis iam olim descripsit Jaffé b. m. (= Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 244 nr. 385). Pendet sigillum laesum loro membranaceo. — Böhmer, Reg. Heinr. 333. *(P. deest.)*

451. a) Fuscigeñ *male scriptum pro* Fuscigñ *or.*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Grata et fidelia servicia religiosorum virorum fratrum Theutonicorum devotorum nostrorum dilectorum, que nobis hactenus impenderunt et imperio et ad presens exhibent in Ytaliam laudabiliter et decenter, favorabiliter intuentes ac disponentes proinde 5 quibuslibet eorum indempnitatibus prospicere et profectibus salubriter providere, ut ipsorum erga nos concepta devocio forcius accendatur, inquisicionem factam ex commissione nostra[1] per nobilem virum Ottonem comitem de Strazberc [advocatum provincialem][a] et quicquid in eadem inquisicione de decima foreste in Kunitz inventum esse dinoscitur, ratum habemus et approbamus per presentes ac perpetuo volumus 10 inviolabiter ab omnibus observari, prout eadem inquisicio per dictum comitem facta fore dinoscitur nobis publicata et eius patentibus litteris super ea traditis roborata. Firmiter inhibentes, ne ulla deinceps persona dictis fratribus in Kunicz contra inquisicionis predicte tenorem impedimentum inferat vel gravamen, sicut indignacionem regiam voluerit evitare. In cuius rei testimonium presentes litteras nostre maiestatis 15 sigillo iussimus communiri.

Datum in Gebennis, IIII. Idus Octobris, anno Domini millesimo trecentesimo decimo, regni vero nostri anno secundo.

453. *SCRIPTUM REGIS PRO HUGONE DE FAUCIGNY.* *Oct. 17.*

Repetimus editionem nostram iam 'Neues Archiv' XXVII, 725 nr. 24 paratam, 20 *quae nititur autographo Taurini in tabulario regio 'Traités anciens Paquet 1 d'addition nr. 10' asservato. Sigillum desideratur, loris membranaceis relictis.* *(P. deest.)*

Nos Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum noticiam volumus pervenire, quod quia nobilis vir Hugo Delphini dominus Fusciniaci cum decem militibus et triginta armatis in dextrariis magnis in partibus Ytalie nobis per unum 25 annum integrum servire promisit, sibi pro stipendio unius mensis, qui incipiet a Dominica (Oct. 25. Nov. 1.) proxima per octo dies, quando debet eciam apud Egebel existere cum suis hominibus et armatis, centum et triginta marcas argenti persolvimus in parato sibique duo milia et quadringentas libras Gebennensium denariorum ab eo die, quo cum armatis predictis ad nos venerit, infra mensem tenemur et promisimus expedire. Et si quid pro 30 sue persone preparacione per nos ulterius faciendum fuerit, hoc arbitrio seu diffinicioni venerabilis Gerh(ardi) Basiliensis episcopi dilecti principis nostri et nobilium virorum Amedei comitis Sabaudie et Guidonis de Flandria duximus committendum. Sic eciam quod armatis, si quos ultra predictum numerum fortassis adducet, satisfacere promittimus secundum arbitrium episcopi et nobilium eorundem. Harum testimonio litterarum. 35

Dat. apud Montem Milianum, XVI. Kalen. Novembr., anno Domini millesimo trecentesimo decimo, regni vero nostri anno secundo.

---

452. a) *foramen in or.; recepit Iaffé ex copia posteriori eiusdem tabularii.*

1) *Cf. mandatum regis a. 1309. Aug. 26. factum, Reg. Heinr. 151 (Winkelmann l. c. II, 227 nr. 349).*

454. 455. PROMISSIO LAUSANNENSIS.

1310. Oct. 11. (Oct. ex.)

454. *PROMISSIO REGIS. Oct. 11.*

Autographon A *tabularii secreti Vaticani 'Arm. I c. VI nr. 1' servatum denuo contulit vir cl. Paulus Kehr. Pendet sigillum filis sericis nivei caeruleique coloris. In tergo scripta sunt:* Littera concessa per . . regem Romanorum super donacionibus et confirmacionibus [et terris][a] ecclesie et privilegiis. *Autographi mentio fit in Catalogi a. 1366. confecti supra ad nr. 114 citati codice Estensi fol. 36 (apud Muratori l. c. VI, col. 96 A) his verbis:* Littera concessa per Henricum regem Romanorum sigillo suo magno de cera sigillata, missa domino Clementi pape quinto, super privilegiis[b], donationibus et confirmationibus et terris ecclesie Romane datis et confirmatis et de novo per ipsum concessis et ratificatis. Datum anno MCCCX, V. Idus mens. Octobris.

Servatur etiam F *forma in cancellaria papali scripta et regi iterum transmissa*[1] *Taurini in tabulario regio 'Diplomi Imperiali Mazzo 4 nr. 10' signata, cui Bernardus de Mercato inscripsit:* Forma iuramenti prestiti per imperatorem apud Lausan(am), *item apographon eiusdem formae manu Bernardi exaratum ibidem 'Mazzo 4 nr. 11 fol. 20'. Textus praeter levissimas quasdam minutias omnino concordat cum* A. *Edidit Doenniges 'Acta Henrici VII.' II, 123 nr. 5. Cf. etiam Ficker 'Beiträge zur Urkundenlehre' II, 46.*

Instrumentum publicum de Promissione Lausannensi confectum, quod infra in cap. 6 commemoratur[2]*, deperiit. Sed in Catalogo a. 1366. fol. 35 (Murat. l. c. 95 A) duo exemplaria adhuc notantur, ubi haec:* Item due littere patentes eiusdem[3] tenoris sigillate quelibet duobus sigillis, continentes qualiter Iohannes de Molan. capellanus domini pape Clementis quinti et nuncius apostolicus in presentia episcopi Basiliensis et multorum aliorum recepit iuramentum a domino Henrico in regem Romanorum electo ante sui coronationem de conservandis et confirmandis privilegiis et terris etc. ecclesie Romane. Datum Lausan., anno Domini millesimo CCCX, V. Idus Septembris[c].

Promissionis textus omnino concordat cum Forma supra nr. 391. — Böhmer, Reg. Heinr. 332. *(P. 501.)*

Sanctissimo in Christo patri ac domino suo domino Clementi sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summo pontifici Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus cum reverencia debita devota pedum oscula beatorum.

(1) Ferventi desiderio cupientes sanctitatis vestre pedibus et apostolice sedi toto corde et animo zelum nostre reverencie, fidei et devocionis offerre, vestris sanctis monitis[d], exhortationibus et mandatis nos pro viribus coaptando, et honorem vestrum ac sancte Romane ecclesie et aliarum ecclesiarum iura diligere et pro posse protegere ac servare, attendentes propensius, quod nichil est quod lumine clariore prefulgeat quam recta fides in principe, nichilque est quod ita nequeat occasui subiacere quam vera religio, et quod ad Dei timorem servandum mandataque eius custodienda factus est omnis homo, sed precipue imperialis et regalis potestas, que a domino Deo est et ad eius ministerium exequendum, ad fidem et reverenciam sui nominis dilatandam in omnes regiones et regna, promittimus et obligamus nos cum omni efficacia Deo omni-

454. a) *uncis inclusa evanuerunt.* b) *supra lineam add. c.* c) *sic c.* d) tis *in loco raso or.*

1) *Cf. supra nr. 438 cap. 4 et pag. 383 not. 4.* 2) *Cf. etiam supra nr. 392 cap. 2.* 3) *Praecedit excerptum documenti supra nr. 392.*

potenti vobisque domino nostro Clementi summo pontifici vestrisque successoribus ac sacrosancte sedi apostolice et Romane ecclesie, que ecclesiarum omnium caput est et magistra, quod sacrosanctam catholicam et apostolicam ecclesiam fidemque catholicam fundatam supra fundamentum apostolorum et prophetarum, ipso silicet angulari lapide Christo Iesu, in quo omnis edificacio constructa crescit in templum sanctum in Domino, in cuius nomine omne genu flectitur celestium, terrestrium et infernorum[e], nec est nomen aliud sub celo, in quo salvari oporteat credentes, toto corde et animo, pura fide et sancta intentione conservabimus, reverebimur atque defendemus totis viribus et toto posse, ac omnem heresim et scisma extollentem se contra sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam exterminabimus pro viribus et omnes hereticos, cuiuscumque secte vel condictionis existant, facies quidem habentes diversas, sed caudas ad invicem colligatas, quibus vineam domini Dei Sabaoth perdere et vastare nituntur, omnesque fautores, adiutores, valitores et receptores[f] ac defensores eorum, et quod nullo tempore coniungemur, confederabimur parentela vel federe vel unione quacumque cum quocumque Sarraceno vel pagano vel scismatico rege vel principe, vel cum quocumque alio fidei catholice communionem non habente neque cum aliquo rebelle vel inimico ipsius Romane ecclesie vel eidem manifeste suspecto.

(2) Item promittimus et obligamus nos cum omni efficacia et effectu, quod personam vestram, statum et honorem et successorum vestrorum contra quemcumque seu quoscumque homines, cuiuscumque status, preeminencie vel dignitatis existant, conservabimus, defendemus et manutenebimus necnon omnia privilegia regum et principum et imperatorum Romanorum predecessorum nostrorum, cuiuscumque tenoris et continencie existant, quocumque tempore concessa sancte Romane ecclesie ac Romanis pontificibus et sedi apostolice et quibuscumque ecclesiis, prelatis et ministris ipsarum[g] conservabimus et manutenebimus, nec aliquo umquam tempore contraveniemus vel aliquem, quantum in nobis erit, venire permittemus quacumque occasione vel titulo allegato iuris vel facti. Immo ad perpetuam rei memoriam et sancte ecclesie securitatem atque cautelam ipsa privilegia omnia pro nobis et successoribus nostris ratificamus, confirmamus, recognoscimus, innovamus et de novo concedimus, prout melius et plenius possumus, ex certa sciencia cum omni efficacia et effectu. Volentes ac etiam decernentes, quod ista generalis ratificacio, confirmacio, recognicio, innovacio et de novo concessio perinde robur obtineant perpetue firmitatis, acsi omnia et singula privilegiorum verba singulariter et expresse ac de verbo ad verbum presentibus inserta fuissent. Specialiter[h] autem et expresse cum omni effectu et efficacia supradictis ratificamus, confirmamus, recognoscimus, innovamus et de novo concedimus omnia privilegia Constantini, Caroli, Henrici, Octonis quarti, Frederici secundi atque Radulphi regum et principum seu imperatorum Romanorum quocumque tempore concessa super quibuscumque, cuiuscumque continencie vel tenoris existant, sancte Romane ecclesie Romanisque pontificibus et apostolice sedi.

(3) Promittimus eciam et obligamus nos cum omni efficacia et effectu, omni iure et forma, quo melius et efficacius fieri potest, manutenere et conservare omnia privilegia, cuiuscumque tenoris vel condictionis existant, et nullo umquam tempore contravenire vel aliquem, quantum in nobis est, venire permittere quacumque occasione vel causa vel titulo allegato iuris vel facti, per quoscumque reges et principes seu imperatores Romanorum, et precipue per supradictos Constantinum, Carolum, Henricum, Octonem quartum et Fredericum secundum atque Rodulphum concessa sancte Romane ecclesie ac Romanis pontificibus et apostolice sedi super recognitione, innovatione,

454. e) et in *in loco raso or.* f) *sic or.* g) *in loco raso or.* h) *praecedit signum paragraphi post additum or.*

avoacione, concessione, quitacione, renunciatione et libera dimissione terrarum et provinciarum sancte Romane ecclesie ubicumque positarum, precipue marchie Anconitane cum omnibus civitatibus, terris, limittibus, terminis et confinibus integraliter et cum omnibus iuribus et iurisdictionibus eorumdem, exarcatus Ravenne et Pentapolis ac
5 Romaniole et Bertenorii comitatus cum civitate Bononie et cum omnibus civitatibus, terris, limittibus, terminis et confinibus integraliter et cum omnibus iuribus et iurisdictionibus eorumdem, vallis quoque que Spoletana dicitur sive ducatus cum civitatibus Perusii atque Castelli et cum omnibus civitatibus, terris, limittibus, terminis et confinibus integraliter et cum omnibus iuribus et iurisdictionibus eorumdem, Masse quoque
10 que Trabaria nuncupatur cum omnibus civitatibus, terris, limittibus, terminis et confinibus integraliter et cum omnibus iuribus et iurisdictionibus eorumdem, patrimonii eciam beati Petri in Tuscia cum civitatibus Tuderti, Narnie, Urbisveteris et Reate et cum omnibus civitatibus, terris, limittibus, terminis et confinibus integraliter et cum omnibus iuribus et iurisdictionibus eorumdem, comitatus quoque Sabine cum civitate I[n]teramp-
15 nensi[i] et cum arce Cesarum et terra que dicitur Arnulphorum cum omnibus civitatibus, terris, limittibus, terminis et confinibus integraliter et cum omnibus iuribus et iurisdictionibus eorumdem, comitatus quoque Campanie atque Maritime cum omnibus civitatibus, terris, limittibus, terminis et confinibus integraliter et cum omnibus iurisdictionibus et iuribus earumdem.

20 (4) Et ex habundanti de novo et ad maiorem cautelam supradictas omnes terras atque provincias cum omnibus iuribus, iurisdictionibus, terminis, limittibus et confinibus earumdem et ius ac posessionem et proprietatem ipsorum cum omni plenitudine recognoscimus iure plenissimo ad ius et proprietatem sancte Romane ecclesie spectare ac omnimode pertinere, ac ipsas omnes terras atque provincias de novo avoamus,
25 innovamus atque concedimus, quitamus libere et dimittimus, restituimus et renunciamus. Necnon ad omnem scrupulum removendum et ut pax, quies atque tranquillitas inter ecclesiam et imperium iugiter vigeat et futuris dante Domino temporibus feliciter augeatur et omnis contencionis et dissensionis cuiuslibet materia precludatur, prout melius et efficacius fieri et intelligi potest, concedimus ipsas, conferimus et donamus
30 de novo. Promittentes et obligantes nos, prout plenius et efficacius possumus, quod nullo unquam[k] tempore occupabimus vel occupari, quantum in nobis est, permittemus civitates, loca, castra, terras et provincias supradictas vel aliquam ipsarum vel earum partem, nec in ipsis vel aliqua ipsarum vel earum parte iurisdictionem aliquam per nos vel per alium geremus vel exercebimus, nec[l] iura aliqua, posessiones vel tenutas
35 habebimus vel possidebimus in eisdem terris vel provinciis vel aliqua ipsarum seu parte earum, nec officium aliquod geremus per nos vel per alium potestarie vel capitanie seu quocumque nomine censeatur in ipsis vel aliqua ipsarum vel earum parte. Et quod tanquam princeps catholicus, advocatus et defensor sancte Romane ecclesie iuvabimus ipsam sibique asistemus contra quoscumque occupantes, invadentes vel tur-
40 bantes provincias ipsas, civitates, loca, castra vel terras vel aliquam ipsarum seu earum partem, et quoscumque inobedientes seu rebelles ecclesie, precipue in provinciis, civitatibus, locis, castris et terris eisdem, in nullo fovebimus vel manutenebimus seu per quoscumque foveri vel manuteneri, quantum in nobis est, permittemus, sed contra ipsos asistemus auxiliis, consiliis et favoribus oportunis sancte Romane ecclesie ac Romanis
45 pontificibus et apostolice sedi, quousque rebelles et subditi ad plenam reverenciam et obedienciam reducantur.

(5) Promittimus quoque sanctam Romanam ecclesiam et ecclesias alias ac libertatem ecclesiasticam et bona, iura, prelatos et ministros ipsarum manutenere, conservare

454. i) Iterampnen̄ *or.* k) nunquam *or.* l) *in loco raso or.*

ac pro viribus defensare, vassallos quoque Romane ecclesie contra iusticiam non offendere, et quod devotos [et][m] fideles ecclesie, eciam [in][m] imperio constitutos benigne tractabimus et contra iusticiam non opprimemus neque per alium, quamtum in nobis est, opprimi permittemus, sed conservabimus in iuribus et iusticiis eorumdem.

(6) Predicta autem omnia et singula inviolabiliter observare et observari facere et nullo umquam tempore contravenire iuravimus ad sancta Dei ewangelia tacto libro in manibus discreti[n] viri Iohannis de Molans scolastici ecclesie Tulliensis vestri capellani nomine Romane ecclesie et sedis apostolice ac vestro et de vestro mandato specialiter recipientis[o]. De qua eciam receptione tam per nostras presentes quam per ipsius recipientis litteras seu instrumentum publicum plene constat. Et ad predictorum omnium perpetuam rei memoriam et sancte Romane ecclesie ac sedis apostolice et Romanorum pontificum securitatem atque cautelam presentes litteras regie maiestatis sigillo munitas fecimus communiri. Promittentes et obligantes nos cum omni efficacia et effectu, quod post imperialis dyadematis coronacionem susceptam predicta omnia ratificabimus, confirmabimus et recognoscemus et faciemus et servabimus atque iurabimus, et de supradictis omnibus infra octo dies nostras patentes dabimus litteras quadruplicatas harum seriem continentes, ad perpetuam rei memoriam et ad securitatem et cautelam vestram et successorum vestrorum et sancte Romane ecclesie et apostolice sedis imperialis maiestatis typario communitas.

Datum Lausanne, V. Idus Octobr., anno Domini millesimo trecentesimo decimo, regni vero secundo nostri anno.

455. *MEMORIALE PONTIFICIS REGI MISSUM.* *(Oct. ex.)*

Subiungere liceat hoc loco memoriale Clementis V. post Promissionem Lausannensem Heinrico VII. in Italiam proficiscenti transmissum, ut tam de iuramenti quam aliarum promissionum Lausannae factarum ratione ac indole animum regis pontifex placaret.

Documenti singularis autographon in cancellaria papali scriptum servatur inter archivi regis reliquias Pisis in tabulario capituli maioris ecclesiae, nr. 1356 signatum. Viros doctissimos Ficker atque Bonaini olim effugit; nos ipsi mandato regii Instituti historici Borussici, quod est Romae, archiva Pisana a. 1904. perscrutantes, casu felici deteximus. Membrana omnino excsa ac in margine dextra valde corrosa itaque lectu difficillima est. In verso manu Bernardi de Mercato scripta leguntur: Trascripta.

Nonnulla plus minusve certa coniecimus vel supplevimus, v. d. Henrico Otto, eorum omnium, quae inter Rudolfum regem et Gregorium X. acta sunt, peritissimo tunc Pisis commorante et nobiscum hic illic operam navante.

Ad litteras paparum et scripta Rudolfi regis in cap. 2—5 citata cf. iam supra nr. 438 cap. 3 ea, quae Clemens V. regi scripsit de registris et archivis ecclesiae Nicolao fratri non sine mandato pontificis ostensis. *(P. dcest.)*

(1) Ut grandis benivolentia et affectus omni mansuetudine plenus sanctissimi patris et clementissimi domini nostri summi pontificis erga serenissimum principem dominum Heinricum regem Romanorum illustrem clarius elucescat et ostruantur ora iniqua loquentium et informantium eundem regem minus vere, attendenda sunt ea, que per predecessores eiusdem domini nostri Romani pontificis circa [predecessores][a] eiusdem in reges Romanorum electos acta fuerunt.

(2) Et quidem attendendum est, quod facta electione de Rodulpho in regem Romanorum, que per dominum Gregorium papam X. fuerat totis viribus et con[siliis][a]

454. m) *deest or.* n) *abhic ut videtur alia manu scriptum or.* o) *usque hic F.*

455. a) *uncis inclusa exesa sunt or.*

procurata, [idem][b] Rodulphus solennes ambassiatores misit ad ipsum ad nuntiandum sibi suam electionem et petendum approbationem et denominationem regiam sibi impendi. Idem autem Gregorius non admi[sit] in p[ublica][b] ambasciata petitionem suam nec approbavit eum nec regem denominavit, sed scripsit sibi in hunc modum: 'Gre-
5 gorius episcopus etc. Rodulfo in regem Romanorum electo'. Et rescripsit sibi commendando devotionem et reverentiam circa oblationes, quas fecerat sedi apostolice et Romano pontifici, et bonum propositum, quod habebat ad negocium Terre Sancte, [hortando eum][b], quod constanter perseveret in eodem. Et hoc fecit in littera que incipit: 'Dilectus filius magister O. prepositus Sancti Guidonis Spirensis cancellarius
10 tuus et nuntius'[1]. Post aliquorum temporum transcursum [iterum] idem rex Romanorum de predictis summum pontificem requisivit nec adhuc obtinuit, quod voluit. Sed iterato rescripsit sibi 'Rodulfo in regem Romanorum electo', ut patet in littera sua que incipit: 'Grata nec immerito'[2]. Tertio requisivit idem Rodulfus eundem summum pontificem per solennes ambassiatores et demum causa cognita longa deliberatione
15 prehabita cum fratribus suis denominavit eum regem Romanorum et scripsit sibi 'Rodulfo regi Romanorum illustri', ut patet in littera que incipit: 'Solent ardua precipue perpensis digesta consiliis'[3]. [Et] super dicta denominatione scripsit prelatis et principibus regni Alamanie tantum[4]. Post multorum temporum transcursum petiit sibi prefigi terminum ad coronam recipiendam, cui dominus papa Gregorius plena delibera-
20 tione prehabita stabilivit terminum festi Omnium sanctorum proxime secuturi ad petendum coronationem, unctionem et consecrationem, et hoc [fecit] per litteras datas Lugduni XV. Kal. Martii, que incipiunt: 'Sacerdotium et imperium'[5]. Et super hoc scripsit super assistentia ei secundum morem antiquum impendenda prelatis et principibus Alamanie similiter[6]. Et subsequenter propter aliqua que supervenerunt idem
25 dominus Gregorius mutavit terminum prefixum ex certis causis, quas non exprimit, sine alia termini prefixione, et hoc fecit in littera que incipit: 'Ad statum imperii'[7]. Et dictam mutationem significavit principibus et prelatis Alamanie[8] asserens, quod non intendebat multum differre termini alterius prefixionem.

1275. Nov. 1.

(3) Medio autem tempore Otto Sancti Guidonis Spirensis prepositus cancellarius
30 et nuntius eiusdem regis et procurator, habens ad hoc legitimum et speciale mandatum, presentibus prelatis et principibus regni Alamanie in concilio constitutis et consentientibus, nomine ipsius regis recognovit omnia privilegia regum Romanorum concessa Romane ecclesie, cuiuscumque tenoris existerent, et omnes concessiones terrarum factas per ipsos Romane ecclesie, et innovavit atque concessit de novo et hec omnia iura-
35 mento in animam ipsius regis prestito corporaliter firmavit expresse[9]. Promittens quod idem rex primo ut rex Romanorum, secundo ut imperator post imperiale diadema susceptum predicta omnia innovaret, recognosceret et de novo concederet et proprio iuramento corporaliter per ipsum prestito confirmaret, ut continetur in littera que incipit: 'Nosti fili karissime'[10]. Et ibi expresse exprimit, quod intentionis sue et fratrum
40 suorum expresse existit et inter ipsum et fratres suos cardinales hoc actum erat, quod ante terminum adventus sui in Italiam predicta omnia corroboraret, faceret et firmaret. Post que omnia impleta prefixit secundum terminum ad festum purificationis beate Virginis proxime secuturum[11]. Sperabat etenim tunc temporis posse esse in Italia

1276. Febr. 2.

455. b) *uncis inclusa exesa sunt or.*

45 1) *1274. Ian. Supra tom. III, 26 nr. 25.* 2) *1274. Mart. 25. Ibidem pag. 33 nr. 35.* 3) *1274. Sept. 26. Ibidem pag. 55 nr. 66.* 4) *Cf. Reg. imp. VI, 223 et Theiner 'Codex diplomaticus dominii temporalis s. sedis' I, 187 nr. 333.* 5) *1275. Febr. 15. Supra tom. III, 64 nr. 77.* 6) *Ibidem pag. 66 nr. 78.* 7) *Forma regi transmissa servata non est.* 8) *1275. Sept. 13. Supra tom. III, 595 nr. 622.* 9) *1275. Iun. 6. Ibidem pag. 42 nr. 49.* 10) *1275. Febr. 15. Ibidem pag. 68 nr. 79.*
50 11) *Scriptum pontificis tale servatum non est. Sed cf. responsum Rudolfi, Reg. imp. VI, 340.*

nec patiebatur vel expedire videbat ingressum eiusdem regis in Italiam, quousque Romanus pontifex dominus Gregorius ibi esset.

(4) Inter hec mortuus est Gregorius, successit Innocentius[c] et statim scripsit sibi, quod non intraret in Italiam, set mitteret solennes nuntios pacem amantes, habentes potestatem ad firmandum paces et federa, alioquin periculosum reputabat suum in Italiam adventum, ut patet in littera eiusdem Innocentii que incipit: 'Novit excellentia regia'[1]. Mortuo Innocentio successit Iohannes, qui per omnia eadem eidem regi scripsit, addens quod nullam gentem in Italiam mitteret et si forsitan esset in precintu itineris, revocaret eandem, ut patet in littera eiusdem Iohannis que incipit: 'Habet, fili karissime, veritatis notorie certitudo'[2]. Et quia post concessionem factam et recognitionem et renovationem supradictas nuntii sui, qui iverant in Italiam, intromiserant se de civitate Bononie et Romaniola tamquam de subditis imperii, arguitur per unam litteram multum dure, quomodo sui nuntii se intromiserant de hoc contra privilegium Ottonis quarti et Frederici concedentium expresse et recognoscentium, exarchatum Ravennat(em) et Pentapolim cum comitatu Romaniole, Brettonorii et civitate Bononie ad ius et proprietatem Romane ecclesie pertinere, sicut idem Otto et Fredericus suis bullis aureis et idem Rodulphus suo sigillo cereo regie celsitudinis typario communito recognoverunt expresse, promittentes et obligantes se assistere ecclesie et quod omnia, que de terris ecclesie ad eorum manus pervenirent, libere ecclesie resignarent, ut predicta patent per litteram eiusdem Innocentii[d] que incipit: 'Habet fili karissime'[3]. Et idem rex Rodulphus excusavit se humiliter et rescripsit, quod hoc actum fuerit ex errore. Et mandavit Riccardo[e] cancellario suo et fratri Berengario magistro domus Hospitalis sancti Iohannis per Alamaniam nuntiis suis, quod se de illis terris nullatenus intromitterent, et rescripsit, quod quicquid nuntii egerant, actum fuerat per errorem nec ratum habuerat vel habebat[4].

(5) Post ista omnia mortuus est Iohannes et totum collegium cardinalium nemine discordante scripsit sibi, quod quia adventus suus periculosus erat in Italia nisi prehabitis salubribus tractatibus ad pacem Italie conservandam, non veniret in Italiam nec gentem aliquam mitteret et si forsitan gens esset in precintu itineris, revocaret eandem, ut patet in littera que incipit: 'Quamquam de vacatione sancte Romane ecclesie'[5].

(6) Post ista creatus est dominus Nicolaus tertius et idem per omnia mandavit sibi expresse repetens, quod actum fuerat per Innocentium, Iohannem et collegium supradictos.

(7) Hec sunt illa, que per predecessores domini nostri summi pontificis circa predecessores domini Romanorum regis acta et gesta fuerant. Dominus autem noster [de] benignitate et clementia su[a in] primorum nuntiorum domini regis Romanorum adventu denominavit eum regem Romanorum et approbavit et denuntiavit et declaravit ac decrevit eum habilem et sufficientem ad imperialis diadematis coronationem et unctionem et consecrationem de eius manibus sacris recipiendas et prefixit terminum ad predicta. Et licet terminus prefixus multum distet, equanimiter tamen tolerat progressum suum in Italiam et assistit et favet eidem verbo et litteris[6] et modis omnibus quibus potest, non sine gravi displicentia multorum. Ex quibus omnibus paterna benivolentia et benigna affectio eiusdem domini nostri summi pontificis ad predictum regem Romanorum et negotia sua manifestissime et clarissime patet[f].

455. c) *ab* nocentius *mutato stilo or.* d) *sic pro* Iohannis *or.* e) *sic pro* Rodulfo *or., littera initiali* R *male suppleta, ut coniecerim.* f) *lineae pars reliqua vacua relicta or.*

1) *1276. Mart. 9. Supra tom. III, 97 nr. 107.* 2) *1276. Nov. 16. Sed hic citanda potius erat epistola quae incipit:* Quante sollicitudinis studio, *ibidem pag. 113 nr. 120.* 3) *1276. Nov. 16. Ibidem pag. 112 nr. 119.* 4) *Hae litterae regis servatae non sunt.* 5) *1277. Iul. 27. Supra tom. III, 145 nr. 151.* 6) *Cf. supra nr. 435—441.*

(8) C Ea autem que dominus rex Romanorum predictus per su[a]s litteras nuper transmisit [1], nil novi omnino continent [2], si diligentius attendantur. Nam recognitionem privilegiorum atque terrarum et innovationem et concessionem necnon promissionem assistentie Romanis pontificibus et Romane ac aliis ecclesiis circa eorum iura conser-5 vanda, defensionem fidei et extirpationem heresum et assistentiam contra rebelles et coniunctionem et unionem vitandam cum rebellibus ecclesie et inimicis et manifeste suspectis fecit secutus vestigia predecessorum suorum, qui hec omnia fecerunt et solenniter promiserunt. Et quia aliqui reputant grave seu novum, non attendentes rei veritatem, quod rex Romanorum iuret et obligetur assistere contra rebelles ecclesie, 10 attendendum, quod ipse ad hoc tenetur ipso iure tanquam advocatus et defensor ecclesie, sicut legitur in canone. Numquid ecclesia advocato et defensore carebit? Item certissimum est et hoc habet [f] veritatis notorie certitudo, quod propter defectum assistentie ecclesie et quia imperator Grecorum requisitus, quod assisteret ecclesie contra Desiderium regem Longobardorum, et hoc recusavit, Stephanus papa 15 in persona Caroli Magni imperium de Grecis transtulit in Germanos [g].

Patet igitur, quod non est novum, sed omnino usitatum et debitum, in hoc nominaliter insita obligatione ipso iure imperio et regno Romanorum.

(9) Quod etiam aliqui volunt dicere, quod durum sit, quod obligaverit se iuramento devotos ecclesie etiam in imperio constitutos contra iustitiam non opprimere, quia per 20 hoc etiam, si unum de ducibus vel comitibus Alamanie contra iustitiam opprimeret, incideret in iuramentum, cum illi sint devoti ecclesie, respondetur, quod istud dictum est omni malignitate et malitia plenum. Nam etiam sine iuramento rex Romanorum et quilibet rex tenetur suis subditis iustitiam exhibere. Nam cum rex iustus sederit super sedem, non adversabitur sibi quicquam malignum. Et si quis rex contra iustitiam 25 opprimeret aliquem etiam sine alio iuramento, nonne peccaret [h] in ipsum? Certe sic. Et ratione peccati cognitio esset [h] Romani pontificis et Romane ecclesie. Certe sic, ut patet ex canone. Et sic evidenter apparet iniquitas et malitia contrarium asserentis.

(10) Patet igitur, quod quicquid per litteram dominus rex Romanorum concessit et recognovit, sanctum est, iustum est, equum est et usitatum est. Et ex hoc tolluntur 30 omnes scintille et materie cuiuslibet dissensionis et discordie inter Romanam ecclesiam et imperium. Item illud, quod premissum est de devotis ecclesie in imperio constitutis contra iustitiam non opprimendis, factum est ex magna benivolentia et sollicitudine domini nostri pro utilitate domini regis Romanorum et pro securitate prestanda devotis ecclesie Lombardie et Tuscie, qui ex adventu regis Romanorum perterriti de ipso 35 diffidebant et ex tali diffidentia ad rebellionem et inobedientiam contra ipsum se parabant. Et cum tota ista promissione seu littera et omnibus aliis litteris, quas dominus noster mittit et cum omnibus ammonitionibus et exhortationibus verbalibus omni affectione plenis vix potest assecurare eosdem [3].

(11) Patet igitur, quo zelo moventur qui talia proponunt [i] et quod nituntur indirecte 40 ponere ipsos in [i] diffidentia et in periculum grave domini regis Romanorum predicti. Et idcirco talium verbis malignis et insidiis non debet regia celsitudo, quia nec sibi expedit, aures quomodolibet adhibere.

455. f) et hoc habet *non omnino certa.* g) *sequitur rasura 15 verborum or.* h) peccaret — esset *in fine lineae non omnino certa.* i) proponunt — ipsos in *in fine lineae non omnino certa.*

45 1) *De Promissione Lausannensi hic agi, nobis persuasum est.* 2) *Cf. iam supra nr. 438 cap. 3.* 3) *Cf. ibidem cap. 5 et nr. 441 cap. 2. 3.*

456. LITTERAE PISANIS DIRECTAE.

(1310. Oct.)

Autographon omnino coaevum manu cancellariae Germana scriptum superest inter reliquias archivi Heinrici VII. Pisis in tabulario Roncioniano nr. 678. Edidit Bonaini 'Acta Henrici VII' I, 55 nr. 43. Nos ipsi denuo accuratius contulimus. 5

Mensi Octobri ineunti vel exeunti litteras vindicandae sunt. Pisanorum enim legati secundum Villanium lib. 9 cap. 7 Lausannae, secundum Ferretum Vicentinum (Muratori 'Scriptores' IX, 1057) et Guillelmum Venturam cap. 58 (Mon. hist. patr. V, 776) Segusii[1] *regem adierunt.* *(P. deest.)*

Heinricus etc. prudentibus viris capitaneo, potestati, ancyanis, comuni et . . populo 10 Pisan., suis et imperii fidelibus dilectis, gratiam suam et omne bonum.

Certis iam dudum experimentis et multorum fidedignorum relatione cognovimus, quod absque vacillatione qualibet hactenus imperio nostrisque predecessoribus puritate fidei devotionisque perseverancia laudabiliter adhesistis. Novissime quoque diebus istis propositis honestorum virorum Iohannis Zeno militis de domo Lanfrancorum et Iohannis 15 Roconte iurisperiti, nunciorum vestrorum ad regales conspectus transmissorum, quos libenter vidimus, gratanter recepimus et diligenter audivimus planius et plenius integritatem devotionis et affectus plenitudinem, quibus erga nos et imperium inantea perseverare nitimini[a] documentis existimus certioribus informati. Qui videlicet nuncii inter alia, que coram nobis legaliter et discrete proponebant, subiectionem devotionis necnon 20 integritatem fidei[b] vestre precipue coram nobis vestro nomine legaliter offerebant, de quibus constanciam vestram ex affectu plenissimo conmendamus. Disponentes tanto amplius et specialius tribulationibus et pressuris, quas sustinuistis et sustinetis, sicut per eosdem nuncios intelleximus, de quo dolemus, remediis talibus succurrere, que ad honorem nostrum et imperii ac utilitatem vestram cedent, vestrisque commodis provi- 25 dere, quo plenius hoc meruit et obtinuit non immerito fides vestra, prout expressius et clarius per eosdem nuncios vestre providencie patefiet. Unde non differatis nobis finale responsum transmittere super hiis, que per ipsos nuncios ex parte nostra vobis fuerint patefacta[2].

---

457. 458. LITTERAE EPISCOPO ARGENTINENSI MISSAE. 30

(1310. inter Oct. 24.—29.)

457. *SCRIPTUM REGIS.*

Denuo contulimus cod. Vindobon. lat. 410 (Iur. Can. 60) fol. 11' nr. 79. Edidit iam olim Chmel 'Die Handschriften der K. K. Hofbibliothek in Wien' II, 337 nr. 32. — 35 Böhmer, Reg. Heinr. 336. *(P. deest.)*

456. a) nitimini perseverare *c., signo transponendi adiecto.* b) *super* devotionis *deleto or.*

1) *Die 23. m. Oct. rex Montem Cenisium transgressus, a die 24. per sex dies Segusii moram fecit.*
2) *De pecunia transmittenda hic agi, ex eis, quae Villanius l. c. refert, coniecerim.*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex venerabili etc.

Regie constat celsitudini, quod tu fidei cooperante constancia super prosperitate nostri status iocundaris. In augmentum igitur tui gaudii tibi nunciamus, quod nos tempore confectionis presencium plena viguimus corporis sospitate, quod de tuo statu 5 scire frequencius affectamus, quodque die Veneris ultimo preterita montes transivimus Oct. 23. ylariter Deo duce. Recommittentes tibi nostra negocia, ut ea tibi sint tuisque[a] promocionibus tali sollicitudine dedita, ut ex hiis merito gratie regie serenitatis[b] augmentum consequi merearis.

458. *SCRIPTUM REGINAE.*

10 *Eodem tempore emissum servatur ibidem fol. 11' nr. 80. Contulimus nos. Edidit Chmel l. c. II, 337 nr. 33. Cf. Böhmer, Reg. Heinr. 336.* *(P. deest.)*

Margareta Dei gratia Romanorum regina venerabili patri Iohanni episcopo Arg(entinensi) amico suo karissimo gratie et favoris plenitudinem cum salute.

De sinceritatis vestre fide et favore presumimus indubitanter, quod super hylari-15 tate status serenissimi domini nostri sicut et nostri congratulemini. Super quo vestri gaudii scribimus in augmentum, quod idem noster dominus et nos tempore date presencium plena viguimus corporis sospitate, quod de vobis audire frequencius affectamus, quodque die Veneris montes transivimus Deo duce. Rogantes vos actencius, Oct. 23. quatinus negocia predicti domini nostri vobis et vestris taliter sint promocionibus inten-20 cius recommissa, sicut de vobis specialiter gerimus fidam fidem.

Datum.

---

459. 460.
IURAMENTUM FIDELITATIS VALENTIAE.
1310. Oct. 30.—Dec. 28.

25 ### 459. *SYNDICATUS COMMUNIS. Oct. 30.*

Autographon, quod inter archivi Heinrici VII. reliquias Pisis servatur in tabulario Roncioniano nr. 642, edidit Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 53 nr. 41; cuius editionem hic repetimus. In dorso scriptum est: Procuratio de Valentia. *(P. deest.)*

(S. N.) Anno nativitatis Domini millesimo tricentesimo decimo, inditione octava, 30 die Veneris secundo exeuntis Octubris, in palatio comunis Valentie. In pleno et generali consilio dicti comunis in simul collecto ad sonum campane, voce preconis et more solito, de mandato domini Iohannis de Porta Laudensi potestatis Valencie, ipse dominus Iohannes potestas et ipsum consilium universum de consensu potestatis predicti et ipsum consilium et consiliarii universi de consensu potestatis predicti nomine et a parte 35 comunis Valentie fecerunt, constituerunt et ordinaverunt Milanum Draconam ibi presentem suum et dicti comunis syndicum, auctorem, procuratorem et quicquid de iure melius esse potest, specialiter ad comparendum et se presentandum coram conspectu serenissimi domini Henrici Dei gracia Romanorum regis et ad audiendum, recipiendum

457. a) tuis quoque c. b) sinceritatis c.

et parendum eius mandatis nomine prefato. Concedendo eidem suo sindico et procuratori generale, liberum et speciale mandatum et liberam et generalem administrationem omnium negociorum suorum in predictis et circa predicta. Promictentes michi notario infrascripto, recipienti et stipulanti nomine et vice omnium personarum, quarum interest vel intererit, quicquid per ipsum syndicum vel procuratorem factum fuerit seu gestum 5 gratum, ratum et firmum habere et tenere omni tempore et non contrafacere vel venire sub obligatione bonorum dicti comunis. Et inde dicti potestas et consiliarii hanc cartam fieri preceperunt. Interfuere Michael Bonbellus, Henricus Aribaldus et Anselmus Dina testes inde rogati.

(S. N.) Ego Facinus de Fragia sacri palatii notarius interfui et hanc cartam 10 michi iussam fieri tradidi et subscripsi.

(S. N.) Ego Ysembardus Magnanus notarius sacri palacii hanc cartam iussu iamscripti[a] Facini scripsi.

460. *RECEPTIO IURAMENTI PER SYNDICOS ET PER COMMUNE PRAESTITI. Nov. 3. Dec. 28.* 15

Autographon eiusdem tabularii nr. 646 denuo contulimus. In verso legitur: Valentie. *Edidit Bonaini l. c. I, 56 nr. 45.* *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Nov. 3. Anno nativitatis eiusdem millesimo CCC decimo, indictione octava, tertia die mensis Novembris, regni serenissimi principis et domini domini Henrici Dei gratia 20 Romanorum regis semper augusti anno secundo. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat presentibus et futuris, quod in presentia mei notarii et testium subscriptorum propter hoc specialiter vocatorum et rogatorum discretus vir Milanus Dracona syndicus et procurator domini Iohannis potestatis Valentie necnon consiliariorum ac comunis et hominum Valentie, prout patet per publicum instrumentum scriptum 25 manu Ysembardi Magnani notarii sacri palatii sub predictis anno, inditione, die Veneris Oct. 30. secundo exeuntis Octobris, syndicario et procuratorio nomine predictorum, recognovit dictum dominum regem ibidem presentem esse et esse debere verum, naturalem et legitimum dominum suum sine medio, ipsumque dominum regem et non alium habere in dicta terra Valentie, territorio et toto districtu cum omnibus pertinentiis suis merum 30 et mixtum imperium et omnimodam iurisdictionem. Et infrascriptum iuramentum prestitit dicto domino regi in modum, qui sequitur:

'Ego Milanus syndicus predictus syndicario et procuratorio nomine quibus supra iuro ad hec sancta Dei ewangelia in animam meam et in animas omnium predictorum, quorum sum syndicus et procurator, quod ab [hac][a] hora inantea usque ad 35 ultimum diem vite nostre erimus fideles domino nostro Henrico Dei gratia Romanorum regi semper augusto hic presenti et imperio contra omnem hominem. Et quod numquam scienter erimus in consilio vel facto, quod idem dominus rex amittat vitam vel menbrum aut recipiat in personam vel res aliquam lesionem, iniuriam vel[b] contumeliam aut amittat aliquem honorem, quem nunc habet vel inantea possidebit. 40 Et si sciverimus de aliquo, quod velit aliquod istorum contra ipsum regem facere, ut non fiat, pro posse nostro impedimentum prestabimus. Et si impedimentum prestare nequiverimus, quam cito poterimus eidem domino regi intimabimus et contra eum, prout poterimus, ipsi domino regi nostrum prestabimus auxilium. Et si contigerit ipsum dominum regem rem aliquam, quam habet in presenti vel habebit in futurum, 45 quocumque casu amittere, eam recuperare [iuvabimus et][c] recuperatam omni tempore

459. a) istius *ed.*

460. a) *deest or.* b) *in nova linea bis scriptum or.* c) *foramen or.*

retinere. Et si sciverimus ipsum dominum regem velle aliquem vel aliquos offendere et inde specialiter vel [generaliter fuerimus][d] requisiti, eidem domino regi secundum posse nostrum prestabimus consilium et auxilium. Et si aliquid in secreto nobis dixerit aut manifestaverit idem dominus rex, illud sine sui licentia nemini pandemus 5 vel faciemus, quod pandatur. Et si consilium idem dominus rex a nobis petierit vel postulaverit, illud consilium dabimus eidem domino regi, quod nobis magis et melius videbitur expedire eidem. Et iuro nomine quo supra, quod nunquam in personis nostris aliquid scienter faciemus, quod in ipsius domini regis iniuriam vel gravamen possit redundare. Sic[e] me et ipsos iuvent Deus[f] et hec sancta Dei ewangelia cor-10 poraliter tacta. Ac omnia alia et singula, que in forma fidelitatis nova et veteri[1] continentur.'

Quibus omnibus sic rite conpletis in signum perfecte fidelitatis osculatus est dictus syndicus pedes dicti domini regis, ac ipse dominus rex dictam fidelitatem ac alia superius gesta gratiose acceptavit. Et mandavit michi Iohanni notario infrascripto, 15 ut de premissis facerem publicum instrumentum.

Acta sunt hec anno, die, mense et indictione predictis, in Thurino in quadam camera, ubi dictus dominus rex habitabat, presentibus reverendis in Christo patribus dominis Balduyno archiepiscopo Treverensi, Gerardo episcopo Basiliensi, magistris Henrico de Geldonia et Palmerio de Altavitis iurisperitis et aliis pluribus testibus ad 20 premissa vocatis et rogatis.

Post predictorum omnium complementum, anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, indictione nona, vicesima octava die mensis Decembris, in civitate Mediolani *Dec. 28.* in domo comunis civitatis predicte, strenui viri domini Obertus Bombellis, Manfredus de Bastis, Andreas de Ribaldis, Brutazius Stancus, ambaxiatores comunis et populi de 25 Valentia, dictas recognitionem, fidelitatem et alia superius gesta per dictum Milanum syndicum ibidem tunc presentem laudaverunt, ratificaverunt et approbaverunt et ex habundanti dederunt dicto domino regi terram Valentie [et][g] districtum cum omnibus pertinentiis suis, et suprascriptum iuramentum fidelitatis prestiterunt dicto domino regi, ut dictus Milanus, humiliter et devote. Et mandavit michi Iohanni dictus dominus 30 rex, ut exinde facerem publicum instrumentum.

Acta sunt hec anno, die, mense, loco, indictione predictis, presentibus reverendis patribus dominis Balduyno archiepiscopo Treverensi, Castono[h] episcopo Parmensi, Andrea de Garret legum doctore de Ast, magistro Henrico de Geldonia et aliis pluribus testibus ad premissa vocatis et rogatis.

35 (S. N.) Et ego Iohannes de Dyst dictus de Cruce clericus Leodiensis dyocesis, publicus imperiali auctoritate notarius premissis omnibus et singulis una cum supradictis testibus presens interfui et hanc cartam in publicam formam redegi meoque signo signavi rogatus.

460. d) *foramen or.* e) *corr. ex* se *or.* f) *in loco raso or.* g) *deest or.* h) *sic pro* 40 Papiniano *or.*

1) *V. Consuetudines feudorum, Vulgat. Lib. II, tit. 6 et 7 (ed. Karolus Lehmann 1896, pag. 120 sq.)*

461. PROCURATORIUM COMITIS VALENTINI.

1310. Oct. 30.

Repetimus editionem nostram 'Neues Archiv' XXX, 440 nr. 1 paratam, quae nititur autographo tabularii Gratianopolitani 'B 3564' asservato. Cf. ea quae notavimus l. c. pag. 439, itemque infra ad a. 1311. Ian. 15. (P. deest.) 5

Noverint universi et singuli hoc presens publicum instrumentum inspecturi, quod anno Domini millesimo trescentesimo decimo, videlicet die Veneris ante festum Omnium Sanctorum, vir spectabilis dominus Aymarus de Pictavia comes Valent(inensis) fecit et constituit suos certos et indubitatos procuratores generales et etiam speciales [et] quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis vel non occupantis deterior, set 10 quod per unum inceptum fuerit, per alium valeat explicari, dominum Aymarum de Pictavia filium suum primogenitum et dominos Guichardum de Clariaco dominum de Ruppedecluey, Guillelmum de Turnon. dominum Contagnyeti milites presentes et procurationis officium in se recipientes, ad supplicandum sacratissimo principi domino Henrico Dei gratia digno Romanorum regi semper augusto et ad impetrandum litteras, privi- 15 legia et rescripta et ad contradicendum litteris, privilegiis et rescriptis quibuscumque. Dans et concedens dictis suis procuratoribus et cuilibet eorum insolidum plenam, generalem, liberam et omnimodam potestatem conveniendi et reconveniendi, agendi et deffendendi, littem contestandi, de calumpnia et in animam suam iurandi et quodlibet aliud sacramentum prestandi, componendi, transigendi, sentencias petendi et audiendi, 20 procuratorem seu procuratores substituendi et demum omnia faciendi et excercendi, que causarum merita postulant et requirunt et quecumque nunc[a] [ipse fac]ere[b] posset in predictis et pertinentibus ad predicta, si personaliter interesset. Ratum et firmum perpetuo habiturus, quicquid per dictos procuratores suos vel alterum eorum seu substituendos ab eis vel eorum altero in predictis et pertinentibus ad predicta actum, 25 dictum fuerit sive gestum. Promittens sollempniter et sub ypotheca rerum suarum michi subscripto notario nomine quorum interest vel interesse poterit stipulanti, iudicatum solvi cum omnibus suis clausulis pro predictis suis procuratoribus et quolibet eorum et substituendis ab eis. Constituens se pro eis michi notario ut supra stipulanti pro iudicato solvi cum suis clausulis omnibus fideiussorem et principalem in solidum 30 debitorem et etiam pagatorem cum debitis renunciationibus et cautelis. Promisit etiam, quod tempore ferende sentencie, si opus fuerit, in iudicio intererit. Et hec omnia omnibus quorum interest vel interesse poterit docuit et manifesta fieri voluit per hoc presens publicum instrumentum.

Acta fuerunt hec Stelle dyoc. Valent. in fortalicio dicti loci. Testibus presenti- 35 bus ad hec vocatis et rogatis domino Guillelmo Glacerii iurisperito, R(aymu)ndo de Plyano notario, Iohanne Bernaudi de Ponzino, Guillelmo de Rocha dicto Branchas domicellis et me Rostagno Angeli notario auctoritate imperiali publico, qui predictis presens interfui et rogatus et requisitus per dictum dominum comitem hoc instrumentum publicum scripsi et signo meo consueto signavi. (S. N.) 40

461. a) *fere illegibile or.* b) *foramen or.*

462. RECEPTIO PHILIPPI DE SABAUDIA.

1310. Nov. 3.

Superest nonnisi promissio Philippi de Sabaudia, cuius autographon manu Bernardi de Mercato exaratum servatur Pisis in tabulario Roncioniano nr. 647. Sigillum 5 *desideratur. Denuo contulimus nos. Edidit Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 56 nr. 44.*
Cf. receptiones summarum in Rationum thesaurarii Achaiae (Conti Tes. Ac.) rotulo IV notatas, quas publicavit Gabotto 'Asti e la politica Sabauda in Italia' (Pinerolo 903) pag. 276 not. 1 et 4: De IIII[xx] libr. gross. Tur. receptis apud Ast *(inter Nov. 12.— Dec. 12.)* a cancellario domini imperatoris, in quibus sibi *(scil. Philippo)* tenebatur 10 idem dominus imperator pro suo adiutorio, *itemque:* De IIII[M] flor. auri receptis apud Novariam *(circa Dec. 20.)* pro acquictamento sibi facto per imperatorem.
(P. deest.)

Nos Philipus de Sabaudia princeps Achaye notum facimus presentium inspectoribus universis, quod fide prestita promissimus corporali interposito iuramento serenissimo 15 domino nostro domino Henrico Romanorum regi servire cum centum armatis in dextrariis magnis bene expeditis, per unum annum integrum, a data presencium numerandum, prout oportunum sibi fuerit, fideliter et constanter. In cuius rei testimonium presentes litteras conscribi et sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Datum in civitate Taurini, III. die mensis Novembr., anno Domini MCCCX.

20

463. 464. IURAMENTUM FIDELITATIS CASALIS MONFERRATI.

1310. (ante Nov. 9.) Nov. 14.—Dec. 12.

463. *LITTERAE REGI TRANSMISSAE. (ante Nov. 9.)*

Servantur in codice bibliothecae Stuttgardiensis Hist. nr. 247 (olim Peutingeriano) 25 *fol. 152, quem denuo contulimus. Edidit Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 765 nr. 1099. Immediate post regis citra montes adventum scriptae sunt, cum procuratores iam Nov. 9. missi sint; cf. nr. 464 et etiam nr. 465.* *(P. deest.)*

Excellentissimo principum singulari domino suo domino Heinrico Dei gratia invictissimo Romanorum regi semper augusto suus fidelissimus Donacius de Mortario 30 iudex et vicarius, consules militum, populi consilium et tocius universitatis communitas[a] Casalis sancti Evaxii devotissimam reverenciam et humiliter se ipsos ad pedes.

Imperialis celsitudinis litteras reflorentes devotissime suscepit nostra devocio et ipsa iocundissima series nobis et animis nostris leticiam intulit vehementem. Ad quarum continenciam vestre sublimitati reverentissime duximus rescribendum, mani- 35 festis coniecturarum indiciis congnoscentes, quod sicut unigenitus Dei filius pro salute humani generis, ut ipsum de laqueo dyabolice servitutis eriperet, ad yma mundi

463. a) comitas *c.*

descendit, sic veneranda imperialis maiestas divini nominis gracia misericorditer predotata in totius christianitatis remedio et salute ad partes Ytalicas ad quietandum christianum populum, qui per discordias hominum totus[b] dilaniatus cadebat, ut resurgeret divina virtute preambula, potentissimo brachio condescendit. Nos etiam et tota nostra universitas, mares[c] et femine, parvi et magni, affectuosis affectibus imperialem prestolamur potestatem, illam honorare desiderabili desiderio cupientes et obsecundare totaliter iuxta nostre possibilitatis continenciam imperialis culmen et gloriam maiestatis. Vivat igitur dominus[d] noster[e], totius mundi singulare lumen et speculum, et omnium imperii[f] fidelium tela[g] regendo salubriter vivat, vivat.

464. *RECEPTIO IURAMENTI PER SYNDICOS ET PER COMMUNE PRAESTITI. Nov. 14. Dec. 12.*

Autographon, quod exstat Pisis in tabulario Roncioniano nr. 648, edidit Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 58 nr. 46. Cuius editionem hic repetimus. (P. deest.)

In nomine Domini amen.

Nov. 14. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo, inditione octava, quarta die decima mensis Novenbris, regni serenissimi principis ac domini domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti anno secundo. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat presentibus et futuris, quod in presentia mei notarii infrascripti et testium subscriptorum propter hoc specialiter vocatorum et rogatorum, discreti viri Iacobus Calcaneus iudex et Iacobus Monachus, syndici et procuratores nobilis viri Bonifatii potestatis de Casali necnon comunis, populi et totius universitatis de terra Casali, prout patet per instrumentum publicum[1] scriptum manu Iacobi Darni notarii comunis Casalis, sub annis Domini millesimo trecentesimo decimo, inditione Nov. 9. octava, die Lune nona mensis Novenbris, syndicario et procuratorio nomine dictorum potestatis, comunis, populi et totius universitatis de Casali et pro ipsis, recongnoverunt dictum dominum Romanorum ibidem presentem esse et esse debere verum, naturalem et legitimum dominum suum sine medio ipsumque dominum regem et non alium habere et habere debere in personis et rebus eorundem necnon in dicta terra Casalis et toto districtu cum omnibus pertinentiis suis merum et mixtum imperium et omnimodam iurisdictionem. Ac infrascriptum iuramentum prestiterunt dicto domino regi in modum, qui sequitur:

'Nos Iacobus et Iacobus syndici et procuratores predicti syndicario et procuratorio nomine quibus supra iuramus in animam nostram et in animas dictorum potestatis, comunis, populi et totius universitatis Casalis, quod ab hac hora inantea usque ad ultimum diem vite nostre nos et ipsi erimus fideles domino nostro Henrico Dei gratia Romanorum regi semper augusto hic presenti et imperio contra omnem hominem. Et quod numquam scienter erimus in consilio vel facto, quod idem dominus rex amittat vitam vel menbrum aut recipiat in personam vel res aliquam lesionem, iniuriam vel contumeliam aut amittat aliquem honorem, quem nunc habet vel inantea possidebit. Et si sciverimus de aliquo, quod velit aliquod istorum contra ipsum regem facere, ut non fiat, pro posse nostro impedimentum prestabimus. Et si impedimentum prestare nequiverimus, quam cito poterimus eidem domino regi intimabimus et contra eum, prout poterimus, ipsi domino regi nostrum prestabimus auxilium. Et si contigerit ipsum dominum regem rem aliquam, quam habet in presenti vel habebit in futurum, quocumque casu amittere, eam recuperare iuvabi-

463. b) totius c. c) *corr. ex* pares c. d) *corr. ex* dcūs c. e) *corr. ex* nr̄i c. f) *ultima* i *corr. ex* ū c. g) *sequitur* mūdi c.

1) *Nec Pisis nec Taurini servatum est.*

mus et recuperatam omni tempore retinere. Et si sciverimus ipsum dominum regem velle aliquem vel aliquos offendere et inde specialiter vel generaliter fuerimus requisiti, eidem domino regi secundum posse nostrum prestabimus consilium et auxilium. Et si aliquid in secreto nobis dixerit aut manifestaverit idem dominus 5 rex, illud sine sui licentia nemini pandemus vel faciemus, quod pandatur. Et si consilium idem dominus rex a nobis petierit vel postulaverit, illud consilium dabimus, quod nobis videbitur eidem domino regi magis et melius expedire. Et quod nunquam in personis nostris aliquod faciemus, quod in ipsius domini regis iniuriam vel contumeliam possit redundare. Et omnia alia et singula, que in forma fidelitatis nova et 10 veteri[1] continentur. Sic nos Deus iuvet et hec sancta Dei evangelia corporaliter tacta.'

Quibus omnibus sic rite completis osculati sunt dicti syndici in signum perfecte fidelitatis pedes dicti domini regis humiliter et devote, idemque dominus rex dictam fidelitatem et alia superius gesta gratiose acceptavit. Et mandavit michi Iohanni notario publico infrascripto, ut de hiis facerem publicum instrumentum.

15 Acta sunt hec anno, die quartadecima, inditione, mense predictis, in civitate Astensi in quadam camera, in qua habitabat dictus dominus rex, presentibus reverendis in Christo patribus dominis Balduyno archiepiscopo Treverensi, Gerardo episcopo Basiliensi, domino Thitardo comite Caccenellenboghe, Andrea Garret de Ast, magistro Henrico de Geldonia iurisperito et aliis pluribus testibus ad premissa vocatis et rogatis.

20 Post predictorum vero omnium complementum, anno Domini millesimo trecentesimo decimo, inditione octava, die duodecima mensis Decembris, maiestate dicti domini regis cum proceribus, baronibus et aliis pluribus nobilibus in domo Iohannis de Casiello ante ecclesiam sancti Vasi in Casali existente, universitateque hominum, comunis et populi de dicta terra in platea ibidem congregata voce preconia campaneque 25 sonitu, prout moris [est][a], dicta universitas, [comune et][a] populus de Casali omnia et singula per suos syndicos superius gesta laudaverunt, approbaverunt et ratificaverunt. Et ex habundanti recongnoverunt ipsum dominum regem esse suum dominum sine medio et non alium, et ipsum habere in personis et rebus eorum et dicta terra de Casalis cum omnibus pertinentiis suis merum et mixtum imperium et omnimodam 30 iurisdictionem. Et sacramentum fidelitatis de novo prestiterunt dicto domino regi, prout sui syndici superius fecerunt. Et mandaverunt dictus dominus rex et ipsi exinde fieri publica instrumenta per me Iohannem predictum et Bernardum de Ianna[2] notarios infrascriptos. *(Dec. 12.)*

Quibus omnibus sic rite completis, dicta universitas, comune et populus de Casali 35 interrogati fuerunt, utrum sic placeret, ex parte domini regis. Qui unanimiter viva voce clamabant: 'fiat, fiat, sic volumus et iterato omnia superius gesta confirmamus et laudamus.'

Acta sunt hec anno, die, mense, inditione et loco predictis, presentibus reverendis in Christo patribus dominis Balduyno archiepiscopo Treverensi, Gerardo episcopo 40 Basiliensi predictis, dominis Guidone de Flandria, duce Lupoldo Austrie, Aymone Gibenensi episcopo, Papiniano episcopo Parmensi, domino Walramo fratre dicti domini regis et aliis pluribus testibus ad premissa vocatis et rogatis.

(S. N.) Et ego Iohannes de Dyst dictus de Cruce clericus Leodiensis dyocesis publicus imperiali auctoritate notarius, premissis recongnitionibus, fidelitatibus, iuramentis 45 ac omnibus aliis superius gestis una cum dictis testibus presens interfui et hanc cartam in publicam formam redegi meoque signo consueto signavi rogatus.

464. a) *foramen or.*

1) *V. Consuetudines feudorum loco pag. 405 not. 1 citato.* 2) *Bernardi subscriptio in hoc instrumento ab Iohanne confecto exarata non est.*

465. RESPONSIO DUCIS VENETORUM.

1310. Nov. 9.

Scriptum familiaris regis de futuro adventu citra montes missum non servatur. Tamen hic proponere liceat responsionem ducis Venetorum ex C Librorum Commemorialium[1] tom. I fol. 154'; denuo nos ipsi contulimus. Editionum, quas paraverant tam Mone 'Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins' XII, 204, quam Böhmer 'Acta imperii selecta' pag. 712 nr. 1014 ad eundem codicem bibliothecae Marcianae ex Libris Commemorialibus exscriptum, varias lectiones utpote nullius momenti vel male lectas adnotare supersedimus. *(P. 509.)*

Henrico de Ralvenicho ambaxatori et familiario[2] serenisimi domini Romanorum imperatoris.

Gratanter recepimus amicicie vestre litteras, per quas inter cetera denotastis adventum domini imperatoris futuro die XXIII. Octubris ad terram Secuss(ii), propter quod nos ortati fuistis, quod paremus mittere obviam tanto domino honorabilem ambaxatam. Que missio vestra plurimum nobis grata extitit[a] et vobis inde multas gratiarum referimus actiones, denotantes vobis, quod nos elegimus ambaxatores nostros venturos ad eu[n]dem dominum imperatorem, qui sunt de nobilioribus et honorabilibus civibus terre nostre, qui se parant et in brevi venient ad dominum antedictum[3].

Dat. die non. Novembris, VIIII. indictionis.

466. 467. LEGATIO AD PONTIFICEM.

(1310. Nov. in.) 1310. Dec. 9.

Ex actis huius legationis, de qua refert Nicolaus Botrontinensis[4], supersunt nonnisi Propositiones regis Heinrici. Quas hic proponere liceat, adiectis litteris papae postea de hac legatione et aliis rebus Philippo regi Franciae missis.

465. a) extit *C.*

1) *Cf. 'Predelli' loco ad nr. 361 citato 1, 105 nr. 455.* 2) *V. iam supra nr. 306 et 361 sqq.* 3) *Cf. deliberationem consilii maioris die 5. Nov. factam, quam e codice 'Presbyter' tabularii regii Venetiani descripsit L. A. Ferrai loco supra pag. 330 not. 1 citato pag. 704 not. 2:* Quod eligantur quatuor ambaxatores ad dominum regem Alemannie, qui habeant libras CC pro salario suo [pro] quolibet. Item quod dicti ambaxatores habeant sex domicellos pro quolibet et sommerios et aliam familiam, sicut videbitur domino, consiliariis et capitibus de quadraginta. *Cf. etiam Simonsfeld 'Der Fondaco dei Tedeschi in Venedig' I, 12 nr. 33.* 4) *ed. Heyck pag. 1:* In Taurino venit rex Romanorum mense Octobris. Tunc cum eo pauci erant. Illuc venerunt Romani ad eum, qui in ambassiata veniebant ad vestram sanctitatem. Ibi omnes qui in ambassiata erant ab eo honores receperunt et munera et aliqui eorum consilium suum iuraverunt. Non credo, prout ego recordor per verba eorum, que primo protulerunt, quod intentionis populi Romani fuerit eos mittere ad petendum, quod sanctitas vestra alicui vel aliquibus committeret coronationem sui, sed quod vos personaliter veniretis. Quia tamen in sua ambassiata habebant unam generalem propositionem, quod quidquid esset utile pro eorum ambassiata, facerent, si viderent, quod sanctitas vestra se excusaret, quod venire non possetis propter plures rationes, quas possetis allegare, ipsi de consilio decani Treverensis *(cf. infra pag. 417 lin. 23)* et meo vellent petere, quod alii vel aliis sanctitas vestra coronationem committeret et nos nomine dicti regis

466. *PROPOSITIONES HEINRICI REGIS.* *(Nov. in.)*

Excerptum tantum[1] *in cancellaria papali confectum* (ap) *et regi Franciae cum litteris infra nr. 467 transmissum servatur in tabulario Parisino 'Carton J. 612 nr. 52'. Quod a nobis inventum iam edidimus 'Neues Archiv' XXIX, 612 nr. 3. Editionem*
5 *nostram hic repetimus; sed cf. ea quae l. c. notata sunt.* *(P. decst.)*

. . Hec sunt[a] motiva, que movere debent[b] dominum papam ad committendum inunctionem, consecrationem et coronationem . . imperatoris futuri[c, 2] aliquibus card(inalibus).

§ Primo.

Quia predictus dominus papa fecit fundamentum dicti domini imperatoris futuri,
10 approbando eum, sicut etiam de iure tenebatur, pronunciando ipsum fore dignum imperio et propter hoc esse inungendum, consecrandum et coronandum, deinde mandando per litteras papales omnibus fidelibus regni Romanorum[d], quod ei obediant, concedendo etiam ei legatum de latere, qui eum comitetur, et[e] gratiam et favorem, sicut est fieri consuetum[3]. Unde cum fecerit fundamentum, naturaliter debet appettere,
15 ut honorem ipsius ducat dictus dominus papa ad effectum. Ex quo non potest ad presens coronare in Urbe, hec faciat per alium fieri, quod cum nichil reputetur actum, quam diu aliquid superest ad agendum.

§ Secundo.

Quia dictus dominus rex promovendus in imperatorem habens cogitare circa
20 coronationem suam, non potest ita adducere ad rem publicam imperii exercendam[f], sicuti si esset coronatus. Propter quod utilitas rei publice huiusmodi[g] impeditur, quia pluribus intentus etc.

§ Tercio.

Quia si expectaretur, quod dominus papa pro predictis veniret ad Urbem, et
25 posito quod esset certum quod veniret, hoc non potest fieri ante biennium. Unde si oporteret dictum dominum regem morari interim in Italia, infinita negotia exoriri in diversis provinciis et maxime in Alemann(ia), ubi consueverunt esse rebelles et ubi baronie et etiam comitatus, ducatus et regna tota die confiscantur. Propter que oportet dictum regem ibi proficisci, quod nisi faceret, predicta admitteret. Et si recederet de
30 Italia, delusus esset, confusus et verecundus, nisi esset antea coronatus.

§ Quarto.

Quia quamquam homines intelligentes sciant, quod ex quo dictus rex legitime electus et per dictum papam approbatus habere debeat administrationem in imperio, acsi esset coronatus, tamen quidam querentes nocere et zizaniam seminare suggerunt
35 simplicibus, quod non est ei obediendum, donec fuerit coronatus. Ex qua malitia possent rebelliones plures in dampnum rei publice imperii exoriri.

§ Quinto.

Quia multi barones ex modis, formis et conditionibus in feudis ipsorum et alii ex vigore privilegiorum et consuetudine tenentur ad multa usagia et prestationes

40 **466.** a) Hec sunt *deleta, quorum loco scripta:* In quodam rotulo. b) *deletum, loco cuius scriptum:* debuerunt. c) *deletum, loco cuius scriptum:* Henrrici. d) regni Romanorum *in loco raso ap.* e) *supra lineam ap.* f) publicam — exercendam *in loco raso ap.* g) *in loco raso ap.*

hoc idem peteremus. Ista fuerunt in Taurino ordinata. *Item pag. 3:* Ego autem illo die recessi de Ast cum magno cappellano vestro cum litteris quas scitis, quo die dominus cardinalis de Peregrue
45 intravit. *Rex Taurinum die 30. m. Octobr., civitatem Astensem die 12. m. Novembris (Gest. Bald.:* in crastino beati Martini, *Gest. Trev. II, 212) ingressus est.*

1) *Cf. infra pag. 414 lin. 31 sq.:* quam plures de predictis rationibus. 2) *Quae prius scripta erant, in textu retinuimus; cf. ea quae notavimus 'Neues Archiv' XXIX, 612 not. 2.* 3) *Supra nr. 435. 436. 437.*

facienda . . imperatori post eius coronationem et non ante. Que omnia in magnum preiudicium ipsius redundarent, si eius coronatio differretur.

§ Sexto.

Quia barones, qui tenentur sequi dictum regem ad coronationem, non comitantur vel miserunt stipendiarios cum eorum expensis, qui non sequerentur dictum dominum regem, si diu coronam expectaret. Qui dicunt, quod non tenentur eum sequi[h] vel cum eo morari, nisi continuando consuetas[i] dietas ad Urbem, et si forte gratis vellent morari, tam diu defficerent in expensis et sic necessario haberent recedere. Et per consequens idem dominus rex confusus recederet vel solus cum vituperio in Italia remaneret.

§ Septimo.

Quia gerit et gessit ultra omnia humana corde passagium ultramarinum, super quo nichil potest ordinare, donec fuerit coronatus. Unde expedit pro recuperatione Terre Sancte, quod cito coronetur.

§ Item quod propter dictas necessitates vitandas et utilitates amplectandas debeat fieri dicta commissio, nullus sane mentis dubitat. Nam cum rex Sicilie, videlicet Carolus avus istius regis Roberti, vellet coronari in Urbe et dominus papa non posset ibi comode venire, coronationem ipsius commisit propter necessitates regni Sicilie aliis faciendam, et per alium quam per papam fuit coronatus[1]. Unde multo fortius et idem debet fieri in nostro casu, cum maior sit in isto ratio[k] quam in illo propter maiores necessitates, que imminent imperio et regno Romanorum, quam essent ille, et quia ipse plus distat longe quam dominus Clemens, qui non distabat tunc nisi per duas vel tres dietas ab Urbe[2].

§ Item quia quamquam dicatur, quod dominus papa imperatorem inungit, consecrat et coronat, intelligitur per alium, quia numquam per se facit, ymo per aliquos[l] episcopos cardinales, cum ipse inunctionem et consecrationem committat eis semper, antequam coronam imponat per se. Unde fortiori ratione potest et debet in casu nostro totam coronationem alii delegare, cum casus unctionis et consecrationis[m] sit spiritualis, coronatio vero temporalis.

§ Item quia ardue cause, que non possunt regulariter, si absens sit, sumi, magistratus illas potest et debet alii committere. Ergo in nostro casu hoc est faciendum.

§ Item ex ista commissione vestre sanctitatis honor in aliquo non minuitur, set augetur. Tanto etenim maior quis esse videtur, quando aliquid non tantum per se, set etiam per alium valet adimplere. Plus etenim videretur servitutis existere quam honoris habere, imperatorem per vos tantummodo coronare.

§ Item tanto vestro honori amplius accrescere videtur, quod non tantum coram vestre beatitudinis presentia imperator[n] ad coronam suscipiendam humiliter se presentat, set coram illis, quibus coronationem huiusmodi committetis.

§ Item quia notatur per doctores, quod papa consecrationem sive inunctionem, quam dicit capitulum, quod debet facere de imperatore, commisit Ostiensi . . episcopo.

§ Item cum metropolitanus non potest consecrare episcopum[o], committit.

§ Item cum imperator inter ceteros honores, quos pre[p] aliis regibus habeat, sit coronam recipere de manu pape, iste dominus rex noster postponens[q] honorem suum paci Italie atque urbis Romane et utilitati rei publice, necessitate compulsus, in qua necessitate fuit immissus per assignationem termini et prorogationem concilii, coronam non erubescit modo recipere[r] summi pontificis a legato.

466. h) tenentur cum se *in loco raso ap.* i) *in loco raso ap.* k) cum — ratio *in loco raso ap.* l) per aliquos *supra lineam add. ap.* m) unct. et cons. *in loco raso ap.* n) se *sequitur ap.* o) non — episcopum *in loco raso ap.* p) *in loco raso ap.* q) ponens *in loco raso ap.* r) a *sequitur ap.*

1) *A. 1266. Ian. 6.* 2) *Commorabatur Perusii.*

§ Quod autem ista commissio fieri possit, patet per exemplum sacre scripture tertio libro Regum capitulo XIX, ubi legitur, quod dominus mandavit Elye, quod inungeret Geu in regem super Israel et Azael regem super Siriam. Ubi dicit glosa, illos duos reges et nec ipse per se nec discipulus eius Eliseus unexit, set quidam 5 prophetarum missus est, ut ungeret Geu. Quod factum est, sicut patet IIII. Regum nono capitulo.

§ Item per coronationem predicti domini quietabitur non solum status Italie et Urbis per illos dominos cardinales, quos mittetis, cum auxilio dicti domini regis, si esset necesse, set etiam rebelles ecclesie compescentur ad vestrum mandatum et 10 vestrorum officialium, et qui non plene nostris officialibus obediunt in vestris provinciis, per ipsius imperatoris coronati potentiam ad obedientiam reducentur.

467. *LITTERAE PONTIFICIS REGI FRANCIAE MISSAE.* *Dec. 9.*

Repetimus editionem nostram l. c. XXIX, 609 nr. 2 paratam, quae nititur autographo eiusdem tabularii 'Carton J. 704 nr. 179'. Bulla desideratur. In verso scriptum est: 15 Carissimo in Christo filio Philippo regi Francorum illustri. *(P. deest.)*

Clemens episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio Philippo regi Franc(orum) illustri salutem et apostolicam benedictionem.

(1) Audivit iam, sicut firmiter credimus, tua serenitas, qualiter olim presentato nobis electionis decreto de carissimo in Christo filio nostro Henrico rege Romanorum 20 illustri per venerabiles fratres nostros . . archiepiscopos et dilectos filios nobiles viros regni Alemann(ie) principes in electione Roman(orum) regis vocem habentes unanimiter et concorditer celebrate, auditaque supplicatione humili sollempnium nuntiorum tam ipsius regis tunc electi quam eligentium predictorum, electionem ipsam suadente iustitia non multum celeriter, sicut nobis aliqui veritatem negotii nescientes, prout audivimus, 25 ascribere dicuntur, set cum matura et longa deliberatione magnaque mora temporis interiecta[1] de fratrum nostrorum consilio et consensu, nullo penitus discordante nulloque apparente contradictore publice vel occulte, duximus approbandam, declarando iuxta sedis apostolice morem antiquum, ipsum inter cetera fore habilem ad imperialis celsitudinis dignitatem et sibi esse unctionem, consecrationem et Romani coronam imperii 30 concedendas, et ad unctionem consecrationem et Romani coronam imperii concedendas, et ad unctionem, consecrationem et coronationem huiusmodi recipiendas in basilica principis apostolorum de Urbe certum terminum prefigendo[2].

(2) Nuper autem sollempnes cenatus et populi Romani ambaxatores et nuntii tam prelati quam alii ad nostram presentiam venientes penes nos importune pluries 35 institerunt, multas rationes efficaces ad hoc obtinendum coram nobis et nostris fratribus allegando, quod nos omnibus aliis pretermissis ad nostram sedem pecculiarem, ad urbem videlicet veniremus Romanam. Quibus ambaxatoribus diligenti deliberatione habita cum fratribus nostris duximus respondendum, quod propter concilium generale, quod dante Deo tenere in proximo mense Octobr(is) debemus, *1311. Oct.* 40 et propter alia etiam ardua negotia, que citra montes habebamus necessario expedire, non poteramus circa premissa impresentiarum petitionem huiusmodi exaudire. (3) Novissime vero tam rex ipse per suos nuntios speciales quam ambaxatores predicti[3] nobis secrete absque nostris fratribus humiliter et cum instantia supplicarunt, intendentes nichilominus id idem nobis in concistorio publico supplicare, ut nos pro 45 ipsius regis honore et comodo ac pro statu pacifico in ipsius regis honore et comodo ac pro statu pacifico in ipsius Urbis et Lombardie Tuscieque partibus ac terris pecculiaribus ecclesie, que guerris multiplicibus affliguntur, refformando, ad quod asserunt

1) *V. iam supra ad nr. 302.* 2) *Supra nr. 293—302.* 3) *Cf. pag. 410 not. 4.*

regem ipsum intentis studiis hanelare et iam circa hoc bene proficere, quasi esset a Deo angelus destinatus, necnon et pro multis aliis utilibus causis et necessariis utilitatibus in rationibus coram nobis per ambaxatores ipsos expositis explicatis, eidem regi per aliquos ex fratribus nostris, cum per nos ipsos hoc fieri statuto non posse tempore bene videant, sicut asserunt et est verum, et dilationem tam dicto regi quam Urbi et toti provinciarum Lombardie ac Tuscie populo terrisque predictis ecclesie periculosam dicant notorie ac dampnosam, unctionem, consecrationem et coronationem predictas celebrandas ad tardius in proximo festo Penth(ecostes)[a] concedere dignaremur.

1311. Mai. 30.

(4) Verum quia quidam ex consiliariis tuis et nuntiis nunc apud sedem apostolicam constitutis nobis secrete dixerunt, aliquos dicere, quod nos repente processeramus in negotio dicti regis et quod sinceritas tua, quam scimus honorem nostrum et Romane ecclesie puro corde diligere, affectabat, quod nos in hiis et aliis essemus avisi quodque faceremus id, quod expedire utilitati ipsius sedis apostolice videremus, dilectus filius . . abbas monasterii Sancti Medardi Suessionen(sis) a regia serenitate ad nostram presentiam destinatus nobis secrete non ex parte tua, set ex se ipso et ex parte dilecti filii nobilis viri Ingerranni cambellani tui exposuit, quod sibi et dicto Ingerranno utile videbatur, quod coronationem dicti regis differremus saltim usque ad terminum supradictum propter aliqua bona, que inter te et ipsum utilia tibi et ei ac nobis et Romane ecclesie forsitan interim facilius firmarentur, licet tu ipsius regis coronationem impedire aliquatenus non intendas[1]. (5) Nos vero consideratis supplicatione et rationibus antedictis, priusquam super illis in concistorio cum dictis nostris fratribus deliberationem aliquam habuerimus, contenta in petitione et rationibus memoratis cum certis ex eisdem fratribus, quos honoris tui novimus fervidos zelatores, examinanda decrevimus, et licet non videamus nos et ipsi, quod sine offensione iustitie et gravi scandalo tam ipsius regis quam Romani populi et multorum etiam aliorum petitionem possimus respuere antedictam, deliberato tamen plenius consilio, prout ipsius negotii qualitas exiget, cum cetu cardinalium, nos super hiis facere intendimus, quod crediderimus Deo gratum et honori ac utilitati ecclesie Romane bonoque statui Urbis et orbis suadente iustitia viderimus expedire. (6) Premissa tamen, licet nondum precise deliberaverimus quid agendum, tue magnificentie voluimus intimare. Et ecce quod, ut ipsius facti possis habere notitiam pleniorem, quam plures de predictis rationibus tue celsitudini mittimus presentibus interclusas[2], volentes ut tua teneat pro certo serenitas, quod te regnumque tuum toto corde diligimus et gerimus in visceribus caritatis quodque inter te dictumque regem ac regnum tuum et suum pacem, concordiam et amorem conservare et firmare pro viribus conabimur et conamur idque speramus divina favente clementia nos facturos. Nec te latere volumus, quod nullo modo possumus cogitare, quin si ista supplicatio respueretur, preter alia pericula, que exinde possent merito formidari, quin[b] rex ipse violenter presumeret et constanter teneret, per te fuisse hoc penes nos procuratum, ex quo posset pacis, amoris et concordie vinculum, quod inter te ac dictum regem nitimur pro viribus comfovere[b], disrumpi et quod absit inter te et eum magnum scandalum suscitari. Et nichilominus dubitaremus ex denegatione huiusmodi verecundiam magnam pati, si absque colore iuris et iustitie, quem ad presens aliquatenus non videmus, petitionem prefatam, que iustitie videtur inniti, contingeret nos negare.

(7) Sane de matrimonio contrahendo inter dilectum filium nobilem virum . . primogenitum carissimi in Christo filii nostri . . regis Sicilie illustris et . . filiam ipsius regis Romanorum nobis predicti nuntii tui fuerunt in secreto loquti. Super quo, prout eis

467. a) ad — Penth. *in loco raso or.* b) *sic or.*

1) *Cf. infra ad a. 1310. Dec. 24.* 2) *Supra nr. 466.*

plenius respondimus, tuam volumus serenitatem tenere, quod nos matrimonium illud tractare non incepimus nec tractavimus, licet nuntii utriusque regis predictorum coram nobis tractatum aliquem non est diu habuerunt super illo. Infecto tamen negotio et tractatu minime concordato, dictorum regum nuntii a nostra presentia discesserunt et 5 ad suos dominos redierunt. Postmodum vero nobis intimarunt, quod ipsi inter se condixerant, quod in aliquo loco prope regem Romanorum, si de voluntate utriusque regis procederet, in octabis preteriti festi Omnium sanctorum pro tractatu dicti matrimonii convenirent. Set an convenerint vel aliquid super matrimonio huiusmodi fecerint, penitus ignoramus. Et de regno in dotem dando, de quo nuntii tui nobis mentionem 10 fecerunt, et de multis aliis petitis a parte utraque nichil fuit concordatum et specialiter de dicto regno credimus, quod penitus nichil fiet.

Nov. 8.

Dat. Avinion., V. Id. Decembr., pontificatus nostri anno sexto.

468—476.
REFORMATIO CIVITATIS ASTENSIS.
15 1310. Nov. 15.—Dec. 8.

Documenta et acta ad reformationem civitatis Astensis spectantia omnia hic coniunctim proponere liceat. Quae praeter scripta confirmationis privilegiorum nr. 469 et 476 servantur vel Pisis inter archivi Heinrici VII. reliquias, vel Taurini in tabulario regio in 'Libro imbreviaturarum' Bernardi de Mercato, quem a. 1310. m. Novembr. 20 coeperat, 'Diplomi Imperiali Mazzo 3 nr. 4' signato. Quem publici iuris fecit Doenniges[1] *'Acta Henrici VII.' I, 3—44. Cf. ea quae narrat Guillelmus Ventura cap. 58 (Mon. hist. patr. V, 776).*

468. *IURAMENTUM FIDELITATIS ASTENSIUM. Nov. 15.*

Supersunt duo instrumenta publica de praestatione iuramenti[2] *confecta, inter se 25 concordantia, in tabulario Roncioniano:* A *scriptum a Iohanne de Dyst, nr. 651 signatum,*

1) *Nomen imposuit 'Liber Consiliarius s. Manuscripti 1 pars 1'. Cf. l. c. I, 1 et Praefationem pag. XI.* 2) *In eodem tabulario sub nr. 644 et 649 servantur syndicatus tam extrinsecorum (dat. a. 1310. Iul. 17.— Nov. 13) quam intrinsecorum (dat. a. 1310. Nov. 15) civitatis Astensis, quos edidit Bonaini l. c. I, 50 nr. 40 et 61 nr. 48. Nos hic in adnotatione excerptum tantum ad editionem 30 illam paratum proponimus. Ex documento nr. 644 valde corroso:* ad comparendum ad presentiam serenissimi principis domini Henrici Romanorum regis, ad recognoscendum dictum dominum regem suum esse dominum sine medio, precipuum et specialem et civitatis Astensis, castrorum, territorii et tocius districtus eiusdem, et eum habere in dicta civitate, territorio et districtu, personis et rebus eorum merum et mixtum imperium et omnimodam iurisditionem, necnon ad promitendum 35 et iurandum eidem domino regi obedire, quam diu vixerit, suis monitis et mandatis et suorum vicariorum et suum statum conservare et honorem suum et imperii, et firmiter tenere ordinationem, quam dominus rex duxerit ordinandam pro sua libera voluntate super statu et reformatione dicte civitatis, castrorum, territorii et ipsius districtus. Item dederunt . . . . . . potestatem dictis sindicis compromittendi in predictum dominum regem super omnibus suis controversiis, querellis, questionibus 40 et discordiis, quas [habere poterant] tam universi quam singulares usque ad diem odiernum contra civitatem Astensem aut aliquas personas aliquarum parhentelarum aut . . . . civitatis, territorii et districtus, et ad promitendum et iurandum in animam eorundem et eorum singulorum tenere et inviolabiliter [observare sub pena] librarum puri auri centum tociens conmittenda, quociens contra premissa vel aliquod premissorum per eos vel aliquem eorum contra factum fuerit, ... 45 camere dicti domini regis. Et pro premissis omnibus tenendis et adimplendis dederunt eis potestatem obligandi eos et eorum singulares . . . . et totum districtum et omnia bona sua presentia et

quod edidit Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 64 nr. 49; B *scriptum a Bartholomeo Velleruto, nr. 652 signatum, cuius excerptum praebet Bonaini l. c. II, 65 nr. 50. Nos hic editionem illam repetimus. In dorso utriusque instrumenti scriptum est:* Aste. *(P. deest.)*

In nomine Domini amen[a].

Anno[b] nativitatis eiusdem[c] millesimo tricentesimo decimo, indictione octava[d], die Dominico quintodecimo[e] mensis Novembris. Ad honorem omnipotentis Dei Ihesu Christi et gloriose Marie matris eius et beati Michaelis arcangeli et omnium sanctorum et virtutum Dei celestium. et ad honorem et exaltationem serenissimi [domini][f] Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti eiusque successorum Romanique imperii. Congregata universitate hominum civitatis Astensis, voce preconia campaneque sonitu, ut moris est, in platea ipsius civitatis, cui dicitur platea de domo, ipso serenissimo rege cum suis proceribus existente in domibus seu baronibus comunis Astensis sitis iuxta ecclesiam super dicta platea, et etiam ibidem existentibus personaliter nobilibus viris domino Bonifacio de Alice de Guaschis milite potestate comunis et domino Roberzono Troto capitaneo populi civitatis Astensis necnon credendariis et aliis quam pluribus de concilio dicte civitatis et sapientibus, in conspectu et presentia dicte universitatis civitatis Astensis existentis in dicta platea, discreti et sapientes viri domini Philippus de Viallo iurisperitus et Benedictus Pelleta, syndici comunis et universitatis civitatis Astensis constituti ac hec per ipsum, prout apparet per publicum instrumentum[1] scriptum et signatum manu Bertholomei Velleruti notarii palatini, sub annis Domini millesimo tricentesimo decimo, indictione octava, die Dominico quintodecimo mensis Novembris, dixerunt, recongnoverunt et asseruerunt syndicario et procuratorio nomine pro ipso comuni et universitate Astensi et hominibus eorundem, ipsam civitatem et eius districtum et homines fuisse et esse fideles Romani imperii dictique domini Henrici serenissimi regis Romanorum et eorum subiectos imperio, et quod ipsa civitas inter alias fideles Romano imperio semper fuit precipua in defensione iurium et honoris Romanorum principum et sic esse cupiebat in posterum. Quapropter volentes fidelitatis constantiam demonstrare iam dicto serenissimo regi, fidelitatis sacramentum fecerunt tactis sacrosanctis evangeliis in hac forma:

Nov. 15.

'Nos Philippus de Viallo et Benedictus Pelleta, syndici et procuratores comunis et universitatis ac hominum civitatis Astensis eiusque districtus, nomine et vice ipsorum et in eorum animas iuramus ad sancta Dei evangelia, quod ab hac hora inantea semper erimus fideles et devoti vobis serenissimo domino Henrico regi

468. a) In — amen *deest B.* b) *praecedit* (S. N.) *B.* c) *loco* nat. eiusdem *B:* Domini. d) VIII *B.* e) XV *B.* f) *deest A.*

futura. Et ad renunciandum pro premissis omnibus tenendis et [implendis omnibus privilegiis,] indulgentiis, consuetudinibus et statutis, defensionibus et exceptionibus iuris vel facti, per que ipsi possent aut a . . . . i ac subtrahi a iurisdictione, fidelitate et dominio domini regis et Romani imperii, et ad prestandum iuramentum fidelitatis. *Item ex documento nr. 649:* ad faciendum fidelitatem et prestandum sacramentum fidelitatis domino Henrico serenissimo Romanorum regi sive eius nunciis et procuratoribus, et ad iurandum in animas dictorum credendariorum et aliorum omnium hominum de dicta civitate nomine ipsorum et dicti comunis et hominum predictorum, et ad recipiendum ratificacionem, confirmationem et aprobationem omnium et singulorum privillegiorum, que hinc retro concessa fuerunt dicto comuni Astensi per predecessores suos imperatores et reges Romanorum, qui fuerunt in Romano imperio, et ad recipiendum, aprobandum, ratificandum omnes bonas consuetudines et bonos usus et honores, quibus hinc retro dicta civitas et dictum comune usa fuit et reperiretur usa fuisse, et ad recipiendum et suscipiendum omnes gratias et privillegia, quas et que dictus dominus Henricus rex concedere voluerit dicto comuni et universitati dicte civitatis, et generaliter ad omnia alia et singula recipienda et facienda, que in predictis et circa predicta et quolibet predictorum fuerint et occurrerint necessaria facienda.

1) *Cf. pag. 415 not. 2.*

Romanorum semper augusto et vestris successoribus Romanoque imperio. Et quod nullo modo faciemus vel patiemur, quod aliquam lesionem vel diminutionem recipiatis in vita vel membris vel honore vel rebus, sed iuxta posse resistemus, ne hec fiant. Et si resistere non potuerimus, vobis per nos vel alios quam citius poterimus inti-
5 mabimus. Item quod vos iuvabimus pro posse ad readquirendum et recuperandum res et iura ac honores vestros et Romani imperii. Item si quem vel si quos offenderitis vel guerram ei vel eis movere vel facere [volueritis][g], quod nos in hoc pro posse nostro iuvabimus et defendemus. Item quod si consilium aliquod a nobis petetis, illud dabimus sanum et bonum, prout melius sciverimus. Item quod si
10 aliqua secreta nobis revelabitis vel committetis, quod illa nemini pandemus sine vestra licentia. Item quod omnia alia et singula faciemus et observabimus, que tenentur fideles domino ac etiam subiecti Romano imperio, per formam iuramenti fidelitatis vel alias[h] legis vel iuris seu bone consuetudinis observare.'

Quibus expletis in signo fidelitatis prescripte osculati sunt dicti syndici pedes
15 dicti sacratissimi principis, ac etiam universitas gentium dicte civitatis ibidem existens, certiorata de predictis, confirmando dictam fidelitatem et alia superius gesta et una voce responderunt: 'fiat, fiat, ita volumus ac firmamus, ut per syndicos factum est.' Qui predictus dominus rex dictam fidelitatem acceptavit et mandavit per me notarium de predictis fieri publicum documentum.

20 Acta sunt hec anno predicto et die, anno vero regni predicti serenissimi regis secundo, in palatio et locis predictis coram me notario et testibus infrascriptis, videlicet dominis Balduyno archiepiscopo Treverensi, Gerardo episcopo Basiliensi, Guidone episcopo Astensi, Philippo de Sabaudia principe Achaye, Iohanne decano Treverensi, Andrea Garreto iurisperito, Berardo Laolio, Henrico de Geldonia iurisperitis et aliis
25 pluribus ad premissa vocatis et rogatis.

(S. N.) Et[i] ego Iohannes de Dyst dictus de Cruce clericus Leodiensis dyocesis premissis omnibus et singulis una cum dictis Bertolomeo notario et testibus presens interfui et hanc cartam in publicam formam redegi meoque signo consueto signavi rogatus tamquam notarius publicus auctoritate imperiali[i].

30 **469.** *CONFIRMATIO PRIVILEGIORUM GENERALIS. Nov. 15.*

Dedit iam olim Bethmann ex duobus apographis saec. XVIII. Taurini altero in bibliotheca regia privata, altero in archivo camerae computationum asservatis. Hoc etiam adhibuit Bonaini l. c. I, 67 nr. 52.

Documentum ad solitam formam confirmationis privilegiorum ingrossatum (cf. e. gr.
35 *supra nr. 221) die 15. Nov. confectum est, ut traderetur, tamen illo die non iam traditum. Ex imbreviatura enim nr. 470 apparet, regem consignationem antiquorum privilegiorum communis postulavisse, priusquam scriptum confirmationis traderetur. Itaque ea, quae tam Bonaini l. c. I, 66 not. 1 quam Sommerfeldt loco supra ad nr. 357—360 citato pag. 36 not. 4 disserunt, erronea censenda sunt. Cf. infra nr. 476. — Böhmer, Reg.*
40 *Heinr. 579 (Addit. I). (P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Totiens regie celsitudinis sceptrum extollitur altius et ipsius status solidatur solidius, quotiens fidelium devotorum vota benigno respiciuntur affectu et ad ipsorum

45 **468.** g) *deest A.* h) aliter *ed.* i) *loco* Et — imperiali *B:* Et ego Bertholomeus Vellerutus notarius sacri palatii interfui una cum Iohanne de Dist dicto de Cruce, notario publico dicti serenissimi regis, et sic scripsi.

iura et libertates servandas et commoditates augendas gratiosa protectio principis invenitur. Cum enim omnis gloria sive potentia principatus in subditorum precipue consistat solidata fortunis, expediens arbitramur et condecens, ut simus subiectis et in iustitia faciles et in gratia liberales. Devotis igitur prudentum virorum civium et communis Astensis, dilectorum nostrorum fidelium, supplicationibus benignitate solita annuentes ac volentes 5 eorum iustis petitionibus tam benignum prebere consensum, quod eorum devota fidelitas et fidelis devotio ad ea, que honoris sunt imperii atque nostri, promptiori studio ferventioribusque animis se disponant, omnia privilegia, iura, libertates et gratias a divis Romanorum imperatoribus et regibus nostris predecessoribus ipsis traditas et concessas de liberalitate regia ratificamus, innovamus, approbamus et presentis scripti patrocinio 10 confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre ratificationis, innovationis, approbationis et confirmationis paginam infringere vel ei in aliquo ausu temerario contraire. Quod qui facere presumpserit, gravem nostram offensam se noverit incurrisse. In cuius rei testimonium presentes litteras conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri. 15

(M.) Signum domini Henrici Romanorum regis invictissimi.

Dat. in Aste, XVII. Kalendas Decembris, indictione nona, anno Domini millesimo trecentesimo decimo, regni vero nostri anno secundo.

Ego frater Henricus Tridentinus episcopus sacre imperialis aule canzellarius vice domini Henrici Coloniensis archiepiscopi sacri imperii per Italiam archicanzellarii 20 recognovi.

470. *MANDATUM DE ANTIQUORUM PRIVILEGIORUM CONSIGNATIONE.*

Nov. 16.

Superest imbreviatura in Registro Leopardi Frenetti notarii, cuius apographi adhuc saec. XIV. med. confecti fragmenta invenimus Florentiae in bibliothecae nationalis codice 25 II, IV, 342 (olim. Magl. XXV 558 = Strozzi 988)[1] *fol. 31. In margine scripta est rubrica:* Protestatio facta per dominum regem potestati Astensi.

Codicem denuo accuratissime contulimus. Edidit etiam Bonaini l. c. I, 66 nr. 51. (P. deest.)

Cofinectus mariscalcus et Simon Filippi de Pistorio familiaris serenissimi domini 30 Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti coram me Leopardo Frenecti notario de Pisis et subscriptis testibus, asserentes se habere de infrascriptis specialem commissionem et mandatum ab ipso domino rege, dixerunt ex parte ipsius domini regis nobili viro domino Bonifatio de Guaschis de Aliçi potestati civitatis Astensis potestarie nomine pro communi et populo civitatis predicte: quod per comune predictum fuit 35 ab ipso domino rege humiliter postulatum, quod confirmaret privilegia dicti comunis, et quod ipse dominus rex erat paratus ipsa privilegia confirmare, quatenus honor imperii et suus pateretur et iustitia suaderet, et propterea per ipsum comune deberent regali curie ipsa privilegia consignare, que consignatio pro dicto comuni facta non est. Quapropter pro parte maiestatis regie denuntiaverunt ipsi potestati nomine quo 40 supra, ut privilegia, que confirmari petuntur, debeat consignare seu consignari facere regali curie in forma auctentica hinc ad cras ad primam, videlicet ad mediam tertiam. Et quod predicta nota faciat sapientibus hominibus dicte civitatis Astensis. Predicendo ipsi potestati nomine quo supra, quod elapso ipso termino ipse dominus rex de confirmatione ipsorum privilegiorum dictum comune Astense non audiet. 45

Actum est hoc in civitate Astensi, in domo Macalussorum, in qua habitat dictus potestas, pres. etc. D(ominice) i(ncarnationis) a(nno) MCCCXI, ind. nona, sextodecimo Kalendas Decembris.

1) *Cf. Mazzatinti 'Inventari dei manoscritti delle biblioteche d'Italia' XI (1901) pag. 34.*

471. *AUCTORITAS REGI DATA PACIFICANDI CIVITATEM.* *Nov. 18.*

Autographon eiusdem tabularii nr. 653 edidit Bonaini l. c. I, 69 nr. 53. Nos autographon denuo inspeximus. In verso scriptum est manu Bernardi de Mercato: De ballivia de Ast ℞. *(P. deest.)*

5 (S. N.) In nomine sancte et individue Trinitatis.

(1) Inter alia virtutum dona, que laudem regie maiestatis amplificant, hec potissima esse noscuntur, que totis aspirant affectibus, omnes eiusdem subiectos imperio ad pacis tranquilitatem et iusticie statum reducere ac servare, illos potissime, quos ob premiorum merita Romanorum retro principes tamquam fidelitate precipuos approbarunt. Cum 10 itaque serenissimus dominus Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus post eius transitum citra montes ad civitatem Astensem perveniens, que inter alias Lombardie civitates dicitur semper in fidelitate Romani perseverasse imperii, eam eiusque cives et districtuales repererit propter parcium et guerrarum discrimina multis dissensionibus, hodiis, offensionibus, incendiis et ruinarum deformitate fedari multisque 15 aliis calamitatibus affici, propter que iusticie cultus aberat, iniusticia et male consuetudines prompte erant aliaque incomoda, que ob procellarum multitudinem naufragium minabantur, iam dictus serenissimus rex compassionis pietate conmotus subscriptum remedium salutare adhibuit contra dicte periclitationis procellas, divino sufragio roboratus.

(2) Mandavit namque die XVIII. mensis Novembris, anno Domini millesimo 20 trecentesimo decimo, indictione VIII, voce preconia campaneque sonitu, prout moris est, universitatem comunis et populi civitatis Astensis in publica concione seu arengo in platea dicte civitatis, cui dicitur platea sancti Secundi de Mercato Astensi, coadunari et colligi, audituram, que proponi facere intendebat ad salubrem, pacificum et tranquillum statum civitatis predicte eiusdemque districtus. Universitate itaque comunis et 25 populi antedicti ibidem congregata ac maiestate dicti regis cum suis proceribus et pluribus venerandis et illustribus viris, tam archiepiscopis et episcopis quam principibus et comitibus, et aliis pluribus clericis et laycis ibidem presentialiter existentibus, mandato eiusdem regis in concione et arengo universitatis eiusdem per nobilem militem dominum Nicholaum Bonsignoris de civitate Senarum extitit dictum et propositum in 30 hunc modum:

(3) 'Videlicet quia cum dictus serenissimus rex ipsam civitatem et districtum eius ac homines eorumdem reperiat plurimis dissensionibus, guerris et aliis inconmodis multis esse turbatam ac male dispositam, et propterea ius et iusticiam, pacem et tranquillitatem et alias bonas condiciones defficere, idem rex eisdem compatiens 35 visceribus pietatis intendebat in predictis oportunum remedium adhybere, et quamquam possit ex plenitudine sue potestatis hec facere, cum sit lex animata in terris, tamen magis placebat eidem, si vota fidelium cum eiusdem ad hec peragenda concurrerent. Quare proponi faciebat in predicta concione, utrum placeret eisdem et vellent, quod libera, larga, plena et plenissima et generalis baylia, potestas et 40 auctoritas concedatur et concessa esse intelligatur et sit eidem serenissimo regi per ipsam universitatem et comune et populum civitatis Astensis pacificandi et reformandi et in comune reducendi, rectificandi et ordinandi ipsam civitatem eiusque comune, populum ac districtum eorundemque homines, et in eisdem iusticiam et ius reparandi et propterea statuta et leges, modos, condiciones, observaciones et regimina et officia 45 statuendi atque cassandi, et generaliter et specialiter faciendi et disponendi, quociens, quando, quomodo, ubi et qualiter eidem visum fuerit expedire pro predictis omnibus et singulis et ab hiis dependentibus effectui mancipandis atque servandis necnon pro omnibus et singulis, que ad bonum, pacificum, tranquillum et iustum et convenientem

statum et custodiam dicte civitatis et districtus decreverit convenire, ad honorem et exaltationem sui Romanique imperii, non obstantibus in predictis vel aliquo predictorum aliquibus iuribus, statutis vel ordinamentis generalibus vel specialibus vel quibuscumque aliis in contrarium facientibus. Et super hiis volebat ab astantibus in concione presenti suam exprimi voluntatem'. 5

(4) Quibus verbis vel similibus eandem sententiam continentibus per predictum dominum Nicholaum coram dicta concione propositis, et eodem ex parte dicti domini regis et in eius presencia interrogante, si predicta proposita placebant eisdem et ei[a] volebant dictam bayliam dare et ratam esse auctoritate ipsius comunis et populi et universitatis eorum, omnes in predicta existentes concione comuni vocis concursu clamaverunt 10 dicentes: 'fiat, fiat' et 'bene placet' et 'volumus, quod predicta baylia detur et data intelligatur et sit, et eam damus dicto domino regi, prout superius est expressum'. Statimque quidam vir prudens ex assistentibus in concione predicta nomine Guillelmus de Vayo civis Astensis in sublimi dicte concionis loco se statuens, ut melius audiretur, turbe sedato clamore astanciumque auribus ad audientiam eius intentis, exaltata voce sic 15 dixit consulens et affirmans: 'quod per comune et populum dicte civitatis et universitatis ibidem adsistentem plena et plenissima baylia, auctoritas et potestas concedatur et concessa sit et esse intelligatur predicto domino serenissimo regi in omnibus et singulis, prout superius continetur, et amplius adhuc et largius, alte et basse, in omnibus et singulis, prout dicto domino regi placuerit ordinare atque mandare, absque diminucione 20 aliqua vel condicione nullaque condicione vel exceptione appositis, que sue arbitrium voluntatis in disposicione civitatis et districtus eiusdem in aliquo repugnarent'. Cuius verbis explicitis universi assistentes affirmantes predicta exclamaverunt insimul: 'fiat, fiat' et 'bene volumus concedere et concedimus bayliam et auctoritatem dicto domino regi, ut superius est expressum'. Et iterum interrogati a dicto domino Nicholao, si 25 eis placebant predicta, ut propositum et dictum fuerat ac etiam consultum, specialiter per dictum prudentem virum Guillelmum de Vayo, et quod de predictis fieret publicum instrumentum, omnes comuniter exclamantes responderunt, quod sic volebant, ut superius est contentum.

(5) Quibus sic rite peractis prefatus serenissimus rex predictam bayliam et 30 potestatem, ut predictum est, sibi concessam a comuni et populo civitatis Astensis benigne acceptavit et gratiose recepit et mandavit et voluit per me notarium infrascriptum ex predictis fieri publica documenta.

Acta sunt hec anno, die, mense, loco et indictione predictis, presentibus domino Balduino archiepiscopo Treverorum, domino Girardo episcopo Basiliensi, domino Guidone 35 episcopo Astensi, domino Aymone episcopo Gebennensi, domino Amedeo comite Sabaudie, domino Phylippo de Sabaudia principe Achaye, fratre Henrico abbate Sancti Martiani de Terdona, domino Roberzono Troto capitaneo olim populi Astensis, domino Anthonio de Bargeis iurisperito, domino Palmerio de Altevitis, Iohanne de Dist dicto de Cruce publico notario, cui precepit dictus rex una mecum, [quod][b] ex omnibus predictis 40 publicum conficeret instrumentum, et aliis pluribus testibus fidedignis ad premissa specialiter vocatis et rogatis.

Et ego Bertolomeus Vellerutus notarius palatinus una cum dicto Iohanne infrascripto notario predictis interfui et sic scripsi.

(S. N.)[c] Et ego Iohannes de Dyst dictus de Cruce clericus Leodiensis dyocesis, 45 publicus imperiali auctoritate notarius premissis omnibus et singulis una cum predictis Bertholomeo notario et testibus suprascriptis presens interfui et hanc cartam, scriptam et publicatam per dictum Bertholomeum notarium, meo signo consueto signavi rogatus.

471. a) ea *or.* b) *deest or.* c) *alia manus or.*

472. *REFORMATIO COMMUNIS. Nov. 23.*

Autographon eiusdem tabularii nr. 655 edidit Bonaini l. c. I, 72 nr. 55. Nos denuo inspeximus. In verso scriptum est manu Bernardi ut videtur: Qualiter civitas Astensis in plubico[a] parlamento dedit potestatem domino[b] regi Romanorum pacificandi dictam 5 civitatem. scripta[c] Iohannes[a] de Dyste notar. [eiusdem][d] domini. *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

(1) Inter alia virtutum — vocatis et rogatis[1].

(2) Post predictorum vero omnium complementum, anno et indictione predictis, die vero vicesima tertia mensis Novembris, iterum dictus dominus rex mandavit voce 10 preconia campaneque sonitu dictam universitatem hominum, comunis et populi universitatis Astensis coadunari in dicta platea. Quibus ibidem coadunatis et illustrissimi domini regis fratre, videlicet domino Balduwino archiepiscopo Treverensi, de dicti regis mandato suas vices tenente cum pluribus aliis nobilibus et venerabilibus viris ibidem presentialiter, per nobilem et sapientem virum dominum Antonium de Bargis iurisperitum 15 de mandato et conmissione factis eidem per dictum dominum regem dictum et propositum extitit in hunc modum:

(3) Videlicet cum hoc sit quod die et mense predictis data fuerit plena et generalis balya, auctoritas et potestas dicto domino regi per homines comunis et populi civitatis Astensis et universitatem eorum in publica eorum concione et arengo factis in 20 platea predicta pacificandi, reformandi et in comune reducendi, ratificandi et ordinandi ipsam civitatem eiusque comune, populum et districtum eorundemque homines et alia faciendi et ordinandi, prout in ipsa balya continetur[2], ut superius est expressum, proponebat eisdem iterum, si vellent, quod dictus dominus rex haberet ab ipso comuni, populo et universitate dictam balyam, ut supra dictum est, largam et largissimam in 25 omnibus et singulis, que in ea continentur. Qui omnes comuniter et concorditer, nullo contradicente, responderunt, quod sic et quod ea confirmabant auctoritate predicta. Et iterum interrogavit, si dictam ballyam de novo dicto domino regi auctoritate universitatis presentis districtus et ville volebant esse largissimam et generalem, quantum plus potest, ita quod per eam dictus rex possit regimina et officiales et ordinationes, 30 statuta et alia, quecumque vellet, semel et pluries, quociens et quando, quomodo et ubique placuerit, et super predictis declarare facere, prout voluerit, nullo iure vel statuto seu ordinatione vel quibuscumque aliis contrariantibus, set in omnibus et singulis possit de dicta civitate et eius districtu disponere et ordinare sine contradictione aliqua ad sue voluntatis arbitrium, quanto latius et plenius possit. Quibus verbis vel similibus 35 eundem sensum habentibus dictis per dictum dominum Antonium, omnes clamaverunt et dixerunt 'fiat, fiat' et 'sic volumus et facimus, ut per vos dictum est, et dictam balyam damus pro dicto comuni et populo dicto domino regi'. Iterum interrogati per dictum dominum Antonium, si predicta omnia volebant, faciebant et confirmabant pro comuni, populo et universitate predictis, et si volebant, quod quecumque facta essent 40 in preteritum vel presentialiter fierent vel in futurum propter predicta, quotienscumque, qualitercumque et quandocumque et ubicumque, essent rata et firma, tanquam si essent facta per ipsum populum et comune, ita quod non possit contra dici vel venire in aliquo, aliquo iure vel ratione, et quod de predictis fieret publicum instrumentum, omnes clamaverunt: 'fiat, fiat, bene volumus et facimus et confirmamus, ratificamus et

45 **472.** a) *sic.* b) *sequitur* Im *deletum.* c) *abhinc mutato stilo;* scripta *post scriptum in initio lineae.* d) *legi non potuit.*

1) *Documentum nr. 471 supra pag. 419 lin. 6 — pag. 420 lin. 42 hic repetitur.* 2) *Supra nr. 471.*

approbamus omnia, prout superius est expressum, et de hiis volumus et petimus fieri pubblica instrumenta et documenta'. (4) Tunc dominus Antonius auctoritate predicta fecit legi et publicari in eadem contione infrascriptas provisiones et ordinationes factas per dominum regem predictum ex auctoritatibus et balyis inde sibi concessis necnon ex sue plenitudine potestatis, tam in cassatione veterum rectorum, consiliariorum et officialium et statutorum et ordinamentorum preteritorum comunis et populi civitatis predicte, quam etiam in electione et datione nove potestatis et novorum consiliariorum, et aliorum, que in istis provisionibus et ordinamentis plenius continentur.

(5) Quorum ordinamentorum tenor sequitur in hec verba:

(I) Primo statuit dominus rex, quod carcerati relaxentur, et qui non relaxaverint, suo arbitrio puniantur, preter homicidas, derobbarios et fures publicos.

(II) Item quod omnes banniti sint absoluti a bannis omnibus quibuscumque, preterquam banniti de homicidio, de quo non esset pax facta, et preterquam banniti de robariis et furtis pubblicis, exceptis bannitis occasione debitorum.

(III) Item quod quilibet possit agere, accusare et denuntiare et in iudicio esse, tam civiliter quam criminaliter, non obstantibus aliquibus oppositionibus et impedimentis, preterquam competentibus de iure comuni quibuscumque, exceptis bannitis de robariis et furtis publicis, et non obstantibus iuribus regis Roberti.

(IV) Item quod quilibet, qui exivit de civitate Astensi vel de villis et castris, a festo nativitatis Domini proximo preterito eitra, ad dictas civitatem et villas cum familiis et rebus suis secure revertatur et habitet. Et quod aliquis eos vel ipsorum alios realiter vel personaliter non offendat, sub pena arbitrio domini imponenda et auferenda, ultra alias penas constitutas in capitulis civitatis Astensis.

1309. Dec. 25.

(V) Item quod omnia statuta, capitula et ordinamenta, decreta, provisiones et reformationes facta et facte ab octo annis citra per comune Astense vel per quascumque alias personas habentes balyam vel auctoritatem vel non habentes sint cassa et irrita et nullius valoris. Et quod eis vel eorum aliquo aliquis de cetero non utatur, sub pena arbitrio domini auferenda.

(VI) Item cassavit et irritavit consiliarios, credendarios omnes et singulos civitatis et comunis et populi Astensis, et sex et octo et viginti sex, qui habebant vel habere dicebantur balyam et auctoritatem super factis et negotiis civitatis Astensis, et omnes et singulos officiales comunis et populi Astensis constitutos ab octo annis citra, tali modo quod de dictis balyis, auctoritatibus et officiis de cetero non utantur nec uti attemptent, sub pena arbitrio domini auferenda, nisi de novo constituerentur [1].

(VII) Item quod omnes libri et scripture comunis tradantur et consignentur quatuor bonis viris, quos dominus elegerit, qui quatuor dictos libros et scripturas custodiant vel custodiri faciant ad utilitatem comunis Astensis.

(VIII) Item dictus dominus rex cassat et admovet omnes rectores et anzianos et consiliarios tam publicos quam privatos comunis et populi Astensis [1].

(IX) Item cassat et admovet dominum Bonefatium de Vastis de Alice de potestaria et regimine civitatis Astensis et dominum Roberzonum Troctum de capitania et offitio capitanie populi Astensis, ita quod de cetero dicta regimina nullo modo exerceant, nisi de novo constituerentur, et de sallario provideatur eisdem sufficienter. Et in potestatem dicte civitatis instituit et constituit et prefecit usque ad festum circoncisionis Domini proximo venturum et deinde usque ad unum annum proximo sequentem et tantum plus vel minus, quantum dicto domino regi placuerit, nobilem virum dominum Nycholaum de Bonsignoribus militem de Senis.

1311. Ian. 1.

1) *Cf. infra nr. 473.*

(X) Item cassat et irritat omnes confederationes, coniurationes et ligas factas ab octo annis citra, ita quod eis vel aliqua earum aliquis de cetero non utatur nec attemptet, sub pena arbitrio domini auferenda.

(XI) Item gubernationem sive rectoriam et ordinationes consilii populi reservavit sibi.

(XII) Item statuit, quod nullus debeat partibus adherere vel partialitate uti, set omnes verbo et opere studeant manutenere et defensare honorem et utilitatem et pacificum statum et comunitatem et equalitatem et bonum statum ipsius domini regis, comunis Astensis et populi et districtus secundum posse ad honorem Dei et domini regis et utilitatem comunis et populi Astensis.

(XIII) Item quod quilibet iuret dare fortiam et virtutem, quod sic fiat et perpetuo observetur et contra predicta vel aliquid predictorum non facient vel venient aliquo modo, et volentibus vel attemptantibus facere contrarium resistere suo posse. Et sindici cuiuslibet ville civitatis Astensis iurent predicta per sindicum sollepniter constitutum [1].

(6) Quibus omnibus completis dominus Antonius predictus in predicta concione dixit et expressit, qualiter sic ordinabat et statuebat dominus rex, prout in ipsis ordinamentis lectum et contentum erat, reservatis eidem domino regi et firmis manentibus omnibus predictis balyis in omnibus eorum partibus et omni iure, ita quod semper possit, quotiens, quando, quomodo et ubi voluerit, iterum in omnibus et singulis ordinare, statuere, disponere et facere, addere, diminuere, mutare ex toto, cassare, declarare et interpretari, in omnibus et singulis tam factis quam faciendis, prout idem dominus rex voluerit vel sibi visum fuerit expedire pro bono statu civitatis Astensis et districtus eiusdem et pro sui honore et magnificentia successorumque suorum ac Romani imperi iure et honore servandis. Post que dicta dominus Antonius iterum interrogavit, si ea que dixerat de ordinationibus, que fecit dominus rex, legi volebant et approbabant et reservata esset eidem predicta balya, ut supra dictum est. Et responderunt omnes: 'sic, sic' 'fiat, fiat' 'bene volumus et approbamus atque statuimus, prout superius dictum est'.

(7) Item elegit dictus dominus rex infrascriptos in[e] consiliarios et credendarios civitatis Astensis usque ad festum circumcisionis Domini proximo venturum et deinde usque ad unum annum proximo sequendum. Quorum nomina inferius ponentur: Primo dominum Berardum de Solario, Bonetam de Solario, Antonium Catzo, Reinerium Catzo, Katellanum Katzo, Thomam Minganum, Rolandum Minganum, Amahinum de Solario, Balduwinum de Solario, Bonefacium de Solario, Henricum de Solario, Perthenadum de Solario qui dicitur Gespa, Bertholomeum de Solario, Simbaudum de Solario, Muscam Catzo, Iacobum de Solario qui dicitur Minocerius, Conradum Malabala, Thomam Pulsavinum, Thomam Abellonium, Andream Lagolium, Berardum Bovinum, Nycolaum Lagolium, Dumotum Bulla, unum filium Bertholomei de Chario, Bertholomeum Kakaranium, Bovinum de Roka, Alianum Kakaranum, Dominicum de Bekariis, Georgium Monachum, Dominicum Regem, Secundinum Garretum, Bonetinum Garretum, Remondinum Garretum, Rolandum Garretum, Dominicum Poletam, Remondinum Polletam, Henricum Polletam, Fredericum Polletam, Pansiam Polletam, Symonem Roctarium, Iohanninum Roctarium, Antonium Roctarium qui dicitur Scina, Nycholaum Roctarium, Franciscum de Antingano, Gandulphum de Antingano, Robinum de Surberico, Manuelem Thoma, Martinum Alferium,

1311. Ian. 1.

472. e) consiliariis et *add. ed.*

1) *Cf. e. gr. iuramentum quarterii Mercati Astensis Dec. 4 praestitum apud Bonaini l. c. I, 96 nr. 70, itemque alia iuramenta l. c. I, 147 sqq. nr. 101. 102.*

Rolandum Alferium, Antelmum Alferium, Menfredum Cassanum, Salgebinum Cassanum, Thomam Cassinum, Bosinum Cassinum, Alberamum Bergonium, Melanum Bergonium, Philippum Bergonium, Conradum Bosium, Gangam Gardinum, Folketum Asinarium, Geordinum Asinarium, Mutzium Asinarium, Odoninum Asinarium, Sandronum Asinarium, Guillelmum Asinarium, Danielem Pallidum, Henricum Pallidum, Vivaldum Pallidum, 5 Dominicum Pallidum, Iohanninum de Cathena, Philippum de Cathena, Rubeum Bertaldum, Rubertum Bertaldum, Bertholomeum Testa, Iohannem Scarampum, Conradum Scarampum, Bertholomeum Scarampum, Fredericum Begetum, Leonium Vegotum, Henricum Privengum, Manfredum Castangolum, Iacobum Canatzonus, Andream Laurentii, Philippum de Sancto Iohanne, Guillelmum Guttuerium de Castello, Guillelmum Ysennardum 10 de Castello, Robertum Guttuerium de Castello, Iohannem Guttuerium de Castello, Franciscum Guttuerium de Castello, Iacobum Guctuerium de Castello, Marchum de Ralvengo, Iacobum de Mercato, Obertum de Mandra, Dumotum Ysennardum, Thomam Ysennardum, Andriozum de Serra, Mazonum Mansinella, Georgium Alionum, Manuelem Follum, Iacobinum Alionum, Manuelem de Alphiano, Guillelmum Musca, Rolandum 15 Ambrosium, Babonem Silvanum, Nigrum Cama, Boninum Manazium, Bertholomeum Ferrarium, Ruffinum de Montecalvo, Fredericum de Gargano, Iohannem de Burbure, Galvanum Prenarium, Iohannem de Morienna, Henricum de Ruata, Iocobum Revendicum, Obertum Argentum, Nasarium Laurentii, Rolandum Verleta, Guidotum Rubeum, Obertum Moresengnam, Guillelmum de Arcu, Fassinum Fallaturer, Bertholam Bigus, 20 Umbertum Regem, Aleranum Lagolium, Bertholomeum Risius, Gratianum Gomondi, Franciscum Bukanigra, Lanteretum de Castellario, Thomam Crispinum, Iacobum Malletum, Pirronum Manasseus, Guillelmum Vellerutum, Ruffinum de Perdice, Andream Gosberti, Thomam Bellomum, Ruffinum Ranecte, Thomam Ronaselium, Manuelem Bonectum, Iohannem Marro, Ruffinum Facetum, Gilius de Voltis, Carruotum Carrutum, Robertum 25 Canderiam, Melanum de Curia, Henricum Makalupum, Franciscum Turrellum, Rolandum Camarellum, Guillelmum Maritanum, Franciscum Vacca, Iohannem de Platea, Remondum Faletum, Colinum de Troya, Georgium Sibanengum, Gerardum de Montrosono, Franciscum de Benengho, Garinum Kalkabanum, Andream Rastellum, Merlokum de Merlokis, Guillelmum Rasparellum, Guillelmum de Casalupa, Conradum de Palatio, 30 Iacobum Medallia, Anthonium Pollastra, Rolandum Cellarium, Muscium de Montevetulo, Leonium Folletum, Antonium Turellum, Guillelmum Gibberotum, Thomam Regem de Monte Borsario, Iohannem Sanangonum, Rodulphum de Commetiva, Guillelmum de Vayo, Guillelmum Spata, Iacobum Armondium, Sandrinum Malbekum, Guillelmum Berbinum, Hubertum de Alba, Perchevaldum Balletum, Nycolellum Tonditorem, 35 Aykardum Ferrarium, Henricum de Montibus, Iacobum Morandum, Gerardum Testor, Andream de Capitemontis, Albertinum Robertum, Manfredum Gosellinum, Iacobum Bexum de Roka, Petrum Caresonium, Iacobum Rusius, Guillelmum de Rodello, Bergonum de Platio, Georgium de Canonica, Rolandinum Ferrarium, Borrinum Brunum, Manuelem Capellum, Ruffinum de Monnali et Musium Carensanum. 40

Acta sunt hec anno, die, mense, indictione, loco predictis, presentibus domino Balduwino archiepiscopo Treverensi, domino Aymone episcopo Gibbenensi, domino Walramo dicti serenissimi domini regis fratre, domino Philippo principe Acaye, domino Nycholao de Bonsignoribus milite de Senis, domino Bonifacio de Alice, domino Roberzono Trocto de Allexandria, Reinerio Catso, Odoardo Laolio, Thoma de Montrosono 45 et aliis pluribus fidedignis testibus ad premissa personaliter vocatis et rogatis.

(S. N.) Ego Iohannes de Dyst dictus de Cruce, publicus imperiali auctoritate notarius una cum testibus suprascriptis et Bertholomeo Velleruto infrascripto notario predictis petitionibus, concessionibus et balyis et confirmationibus eorundem ac omnibus

et singulis presens interfui et hoc publicum instrumentum inde confeci et scripsi meoque signo consueto signavi rogatus.

(S. N.)[g] Et ego Bertolomeus Vellerutus notarius palatinus predictis omnibus et singulis interfui una cum suprascripto notario Iohanne et testibus suprascriptis meoque signo signavi ex precepto serenissimi regis suprascripti.

473. *CASSATIO OFFICIALIUM COMMUNIS. Nov. 25.*

Denuo contulimus imbreviaturam, quae superest in J *Libro imbreviaturarum Bernardi de Mercato fol. 3, de quo v. supra ad nr. 468—476, ubi rubrum:* De cassatione iudicum et balliarum Astensium. *Edidit Doenniges l. c. I, 6 nr. 4b. — Böhmer, Reg. Heinr. 340. (P. deest.)*

Anno die et loco quibus supra[1]. Presentibus dominis episcopo Basiliensi et episcopo Tridenensi cancellario, domino[a] comite Sabaudie, domino Walerando fratre domini regis, domino Nycholao[b] de Vayo potestate Astensi, domino Paludio et pluribus aliis et cet.

(1) Dominus rex revocavit et cassavit sindicos civitatis, comunis et populi Astensis, videlicet dominum Ph. de Viallo et Benedictum Pelleta, ita quod de cetero dicto syndicatu non utantur.

(2) Item cassavit omnes ballias in preteritum concessas aliquibus personis, salvis consiliariis de novo electis per dominum regem seu per illos, quos ipse eligit.

(3) Item cassavit et revocavit omnes[c] potestates villarum et locorum et[b] districtus[b] Astensis et noluit, quod dicte potestarie dentur et eligantur ad brevia in consilio civitatis Astensis, prout fieri consuevit.[2]

(4) Confirmavit insuper, ratificavit et approbavit ea universa et singula, que XXIII. die huius mensis Novembris[b] nuper preterita facta et dicta fuerunt in publico arengo in comuni platea, que vocatur platea sancti Secundi de Mercato Astensi[d], per dominos Anthonium de Bargiis et dominum Nycholaum de Bonsoribus milites existentes in lobia domus supra plateam predictam, in qua domo moratur dominus Roberthonus potestas condam Astensis[3]. *Nov. 23.*

Et de hiis et de illis precepit idem dominus rex fieri publica instrumenta.

474. *REDDITIO CASTRORUM COMMUNIS. Dec. 3. 4.*

Servatur instrumentum in eodem Libro J *fol. 7', ubi rubrum:* De redditione castrorum comunis Astensium. *Denuo contulimus. Edidit Doenniges l. c. I, 11 nr. 9. (P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Anno et indictione quibus supra[4], die tercia mensis Sept.[a] per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat presentibus et futuris, quod in presentia serenissimi domini H. Dei gratia Romanorum regis semper augusti, presentibus prelatis, principibus, *Dec. 3.*

472. g) *alia manus or.*

473. a) dñs *J.* b) *supra lineam add. J.* c) *sequitur* potestates omnes *delet. J* d) sancti—Astensi *super* de sc̄o in civitate Asteñ *delet. J.*

474. a) *sic male pro* Dec. *J.*

1) *i. e. a. 1310. Nov. 25.* 2) *Imbreviatura huius capitis praecedebat eodem folio imbreviaturam nr. 473, post cancellata:* Anno die et loco quibus supra. Presentibus domino Arnaldo Sancte Marie in Porticu[a] dyacono kardinali, domino G. episcopo Basiliensi, domino Ay(mone) episcopo Geben(ensi) et domino A. comite Sabaudie t(estibus) ad hoc vocatis et rogatis. Dominus rex cassavit et revocavit omnes potestates villarum et locorum Astensium et noluit, quod dicte potestarie dentur et eligantur ad brevia in consilio civitatis Astensis, prout fieri consuevit. 3) *Cf. supra nr. 472.* 4) *A. 1310. ind. VIII.*

a) portiticu *J.*

baronibus et testibus infrascriptis, constituti Georgius Asmarius, Guillelmus Ysnardus nomine suo et Manifredi Ysnardi fratris sui, Roberthus Berthondus, Amaynus de Solario et Iacobus Cantzon pro se et sociis suis, Cacelanus de Solario, Raymerus Ocho, Francisquinus Alpherius, Iacobus de Ancisa[b], Raymerus Cacho et Dorandus Cacho ad instantiam et[c] interrogationem ipsius domini regis confessi fuerunt et recognoverunt, se tenere et habere castra infrascripta, que sunt et pertinent et pertinere debent ad comune civitatis Astensis, pro quibusdam summis peccunie ipsis et eorum civibus a dicto comune debitis obligata. Sane cum per ipsum dominum regem de bona voluntate et concordia comunis et populi Astensis ordinatum fuerit pro bono pacis et transquillitatis dicte civitatis et civium populi et comunis et totius districtus eorundem, ut supradictis personis et aliis tenentibus castra dicti comunis facto legitimo conputo et ratione cum eis de hiis, que sibi debentur a dicto comuni, pro quibus ipsa castra habent obligata, satisfiat eis per dictum comune competenter, et ipsi creditores tenentes castra ipsa tradant et deliberent ea nomine ipsius comunis dicto domino regi vel eius mandato, ut ipse dominus rex de eis faciat et ordinet pro sue libito voluntatis. Hinc est quod supradicti Georgius Asmarius, Guillelmus Ysnardi nomine suo et Manifredi Ysnardi fratris sui, Robertus Berthondus, Amaynus de Solario et Iacobus Cantzon pro se et sociis suis, Cacelanus de Solario pro se et fratribus[d], Raymerus Cacho, Franciscus Alpherius, Iacobus de Ancisa et [Dorandus Cacho][e], cupientes ut asserunt pacem et transquillitatem dicte civitatis, nolentes bonam ordinationem et dispositionem dicte civitatis castrorum et districtus eiusdem in aliquo impedire vel disferre, set potius maturare, de affluentia benignitatis et iusticie ipsius domini regis merito confidentes et sperantes, quod de predictis suis debitis eis satisfacere faciat, prout fuerit rationis, castra infrascripta cum eorum iuribus et pertinentiis ad dictum comune pertinentibus ipsi domino regi recipienti ut supra per traditionem unius baculi, quem quilibet ipsorum in manu sua tenuit, reddiderunt et tradiderunt spontaneis voluntatibus non choacti in aliquo ut asserunt nec decepti, et de ipsis et eorum quolibet ipsi et eorum quilibet per traditionem dicti baculi se devestiverunt, ut moris est, et ipsum dominum regem recipientem ut supra investierunt: videlicet Georgius Asmarius castrum Montismagni, Guillelmus Ysnardus castrum Summerippe de Perne et idem Guillelmus nomine Manifredi fratris sui castrum Summerippe de Bosco, Robertus Berthondi castra Masi, Amaynus de Solario et Iacobus Canczon castrum Norii, videlicet quilibet ipsorum pro ea parte pro qua ipsum castrum tenet, quia socios habent in eodem, Cacelanus de Solario castrum Cabalerii pro parte quam habet in eo, Raymerus Cacho castrum de Feliczano, idem[f], Bertrandus Cacho et Ruffinus[g] Cacho castrum de Malamort pro parte quam ibi habent, Franciscus Alpherius turrem Montis Berseri et Iacobus de Ancisa castrum de Caveil pro ea parte pro qua ipsum tenet.

Actum est hoc apud Ast in domo habitationis ipsius domini regis in camera eiusdem domini regis. Presentibus dominis Baldoyno archiepiscopo Treverensi, Girardo episcopo Basiliensi, Theobaldo episcopo Leodiensi, Aymone episcopo Gebenensi, Henrico episcopo Trigent., Amedeo comite Sabaudie, Walerano fratre dicti domini regis, Guydone de Flandria, Andrea de Garretis, Anthonio de Bargiis, Berardo Layolii.

Dec. 4. Subsequenter vero, anno quo supra, die IIII. mensis Decembris, Salliembenus Cassenus et Manifredinus Cassenus reddiderunt castrum Sancti Marciani, dominus Vietus de Blandrate castrum Putilis, Aynardus Solario pro se et fratribus suis castrum Cossani modo et forma, quibus et alii supradicti. Presentibus dominis archiepiscopo Treverensi, Leodiensi et Gebenensi episcopis, A. comite Sabaudie, Andrea de Garretis et Berardo Layolii et pluribus aliis.

474. b) *sequitur* et Ruffinetus Cignac *delet. J.* c) *sequitur* post *deletum J.* d) pro — fratribus *supra lineam add. J.* e) *deest J.* f) *sequitur* Raymundus Ch *delet. J.* g) Bertrandus — Ruffinus *supra lineam J.*

475. *ARBITRIUM PACIS.* *Dec. 5.*

Servatur ibidem fol. 8', ubi rubrum: De pace Astensium. *Denuo contulimus. Edidit Doenniges l. c. I, 12 nr. 10. — Böhmer, Reg. Heinr. 343. (P. deest.)*

In nomine Domini amen.

5 Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo decimo, indictione octava iuxta morem Lumbardice regionis, quinta die mensis Decembr., pontificatus d(omini) C(lementis) pape quinti anno sexto. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat presentibus et futuris, quod serenissimus dominus Henricus Dei gratia Romanorum rex imperator[a] semper augustus intendens civitatem suam Astensem transquillitate pacis et 10 piis actibus reformare et sic reformatam Deo propicio conservare, convocatis coram se sexaginta ex melioribus viris ipsius civitatis hospiciorum de Solario et de Castello, inter quos iam dudum vixerant guerrarum discrimina, necnon et pluribus aliis viris ipsius civitatis atque domino Nycholao Bonsegnur potestate et rectore ipsius civitatis vicem universitatis ipsius civitatis tenentibus atque representantibus, habito consilio super predictis 15 dominorum archiepiscoporum, episcoporum, principum, comitum et marchyonum et quamplurium procerum suorum sibi assistentium necnon plurium proborum virorum eiusdem civitatis, intellectisque quibusdam arbitramentis et ordinamentis seu sententiis dictis et scriptis et promulgatis seu ordinatis per spectabiles viros dominos A. comitem Sabaudie et Philipum principem Akaye super pacificando et ordinando statu ipsius civitatis iam 20 est annus elapsus vel circa, de quibus sunt instrumenta publica manu Hinrieti Cencour publici notarii conscripta[1], idem dominus rex in sede sue maiestatis existens, presente maiori parte et saniori proborum virorum civitatis predicte, dixit, voluit, statuit, decrevit, iubsit et ordinavit tam ex potestate regia quam ex auctoritate et balliviis sibi a comuni Astensi concessis, quibus balliviis sive quibuslibet aliis iuribus suis et imperii 25 novis et antiquis idem dominus rex de ipsis primitus protestando nolebat nec intendebat aliquod preiudicium generari neque in aliquo derogari per aliqua, que dicet vel dici faciet vel quomodolibet ordinabit, set ea sibi salva et illibata vult effectualiter reservare, ita etiam quod super ipsa pace et pacis actionibus arbitratis et super hiis, que dicturus et ordinaturus est super eisdem, possit iterum dicere, ordinare, iubere, preci- 30 pere et mandare addendo, diminuendo, mutando et corrigendo ad ipsius domini regis liberam et plenariam voluntatem:

Inprimis quod dicta et arbitrata vel modo alio ordinata per iam dictos dominos comitem et principem super guerris et discordiis, que vertebantur inter comune Astense ex una parte et illos de Castello et eorum secaces ex altera ante ipsorum 35 comitis et principis ordinationem et que vertebantur inter hospicium illorum de Solario et eorum secaces ex una parte et hospicium illorum de Castello et eorum secaces ex altera, et generaliter omnia et singula, que dicta, arbitrata vel aliquo modo ordinata fuerunt per ipsos dominos comitem et principem super ipsis guerris, discordiis et controversiis vel super statu et reformatione vel ordinatione civitatis et civium vel quarum- 40 cunque aliarum personarum sive ad civitatem sive ad collegium sive ad universitatem sive ad singulares quascunque personas dirigantur, plenissimam obtineant roboris firmitatem, ipsa omnia et singula confirmans idem dominus rex, ratificans et approbans de sue plenitudine potestatis et ad pleniorem predictorum efficaciam ea universa et singula de novo ordinando atque decernendo, prout in instrumentis predictis plenius continetur,

45 **475.** a) *supra lineam add. J.*

1) *A. 1309. Dec. 18. Cf. 'Codex Astensis, qui de Malabayla communiter nuncupatur' ed. Qu. Sella IV (= Atti della Reale Accademia dei Lincei. Serie seconda. Vol. VII, Romae 1880), pag. 71. Sed instrumentum, quod ibi confirmatur, ab Antonio Gonterio notario abbreviatum, a Robaudono Mulatio scriptum erat.*

salvis semper suis protestationibus supra et infra scriptis. Mandans, iubens et precipiens idem dominus rex potestati predicto et omnibus et singulis, qui sunt vel pro tempore fuerint rectores ipsius civitatis, consilio, comuni et universitati et singularibus personis ipsius civitatis et districtus et omnibus aliis et singulis, ad quos status pacificus civitatis Astensis et singularium personarum vel ea vel aliquod ipsorum, que per pre- 5 dictos comitem et principem arbitrata sunt, possunt modo aliquo pertinere tamquam comunia aut tamquam propria vel aliter, quodquod ipsam pacem et ea, que per ipsos comitem et principem super predictis vel aliquo predictorum arbitrata reperientur vel modo alio ordinata, debeant invyolabiliter observare sub penis contentis in compromissis et quibuslibet aliis balliviis ipsis comiti et principi concessis, contentis in compromissis 10 ut supra et sub penis ordinatis vel declaratis per ipsos comitem et principem pro predictis vel aliquo predictorum et in quantum ipsius regis indignationem cupiunt evitare et sub penis seu mulctis corporalibus et peccuniariis regali arbitrio imponendis, levandis et exigendis. In quas penas et mulctas voluit ipse dominus rex et decrevit incidere non solum personas contra pacem vel pacis capitula aliquod vel aliqua facientes seu venientes, 15 set etiam omnes et singulas personas, undecunque sint et cuiuscunque status et conditionis existant, que venientibus vel facientibus contra pacem vel pacis aliquod capitulum dabunt vel prestabunt consilium, auxilium vel favorem. Mandans insuper et precipiens ipse dominus rex omnibus et singulis suis et imperii fidelibus et subditis et ceteris quibuscunque, quodquod omnes contra pacem predictam vel pacis capitula facientes capere 20 et arrestare debeant in personis et rebus, non obstantibus quibuscunque privilegiis vel conventionibus eisdem factis huic iubsui in aliquo obviantibus, et captos detinere usque ad ipsius domini regis beneplacitum et mandatum, ipsa privilegia et conventiones, quantum ad personas et bona ipsorum contra pacem venientium et quantum ad omnimodam ipsorum utilitatem pertinerent vel pertinere possent, ex certa scientia cassando, 25 irritando et adnullando.

Preterea cum inter cetera arbitrata per ipsos comitem et principem super discordiis memoratis arbitratus fuerit certus modus, quo mediante illi de Castello et alique alie persone recuperare debent sumptibus comunis Astensis eorum possessiones per quasdam alias personas detentas, dixit, statuit et ordinavit dictus dominus rex, ne de 30 cetero super modo recuperandi ipsas possessiones iuxta ordinationem dicte pacis et ipsas restituendi dubitatio seu obscuritas oriatur, quod illa persona, que possessionem recuperare debuerit seu voluerit, promitat et caveat ydonee, arbitrio potestatis Astensis, si de ydoneitate existat controversia, illi persone, que possessionem suam detinet de solvenda sibi infra proximum festum Paschatis medietate veri debiti sortis, quod racione 35 (1311. Apr. 11.) dicte possessionis habere debuerit, nisi de avere dicti comunis Astensis vel de fructibus hoc anno ex dicta possessione perceptis, detinenti prius fuerit satisfactum, quorum fructuum haberi voluit idem dominus rex rationem, ita quod medietas fructuum medietatem atenuet ipsius veri debiti, que solvi debuerit per personam illam, que ipsam possessionem recuperare habuerit et voluerit, et reliqua medietas fructuum residuum 40 atenuet debiti, quod super comune capi debet per personam, que possessionem detinet. Volens et ordinans idem dominus rex, quod prestita dicta cautione illi persone, que possessionem detinet, vel potestati Astensi in ipsius persone detinentis contumaciam vel defectum, potestas Astensis personam sic caventem reducat et introducat in possessionem vel quasi sue possessionis vel rei et introductam tueatur et deffendat iusticia mediante. 45 Item dixit, voluit et ordinavit idem dominus rex, quod comune Astense teneatur illi persone, que dictam medietatem solverit, reddere et restituere et persolvere de ipsius comunis ere ipsam medietatem seu illud, quod inde solverit ratione ipsius medietatis, et residuum eius, quod habere debebit secundum formam pacis prenominate illa persona, que possessionem detinet, solvat et solvere debeat ipsum comune ipsi persone detinenti 50

1311. Apr. 11.

infra festum Pasche, ita quod per solutionem persone recuperantis possessionem et per solutionem comunis persone nunc detinenti integre satisfiat.

Protestatus fuit autem dictus dominus rex in principio huius ordinationis et in fine, quod non erat sue intentionis, per pacem vel ordinationem alias inter personas 5 predictas per fideles suos comitem Sabaudie et principem Akaye predictos sive per hanc suam ordinationem seu confirmationem in aliquo iuri suo aut iuribus imperii derogare seu preiudicare nec eciam renunciare potestati, ballivie seu auctoritati[a] sibi concesse aut concessis per comune, populum et cives Astenses. Reservans sibi circa predictam pacem et eius ordinationem seu confirmationem plenam potestatem et auctori- 10 tatem addendi, minuendi, interpretandi et declarandi et corrigendi ipsam pacem ac etiam singulos articulos in ea contentos.

Et de predictis dictus dominus rex precepit michi Bernardo de Mercato et Iohanni de Dyst publicis notariis fieri unum vel plura publica instrumenta, quotquot a nobis fuerint requisita.

15 Actum est hoc in civitate Astensi in domo habitationis ipsius domini regis. Presentibus dominis Theobaldo episcopo Leodiensi, Gerardo episcopo Basiliensi, Ay(mone) episcopo Gebenensi, Guydone episcopo Astensi, A(medeo) comite Sab(audie), Ph(ilippo) principe Achaye, Guydone de Flandria, Anthonio de Bargiis, Nycholao Bonsegnur, Berardo Layolii, P. de Claromonte et magistro Henrico de Geldonia et aliis 20 pluribus.

476. *CONFIRMATIO PRIVILEGIORUM ITERATA.* *Dec. 8.*

Superest in Codice Astensi notissimo fol. 4, e quo iam edidit Ficker 'Acta imperii selecta' pag. 794 nr. 1103. Item repetitur in editione 'Codicis Astensis' supra pag. 427 not. 1 citata II (= Atti V. 1880), pag. 71 nr. 4. Textum ad editiones inter se collatas 25 instruximus.

Quae contra authenticitatem documenti proponit Sommerfeldt loco supra citato pag. 38 not. 6, omnino erronea sunt. Cf. iam supra nr. 469 et ea quae notat Ficker l. c. pag. 795. *(P. deest.)*

Anno Domini millesimo trecentesimo decimo, indictione octava, die octavo De- 30 cembris. Actum Ast in refectorio fratrum Minorum. Presentibus reverendis in Christo patribus domino Thebaldo Dei gratia episcopo Leodiensi[a] et domino Giraldo episcopo Sabinensi[b], domino Aymone episcopo Gebennensi, domino Guidone episcopo Astensi, domino Amedeo comite Sabaudie, Philipo de Sabaudia principe Achaye, dominis Anthonio de Baragis, Andrea Gareto, Berardo Layiolo[c] utriusque iuris professoribus, 35 Dominico Pelleta, Antonio Cazzo de Solario, Beneta de Solario, Guilelmo Gardino iurisperito, Conrado Malabayla et Bartolomeo Velleruto notariis et pluribus aliis ad infrascripta testibus vocatis et rogatis.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod vocatis et congregatis pluribus et diversis hominibus civitatis Astensis tam magnatibus quam popularibus voce preconia 40 per Petrum Bochonum nuncium et preconem comunis Astensis de mandato serenissimi domini domini Henrici Dei gracia Romanorum regis et imperatoris in refectorio supradicto, ubi maior pars civium dicte civitatis aderant coram serenissimo domino domino Henrico Dei gracia Romanorum rege et imperatore ellecto, et ipso mandante ibidem assistente cum prelatorum, baronum et nobilium numero copioso, nobilis vir dominus

45 **475.** a) auctoritate *J.*

476. a) Leodivensi *c.* b) *sic male pro* Basiliensi *c.* c) Laniolo *c.*

Nicolaus de Bonsenioribus de Senis dominus Montisiovis consiliarius dicti domini imperatoris ac etiam vicarius dicte civitatis pro dicto domino rege, existens in conspectu dicti domini regis et predictorum ipsoque domino rege presente, audiente et mandante et intelligente, dixit palam et alta voce: quod idem dominus rex pura mente, sponte, gratuite et ex certa scientia propter bonitatem et benemeritum dictorum civium Astensium concedebat, annuebat, confirmabat et ratificabat eo modo et forma, quibus melius [fieri][d] et dictari posset, suam gratiam et bonam voluntatem dictis civibus presentibus et absentibus et comuni de Ast. Quodque idem dominus rex eo modo et forma, quibus melius fieri et dictari posset, ad utilitatem et comodum dictorum civium et comunis Astensis ex certa scientia laudabat, approbabat, ratificabat et emologabat et de novo pura mente et intentione donabat dicto comuni et civibus presentibus pro se et aliis et dicto comuni recipienti omnia privilegia, immunitates et franchisias, donationes, concessiones et gracias ususque et consuetudines et omnes contractus, que, quos et quas olim Romanorum reges et imperatores seu habentes bayliam ab ipsis dederunt, concesserunt, annuerunt, approbaverunt et ratificaverunt, fecerunt et contraxerunt eisdem civibus et comuni seu cum eisdem vel aliis recipientibus et contrahentibus nomine dicti comunis, et quibus et sicut hactenus dicti cives et comune usi fuerunt in dicta civitate, burgiis et territorio et in villis de posse et districtu et iurisdicione Astensi vel aliunde. Quodque etiam idem dominus rex modo et forma quibus supra ex certa scientia laudabat, approbabat, ratificabat et emol[o]gabat et etiam de novo dabat, donabat et concedebat dictis comuni et civibus omnia iura, iurisdicionem et merum et mixtum imperium, terras, villas, homines et vasallos, fidelitates et homagia castrorum, fortalicia omniaque loca et terras, que, quos et quas dictum comune et cives tenuerunt, habuerunt, detinuerunt et exercuerunt, posiderunt vel quasi per se vel per alium, et prout et sicut dictum comune et homines visi fuerunt habere et tenere, detinere, exercere et posidere vel quasi per se vel per alium in dicta civitate Astensi et burgiis et territorio, villis, terris, castris et fortaliciis, hominibus vel vasallis, mero imperio et iurisdicionibus, ita et taliter quod dictum comune et cives abinde inantea pure et libere et absolute per se vel per alios utantur et fruantur et uti et frui possint, ut veri domini.

---

477. LEGATIO CIVITATUM VERONAE ET MANTUAE.

(1310. Nov. 15. 16.)

Formam legationis, quae superest Mantuae in Copiario tabularii regii 'B. XXXIII. nr. 1' signato fol. 184 manu coaeva exarata, denuo contulimus. Est rubrum: Ambaxata missa ad dominum imperatorem. *Edidit ad exemplar a v. cl. J. Ficker paratum etiam Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 766 nr. 1100. Tempus diffinire licet e datis syndicatuum, quos hic proponere supersedimus, cum ad solitum modum concepti sint*[1].

476. d) *deest c.*

1) *Syndicatus Veronae a. 1310. Nov. 15. dati autographon exstat Pisis in tabulario Roncionano nr. 650 (= Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 60 nr. 47), apographon in Libro Imbreviaturarum Bernardi fol. 4' (= Doenniges l. c. I, 7 nr. 6). Syndicatus Mantuae Nov. 16. dati autographon servatur in tabulario regio Mantuano 'B. I. nr. 19', apographon coaevum ibidem in Copiario supra citato f. 184, itemque aliud apographon in Libro imbreviaturarum Bernardi fol. 6' (= Doenniges l. c. I, 10 nr. 8).*

Cf. etiam iuramenti Veronensium receptionem Dec. 2. factam, quam ex Libro imbreviaturarum Bernardi de Mercato tabularii Taurinensis fol. 4' edidit Doenniges 'Acta Henrici VII.' I, 7 nr. 6. Iuramentum Mantuanorum a Bernardo exaratum non est. — Cf. Böhmer, Reg. Heinr. 342. *(P. deest.)*

5 Ambaxatores dominorum . . capitaneorum et comunium civitatum Verone et Mantue ituri ad serenissimum et invictissimum dominum Henricum[a] Dei gracia Romanorum imperatorem semper augustum pro parte ipsorum dominorum et comunium reverenter exponant et dicant:

(1) Primo qualiter prefati domini capitanei tam ipsi quam predecessores eorum 10 semper extiterunt, sunt et esse proponunt temporibus secuturis imperpetuum fidelissimi et devotissimi sacri imperii, pro cuius nomine portaverunt labores multos et longos hactenus et in eius devotione et obsequio continue extiterunt, et esse intendunt et tam ipsi quam comunia civitatum predictarum adesse suis beneplacitis et mandatis. Quocircha ambaxatores predicti prefato domino solemniter et instanter ipsos dominos 15 capitaneos et comunia recomendatos esse procurent et rogent.

(2) Item quod predicti domini et comunia longis temporibus desideraverunt adventum felicem ipsius domini imperatoris et nunc de ipsius presencia congaudent vehemencius et exultant pro honore persone sue et excellencia et magnificatione sacri imperii necnon pro bono statu ipsorum et omnium fidelium ipsius domini imperatoris 20 et imperii.

(3) Item qualiter dicti domini capitanei et comunia liberaliter et libenter se exponunt et offerunt ad ipsum dominum affectuose recipiendum et eius mandatis et beneplacitis cum sinceritate devotionis et fidei obsequendum.

(S. N.) Ego Petrinus filius domini Moreni de Forzanis sacri palatii notarius 25 publicus hiis interfui et rogatus scripsi atque registravi.

---

478. PRAEFATIO IN REGISTRUM DE NEGOTIIS IMPERII COMPILANDUM.

1310. Nov. 20.

Mandati regii de Registro compilando mentio fit in praefatione Registri R *a Ber-* 30 *nardo de Mercato incepti, quod ipsius manu exaratum superest Taurini in tabulario regio 'Diplomi imperiali Mazzo 3' nr. 4 signatum, ubi fol. 5' inscripta est.*

Monumentum singulare, cuius cognitionem v. d. Doenniges non iam habebat, nos ipsi mandato regii Instituti historici Borussici, quod est Romae, archivum Taurinense a. 1904. perscrutantes, casu fausto invenimus. De cuius Registri indole ac ratione fusius 35 *alio loco disseremus.* *(P. deest.)*

(1) Moderatrix omnium diligenter consideravit antiquitas, ut quoniam erat rei publice ac subiectis sacri Romani imperii per scrineta publica consulendum, scripturarum copia non deesset, ut quicquid profuturum decerneretur eisdem, per oblivionem, que ex diuturnitate solet temporis provenire, perire non posset. Idcirco ad illius laudem

40 477. a) . . *sequitur* e.

et gloriam, in cuius manu sunt omnium principum potestates, qui pro salute humani generis proprium sanguinem effundere dignatus est, et gloriose virginis Marie matris eius tociusque celestis curie ego Bernardus de Mercato de Yanna Bellicen. dyoc. sacrosancte Romane ecclesie ac sacri imperii auctoritate notarius publicus de mandato serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti, cuius 5 ordinatio tam cauta quam provida per moram impediri non debet, ne quod salubriter constat esse dispositum, per tarditatis vicium incurrat obstaculum, infrascriptum librum gesta et documenta varia continentem officio sedulo studui preparare. (2) In quo divina affluente clementia, que linguas hominum facit esse disertas, reperietur fecunda verborum plantata seges et fructum mentibus tociens suavissimum reddet, quociens 10 desiderium lectoris sua iura querentis inveniet oportuna. Hic etiam appellabitur rei publice ac humanorum actuum servans fidem, testimonium fidele, preteritorum loquax, oblivionum inimicus. Nam humana memoria, si causas retineat, verba plerumque conmutat et legalis sancsit auctoritas, quod de humanis actibus ideo fiunt scripture, ut quod actum est, per eas facilior reddatur probatio. Hic autem tute ponetur, et quod 15 semper equaliter audietur a subditis et quod ibidem scriptum fuerit, erit quadam perpetuitate servatum, et inter mortales tam circa iura fiscalia quam privata deffectum memorie ignorabit ac annua semper cumulatione augescet. Et nova iura, documenta et gesta publica quam privata accipiet[a] iugiter illaque sic diligenter accepta custodiet ad honorem ipsius serenissimi principis ac conservationem status et iurium rei publice 20 necnon et subiectorum sacri Romani imperii. Erat enim indecorum, doctos sermones et gesta provida tanti principis variis, sparsis et inordinatis scripturis conmittere, quod sua solercia provida invenire studet ac studuit incessanter et in futurum Deo duce continuatis et indefessis studiis adimplere curabit. Et erit ad invenienda subtilis, ad implenda robustus, ad celanda cautissimus, apud quem in tuto reponent[b] omnis devotio, 25 quod moretur.

(3) Sic igitur ego Bernardus de Mercato (S. N.) notarius suprascriptus de mandato supradicti domini regis omnia instrumenta et acta publica, que perpetua memoria indigent, ipsum dominum regem et sacrum Romanum imperium tangentia facta, recepta et notata et que fient, recipientur et notabuntur tam per me quam per ceteros notarios 30 sacre ipsius domini regis camere a vicesima die mensis Novembr., anno Domini millesimo tricentesimo decimo, qua die idem dominus rex me in notarium sue camere recepit iuratum, ea videlicet que ad noticiam meam pervenerunt et pervenient in presenti libro Deo auxiliante conpilare propono, nichil addito vel remoto preter punctum, litteram aut sillabam, propter quod rei sustancia non mutetur, sub hoc signo meo. 35

Nov. 20.

479—482. SCRIPTA AD HOMAGIA ET INVESTITURAS SPECTANTIA.

1310. Nov. 24.—25.

479. *FIDELITAS COMITIS SABAUDIAE. Nov. 24.*

Proponimus ex J *Libro imbreviaturarum Bernardi de Mercato, de quo v. supra* 40 *ad nr. 468—476, fol. 1. Est ibi rubrum:* De fidelitate et investitura comitis Sabaudie;

478. a) accipient *R.* b) *sic R.*

in margine scriptum est: Factum semel pro comite. *Edidit Doenniges 'Acta Henrici VII.' I, 3 nr. 1. Cf. etiam infra ad a. 1313. Iul. 10. — Böhmer, Reg. Heinr. 338.*

(P. deest.)

In nomine Domini amen.

5 (1) Anno eiusdem millesimo tricentesimo decimo, inditione VIII, VIII. Kalend. Decembr., pontificatus domini Clementis pape quinti anno sexto. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat evidenter, quod serenissimus dominus Henr(icus) Dei gratia Romanorum rex semper augustus in partibus Ytalie constitutus in actu eundi Romam pro imperii suscipienda corona tamquam verus Romanorum rex et imperii 10 habens administrationem legitimam in sede sue maiestatis residens, cum assistentia venerabilis in Christo patris domini Arnaldi Dei gratia tituli Sancte Potentiane[1] dyaconi cardinalis in partibus Ytalie summi pontificis generalis legati necnon et dominorum Castonis archiepiscopi Mediolanensis ac plurium aliorum procerum et fidelium sacri imperii inferius adnotatorum deliberate et ex certa scientia illustrem ac spectabilem virum 15 dominum Amedeum comitem Sabaudie, ducem Chablasii et Vallis Auguste, marchionem in Ytalia et dominum Baugiaci et Cologniaci, affinem suum carissimum, recipientem pro se et heredibus suis Sabaudie comitibus de Sabaudia, de qua ibidem presentialiter eidem domino regi ipse dominus Amedeus donationem fecerat, investivit in principatum cum ceptro regali ipsumque dominum Amedeum principem constituit et creavit, eidem 20 domino Amedeo et Sabaudie ultra honorem et dignitatem et nomen comitis et comitatus nomen, honorem et dignitatem et administrationem[a] necnon principis et principatus privilegia plenissime largiendo. (2) Et insuper ipsum dominum Amedeum recipientem ut supra investivit tamquam verum et legitimum principem et comitem Sabaudie, ducem Chablasii et Vallis Auguste, marchionem in Ytalia et dominum Baugiaci et 25 Cologniaci cum ceptro regali, quod ipse dominus rex in manu sua tenebat, in feudum nobile, anticum et paternum de omnibus hiis et singulis baroniis, civitatibus, castris, villis, meris et mixtis imperiis et iurisdictionibus quibuslibet, regaliis, pedagiis, levis et aliis quibuscunque rebus corporalibus et incorporalibus, que et quas predecessores ipsius domini Amedei in predictis baroniis et earum pertinentiis et qualibet ipsarum et in 30 aliqua alia parte tenuerunt in feudum vel tenere consueverunt a predecessoribus ipsius domini regis Romanis imperatoribus vel aliquo ipsorum, et de predictis hiis, aliis et singulis quocunque nomine seu vocabulo nuncupatis et quolibet ipsorum in aucmentum predicti feudi, que ipse dominus Amedeus possidet vel quasi, tenet vel quasi vel alius ab ipso vel pro ipso, que erant ante presentem investituram dominii pleni vel directi 35 vel alterius iuris ipsius domini regis tamquam regis aut tanquam imperatoris[b] sive ad ipsum dominum regem pertinerent tamquam feudalia aut tamquam retrofeudalia aut tamquam commissa seu escheyta vel aperta vel qualicunque alia ratione. Et generaliter de omnibus actionibus et deffenssionibus perinde dicto domino regi competentibus et tamquam imperatori competituris ratione regni vel imperii, in ipsis actionibus et 40 deffenssionibus ipsum dominum Amedeum ut in rem suam procuratorem constituendo. (3) Quibus quidem investituris ut supra factis dictus dominus Amedeus ut princeps, comes, dux, marchio et dominus Baugiaci et Cologniaci pro predictis feudis tactis[c] corporaliter sacrosanctis euangeliis fidelitatem iuravit osculo pacis interveniente et promisit eidem domino regi,

45 quod ab hac hora inantea erit fidelis ipsi domino regi et sacro Romano imperio. Non erit in loco, tractatu vel consilio, ubi idem dominus rex vitam vel membrum aut honorem suum vel imperium perdat vel ubi recipiat in persona vel rebus aliquam

479. a) *sequitur* pr *deletum J.* b) *sequitur* tāq *deletum J.* c) *sequitur* qu *deletum J.*

1) *Ita male scripsit Bernardus pro* S. Marie in Porticu.

lesionem vel ubi mala captione capiatur. Quodque ipsum et sacrum Romanum imperium ad manutenendum, deffendendum et recuperandum sua et imperii iura suo posse adiuvabit. Consilium quod ab eo petierit secundum conscientiam suam bonum et iustum ei dabit. Secretum ab eo sibi commissum nemini sine sui licentia revelabit vel pandet. Lesiones et iniurias eiusdem domini regis impediet suo posse et si impedire non potterit, eidem per se vel per alium aut per litteras suas manifestabit. Hec et omnia alia, que in forma fidelitatis nova et veteri continentur, facere, attendere et observare ipsi domino regi promisit et iuravit.

(4) Et de predictis omnibus et singulis supradicti domini rex et comes voluerunt, mandaverunt et preceperunt michi Bernardo de Mercato notario infrascripto et aliis notariis ibidem presentibus fieri publica instrumenta, que etiam dictari possent et deberent per iurisperitos et specialiter per dominum Anthonium de Bargiis utriusque supradictorum dominorum regis et comitis consiliarium et iuratum.

Acta sunt hec in[d] civitate Astensi in domo Thomayni Rotarii, quam idem dominus rex habitabat, presentibus dominis cardinali et archiepiscopo supradictis ac dominis Henrico Tridentino episcopo ipsius domini regis cancellario, Theobaldo Leodiensi, Girardo Basiliensi, Aymone Gebennensi episcopis, Waleramo fratre ipsius domini regis, Manifredo marchione Salutiarum, Hugone et Guydone Delphini fratribus, Lupollo duce Austrie, Philippo principe Achaye, Aymaro de Perticu, Gratone de Clairiaco, Aymaro de Bellovidere, Petro domino Altivilarii, Iohanne Arthaudi, Girardo dicto Guespa de Varas, Guillelmo de Briort, Henrico de Septimo militibus, Homine de Peretulo, Anthonio de Bargiis et Petro de Claromonte iurisperitis et pluribus aliis fidedignis testibus ad premissa vocatis et rogatis.

480. *PROCURATORIUM COMITUM DE CABALIACHA. Nov. 24.*

Repetimus editionem, quam ex autographo, quod Florentiae servatur in tabulario regio, paravit Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 77 nr. 56. Dorso inscriptum est: Procuratio Richardi filii quondam comitis de Cabaliacha. *(P. deest.)*

(S. N.) Anno nativitatis Domini millesimo trecentesimo decimo, indictione octava, die Martis vigesimaquarta mensis Novembris. Domini Guillelmus filius condam comitis Rufini de Cabaliacha, Iacobus, Ubertus, Bonifacius et Henricus fratres filii condam comitis Raymondi de Cabaliacha, Petrus, Ubertus et Henricus fratres filii condam comitis Antonii de Cabaliacha, Guillelmus Salvaticus comes de Cabaliacha, Girardus filius condam comitis Andree, Marchionus, Hendoardus filius condam comitis Iacobi de Ciognonis pro se et fratribus suis et Antonio et Iacomacius Ciognonus pro se et fratribus, omnes habitantes in loco Fraxine et parentes paterni et fideles et vassalli aule imperialis et consortes feudi imperialis, vicissim et separatim fecerunt et constituerunt eorum et cuiuslibet ipsorum certos nuncios et procuratores et missos discretos viros dominos Ricardum filium dicti domini comitis Rufini et Henricum filium condam domini Andree comitis de Cabaliacha ibi presentes et mandatum sponte sussipientes et quemlibet ipsorum in solidum, specialiter ut nomine ipsorum et cuiuslibet ipsorum possint petere et obtinere et supplicare serenissimo imperatori Henrico et regi Romanorum, ut dignetur ipsos[a] et que[m]libet ex ipsis nomine supradictorum nominatorum de eorum gentili feudo investire, secundum quod alii predecessores ipsius domini imperatoris investierunt predecessores ipsorum et iusta formam continentem[b] in eorum

479. d) *sequitur* d *deletum J.*

480. a) ipsis *or.* b) *sic pro* contentam *or.*

privilegiis, et ut poscit nomine ipsorum et cuiuslibet ipsorum facere fidelitatem predicto domino imperatori Henrico et sacramenta facere fidelitatis et omnia facere ac exercere, que natura feudi requirit et constitutiones[c] feudorum declarant et etiam sacramenta, et omnem voluntatem ipsorum et facta tam in personis quam in rebus postponere, et ipsos subponere dicti domini imperatoris proprie voluntati, et sese obligare nomine ipsorum atendere et observare omnia et singula, que imponentur per dictum dominum imperatorem. Promitentes omnes et singuli infrascripto michi notario recipienti vice et nomine dicti domini imperatoris et infule imperialis, habere ratum et firmum omnia et singula, que per predictos procuratores et quemlibet ipsorum fuerint et gesta et etiam procurata, sub obligatione bonorum omnium suprascriptorum dominorum et cuiuslibet ipsorum presencium et futurorum. Dantes et concedentes dictis procuratoribus et cuilibet ipsorum liberam et generalem bailiam et potestatem faciendi et exercendi, quidquid[d] in predictis fuerint necessaria et etiam oportuna.

Interfuerunt testes Bernardus de Achamariano et Avundus de Traciis.

Ego Iacobus de Borro notarius sacri palacii tradidi et scripsi.

481. 482. *FIDELITAS MARCHIONIS MONTISFERRATI.* *Nov. 25.*

Proponimus A *instrumentum super homagio pro rege confectum ad autographum hucusque ineditum eiusdem tabularii 'Diplomi imperiali Mazzo 3' nr. 4, Registro Bernardi* R, *de quo v. infra, adsutum. Dorso manu Bernardi inscriptum est:* de march. Mon . . .[a]. *Item contulimus* J *Librum Imbreviaturarum fol. 2 (= Doenniges l. c. I, 4 nr. 2), ubi rubrum:* Homagium marchionis Montisferrati *et in margine nota item Bernardi manu, sed stilo mutato scripta:* Factum semel pro rege; *et* R *Registrum Bernardi, de quo v. supra ad nr. 478, ubi rubrum:* de fidelitate marchionis Montisferrati, *potioribus tantum variis lectionibus notatis.*

B *privilegium regis marchioni traditum, cum autographon servatum non sit, ad textum, quem praebet Muratori 'Rerum Italicarum Scriptores' XXIII, 426 in editione Historiae Montisferrati a Benevenuto de Sancto Georgio confectae, hic illic correctum repetere oportet. — Böhmer, Reg. Heinr. 339.* *(P. deest.)*

481.
INSTRUMENTUM SUPER HOMAGIO.
A.

‖ In nomine Domini amen. ‖

(1) Anno nativitatis[b] eiusdem millesimo tricentesimo decimo, inditione octava, vicesima quinta[c] die mensis Novembr.[d]. Per[e] presens publicum instrumentum cunctis appareat presentibus et futuris[f], quod nobilis vir Theodorus marchio Montisferrati accessit ad presentiam serenissimi domini[g] Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti et coram eo confessus fuit sollempniter[h] et publice recognovit, quod marchionatus Montisferrati cum suis pertinentiis

482.
PRIVILEGIUM REGIS.
B.

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

(1) Regalis solii dignitas laude decoratur et gloria, cum se subiectis benivolam exhibet ipsorumque petitionibus benignum prestat assensum. Accedens siquidem ad nostre maiestatis presentiam nobilis vir Theodorus marchio Montisferrati fidelis noster dilectus confessus fuit et publice recognovit, quod marchionatus Montisferrati

480. c) constituentes *ed.* d) *sic pro* queque *or.*

481. a) *reliqua evanida sunt.* b) nativitatis *deest J.* c) XXV. *J.* d) Octobr. *male R;* pontificatus domini C. pape quinti anno sexto *hic add. J. R; cf. infra pag. 438 not.* n. e) hoc *add. J. R.* f) *loco* presentibus et futuris *J:* evidenter. g) domini *add. J.* h) sollempniter *deest J.*

fuit et est et esse consuevit[i] feudum nobile et anticum[k] sacri imperii et nunc ipsius domini regis predicti. Eapropter idem marchio eidem domino regi suplicavit et ab eo humiliter requisivit, quatinus[l] ipsum marchyonem pro se et heredibus suis debeat de dicto feudo investire modo et forma, quo et[m] qua predecessores ipsius marchionis Montisferrati tenere in feudum[n] consueverunt a predecessoribus predicti domini regis.

(2) Qui dominus rex predictus[o] eiusdem marchionis suplicationibus et requisitionibus inclinatus et motus, volens in ipsum marchyonem liberalitatem et munificentiam regiam exercere et ob hoc alios fideles imperii ad sua obsequia provocare, ipsum Theodorum marchionem de speciali gratia per baculum unum, quem[p] in manu[q] tenebat, de toto marchionatu Montisferrati et pertinentiis ipsius in nobile, rectum, gentile, anticum[r], avitum et proavitum feudum pro se et heredibus suis recipientem, salvo iure imperii in posterum, quod ei competet in futurum, sicut in bono et fideli vassallo, et salvo iure cuiuslibet alterius[s] persone ecclesiastice et secularis et cuiuslibet comunitatis et universitatis corporaliter investivit. Remitendo sibi de gratia speciali omnes causas, propter quas feudum predictum ipsi domino regi foret apertum, ita quod amodo idem marchio pro se et heredibus suis dictum feudum teneat et habeat, sicut et eo modo et forma, qua predecessores et successores Montisferrati habere et tenere consueverunt, salvo iure cuiuslibet, ut dictum est.

(3) Qui marchio[t] delato sibi sacramento corporaliter tactis sacrosanctis euangeliis iuravit

esse ab hac die[u] inantea fidelis et legalis sacro imperio et dicto domino regi et suis legitimis successoribus et non esse in loco, ubi ipse[v] amitat vitam vel membrum, honorem vel bona imperii vel[w] recipiat in persona vel rebus aliquam lesionem vel ubi mala captione capiatur. Quodque ipsum et sanctum imperium

cum pertinentiis suis fuit et est feudum nobile et antiquum sacri imperii et nunc est nostre regie dignitatis, supplicando nostre celsitudini humiliter et devote, ut ipsum marchionem pro se et heredibus suis debeamus de dicto feudo investire modo et forma, quo et qua predecessores ipsius marchionis Montisferrati ipsum marchionatum tenere in feudum a nostris predecessoribus consueverunt.

(2) Nos itaque devotis suis supplicationibus inclinati, volentes in ipsum marchionem liberalitatem et munificentiam regiam exercere, ut ex hoc tam ipse quam alii fideles nostri ad nostra obsequia ferventius excitentur, ipsum Theodorum marchionem de speciali gratia per baculum regalem, quem tenebamus in manibus, ut est moris, de toto marchionatu Montisferrati et pertinentiis suis in nobile, rectum, gentile, antiquum, avitum et proavitum feudum pro se et heredibus suis recipientem, salvo iure imperii in posterum, quod ei competet in futurum, sicut in bono et fideli vassallo, et salvo iure cuiuscunque alterius persone ecclesiastice et secularis et cuiuslibet communitatis et universitatis corporaliter investimus de regie plenitudine potestatis. Remittentes sibi gratiose omnes causas, propter quas feudum predictum nobis foret apertum, ita quod [a]modo idem marchio pro se et heredibus suis dictum feudum teneat et habeat, sicut et eo modo et forma, quo et qua predecessores et successores Montisferrati habere et tenere consueverunt, salvo iure cuiuslibet, ut est dictum.

(3) Qui marchio delato sibi iuramento corporaliter tactis sacrosanctis evangeliis iuravit

esse ab hac die inantea fidelis et legalis nobis et sacro imperio et nostris legitimis successoribus et non esse in loco, ubi amittamus vitam vel membrum, honorem vel bona imperii vel recipiamus in persona vel rebus aliquam lesionem vel ubi mala captione capiamur. Quodque nos et sacrum imperium suo posse ad manu-

481. i) et esse consuevit *deest J.* k) antiqum *J. R.* l) qq⁹ *A. J.;* quatenus *R.* m) quo et *deest J.* n) feudo *J.* o) predictus *deest J.* p) ipse *add. J.* q) sua *add. R.* r) antiqum *R.* s) alterius *deest J.* t) predictus *add. R.* u) *loco* hac die *R:* hodie. v) *deest R.* w) ubi *add. J. R.*

suo posse ad manuten[en]dum deffendendum et recuperandum sua et imperii iura adiuvabit. Si guerram vel offensionem contra aliquem fecerit vel facere voluerit vel contra ipsum mota fuerit, de ipsa suo posse ipsum dominum regem[x] iuvabit. Consilium quod ab ipso petierit secundum conscientiam suam iustum et bonum[y] dabit. Secretum sibi ab eo commissum nemini sine sui licentia revelabit vel pandet. Lesiones et iniurias eiusdem domini regis impediet suo posse et si impedire non poterit, eidem per se vel per alium vel per litteras suas[z] manifestabit. Hec et omnia alia et singula, que in forma fidelitatis nove[a] et veteris[b] continentur, facere, attendere et observare promisit et[c] juravit.

(4) Et insuper idem marchio dicto[d] domino regi sollempni stipulatione promisit pro se et successoribus suis per[e] pactum et sollempnem stipulationem de dicto marchyonatu[e], de villis, castris et hominibus dicti marchyonatus et de persona sua pacem et guerram, exercitum et cavalcatam pro dicto domino rege et suis successoribus facere et dicto domino regi[f] et genti sue in dicto marchionatu dare reductum contra omnes. Renunciavitque dictus[g] marchio beneficio minoris etatis.

Acta* sunt hec in civitate Astensi in domo, quam inhabitabat idem dominus rex, presentibus dominis Arnaldo Sancte Marie in Porticu dyacono cardinali, domino Castone archiepiscopo Medyolanensi, Aymone episcopo Gebenensi, Henrico episcopo Tridentino cancellario dicti domini regis, Philipo de Sabaudia principe Achaye, Hugone et Guydone Delphini fratribus[h], Philippo de Langusco comite de Lomello, Guillelmo abbate

tenendum, defendendum et recuperandum nostra et imperii iura adiuvabit. Si etiam guerram vel offensionem contra aliquem fecerimus vel facere voluerimus vel contra nos mota fuerit, de ipsa suo posse nos adiuvabit. Consilium quod ab ipso petierimus secundum conscientiam suam iustum et bonum nobis dabit. Secretum sibi a nobis commissum nemini sine nostri licentia revelabit vel pandet. Lesiones et iniurias nostras impediet suo posse et si impedire non poterit, nobis per se vel per alium vel per litteras suas manifestabit. Hec et omnia alia et singula, que in forma fidelitatis nove et veteris continentur, facere, attendere et observare promisit et iuravit.

(4) Et insuper idem marchio nobis solemni stipulatione promisit pro se et successoribus suis per pactum et solemnem stipulationem de dicto marchionatu, de villis, castris [et] hominibus dicti marchionatus et de persona sua pacem et guerram, exercitum et cavalcatam pro nobis et nostris successoribus facere et nobis ac genti nostre in dicto marchionatu dare reductum contra omnes. Renuntiavitque dictus marchio beneficio minoris etatis in omnibus supradictis.

Acta sunt hec in civitate Astensi in domo, quam inhabitamus, presentibus rever(endo) in Christo patre domino Arnaldo Sancte Marie in Porticu diacono cardinali, Castono archiepiscopo Mediolanensi, Aymo[ne] episcopo Gebennensi, Philippo de Sabaudia, Ugone et Guidone Delphini fratribus, Philippo de Langusco comite de Lomello, Guilelmo abbate Sancti Fremolii Wacensis diocesis, Aymaro de Pictavia, Oppecino[i]

*) *Eschatocollon in J hoc modo exaratum est:* Acta sunt hec in civitate Astensi in domo, quam inhabitabat idem dominus rex, in camera eius in concilio presentibus dominis Arnaldo Sancte Marie in Porticu dyacono cardinali, domino Castone archiepiscopo Medyolanensi et Aymone episcopo Gebenensi, domino Henrico episcopo Trigentino cancellario domini regis, domino Ph(ilippo) de Sabaudia principe Achaye, dominis Hugone Delphini domino Foucig(niaci) et Guydone fratre eius, domino Aymaro de Petiers, domino Philippo de Langusco comite palatino de Lomello, domino Opecino de Loculo de Spinul., domino Symone Advocato de Vercellis, domino Anthonio de Fisseraga de Laude, domino Andrea de Garretis iudice, domino Berardo de Layoliis iudice, domino Guydone de Coconato comite de Reyate, dominis P. et Anth. de

481. x) ipsum dominum regem *deest J.* y) ei *add. R.* z) eidem *add. J.* a) nova *R.* b) veteri *R.* c) promisit et *deest J.* d) *loco* idem marchio dicto *J:* eidem. e) *loco* per — marchyonatu *J:* recipienti de dicto marchione. f) et suis *add. J.* g) idem *J.* h) Aymaro de Peitieu *hic ponit R.* i) *deest R.*

Sancti Fermelii Wacen. dyoc., Aymaro de Peitieu[k], Opezino de Loculo de Spinulis, Symone Advocato de Lomello[l], Anthonio de Fisserago[m] de Laude et* pluribus aliis fidedignis testibus ad premissa vocatis et rogatis. Anno, die et loco quibus supra, pontificatus domini Clementis pape quinti anno sexto[n].

(S. N.) Ego autem Bernardus de Mercato de Yenna Bellicen. dyoc. sacrosancte Romane ecclesie ac sacri imperii auctoritate publicus notarius supradictis recognitioni, investiture, remissioni, fidelitatis jur(amenti) prestationi et promissioni ac omnibus et singulis suprascriptis una cum Iohanne de Dyst dicto de Cruce infrascripto notario presens fui, et hanc cartam manu propria scripsi et subscripsi signoque meo consueto signavi feliciter rogatus.

(S. N.)[o] Et ego Iohannes de Dyst dictus de Cruce clericus Leodien. dyoc. publicus imperiali auctoritate notarius supradictis recognitioni, investiture, remissioni, fidelitatis iur(amenti) prestationi ac omnibus et singulis suprascriptis una cum . . Bernardo suprascripto notario et testibus predictis presens interfui, et hoc publicum instrumentum scriptum manu notarii supradicti meo consueto signo signavi feliciter rogatus.*

de Loculo de Spinulis, Simone Advocato de Lomello, Antonio de Fisserago de Laude et pluribus aliis fidedignis.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre investiture, concessionis et remissionis paginam infringere vel ei in aliquo ausu temerario contraire. Quod qui facere presumpserit, gravem nostre maiestatis offensam se noverit incursurum. In cuius rei testimonium presentes litteras scribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Dat. septimo Kalend. Decembris, indictione octava, anno Domini millesimo trecentesimo decimo, regni vero nostri secundo.

Ego frater Henricus Tridentinus episcopus sacre imperialis aule cancellarius vice domini Henrici Coloniensis archiepiscopo sacri imperii per Italiam archicancellarii recognovi.

A.

483. *PROMISSIO EIUSDEM. Nov. 25.*

Contulimus J *Librum Imbreviaturarum fol. 2' nr. 3 (= Doenniges l. c. I, 5 nr. 3), ubi rubrum:* De servicio marchyon. *et nota* F *(actum). Cancellatum est. V. etiam infra ad a. 1311. Ian. 12. Cf. Böhmer, Reg. Heinr. 339.* *(P. deest.)*

Eodem anno die et loco et coram eisdem testibus idem marchio promisit dicto domino regi solempniter stipulanti et ad sancta Dei ewangelia iuravit servire dicto domino regi et eum sociare personaliter cum centum equitibus sufficienter armatis, quorum quilibet habeat duos equos ad minus, quorum unus equorum sit dextrarius ad arma et alius sit roncinus, expensis propriis dicti marchionis usque ad annum unum proximo venturum sub obligatione omnium bonorum suorum, nulla exceptione, deffenssione, allegatione, excusatione iuris vel facti admissa vel apposita, etiamsi renunciationem specialem et expressam requirerent.

Sancto Georgio comitibus de Blandrate, domino Leoneto de Sancto Stephano, dominis Lancea de Cortesellis et Anthonio Cavallo de Cyr. et pluribus aliis nobilibus et proceribus dicti marchionis et pluribus aliis fidedignis paribus curie.

*) *loco* et pluribus — rogatus *R:* Andrea de Guarretis, Berardo de Layolio, Guydone de Coconato comite de Reyate, Petro et Anthonio de Sancto Georgio comitibus de Blandine[p], Leoneto de Sancto Stephano Lancea de Cortesellis et Anthonio Cavalerio de Cyriaco et pluribus aliis fidedignis. Coram quibus omnibus prefati dominus rex et marchio Montisferrati preceperunt michi Bernardo de Mercato et Iohanni de Dyst notariis infrascriptis, ut de predictis omnibus et singulis faciamus cuilibet ipsorum unum vel plura publica instrumenta. Actum anno, die et loco quibus supra.

481. k) A. de P. *hic deest R; cf. supra not.* h. l) *sic male pro* Vercellis *A; cf. nr. 482.* m) Fixerago *R.* n) *cf. supra pag. 435 not.* d. o) *abhic alia manus or.* p) *sic R.*

484—486. SCRIPTA AD CORONATIONEM LOMBARDICAM SPECTANTIA.

1310. Nov. 25. — 1311. Ian. 4.

De Ordine huius coronationis v. ea quae in fine Indicis documentorum huius tomi IV. 5 *notantur. Instrumentum ab Ughellio iam olim publici iuris factum, quod notat Böhmer, Reg. Heinr. 354, cuius nec autographon nec apographon Vercellis inveniri poterat, quin falsarii potius opus sit, non est dubium.*

Cf. infra nr. 518 et 519.

484. *LITTERAE LEGATI APOSTOLICI. 1310. Nov. 25.*

10 *Denuo contulimus autographon tabularii regii Mediolanensis (olim coenobii S. Ambrosii). Sigilli vestigia non apparent. Editae sunt ab Aresio 'S. Ambrosii abbatum series. Privilegia' (1674) pag. 92 (= Muratori 'Anecdota' II (1698) pag. 312). Cf. Böhmer, Reg. Heinr. 347 itemque ea, quae notavimus 'Neues Archiv' XXIII, 12 et not. 1.*

(P. deest.)

15 Arnaldus miseratione divina[a] Sancte Marie in Porticu diaconus cardinalis apostolice sedis legatus dilectis in Christo . . abbati et conventui ac . . preposito et capitulo et singulis canonicis et personis monasterii seu ecclesie Sancti Ambrosii Mediolanensis salutem in Domino.

Quia inest tempus coronationis, quam serenissimus princeps dominus Henricus Dei 20 gratia rex Romanorum illustris recepturus est in partibus istis, reddimur corde solliciti, ut circa coronationem ipsius adhibeamus diligentie studium efficacis. Sane cum idem dominus rex ad exquirendum, ubi et in quo loco sit corona ferrea, quam habiturus est suique habuerunt predecessores, necnon ad perscrutandum et sciendum et se plenius informandum de modo et forma tenendis in coronatione iamdicta mittat ad vos ven(era- 25 bilem) virum magistrum Galassum de comitibus de Mangone canonicum Cameracen(sem) domini pape capellanum, ipsius domini regis consiliarium et familiarem presentium portitorem, discretionem vestram requirimus et rogamus attente, vos nichilominus et vestrum quemlibet monentes pro primo, secundo et tertio peremptorio termino vobisque sub excommunicationis, quam in vos et singulos vestrum, et interdicti penis, quam in 30 capitulum et conventum[b] ipsa[c] exnunc prout extunc monitione premissa ferimus in hiis scriptis vosque incurrere volumus ipso facto, nisi monitis et mandatis nostris obtemperaveritis in hac parte, districte precipiendo mandantes, quatinus eidem magistro Galasso, ubi sit corona predicta et scripta quelibet necessaria ac modum et formam tenendos et quicquid scitis vel scire potestis per vos vel alios circa coronationem eandem refe- 35 ratis eumque informetis plenarie, [ut][d] in reditu suo sciat dicto domino regi referre per ordinem nullo dimisso omnia, que circa coronam et coronationem huiusmodi sint agenda. Has autem litteras ad cautelam in regestro nostre curie fecimus regestrari, de quarum presentatione eidem magistro Galasso dabimus plenam fidem. In cujus rei testimonium presentes litteras exinde fieri fecimus et sigilli nostri munimine roborari.

40 Dat. Ast, die XXV. mensis Novembr., pontificatus domini Clementis pape V. anno sexto.

484. a) *bis scriptum or.* b) um *in loco raso or.* c) a *in loco raso or.* d) *deest or.*

485. *LITTERAE REGIS AD ECCLESIAM MODOETIAE.* *1310. Dec. 25.*

Supersunt in solo Chronici Bonincontri Morigiae codice, qui servatur in bibliotheca Ambrosiana 'D. 271. inf.' fol. 20. Denuo contulimus. Quo redeunt omnes editiones. — Böhmer, Reg. Heinr. 347. *(P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus honorabilibus viris archipresbitero et capitulo in Modoetia devotis suis dilectis gratiam suam et omne bonum.

Devotioni vestre seriose precipimus et mandamus, quatinus[a] archipresbiter et tres vestrum de capitulo seniores et prudentiores, quibus de negotio corone ferree magis constet, sine contradictione et dilatione qualibet nostram presentiam accedatis, privilegia vel instrumenta, si qua sunt in Modoetia et habueritis, apportantes et super his strenuis viris Alard de Robaes [et] Elecumpher[b] de Genuille militibus nostris, exhibitoribus presentium, fidem credulam apponentes.

Dat.[c] Mediolani, VIII. Kalend. Ianuar., regni nostri anno secundo.

486. *LEGATIO CIVITATIS MODOETIAE.* *1311. Ian. 4.*

Autographon Pisis in tabulario Roncioniano nr. 696 asservatum denuo accuratissime contulimus. In verso inscriptionem praebet: Syndicatus de Mod . . . .[a]. *Edidit Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 119 nr. 83. Cf. ea quae adnotat Böhmer, Reg. Heinr. 347 itemque homagium a. 1311. Ian. 30 praestitum, Bonaini l. c. I, 141 nr. 96, et infra ad a. 1311. Apr. 19.* *(P. deest.)*

In nomine Domini.

Millesimo trecentesimo undecimo, die Lune quarto mensis Ianuarii, indictione nona. In pallatio comunis terre seu burgi Mod(eci)e, convocato et congregato ibidem conscilio ipsius comunis more solito ad sonum campanarum et voce preconia pro infrascripto negotio specialiter peragendo, de mandato et in presentia sapientis viri domini Iacobi de Varadeo iurisperiti, viccarii nobillis viri domini Zonfredi de la Turre potestatis dicte terre de Mode(ci)a[b]. In quo quidem conscilio aderant predictus dominus viccarius et Nichola Bellonus et Pinollus Pizenus, procuratores dicti comunis, et Gasparus Lanterius, Iohanes de Carnevate, Iacobus Schaviollus, Iohanes Liprandus, Leonus Schaniollus, Amedeus Liprandi, Zuffinus Liprandi, Petrinus de Crepa, Rugerius de Montebreto, Maffeus de Lissono, Drudo Tepoldus, Turianus Lanterius, Zaffarus Tepoldus, Petrus Xinaridus, Albertus Lanterius, Beltramus de Nigro, Gasparinus Boxomus, Petrinus Boxomus, Moschonus Pizenus, Stefanus Pilliziarius, Fassa Grassus, Rovorellus de Sacho, Iohannes[c] Grassus, Roba Iudex, Francinus Iudex, Iudexinus Iudex, Reolfinus Iudex, Venturinus de Cassate, Rugerius Grassus, Asgerius Zena, Zongia Boxomus, Carera Zena, Brancha Iudeus, Iacobus Iudeus, Minatius Morigia, Richardus de Pollastra, Iacobus Tepoldus, Galvaneus Tepoldus, Filipus Tepoldus, Porinus Rabia, Stefanus Rabia, Guifredus Liprandus, Venturinus Scarsella, Abondius Balditonus, Filipolus Liprandus, Armanus Baldironus, Martinus de Pomo, Paullinus de Carate, Iacobus de Carate, Antonius de Carate, Forsanus Lanterius, Rugerius Lanterius, Franzius Lanterius, Fatiollus Lanterius, Prevede Cavaza, Filippus Gualterius, Beltramus Bellonus, Laurenzius Bellonus, Prevede Bellonus, Dalmatius Bellonus, Beltramus Martinonus, Andriollus Martinonus, Marchius de Lissono, Petrus de Lissono, Bozochus de Lissono, Iacobinus de Modecia, Danexollus Prina, Dancha Seratonus, Mudalbergus Seratonus, Petrus de Marchoe, Altarinus de Lissono, Oldo Luponus, Petrus Luponus, Beltramus Verus, Danixius Lanterius, Scharonus Rabia, Albertinus Rabia, Gida Sera-

485. a) cum *add. c.* b) elecūph' *c.* c) data *c.*

486. a) *reliqua evanuerunt.* b) Modeā *fere semper or.* c) Iohānes *or.*

tonus, Naxellus de Carrivate, Ginus de Carrivate, Guidollus de Colliate, Paganus Iudeus, Paxinus Bacierna, Gasparus Iudeus, Iohanes Fudicha, Ventura Ferrarius, Churadus Prederius, Salvinus Cremoxanus, Guillelmus Cremoxanus, Gidollus Cremoxanus, Vinizianus de Goxllo, Balzatollus de Goxllo, Venturinus de Bellano, Paganus Cortella, Anomatus de Vegio, Iacobus Scrizus, Petrus Scrizus, Cressibene de Vegio, Arcuxinus de Vegio, Andreas Infrascatus, Probe Ferrarius, Cleriellus Ferrarius, Ardichus de Roucha, Mafiollus de Capitepontis, Gandollus de Vicomercato, Rugerinus Bellenzonus, Filipus Ferrarius, Guifredinus de Vegio, Guillelmus de Borgeto, Albertinus de Borgeto, Iohanes Landonus, Paxius Prederius, Ardiginus de Magano, Girardus de Salianexe, Prohenzinus de Cermenate, Oldevrandinus Fuxarius, Stefanus de Vicomercato, Oldradus Magancellus, Churadus filius quondam Scapi Liprandi, Dominicus Bonagius, Girardus Raynerius, Griffinus Raynerius, Brunoldus Raynerius, Iacobinus Raynerius, Aserbus de Scotis, Ambroxius de Scotis, Iacobus de Scotis, Beltramus de Scotis, Danixinus de Scotis, Girardus Merllus, Bellinus Merllus, Rainerius de Biprio, Iacobus de Biprio, Stefanus de Biprio, Ugerius Liprandi, Tadeus Cagafferus, Marchixius Scarsella, Lafranchus Serraynerius, Galvaneus de Pollastra, Ubertus Pelluchus, Heronus Pelluchus, Nicholinus Pelluchus, Albertus Pelluchus, Mondinus Pelluchus, Lantelminus Pelluchus, Danixius Pelluchus, Salvolus Pelluchus, Ambroxius de Alio, Mellolus Luponus, Girardus Luponus, Bonus Iohannes de Albiate, Andreas de Reziago, Faynus de Cixinclo, Gasparinus de Cumis, Falchinus Luponus, Ardichus Batalia, Ardichus Cogus, Zastinus Cavaza, Iohaninus Cavaza, Arnolfinus Cavaza, Gandulfus Cavaza, Leonus Xayguinus, Beltramus Bugatus, Anxelmus Artixius, Petrus de Limida, Micherius Certionus, Iohaninus Lugoza, Lafranchus de Gexate, Zanebellus Guastablava, Frassus Bugatus, Anselmus Bugatus, Comes Bugatus, Galvaneus Bastonus, Albertus Bastonus, Mondollus Bastonus, Zanebellus Magantellus, Vigollus Ferrarius, Beltramus de Vegio, omnes consciliari dicti comunis, qui sunt due partes et plus omnium consciliariorum et conscilii predicti comunis. Predictus dominus viccarius de voluntate et consensu predictorum procuratorum et consciliariorum et ipsi omnes procuratores et consciliarii cum eo domino viccario omnes unanimiter et concorditer, eorum nomine et nomine comunis et universitatis et singularum personarum dicte terre de Modecia, fecerunt et faciunt et constituunt suos et comunis et universitatis et singularum personarum dicte terre de Modecia certos nontios, sindicos et procuratores et quidquid mellius dici et esse possunt dominos Tadeum Xitatum et Iohanem Zevam de predicta terra de Modecia et quemlibet eorum in solidum ad comparendum et se presentandum[d] pro comuni et universitate et singularibus personis dicte terre de Modecia coram serenissimo domino Henrico Dei gratia Romanorum imperatore. Et ad offerendum et designandum eidem domino imperatori predictam terram de Modecia et personas et res et bona ipsius tamquam cameram sacri imperii et domini imperatoris iamdicti et sedem et coronam regni Ytalie et caput Lombardie. Et ad dicendum et protestandum coram sacra maiestate dicti domini imperatoris, quod iam dicta terra et persone et res et bona de Modecia dicto[e] sacro Romano imperio et domino imperatori predicto et non alicui alii mediate[f] subsunt. Et ad suplicandum et cum instantia humiliter et devote requirendum predicto domino imperatori, ut dignetur coronari et coronam assumere in dicta terra Modecie, in qua predecessores sui Romanorum imperatores de iure regni consueverant coronari. Et item ut dignetur omnia privilegia hactenus universitati et hominibus dicte terre Modecie per divos Romanorum imperatores et reges concessa solempniter confirmare ac etiam innovare. Et ad prestandum solempniter eidem domino imperatori fidelitatis iuramentum et quodlibet aliud, quod dictus dominus imperator fieri iusserit.

486. d) p̄standum *or.* e) dn̄o *or.* f) medietate *or.*

Et ad requirendum et recipiendum et obtinendum omnia et singula, que in petitione comunis dicte terre Modecie eidem domino imperatori porecta[1] sunt contenta. Et ad fatiendum et conplendum omnia et singula dicte sacre et serenissime maiestatis beneplacita et mandata. Et generaliter ad omnia alia et singula fatienda et conplenda, que in predictis et circa predicta et eorum occaxione fuerint[g] utilia et necessaria et que dicti consciliarii, universitas et homines dicte terre de Modecia facere possent, si presentes forent, etiamsi mandatum requirerent speciale. Concedentes predicti dominus viccarius et procuratores et consciliarii, suo nomine et comunis et universitatis et hominum dicte terre Modecie, prenominatis sindicis et procuratoribus suis et cuilibet eorum in solidum speciale et generalle mandatum et liberam et generalem administracionem in predictis et pro predictis et singulis fatiendis et conplendis. Et promittentes suo et suprascripto nomine sub ypotecha omnium suorum et universitatis et hominum dicte terre bonorum in manu mei notarii, persone publice nomine et utilitatem cuiuslibet cuius intererit stipulantis, se et universitatem et homines dicte terre perpetuo [firmum et ratum habituros][h], quidquid per eos sindicos et procuratores vel alterum eorum in solidum actum et factum fuerit in predictis et circa predicta et eorum occaxione.

Actum ut supra.

Interfuerunt ibi testes Boffantinus de Subiate filius quondam Acuri et Corssinus filius eius et Minollus de Ranchate filius quondam Ambroxi et Lafranchus dictus Morbiollus de Marlliano filius quondam Belloni, omnes dicti burgi Modecie vo[ca]ti et rogati, et Filipollus de Sabiono filius quondam Marchixi similiter de ipso burgo Modecia.

(S. N.) Ego[i] Gulielmus Magantellus filius condam Arnulfi Magantelli, notarius dicte terre, contrate porte de Lambro, hanc cartam tradidi et ad scribendam dedi et me subscripsi[i].

(S. N.) Ego Griffinus filius Girardi de Rayneriis, notarius de burgo Modecia, hanc cartam iussu suprascripti notarii scripsi.

---

487. IURAMENTUM CONSILII REGII.

1310. Nov. 29.

Instrumentum de iuramento consiliariorum tunc in civitate Astensi praesentium servatur in solo J Libro Imbreviaturarum Bernardi de Mercato fol. 3', de quo v. supra ad nr. 468—476 (= Doenniges 'Acta Henrici VII.' I, 6 nr. 5). Rubrum praebet: De iuramento consiliariorum. *Nos denuo accuratissime contulimus. — Böhmer, Reg. Heinr. 341. (P. deest.)*

(1) Anno Domini millesimo tricentesimo X, indict. octava, XXIX. die mensis Novembris, pontificatus domini Clementis pape quinti anno sexto. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat evidenter, quod in civitate Astensi in camera secreta domini regis, in presentia ipsius domini regis[a] et nostri notariorum infrascriptorum constitutis viris venerabili[bu]s domino Baldevino archiepiscopo Trevirensi, domino Crastone archiepiscopo Medyolanensi, domino Theobaldo episcopo Leodiensi, Ay(mone) episcopo

486. g) firmit[?] *or.* h) *uncis inclusa exciderunt or.* i) Ego — subscripsi *alia manu scripta or.*

487. a) constitutis *sequitur deletum J.*

1) *Quae servata non est. Sed cf. Böhmer, Reg. Heinr. 378.*

Gebenensi, Gerardo episcopo Basiliensi, Henrico episcopo Tridentino[b] domini regis cancellario, domino Waleramo fratre domini regis, domino A(medeo) comite Sabaudie, domino Guydone Delphini, domino Hugone Delphini fratribus, domino Ditardo de Catelenemo comite, Henrico de Spanem preposito Traiactensi, Philip(po) comite de
5 Lomello, Symone de Colubiano, domino Homo de Peretulo[c] preposito de Senalo, domino Bandussio Boncontis de Pisis, domino Iohanne Faseolo de Pisis doctore legum, domino Andrea de Garretis doctore legum de Ast, domino Ph. de Caprona milite, magistro Hen[r]ico de Geldonia iurisperito, domino Anthon[io] de Fiserago de Laude, Pellario de Lanfranchis de Pisis, Anthon(io) de Bargiis iurisperito, domino Aymaro de
10 Peitieu, Iohanne Bruncharna milite magistro curie, Ebrardo Laonio de Ast doctore legum et nobis dictis[d] Iohanne Diextre dicto de Cruce notario et me Bernardo de Mercato notario. Idem dominus rex voluit et[e] rogavit predictos dominos, quod ipsi essent de consilio ipsius et quod iurarent, si eisdem placeret, ea que inferius continentur que eis lingua materna fuerunt exposita sigillatim, fideliter observare. (2) Qui
15 omnes et singuli supradicti ex certis scientiis et voluntatibus suis spontaneis iuraverunt ad sancta Dei euangelia,

quod ab hac hora inantea usque ad extremum diem vite sue erunt fideles ipsi domino regi et imperio contra omnem[f] hominem. Et quod nunquam scienter erunt in consilio vel facto, quod idem dominus rex amitat vitam vel membrum aut recipiat
20 in persona aliquam lesionem, iniuriam vel contumeliam aut amitat aliquem honorem, quem nunc habet vel inantea possidebit. E[t] si sciverint vel audiverint de aliquo, quod velit aliquod istorum contra ipsum dominum regem facere, ut non fiat, pro posse suo impedimentum prestabunt et si impedimentum prestare nequiverint, quam cito poterunt ipsi domino regi nunciabunt et contra eum, prout poterunt, eidem
25 domino regi suum prestabunt auxilium. Et si contingerit ipsum dominum regem rem aliquam, quam habet in presenti vel habebit in futurum, quocunque casu[g] amitere, eam recuperare iuvabunt et recuperatam omni tempore retinere. Et si sciverint ipsum dominum regem velle offendere aliquem vel aliquos et inde specialiter aut generaliter fuerint requisiti, suum eidem domino regi sicut poterunt prestabunt
30 auxilium et consilium. Et si aliquid ipsis in[f] secreto[h] aut consilio speciali vel generali idem rex manifestaverit vel ibidem dictum fuerit, illud sine licentia ipsius nemini pandent aut facient, per quod pandatur. Et si consilium ab eis super aliquo idem dominus rex postulaverit, illud dabunt, quod eis magis videbitur expedire domino regi ad honorem ipsius domini regis et imperii, omni amicitia, hodio, lucro et peri-
35 culo postpositis, eciam si sciverint non requisiti. Et nunquam ex personis suis aut per aliam seu alias aliquid facient scienter, quod pertineat ad ipsius domini regis aut suorum iniuriam lesionem aut contumeliam. Et si sciverint, quod aliquis revelet consilium ipsius domini regis vel yverit contra aliquod istorum, eidem domino regi nunciabunt et quod nullus eorum alium super hiis, que in consilio generaliter vel
40 specialiter dicta fuerint[i], accusabit.

(3) Sciendum tamen est, quod ante prestationem iuramenti predicti et in prestatione eiusdem fuit exceptum specialiter et expresse per supradictos consiliarios et per ipsum dominum regem dictum et concessum, quod dictum iuramentum ipsos non liget nec ligati intelligantur in illis casibus, in quibus de iure ad predicta non tenentur.

45 (4) Item fuit exceptum per dominum Guidonem Delphini, quod predictum iuramentum ipsum non ligaret, nisi quam dyu esset in servitio dicti domini regis, salvo quod con-

487. b) tridententini, *praecedit* tridenen *deletum J.* c) *praecedit* pele *deletum J.* d) et *add. J.* e) voluit et *supra lineam add. J.* f) *supra lineam add. J.* g) *sequitur* eam *deletum J.* h) o *corr. ex* e *J.* i) *sequitur* unus alium, alium *deletum J.*

silium et secreta ipsius domini regis omni tempore promisit ut supra tenere secreta et omnia alia facere, ad que eidem domino regi de iure tenetur. Item per dominum Hugonem fratrem eius fuerunt excepte fidelitates aliorum dominorum, quibus primo tenetur. Item dominus Aymarus de Peitieu in prestatione iuramenti sui predicti excepit regem Francie primum dominum suum. 5

488—490.
REFORMATIO CIVITATIS VERCELLENSIS.
1310. Dec. 15.—18.

488. *ARBITRIUM PACIS. Dec. 15. 16.*

Contulimus J *Librum Imbreviaturarum Bernardi de Mercato fol. 11', de quo v.* 10 *supra ad nr. 468—476 (= Doenniges l. c. I, 15 nr. 13a). Est rubrum:* De pace hominum de Vercellis.

Apographon coaevum tabularii civitatis Vercellensis, cuius collationem adhuc non nacti sumus, in Supplemento huius tomi IV. infra proponemus. Editum est 'Historiae patriae monumenta' XVI, 1491—1500. — Böhmer, Reg. Heinr. 344. (P. deest.) 15

Dec. 15. (1) Anno die et loco quibus supra [1]. Presentibus testibus suprascriptis [1] ac etiam [a] convocatis et presentibus ibidem domino [b] electo Vercellensi, dominis Philippo de Langusco comite de Lomello, Symone de Colubiano ac domino Iohanne de Congareza potestate civitatis Vercellensis et quam pluribus in magna quantitate meliorum et potentiorum de toto consilio eiusdem civitatis. Ex parte serenissimi domini nostri 20 regis per dominum Papinianum episcopum Palmensem in presentia dicti domini regis et de ipsius mandato extitit ab eisdem requisitum, quod pro pace facienda in civitate predicta, territorio et districtu et pro bono statu ipsius terre et conservatione pacis ordinande per ipsum dominum et ad hoc, ut firmius teneatur et observetur, quicquid idem dominus in dictis civitate et districtu pro bono statu terre observando ordinabit 25 pro sue libito voluntatis, darent sibi plenam generalem et liberam balliviam, potestatem et auctoritatem ordinandi et disponendi de tota civitate et eius districtu, sicut sibi videretur expedire. Qui predicti omnes electus [c], potestas, consilium et cives responderunt liberaliter et sine conditione aliqua, quod eis placebat, quod idem dominus rex haberet predictam auctoritatem, posse et balliviam ordinandi et disponendi super pace 30 et omnimodo statu civitatis et civium et districtus eius ad suam omnimodam voluntatem, concedentes eidem domino, nomine suo et omnium aliorum civium et habitantium dicte civitatis potestatis et districtus, predictas potestatem, auctoritatem et balliviam. Promittentes nominibus quibus supra eidem domino regi, se ratum, gratum et firmum perpetuo habituros, quicquid per ipsum dominum regem vel alium eius nomine et 35 mandato super predictis et ea tangentibus fuerit ordinatum.

(2) § Subsequenter vero anno, die et loco quibus supra, coram eisdem testibus Richardus de Tyzionibus, Iacobus de Bulgaro, Iacobus de Tychionibus, Henricus de Tichionibus, Bonifacius de Sonomonte, Rolandus de Guydelardis, Hubertus de Bondanis, Francesius Czentoris, Delphinus de Viscardis, Symon de Czentoribus, Walinus de 40 Tychionibus, Hubertus de Tychionibus, Mychael de Benivolis omnes et singuli inter-

488. a) arch. *add. J.* b) *spatium nomini inserendo vacuum relictum J.* c) *supra lineam add. J.*

1) *Id est* XV. die mensis Decembr. apud Vercell.

rogati et requisiti per dictum dominum Palmensem episcopum nomine et de mandato dicti domini regis, quod pro pace predicta facienda et statu predicte civitatis in bono reformando ut supra et omnibus et singulis supradictis per dictum dominum regem, ut superius dictum est, peragendis darent sibi plenam generalem et liberam potestatem, 5 balliviam et auctoritatem ordinandi [et] disponendi de tota civitate et eius districtu, prout sibi videretur expedire, ipsi omnes et singuli unanimiter et concorditer responderunt in omnibus et per omnia sicut alii primo nominati et eandem potestatem et balliviam et auctoritatem dederunt et eandem promissionem fecerunt.

(3) § Subsequenter vero sextadecima die mensis Decembris anno quo supra, Dec. 16. 10 presentibus dominis Treverensi et Medyolanensi archiepiscopis, Palmensi, Basiliensi, Gebenensi, Trigentinensi, Novariensi episcopis et domino Huberto electo Vercellensi, comite Sabaudie, Walerano, Guydone de Flandria et fratre suo, Manifredo marchyone Saluciarum, Karolo comite Lavagnie, Morovello marchyone Malespine, Ph(ilippo) de Languseo comite de Lomello, P(etro) de Claromonte iurisperito et Henrico de Geldonia et pluribus 15 aliis etc. Dictus dominus rex fecit convocari coram presentia maiestatis sue viros nobiles et discretos Symonem Advocatum, Franciscum Advocatum de Colobyano, Iacobum et Godofredum de Ceridono, Henricum de Quinto, Petrum de Queregna, Iorium de Galdengo, Symonem de Balczola, Richardum de Colobyano, Iacobum domini Abbatis de Arborio, Hubertum domini Bonsegnoris, Karolum de Arborio, Hubertum Pectinatum, 20 Nycholaum de Clivol(o), Martinum de Montonario[d], Prevostum de Moxio, Petrum de Mortario, Robaldum de Buroncio et Fredericum Caronella et Lanfrancum Pectinatum. Item Richardum Tizonis, Iorium Berlofa de Ticzonibus, Galvagnium Ticzonis, Delphinum Ticzonis, Hubertum Tyczonis, Iorium de Bulgarono, Iarserium de Castelengo, Hubertum de Bondonis, Petrum de Bondonis, Roglericum de Bondonis, Raynerium de Bondonis, 25 Rolandum et Bonifacium de Guydalardis, Bonifacium de Sonomonte, Nycholaum de Sonomonte, Francesium de Ast, Francesium Cagerolium, Mafeum et Iohannem de la Muta, Vercellinum de Ripis, Delphinum de Guiscardis. Quibus universis et singulis supradictis comparentibus coram dicto domino rege, ipsi omnes et singuli promiserunt dicto domino regi et ad sancta Dei euangelia corporaliter tacta iuraverunt et sub 30 obligatione omnium bonorum suorum, ea universa et singula, que idem dominus rex super predictis omnibus et singulis et ea tangentibus ordinare, pronunciare, sentenciare, declarare et interpretari voluerit semel et pluries, attendere, facere firmiter et complere, omni exceptione postposita et remota.

(4) Qui quidem dominus rex incontinenti presentibus universis et singulis supra- 35 scriptis, volens misericorditer ad pacem reducere cives predictos dyucius discordantes tam regia auctoritate quam ex potestate sibi super hoc per eosdem cives concessa pronunciavit, precepit et statuit, ut inferius continetur:

(I) In primis quod inter omnes cives predictos, qui erant actenus in duas partes divisi, quarum una vocabatur Advocatorum, altera Tichionorum, sint et vigeant 40 de cetero perpetua pax et unitas, amputatis et depositis hinc inde quibuslibet dissidiis, rancoribus et odiorum fomitibus ac cessantibus verbis et actibus partialibus quibuscunque. Ita quod idem cives invicem sint pacifici et modesti et pacifice conversentur et vivant abstinentes ab omnibus dictis et factis, per que pax eorum vyolari posset aut quomodolibet perturbari.

45 (II) § Item quod idem cives invicem sibi condonent et remitant omnes iniurias et offensas actenus alterutrum in personis vel rebus illatas et quamlibet emendam et restitutionem eis huiusmodi iniuriarum et offensarum occasione debitam, a quibus nichilhominus omnibus idem dominus rex auctoritate et potestate predictis exnunc omnes et singulos ipsorum absolvit et liberavit perpetuo.

50 488. d) Montononario *J.*

(III) § Item quod illi ex memoratis civibus, qui exulabant a civitate predicta occasione predicte discordie, exnunc revertantur ad bona et iura propria eaque recipiant et habeant et eis gaudeant plene et libere sicut prius[e] sine contradictione cuiuscunque, ad que nichilhominus idem dominus rex eos exnunc restituit et vult ac decernit[f] pro restitutis haberi. Ita etiam quod nulli eorum in bonis et iuribus predictis quevis obsistat perscriptio[g] a tempore, quo civitatem exiverunt predictam.

(IV) Item quod omnes cives predicti hanc pacem et suprascripta omnia et singula observent et faciant cum effectu sub pena centum librarum auri et indignationis eiusdem domini regis et debito prestitorum super hoc ab eis iuramentorum.

(V) Item quod illi ex dictis civibus, qui nunc sunt in ipsius domini regis presentia constituti, pro se et suis omnibus pacem huiusmodi pacis intervenientibus osculis et predicta omnia exnunc acceptent, approbent et emologent et a suis secacibus et fautoribus curent et faciant pro viribus observari.

(5) Hec autem ut premititur dictus dominus rex super discordiis predictorum ad presens pronunciavit et statuit, recepta videlicet et reservata sibi omnimoda potestate, ea omnia et singula interpretandi, declarandi, supplendi et corrigendi ac super aliis, ubi, quando et quocienscunque voluerit pronunciandi et statuendi, prout viderit expedire.

(6) Qui omnes et singuli cives suprascripti audita et intellecta suprascripta dicti domini regis sententia, ipsam et omnia eius capitula sponte et gratanter acceptaverunt, approbaverunt et emologaverunt. Condonantes sibi et remitentes invicem omnes offensas, iniurias, restitutiones et emendas predictas, sese in signum pacis invicem osculantes.

489. *HOMAGIUM CIVITATIS.* *Dec. 16.*

Proponimus ex R *Registro Bernardi, de quo v. supra ad nr. 478, fol. 12'. Servatur etiam alia forma in* J *fol. 13 (= Doenniges l. c. I, 17 nr. 14), ubi rubrum:* De fidelitate hominum de Vercellis*; sed varias lectiones non adnotavimus. Cf. Böhmer, Reg. Heinr. 344.* *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

(1) Anno eiusdem millesimo tricentesimo decimo, inditione octava, die sextadecima mensis Decembris, pontificatus domini Clementis pape quinti anno sexto ac regni serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti anno secundo. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat presentibus et futuris, quod in presentia serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti predicti in sede sue maiestatis sedentis, convocatis ad sonum campane et vocem preconis ut moris est consilio, comuni et populo potestateque ac universitate civium civitatis Vercellarum, maiori ac saniori parte ipsorum ibidem existente, comparuerunt pro ipsis consilio, comuni et populo discreti viri domini Paxius de Cremona et Willelmus de Serrata iurisperiti, syndici et procuratores universitatis, comunis et populi civitatis Vercellarum predicte cum sufficienti mandato ad infrascripta facienda. Cuius auctoritate mandati supradicti syndici et procuratores syndicario et procuratorio nomine quo supra, [presentibus] consilio, comuni et populo predictis fecerunt, promiserunt et iuraverunt eidem domino regi in animas predictorum consilii, comunis, populi et universitatis, quorum sunt syndici et procuratores tactis euangeliis sacrosanctis fidelitatem et iuramentum fidelitatis in modum qui sequitur:

(2) Nos Paxius de Cremona et Willelmus de Serrata, syndici et procuratores universitatis, consilii, comunis et populi et hominum civitatis et districtus Vercellensis ad hec specialiter constituti syndicario et procuratorio nomine ipsius universitatis, comunis,

488. e) sicut prius *supra lineam add. J.* f) ac decernit *supra lineam add. J.* g) *sic J.*

populi et districtualium eiusdem civitatis et singulorum de ipsis civitate et districtu ac in eorum animas promitimus et iuramus ad hec sancta Dei euangelia vobis domino ipsorum domino Henrico Dei gratia serenissimo Romanorum regi semper augusto

quod ab hac hora in antea ipsi homines, videlicet de civitate, Vercellensi eiusque 5 districtu, universaliter singuli et singulariter universi fideles et obedientes erunt vobis et romano imperio. Non erunt in consilio vel facto, quod vitam perdatis aut membrum vel capiamini mala captione. Consilium quod eis per vos vel per alium credituri estis ad dampnum vestrum ipsis scientibus nemini pandent. Regnum et imperium Romanum eorumque regalia adiutores erunt vobis ad recuperandum, deffendendum et 10 retinendum contra omnem hominem. Et si aliquid tractari vel procurari cognoverint, quod vergere posset in vestre lesionem maiestatis, in detrimentum vel diminutionem honoris, dominii vel status vestri seu regni et imperii predictorum, illud pro posse impedient et si forte impedire non poterunt, id quamprimum potterunt per se vel per eorum nuncium aut per litteras notificare curabunt. Hec et omnia alia et singula, ad 15 que domino suo tenetur verus fidelis et subditus, vobis servabunt et facient bona fide.

(3) Quod quidem fidelitatis sacramentum sic per dictos syndicos et procuratores factum in presentia comunis et populi predictorum ipsi omnes de comuni et populo supradictis ibidem presentes unanimiter et concorditer nomine suo et omnium et singulorum aliorum de districtu Vercellensi, ipsorum nemine discrepante, ratificaverunt et 20 approbaverunt et promiserunt, universa et singula supradicta per dictos syndicos et procuratores suos superius acta, iurata et promissa rata, grata et firma habere perpetuo et tenere et sic attendere facere fideliter et conplere.

Acta sunt hec in civitate predicta in domo fratrum Predicatorum, presentibus dominis Baldwino archiepiscopo Treverensi, Castono archiepiscopo Medyolanensi, Ger-25 ardo Basiliensi, Ay(mone) Gebenensi episcopis, Huberto electo Vercellensi, A(medeo) comite Sab(audie), Guydone de Flandria testibus ad hec vocatis et rogatis.

Et ego Bernardus[a].

490. *REMISSIO BANNORUM.* *Dec. 18.*

Item ex J *fol. 12' (= Doenniges l. c. I, 17 nr. 136). Rubrum deest. (P. deest.)*

30 Item anno quo supra, die decima octava mensis Decembris, in capella domus predicte, presentibus dominis Papi[ni]ano episcopo Palmensi, Gerardo[a] episcopo Basiliensi, A. comiti Sabaudie et Berllione Rauoyre potestate seu vicario Vercellarum. Prefatus dominus rex volens paci et quieti predictorum Vercellensium plenius et solidius providere, auctoritate et potestate predictis relaxavit omnia banna, quibus suppositi forent a dicto 35 tempore citra cives predicti, qui exulabant a civitate predicta, sive pro contumacia sive pro offensa magna vel parva vel alia quacunque de causa, omnesque collectas seu tallias[b] quomodocunque impositas remisit eisdem. Absolvens eos a predictis omnibus et a penis et mulctis, quas huiusmodi occasionibus incurrissent et quibuslibet condempnationibus, sententiis et penis propter hoc latis vel statutis in eos[1].

40 **489.** a) *sic abbreviatum semper B.*

490. a) gerarardo *J.* b) *sequitur* seu fodra *supra lineam add., sed delet. J.*

1) *A. 1311. die 13. m. Ianuar.* dominus rex . . . suprascriptam clausulam et omnia et singula, que in ipsa clausula continentur, sicut ipsa prius ordinavit et pronunciavit et statuit pro parte civium predictorum, qui exulabant a civitate predicta, ita nunc ordinat, pronunciat et statuit pro intrinsecis 45 civibus supradictis et pro omnibus et singulis civibus predictis de parte intrinseca, que solet pars Advocatorum nuncupari, et pro suis secacibus et fautoribus et sibi adherentibus et in favorem eorundem. Relaxans eis et remitens omnia banna omnesque collectas et tallias supradictas et absolvens eos et quemlibet eorum a predictis omnibus et a penis et mulctis, condempnationibus, sententiis et penis predictis, sicut prius ex ipsis absolverat cives extrinsecos supradictos. *Ex* J *fol. 27' (= Doenniges* 50 *l. c. I, 34 nr. 61).*

491—497. HOMAGIA ET INVESTITURAE DIVERSORUM.

1310. Dec. 15.— 17.

Documenta nr. 491—497 hucusque inedita proponimus ex R *Registro Bernardi de Mercato, de quo v. supra ad nr. 478. Imbreviaturas ex* J *Libro imbreviaturarum eiusdem notarii, de quo v. supra ad nr. 468—476, publici iuris fecit Doenniges 'Acta Henrici VII.' I, 14 sq. et 18.*

491. *HOMAGIUM DOMINORUM DE PALESTRO. Dec. 15.*

Ex R *fol. 11, ubi rubrum exaratum non est. Imbreviaturam v. Doenniges l. c. I, 14. (P. deest.)*

In nomine Domini amen.

(1) Anno et inditione quibus supra, die quintadecima mensis Decembris, presentibus testibus infrascriptis, viri nobiles Iacobinus et Percevallus de Palestro fratres filii domini Boni Iohannis de Palestro constituti personaliter in presentia serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti de suis feudis, que tenent et tenere debent ab ipso domino rege et Romano imperio, ab eodem domino rege investituram humiliter postularunt. Qui quidem dominus rex eorum iustis precibus favorabiliter[a] annuens ipsos fratres presentes et recipientes pro se suisque heredibus et successoribus de eorum iustis et antiquis feudis, que tenent a Romano imperio, habent et possident, et etiam de aliis, que tenere debent ab imperio, in quibus ius habent pro ea parte quam in eis habent, salvo iure suo et imperii et salvo iure cuiuslibet alterius persone, per virgam unam, quam in manu sua tenebat, retinuit et investivit. (2) Dicti vero Iacobinus et Percevallus pro se, heredibus et successoribus suis flexis genibus ad osculum pedis homagium et fidelitatem eidem domino regi fecerunt in hunc modum:

Nos Iacobinus et Percevallus de Palestro fratres promittimus et iuramus ad hec sancta Dei euangelia vobis serenissimo principi domino Henrico Dei gratia Romanorum regi semper augusto, domino nostro precipuo,

quod ab hac hora inantea erimus fideles et obedientes vobis et sacro Romano imperio. Non erimus in consilio, facto, tractatu vel consensu, quod vitam aut membrum perdatis vel capiamini mala captione vel quod perdatis iura vel honorem imperii vel recipiatis in persona vel rebus aliquam lesionem. Consilium, quod nobis per vos vel per alium credituri estis, ad dampnum vestrum nobis scientibus nemini pandemus. Regnum et imperium Romanum eorumque regalia adiutores erimus ad deffendendum, recuperandum et retinendum contra omnem hominem. Et si aliquid tractari vel procurari cognoverimus, quod vergere posset in vestre lesionem maiestatis vel in detrimentum aut diminucionem honoris, dominii vel status vestri seu regni et imperii predictorum, illud ad hoc ut non fiat pro posse nostro impediemus et si impedire non potterimus, id quamprimum potterimus per nos vel per nuncium aut per litteras vobis significare curabimus et contra hoc facere volentem vobis prestabimus quodcunque potterimus auxilium et iuvamen. Consilium, quod a nobis petieritis, secundum conscientias nostras bonum, iustum et utile vobis dabimus. Hec et alia, ad que vero domino suo tenetur fidelis

491. a) fovorabiliter *R.*

et vassallus et que in forma fidelitatis nova et veteri continentur, promittimus vobis et Romano imperio fideliter observare. Sic Deus nos adiuvet et hec sancta Dei euangelia.

Acta sunt hec in civitate Vercellarum in domo, quam inhabitabat dictus dominus 5 rex. Presentibus dominis Baldwino Treverensi, Castono Medyolanensi archiepiscopis, Papiniano Parmensi, Gerardo Basiliensi, Hugucione Novariensi episcopis, Amedeo comite Sabaudie, Petro de Claromonte et magistro Henrico de Geldognia consiliariis domini regis testibus ad premissa vocatis et rogatis.

Ego Bernardus.

10 Iniunctum est eis et ipsi sic promiserunt, quod infra unum mensem dicta feuda debeant coram notario domini consignare.

492. *INVESTITURA DOMINORUM DE RODOBIO.* *Dec. 15.*

Ex R *fol. 11', ubi rubrum:* [De][a] fidelitate [Mar]tini[a] et Iacobi [de][a] Rodobio. *Imbreviaturam v. Doenniges l. c. I, 14 sq.* *(P. deest.)*

15 In nomine Domini amen.

Anno, die et loco quibus supra, coram eisdem testibus, ad supplicationem et petitionem Martini de Rodobio et Iacobi de Rodobio nepotis eius dictus dominus rex retinuit et investivit eos per traditionem unius virge, quam in manu tenebat, de suis iustis et antiquis feudis, salvo iure suo et imperii et salvo iure cuiuslibet alterius per- 20 sone. Qui quidem Martinus et Iacobus pro se heredibus et successoribus suis fecerunt et prestiterunt fidelitatem et homagium ac iuramentum fidelitatis dicto domino regi et sacro Romano imperio modo et forma in omnibus et per omnia superius adnotatis et eodem modo promiserunt et iuraverunt tactis euangeliis sacrosanctis.

Ego Bernardus.

25 Iniunctum est eis et ipsi promiserunt, quod infra unum mensem debeant coram notario domini dicta feuda consignare.

493. *INVESTITURA MORVELLI MALASPINAE.* *Dec. 17.*

Ex R *fol. 12, ubi rubrum:* De fidelitate dñi Moruelli march. Malesp. *Imbreviaturas documentorum nr. 493—497 ex* J *fol. 14 hic in adnotatione*[1] *ponere liceat, quas* 30 *denuo contulimus. Ubi rubrum:* De marchyone Malespine. *Edidit Doenniges l. c. I, 18.* *(P. deest.)*

492. a) *uncis inclusa exsecta sunt R.*

1) Die XVII. mensis Decembr., in camera domus habitationis domini regis. Dominus Morvellus marchio Malespine, Nycholaus dictus Marquesotus marchio Malespine pro se et tutorio nomine Bar- 35 thal(omei) nepotis sui.

Item dominus Lancelotus filius condam domini Manifredi marchionis de Bosto.

Item dominus Guydo de Vyano miles et Guydarellus filius condam Francisci de Vyano.

Omnes isti fuerunt investiti per dominum regem ut supra et iuraverunt ut supra. Presentibus dominis archiepiscopis Treverensi, Medyolanensi et episcopo Basiliensi, comite Sabaudie et domino 40 Guydone de Flandria.

Dominus Lanselotus consignavit et recognovit castrum et villam Molar(e) dyocesis[a] Aquensis.

Item medietatem castri Predaschi cum districtu et iurisdictione eiusdem diocesis.

a) *super* ēpatus *delet. J.*

In nomine Domini amen.

Anno et inditione quibus supra, die decima septima mensis Decembr., ad supplicationem et petitionem nobilis viri domini Morvelli[a] marchionis Malespine dictus dominus rex retinuit et investivit ipsum marchionem recipientem pro se suisque heredibus et successoribus per virguam unam, quam in manu tenebat, de suis iustis et antiquis feudis, que ab ipso domino rege et a Romano imperio tenet, salvo iure suo et imperii et cuiuslibet alterius persone. Qui quidem dominus Morvellus marchio pro se suisque heredibus et successoribus universis fecit et prestitit eidem domino regi et sacro Romano imperio homagium et fidelitatem et iuramentum fidelitatis modo et forma in omnibus et per omnia superius adnotatis. Et eodem modo promisit et iuravit eidem domino regi tactis corporaliter euangeliis sacrosanctis.

Actum est hoc Vercellis in domo proxime[1] dicta, presentibus dominis Baldwino archiepiscopo Treverensi, Castono archiepiscopo Medyolanensi, Girardo episcopo Basiliensi, Amedeo comite Sabaudie et Guydone de Flandria testibus ad hec vocatis et rogatis.

Ego Bernardus.

494. *INVESTITURA NICOLAI MALASPINAE. Dec. 17.*

Item ex R *fol. 12. Rubrum desideratur. De imbreviatura v. ad nr. 493.* *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Anno, die et loco quibus supra, coram eisdem testibus, Nicholaus dictus Marquesotus marchio Malespine nomine suo et tutorio nomine Bartholomei nepotis sui fuit investitus per dictum dominum regem modo et forma quibus supra de suis et dicti Bartholomei iustis et antiquis feudis, que tenent ab imperio, salvis iuribus ipsius domini regis et imperii et salvo iure cuiuslibet alterius persone. Et fecit, prestitit et recognovit pro se et tutorio nomine quo supra et pro heredibus et successoribus suis et dicti Bartholomei eidem domino regi homagium et fidelitatem et iuramentum fidelitatis modo et forma superius proxime adnotatis. Et eodem modo promisit et iuravit eidem domino regi tactis corporaliter euangeliis sacrosanctis.

Ego Bernardus.

495. *INVESTITURA LANCELOTI DE VASTO. Dec. 17.*

Item ex R *fol. 12. Rubrum desideratur. De imbreviatura v. ad nr. 493. Cf. infra nr. 497.* *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Anno, die et loco quibus supra, coram eisdem testibus, vir nobilis dominus Lancelotus filius condam domini Manifredi marchionis de Bosto pro se heredibus et successoribus suis fuit investitus per dominum regem modo et forma predictis de suis iustis et antiquis feudis, que tenet ab eodem domino rege et a Romano imperio, salvis iuribus ipsius domini regis et imperii et salvo iure cuiuslibet alterius persone. Et fecit prestitit et recognovit pro se et heredibus suis eidem domino regi homagium et fidelitatem et iuramentum fidelitatis modo et forma superius proxime adnotatis. Et eodem modo promisit et iuravit eidem domino regi tactis corporaliter euangeliis sacrosanctis.

Ego Bernardus.

493. a) Moruellis *R.*

1) *Cf. nr. 491.*

496. *INVESTITURA DOMINORUM DE VIANO. Dec. 17.*

Item ex R *fol. 12. Rubrum desideratur. De imbreviatura v. ad nr. 493.* *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

5 Anno, die et loco quibus supra, coram eisdem testibus, dominus Guydo de Vyano miles et Guydarellus filius condam Francisci de Vyano pro se et heredibus suis fuerunt investiti per dominum regem modo et forma predictis de suis iustis et antiquis feudis, que tenent ab eodem domino rege et ab imperio, salvis suis et imperii iuribus et salvo iure cuiuslibet alterius persone. Et fecerunt prestiterunt et recognoverunt pro se 10 heredibus et successoribus suis eidem domino regi homagium et fidelitatem et iuramentum fidelitatis modo et forma superius adnotatis. Et eodem modo promiserunt et iuraverunt eidem domino regi tactis corporaliter euangeliis sacrosanctis.

Ego Bernardus.

497. *CONSIGNATIO FEUDORUM LANCELOTI DE VASTO. Dec. 17.*

15 *Item ex* R *fol. 12'. Rubrum desideratur. De imbreviatura v. ad nr. 493. Cf. supra nr. 495.* *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Anno, die et loco quibus supra, vir nobilis dominus Lancelotus filius quondam domini Manifredi marchionis de Bosto confessus fuit sollempniter et publice recognovit 20 in presentia dicti domini regis et testium suprascriptorum se tenere et velle et debere tenere et se tenere constituit ab eodem domino rege et a sacro Romano imperio in feudum nobile, anticum et paternum, avitum et proavitum castrum et villam de Molar(i) dyocesis Aquensis et medietatem castri Predaschi cum districtibus et iuris dictionibus eorundem.

25 Ego Bernardus.

849—501. REFORMATIO CIVITATIS NOVARIENSIS.

1310. Dec. 16.—20.

498. *SYNDICATUS EXTRINSECORUM. Dec. 16.*

30 *Autographon Pisis in tabulario Roncioniano nr. 670 asservatum denuo inspeximus. In verso leguntur manu Bernardi de Mercato scripta:* Procuratorium extrinsecorum de Novaria exhibitum michi, *item in margine superiori eadem manu notata:* Petrus Madius notarius comunis Novarie debet michi dare sindicatum per intrinsecos super pace et fidel(itate)[a]. Isti sindici intrinseci domini Francinus[b] Guasatus, Rolandus [Cab]alla-35 tus[c]. *Cf. nr. 500.*

Edidit Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 100 nr. 72. *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Anno a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo decimo, indictione nona, die Mercurii sextodecimo mensis Decembris. Convenientibus et cohadunatis infrascriptis 40 extrinsecis partis rotunde Novariensis specialiter pro infrascripto negocio faciendo.

498. a) et fidel. *supra lineam.* b) va *sequitur cancellatum.* c) *uncis inclusa evanuerunt; cf. infra pag. 455 lin. 16.*

Videlicet dominus Philippus Torniellus, Anrighinus eius filius, Iohannes et Mayfredus fratres filii condam domini Galvagni Tornielli, Iohannes filius condam domini Petri Tornielli, Raynerius filius condam domini Anrici Tornielli, Tixius Caballatius, Iorius Tetonus, Rufinus eius filius, Philippinus Bonipertus, Danesius et Picardus de Cumis, Guala Torniellus, Paganinus Torniellus, Burrus Celinus, Hugo de Nibia, magister Balianus de Gandulfo, Iohannes et Mapheus fratres de Torniellis de Calpignano, Druynus, Medius, Catanius et nonnulli alii dicte partis, eorum nomine, dicte partis et extrinsecorum Novarie, fecerunt, constituerunt et ordinaverunt eorum et universitatis extrinsecorum Novarie procuratorem et sindicum specialem dominum Loterium Torniellum ibidem presentem et mandatum suscipientem: ad comparendum coram serenissimo principe domino Henrico Dei gratia Romanorum rege semper augusto et ad recognoscendum, nomine ipsorum omnium et singulorum de dicta universitate, dictum dominum regem sine medio in eorum dominum et dicte civitatis Novarie, castrorum, villarum et territorii ipsius civitatis et tocius districtus, et ad recognoscendum, ipsum dominum regem et non alium habere in dicta civitate, eius territorio et districtu et personis et rebus eorum merum et mixtum imperium et omnimodam iurisdictionem. Et ad iurandum et promictendum eorum nomine, obedire quam diu vixerint mandatis et monitis dicti domini regis et suorum vicariorum et conservare statum et honorem persone ipsius domini regis et imperii et firmiter tenere omnem ordinationem, quam idem dominus rex duceret ordinandam pro sua libera voluntate super statu et reformatione dicte civitatis, castrorum et territorii ipsius districtus. Et ad promittendum tenere et inviolabiliter observare, quid[quid] ipse dominus rex per se vel per alium duxerit ordinandum super omnibus querelis, questionibus, discordiis et querimoniis, quas habent vel habere possent usque ad diem hodiernum ipsi vel eorum singuli contra comune et personas aliquas dicte civitatis aut districtus ipsius. Et ad promittendum et iurandum in animas ipsorum et singulorum, tenere et inviolabiliter observare omnia et singula supradicta, et ad obligandum ipsos et singulos ipsorum et bona eorum sub quibuscumque penis applicandis camere dicti regis pro predictis omnibus tenendis et adimplendis. Et ad renunciandum expresse pro eis omnibus et quolibet ipsorum omnibus et singulis iuribus, privilegiis, indulgentiis, consuetudinibus et statutis, exceptionibus et defensionibus iuris et facti, per que possent eximi et subtrahi a iurisdictione, fidelitate et dominio dicti domini regis et Romani imperii. Et ad iurandum dicto domino regi fidelitatem et obedientiam et omnia que in capitulo fidelitatis continentur. Et ad omnia alia et singula facienda et exercenda, que in predictis et circa predicta necessaria et utilia fuerint facienda, etiam si mandatum exigerent speciale. Dantes et concedentes eidem sindico et procuratori plenam et liberam potestatem cum generali administratione in omnibus et singulis supradictis et aliis oportunis, et quidquid dictum et pronunciatum fuerit, intelligatur venisse in hoc mandato, ac si inde expressa mentio facta esset. Necnon promittentes michi notario infrascripto, nomine dicti domini regis et omnium et singulorum quorum intererit stipulanti, sese firmum et ratum perpetuo habituros, eorum nomine et quo supra, quidquid dictus sindicus et procurator in predictis et circa predicta dixerit, fecerit seu quomodolibet procuraverit. Et volentes eum relevare ab omni honere satisdandi, rato habendo, iudicio sisti et iudicato solvendo in omnibus suis clausulis, si pro eis et quovis eorum conveniretur vel reconveniretur, fideiusserunt pro dicto eorum sindico et procuratore sub omnium eorum et cuiusvis ipsorum obligatione bonorum stipulatione premissa promittentes.

Actum Vercellis in hospicio Paulini de Ast, coram testibus Obecino Torniello clerico et Iohanne Bonomi Piscatoris cive Vercellensi ad premissa vocatis et rogatis.

(S. N.) Ego Iacobus Philippi Azarii Novariensis publicus imperiali autoritate notarius premissis interfui, traddidi, scripsi et me subscripsi.

499. *SYNDICATUS INTRINSECORUM. Dec. 19.*

Servatur nonnisi imbreviatura in J *Libro imbreviaturarum Bernardi de Mercato fol. 14, de quo v. supra ad nr. 468—476. Denuo contulimus. Cf. ea quae in dorso documenti nr. 498 notata sunt. Edidit Doenniges 'Acta Henrici VII.' I, 18 nr. 16.* 5 *Cf. Böhmer, Reg. Heinr. 346.* *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Anno nativitatis eiusdem millesimo tricentesimo decimo, inditione octava, die XIX.[a] mensis Decembr., pontificatus domini C(lementis) quinti anno sexto, in civitate Novarie in domo episcopali. Presentibus dominis Treverensi archiepiscopo, Palmensi 10 episcopo, magistro Henrico de Geldonia testibus. Infrascripti cives sapientes et consiliarii eiusdem civitatis nomine suo et aliorum civium et habitantium et hominum civitatis Novarie et districtus eiusdem donaverunt et concesserunt domino regi balliviam et auctoritatem plenariam ordinandi et statuendi ad suam omnimodam voluntatem super guerris et discordiis suis etc. et super reformatione status civitatis civium et 15 districtus eius etc. Nomina vero dictorum civium sapientum et consiliariorum sunt hec: domini Ponchinus de Ponchonibus de Cremona potestas civitatis Novarie, Guillelmus Brusatus miles, Folquinus Kabalatius, Rolandus Kabalatius, Bonifacius Brusatus, Guilelmus Kabalatius, Lanfrancus Bonipartus, Vulpianus Testa, Merlus Kabalatius, Iohannes Brusettus, Raynerius Capra, Guilelmus de Brunomonte, Rogerius Boni-20 partus, Guilelmus de Nybia, Induardus Brusatus, Francinus Vaczetus, Guillelmus de Sexo, Fortinus de Fortibus, Philipus de Casileyo, Iacominus Brusetus, Buratus de Sesso et plures alii etc.[b]

500. *ARBITRIUM PACIS. Dec. 20.*

Servatur ibidem fol. 14'. Denuo contulimus. Edidit Doenniges l. c. I, 18 25 *nr. 17. Ad cap. 2 cf. supra nr. 488 cap. 4 et nr. 490; ad cap. 3 et 5 supra nr. 488 cap. 5 et 6. — Böhmer, Reg. Heinr. 346.* *(P. deest.)*

In nomine Regis pacifici Amen.

(1) Anno nativitatis eiusdem millesimo tricentesimo decimo, inditione VIII, die XX. mensis Decembr., pontificatus domini Clementis pape quinti anno sexto. Per hoc 30 presens publicum instrumentum cunctis appareat presentibus et futuris, quod serenissimus dominus Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus in[a] sede sue maiestatis existens[a], volens civitatem suam Novariensem civesque homines et habitatores ipsius civitatis et districtus eius transquillitate pacis et piis actibus reformare et sic reformatam Deo propicio conservare, convocatis coram se quibusdam ex dictis civibus specialiter 35 duarum partium inter [se] dyucius discordantium, quorum nomina inferius describuntur, quarum partium una vocatur pars Brusatorum et Caballatiorum et alia vocatur pars Torniellorum, ipsis inferius nominatis nomine suo et aliorum de parte sua et sibi adherentium coram ipso domino rege propter hoc specialiter comparentibus, post multos tractatus et examinationes et deliberationes et consilia super hoc habitos et habitas et 40 habita cum prelatis, principibus, comitibus, marchionibus et aliis suis et imperii sibi assistentibus ac etiam cum pluribus sapientibus civibus dicte civitatis, neutram dictarum partium plus unam quam aliam ut asserunt foventibus, tam ex regia potestate quam ex potestate auctoritate et ballivia sibi datis et concessis per ipsos cives super guerris, discordiis, odiis et rancuris inter ipsos cives actenus vertentibus et super dependentibus 45 et emergentibus ex eisdem pronunciavit, precepit et statuit in modum qui sequitur:

499. a) *sequitur* die *J.* b) *in margine notantur nomina principalium ut videtur sindicorum:* domini Wilelmus Brusatus | Lanfrancus Bonipartus *J.*

500. a) in — existens *supra lineam add. J.*

(2) (I) Inprimis quod inter omnes cives predictos et partes predictas et eorum secaces et sibi adherere volentes sint et vigeant de cetero vera et perpetua pax et unitas, amputatis et depositis hinc inde quibuslibet dissidiis, rancoribus et odiorum fomitibus ac cessantibus verbis et actibus partialibus quibuscunque.

(II) Item quod idem cives invicem sibi condonent et remitant omnes iniurias et offensas actenus alterutrum in personis vel rebus illatas et quamlibet emendam et restitutionem eis huiusmodi iniuriarum et offensarum occasione debitam. A quibus nichilhominus omnibus idem dominus rex auctoritate et potestate predictis exnunc omnes et singulos ipsorum absolvit et liberavit perpetuo.

(III) Item quod illi ex memoratis civibus, qui exulabant a civitate predicta occasione predicte discordie, exnunc revertantur ad iura et bona propria eaque recipiant et habeant et eis gaudeant plene et libere sicut prius sine contradictione cuiusquam, ad que nichilhominus idem dominus rex eos exnunc restituit et vult et decernit pro restitutis haberi. Ita etiam quod nemini ipsorum in bonis et iuribus suis predictis quevis obsistat perscriptio[b] a tempore, quo civitatem exiverunt predictam.

(IV) Item relaxavit omnia banna, quibus suppositi forent actenus a dicto tempore citra cives predicti, qui exulabant a civitate predicta, sive pro contumatia sive pro offensa magna vel parva vel alia quacunque de causa, omnesque collectas seu tallias quomodocunque impositas remisit eisdem. Absolvens eos a predictis omnibus et a penis et mulctis, quas huiusmodi occasionibus incurrissent et quibuslibet condempnationibus, sententiis et penis propter hoc latis vel statutis in eos.

(V) Item quod omnes cives predicti hanc pacem et suprascripta omnia et singula observent et faciant cum effectu sub pena centum librarum auri et indignationis ipsius domini regis et debito prestitorum ab eis super hoc iuramentorum.

(VI) Item quod illi ex dictis civibus, qui nunc sunt in ipsius domini regis presentia constituti, pro se et suis omnibus pacem huiusmodi pacis intervenientibus osculis et predicta omnia exnunc acceptent, approbent et emologent et a suis secacibus et fautoribus curent et faciant pro viribus observari.

(3) Hec[c] autem ut premititur dictus dominus rex super discordiis predictorum ad presens pronunciavit et statuit, recepta videlicet et reservata sibi omnimoda potestate, ea omnia et singula interpretandi, declarandi, suplendi et corrigendi ac super aliis, ubi, quando et quotienscunque voluerit pronunciandi et statuendi, prout viderit expedire[c].

(4) Nomina vero supradictorum civium et personarum civitatis predicte in presentia dicti domini regis propter hoc vocatorum et presentium sunt hec: domini Wilelmus Brusatus[d], Lanfrancus Bonipartus, Folquinus Caballatius, Bonifacius Brusatus, Azo Capra, Wilelmus Brunomontus, Ruffinus Caballacius, Iohannes Brusatus, Armidus Brusatus, Philipus Tornellus, Dotarius Tornellus, Iorius Tetanus, Henricus de la Strecta, Hugo de Nybia, Arditio Barbavara, Lanfrancacius Bonipartus, Danesius de Cumis, Wala Tornellus, Francinus Grita, Iohannes Tornellus filius domini Galvagnii. Item Francinus Guasatus et Rollandus Cabalatius[e] syndici et procuratores.

(5) Qui omnes et singuli supradicti unanimiter et concorditer nomine suo et nominibus quibus supra, audita et intellecta suprascripta dicti domini regis sententia, ipsam et omnia eius capitula sponte et gratanter acceptaverunt, approbaverunt et emologaverunt. Condonantes sibi et remitentes invicem omnes offensas, iniurias, restitutiones et emendas predictas, sese in signum pacis invicem osculantes.

Acta sunt hec apud Novariam in domo episcopali, presentibus dominis archiepiscopo Treverensi, episcopis Palmensi, Leodiensi, Basiliensi, Gebenensi, Constantiensi, Waleramo, comiti Sabaudie, Guydone de Flandria, marchione Malespine, P(etro) de Claromonte, Henrico de Geldonia, domino Salvo et pluribus aliis etc. et marchione Montisferrati.

500. b) *sic J.* c) *cap. 3 post cap. 5 scriptum, signo transponendi addito J.* d) *sequitur* Bressanus Caballatius *delet. J.* e) Cacalatius *J.*

501. *IURAMENTUM FIDELITATIS. Dec. 20.*

Autographon tabularii Roncioniani nr. 672 denuo contulimus. In verso manu Iohannis de Dyst scriptum est: Novarie. *Edidit Bonaini l. c. I, 104 nr. 74.*

(P. deest.)

5 ‖ In nomine Domini amen. ‖

(1) Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo decimo, indictione octava, viceesima die mensis Decembris, pontificatus sanctissimi patris[a] domini Clementis pape quinti anno [b] ac regni serenissimi principis ac domini domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti anno secundo. Per hoc presens publicum instru-10 mentum cunctis appareat presentibus et futuris, quod existente dicto serenissimo principe Romanorum rege cum suis proceribus, baronibus ac nobilibus supra pallatium civitatis Novarie[c] et subtus dictum pallatium voce preconia campaneque sonitu, prout moris est, universitate[d] hominum dicte civitatis Novarie et eius districtus in platea congregata, in presentia mei Iohannis et Bernardi notariorum et testium subscriptorum propter hoc 15 specialiter vocatorum et rogatorum, discreti viri Francinus Guazatus filius quondam Ambroxii Guazati et Rolandus Cabalcatus filius quondam Anselmi Caballati, certi missi, nuntii et procuratores comunis et hominum dicte civitatis Novarie ad infrascripta solempniter facienda legitime constituti, prout patet per instrumentum publicum[1] scriptum manu Petri Madii notarii comunis Novarie, filii Guidonis Madii, die Sabbati decimo 20 nono Decembris, tanquam missi, nuncii et procuratores dictorum comunis et hominum dixerunt, asseruerunt et recongnoverunt et nomine ipsorum ac comunis et hominum, ipsum dominum regem Romanorum esse et esse debere verum, naturalem et precipuum dominum suum sine medio et dicte civitatis, comunis et populi et districtus eiusdem cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, ipsumque dominum regem habere et habere 25 debere in predictis omnibus et singulis merum[e] et mixtum imperium et omnimodam urisdictionem.

(2) Et infrascriptum iuramentum prestiterunt dicto domino regi in hac forma:

Nos Francinus et Rolandus iuramus ad hec sancta Dei ewangelia in animam nostram et in animam omnium illorum, quorum sumus nuncii et procuratores, pro 30 ipsis et procuratorio nomine quo supra,

quod ab hac hora inantea usque ad ultimum diem vite nostre erimus et ipsi erunt fideles vobis domino Henrico Dei gratia Romanorum regi semper augusto et sacro imperio contra omnem hominem. Et quod scienter erimus nunquam nec ipsi erunt in consilio vel facto, quod idem dominus rex amittat vitam vel menbrum aut recipiat 35 in personam vel res aliquam lesionem, iniuriam vel contumeliam aut amittat aliquem honorem, quem nunc habet vel in antea possidebit. Et si sciverimus vel audiverimus, sciverint vel audiverint de aliquo, quod velit aliquod istorum contra ipsum dominum regem facere, ut non fiat pro posse nostro impedimentum prestabimus et ipsi pro suo prestabunt. Et si impedimentum prestare nequiverimus vel nequiverint, quam 40 cito[e] poterimus vel poterunt, ipsi domino regi intimabimus et intimabunt et contra eum, prout poterimus et poterunt, eidem domino regi nostrum prestabimus et ipsi prestabunt auxilium. Et si contigerit ipsum dominum regem rem aliquam, quam habet in presenti vel habebit in futurum, quocumque casu amittere, eam recuperare iuvabimus et iuvabunt et recuperatam omni tempore retinere. Et si sciverimus vel 45 sciverint, ipsum dominum regem velle aliquem offendere, et inde specialiter vel

501. a) patris *post* Clementis *cum signo transponendi or.* b) *spatium vacuum relictum or.* c) Novarie et *in loco raso or.* d) est universi *in loco raso or.* e) *bis scriptum or.* f) quam cito *in loco raso or.*

1) *Servatum non est. Sed cf. supra pag. 451 lin. 31 sq.*

generaliter fuerimus vel fuerint requisiti, eidem domino regi secundum posse nostrum prestabimus et ipsi prestabunt consilium et auxilium. Et si aliquid in secreto nobis vel ipsis manifestaverit, illud sine sui licentia nemini pandemus nec faciemus quod pandatur nec ipsi. Et si[g] idem dominus rex consilium a nobis vel ipsis petierit vel postulaverit, illud consilium dabimus et ipsi dabunt, quod nobis et ipsis eidem domino regi videbitur magis et melius expedire. Et quod nunquam in personis nostris vel suis aliquid scienter faciemus vel facient, quod in ipsius domini regis vel imperii iniuriam, gravamen vel contumeliam possit redundare. Et omnia alia et singula que in forma fedelitatis nova et veteri continentur. Sic nos et ipsos iuvet Deus et hec sancta Dei ewangelia corporaliter tacta.

(3) Quibus sic rite conpletis, in signo fidelitatis perfecte osculati sunt dicti nuncii et procuratores flexis genibus humiliter et devote pedes dicti domini regis, ac etiam universitas comunis et hominum dicte civitatis ibidem existens dictam fidelitatem et alia superius gesta viva voce ratificavit, approbavit et confirmavit, prout per dictos nuncios et procuratores suos factum est. Qui dominus rex dictas fidelitatem et recognitionem et alia superius gesta gratiose acceptavit et mandavit michi Iohanni et Bernardo notariis infrascriptis, ut de predictis omnibus faceremus publica documenta.

Acta sunt hec anno, die, mense, locis et ind. predictis, presentibus reverendis in Christo patribus dominis Balduyno archiepiscopo Treverorum, Gerardo Basiliensi, Aymone Gibbenensi, Papiniano Parmensi, Gerardo Constantie episcopis, dominis Waleramo fratre dicti domini regis, Amedeo comite Sabaudie, Arnuldo de Pomerio, Arnuldo de Rolant militibus et aliis pluribus fidedignis testibus ad premissa specialiter vocatis et rogatis.

(S. N.) Et ego Iohannes de Dyst dictus de Cruce, clericus Leodiensis dyocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, premissis recognitioni, iuramento, fidelitati et aliis omnibus superius gestis una cum Bernardo de Yenna notario infrascripto[1] et testibus supradictis presens interfui et hanc cartam in publicam formam redegi et scripsi meoque signo consueto signavi rogatus.

502—505. HOMAGIUM ET INVESTITURA EPISCOPI LAUDENSIS.

1310. ante Dec. 19.—1311. Ian. 12.

502. *PETITIO EPISCOPI REGI PORRECTA. 1310. ante Dec. 19.*

Petitionis autographon, quod manu cancellariae episcopi scriptum adhuc servatur Laudae in tabulario episcopali, denuo contulimus. Edidit a. 1885. Vignati 'Codex diplomaticus Laudensis' II (= Bibliotheca historica Italica IV) pag. 474 nr. 450. (P. deest.)

In[a] nomine Domini amen.

Petit, suplicat et requirit Egidius Laudensis episcopus a maiestatis vestre clementia, domine illustrissime rex Alamanie, quatenus intuitu pietatis et meritis beatissimi Bassiani confessoris Laudensium necnon ob reverentiam sancte Laudensis ecclesie, que fore noscitur ipsius meritis confessoris multimodis decor[i]bus candidata, quatenus eidem ecclesie [et] episcopatui, quibus quamquam inmeritus presidet, reditus auri, quod annue lavatur in ripis fluminis Adue ab utraque parte ipsius fluminis a Cornaiano Bertaro usque ad Castrumnovum buce[b] Adue vel saltem inter curtem

501. g) *supra lineam add. or.*

502. a) *praecedit g in margine scripta or.* b) *punctis suppositis corr. ex* bucele *or.*

1) *Subscriptio Bernardi exarata non est.*

Galgagnani et curtem Castioni, que sunt curtes episcopatus prefati iuris imperii inter illa confinia, reditus auri, quod ibidem de cetero lavabitur, de speciali gratia cum omnibus aluvionibus et glareis dicti fluminis Adue ab utraque parte riparum, que sunt et de cetero insurgent secundum metam superius pretaxatam, ob vestrorum remedio[a]
5 peccatorum de novo concedere dignemini et velitis, et dicti auri reditus cum aluvionibus et glareis antedictis ad vestram cameram procul dubio spectare noscuntur, cum dicta Laudensis ecclesia et episcopatus prefatus privilegiis Romanorum imperatorum concessis[b] eisdem destituta fere penitus dignoscatur, ipsius episcopi predecessorum suorum negligentia dudum flagrante necnon invasione invalescente hominum perversorum.

10 **503.** *INSTRUMENTUM DE HOMAGIO PRAESTITO. 1310. Dec. 19.*

Ineditum descripsimus ex R *Registro Bernardi de Mercato fol. 15, de quo v. supra ad nr. 478. Rubrum desideratur.*

Imbreviaturam, quae servatur in J, *de quo v. supra ad nr. 468—476 fol. 16 (cf. fragmentum die 17. Dec. adscriptum, sed cancellatum ibidem fol. 14) sub asterisco adnotavi-*
15 *mus. Ubi rubrum:* de episcopo Laudensi. *Imbreviaturam edidit Doenniges l. c. I, nr. 21.* *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

(1) Anno* et inditione, die et loco quibus supra, coram eisdem testibus. Venerabilis in Christo pater dominus Egidius episcopus Laudensis in presentia supradicti
20 domini regis personaliter constitutus humiliter supplicavit eidem domino regi, ut ipsum de suis feudis, que tenet ratione ecclesie sue Laudensis ab eodem domino rege et sacro Romano imperio, investire de benignitate regia dignaretur. Qui quidem dominus rex ipsius episcopi devotis supplicationibus favorabiliter annuens ac disponens unicuique tribuere quod est suum, ipsum episcopum presentem stipulantem et recipientem nomine
25 suo et nomine ecclesie Laudensis predicte tamquam fidelem vassallum et principem suum et imperii de suis iustis et antiquis feudis, que ipse episcopus et memorata Laudensis ecclesia habent et tenent ab imperio, salvo iure suo et imperii et salvo iure cuiuslibet alterius persone per ceptrum regale, quod in manu tenebat retinuit et investivit de plenitudine regie potestatis. Ipse vero episcopus nomine quo supra ut
30 fidelis vassallus et princeps ipsius domini regis et imperii fecit, prestitit et recognovit eidem domino regi et Romano imperio homagium et fidelitatem ac fidelitatis sacramentum prepositis[a] coram eo euangeliis sacrosanctis, tenendo manum dexteram ad pectus, in hac forma:

(2) Ego Egidius permissione divina Laudensis ecclesie episcopus nomine meo
35 et ecclesie Laudensis predicte tamquam fidelis vassallus et princeps vestri serenissimi

*) Anno die et loco quibus supra, coram eisdem testibus. Dominus Egidius episcopus Laudensis fuit investitus tamquam princeps et more principis per ceptrum regale de suis iustis et antiquis feudis et regaliis ut supra et stola posita supra collum fecit iuramentum fidelitatis ut supra. Et consignavit feuda infrascripta se tenere ab imperio: Inprimis iurisditionem, quam dicit se
40 habere in singulis[b] personis masculis et femellis in civitate et toto comitatu Laudensi ac in portis, turribus, muris eiusdem civitatis. Item iurisdictionem, quam habet in[c] castro et villa de Castiono et in castro et villa de Galgagnano et in villa Archagne et in illa parte Gamurre, que est in eadem curte syta, et in castro et villa Sancti Martini in Strata, castro et villa Cavenagii cum lacu, castro et villa Coctunei, castro Ronqui et [a]qua Lambri, sicut
45 tenet ipsam ex utraque ripa[d], et in castro et villa de Orio, castro et villa de Luviraga. Item et in predictis castris recognoscit se tenere ab imperio honorem curtis. Item lacum de Barrilis, qui iacet inter curtem Sancti Floriani et Flumpi. Item redditum auri in curte Galgagnani et curte Cavanatii. *J.*

502. a) *sic or.* b) cñcessor *or.*

50 **503.** a) *in loco raso R.* b) *supra lineam add. J.* c) Item—in *supra lineam add. J.* d) sicut—ripa *supra lineam add. J.*

principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti et Romani imperii promitto vobis et iuro per hec sancta Dei euangelia, quod ab hac hora inantea fidelis ero vobis et sacro Romano imperio. Non ero in loco, facto, tractatu, consilio vel consensu, quod vitam, membrum, honorem vel iura imperii perdatis vel capiamini mala captione vel quod recipiatis in persona vel rebus aliquam lesionem, 5 iniuriam vel contumeliam. Consilium, quod michi per vos vel per alium crediturus estis, ad dampnum vestrum me sciente nemini pandam. Regnumque et Romanum imperium et eorum regalia adiutor ero vobis ad recuperandum, retinendum et manutenendum. Et si aliquid tractari vel procurari cognovero, quod vergere posset ad detrimentum et diminutionem honoris et status vestri et imperii, illud ad hoc ut non 10 fiat pro posse meo impediam. Et si impedire non pottero, id quamprimum potero per me vel per nuncium aut per litteras vobis manifestare curabo. Consilium, quod a me petieritis, secundum conscientiam meam bonum iustum et utile vobis dabo. Hec et alia, que in forma fidelitatis nova et veteri continentur, vobis et Romano imperio faciam et observabo fideliter. Sic me Deus adiuvet et hec sancta Dei 15 euangelia coram me preposita.

(3) Confiteor insuper me nomine quo supra tenere et velle et debere tenere et me tenere constituo in feudum gentile, nobile et anticum a vobis [dict]o[e] domino rege et Romano imperio iurisdictionem, quam habeo in singulis personis masculis et femellis tocius civitatis et districtus Laudensis ac in portis, turribus, muris eiusdem civitatis. Item 20 iurisdictionem, quam habeo in castro et villa de Castione et in castro et villa de Galgagnano et in villa Archagne et in illa parte Gamurre, que est in eadem curte syta, et in castro et villa Sancti Martini in Strata et in castro et villa Cavegnagii cum lacu et in castro et villa Coctunei et in castro Ronqui et in aqua Lambri, sicut tenet ex utraque rippa, et in castro et villa de Orio et in castro et villa de 25 Luviraga. Et in predictis castris recognosco me tenere in feudum a vobis et imperio honorem curtis. Item lacum de Barrilis, qui iacet inter curtem Sancti Floriani et Flumpi. Item redditum auri in curte Galgagnani et curte Cavanacii.

Ego Bernardus.

504. *SCRIPTUM REGIS SUPER EODEM. 1311. Ian. 8.* 30

Autographon deperiit. Itaque B *exemplar coaevum ab Aymerico Codccasa notario, ut videtur (cf. infra ad a. 1311. Ian. 15), scriptum tabularii episcopalis Laudensis denuo contulimus. Edidit Vignati l. c. II, 475 nr. 452. Scriptum infeudationis generale Ian. 7. datum et ad solitam formam* (Romani imperii celsitudo) *conceptum, cuius autographon ibidem servatur, vide l. c. II, 475 nr. 451.* *(P. deest.)* 35

Nos Henricus Dei gratia Romanorum rex senper a[u]gustus ad universorum notitiam volumus pervenire, quod accedens ad nostre mayestatis presentiam venerabilis Egidius Laudensis episcopus princeps noster dilectus, recognoscens se feuda sua, videlicet iurisdictionem in singulis personis masculis et feminis in civitate [et] comitatu Lauden(si) ac in portis, turribus, muris eiusdem civitatis, iurisdictionem, quam habet in castro et 40 villa de Castiono ac castro et villa de Galgagnano et in villa Archagne et in illa parte Gamore, que sunt in eadem curte syta, et in castro et villa Sancti Martini in Strata, castro et villa Cavenagi cum lacu, castro et villa Coctonei, castro Ronchi et aqua Lambri, sicut tenet ipsa curtis ex utraque parte, et in castro et villa de Orio, castro et villa de Livira(ga), lacum de Barillis sytum inter curtem Sancti Floriani et Flompi[a] et redditum 45 auri in curte Galgagnani et in curte Cavenagi a nobis et imperio tenere, nobis humiliter suplicaverit, quatinus ipsum de feudis huiusmodi investire de benignitate regia

503. e) *an erasum R.*
504. a) Fompli *B.*

dignaremur. Nos igitur prefati episcopi suplicationibus annuentes ac disponentes unicuique tribuere quod est suum, prefatum episcopum de iustis ac antiquis feudis suis, que tenet vel habere debet, investimus de regie plenitudine potestatis, salvo iure imperii et quorumlibet aliorum, recepto ab eo fidelitatis debito[b] sacramento[b]. Presentium 5 testimonio litterarum.

Dat.[c] Mediolani, sexto Ydus Ianuarii, anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, regni vero nostri anno tertio.

505. *MANDATUM REGIS SUBDITIS DIRECTUM. 1311. Ian. 12.*
Item B *denuo contulimus. Edidit Vignati l. c. II, 476 nr. 453. (P. deest.)*

10 Henricus Dei gratia Romanorum rex senper augustus prudentibus viris de Laude, Castiono, Coctoneo, Roncho, Orio, Liviraca, de Sancto Martino in Strata, Galganano, Archagna et Gamore comunitatibus, fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum.

Affectantes, prout ex officii nostri tenemur debito, venerabilis Egidii Laudensis 15 episcopi principis nostri dilecti et sue ecclesie precavere dispendiis et ipsius comodum providere, fidelitati vestre precipimus et mandamus[a] quatinus eundem episcopum in bonis suis et ecclesie sue non inpediatis vel turbetis nec ipsum permitatis ab aliis in eisdem aliquatenus pregravari pro iuris et nostra reverentia speciali.

Dat.[b] Mediolani, tertio Ydus Ianuarii, regni nostri anno tertio.

---

20 506. HOMAGIUM DIVERSORUM.

1310. Dec. 19.

Ineditum proponimus ex R *Registro Bernardi de Mercato, de quo v. supra ad nr. 478, fol. 14'. Est ibi rubrum:* [D]e[a] fidelitate [A]rduyni comitis Valpergie, [C]onradi de Buedio, [T]hadei de Montenario, [B]onifacii de Orio[a].

25 *Imbreviaturam ex* J *Libro imbreviaturarum eiusdem notarii, de quo v. supra ad nr. 468—476, fol. 16 sub asterisco adnotavimus. (P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Anno* eiusdem millesimo tricentesimo decimo, indictione octava, die decima nona mensis Decembris, pontificatus et regni predictorum anno predicto, Arduynus de Marczo- 30 nasco comes Valpergie, Conraldus filius quondam domini Trinquerii de Buedio, Thadeus filius quondam domini Montenarii de Montenario, Bonifacius de Orio in presentia sere-

*) *Imbreviatura haec verba praebet:* Anno quo supra et loco quibus supra, XIX. die mensis Decembr, presentibus dominis Treverensi et Medyolanensi archiepiscopis, Palmensi episcopo, comite Sabaudie, duce Lupollo, Walerano, Guydone de Flandria, marchyone Malespine, 35 Palmerio de Florentia, P(etro) de Claromonte et pluribus aliis.

Arduynus de Marczonasco comes Valpergie fuit investitus ut supra et iuravit fidelitatem ut supra.

Conraldus filius condam domini Trinquerii de Buedio et Thadeus filius condam domini Montenarii de Montenario fuerunt investiti ut supra et iuraverunt fidelitatem ut supra.

40 Bonifacius de Orio fuit investitus ut supra et iuravit ut supra.

504. b) o *corr. ex* a *B.* c) Data *B.*
505. a) mandabamus *B.* b) Data *B.*
506. a) *uncis inclusa exsecta sunt R.*

nissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti personaliter constituti supplicaverunt humiliter eidem domino regi, ut ipsos et eorum quemlibet de suis feudis, que tenent ab imperio, investire de benignitate regia dignaretur. Qui quidem dominus rex ipsorum devotis supplicationibus favorabiliter annuens ac disponens unicuique tribuere quod est suum, ipsos et eorum quemlibet recipientes pro [se][b] et suis heredibus et successoribus legitimis de suis iustis et antiquis feudis, que ab eodem domino rege habent et tenent, retinuit et investivit de plenitudine regie potestatis, salvo iure suo et imperii et salvo iure cuiuslibet alterius persone. Ipsi vero Arduinus, Conraldus, Thadeus et Bonifacius[c] quilibet eorum pro se et heredibus suis et successoribus suis legitimis fecerunt, prestiterunt et recognoverunt homagium et fidelitatem eidem domino regi et iuramentum fidelitatis quilibet ipsorum eidem domino regi prestitit in modum qui sequitur, tactis corporaliter euangeliis sacrosanctis:

Ego iuro ad hec sancta Dei euangelia, quod ab hac hora inantea ero fidelis, devotus et obediens vobis domino meo legitimo et precipuo domino Henrico Dei gratia Romanorum regi semper augusto et sacro Romano imperio. Non ero in loco, facto, tractatu, consilio vel consensu, quod vitam, membrum, honorem vel iura imperii perdatis vel quod capiamini mala captione vel quod recipiatis in persona vel rebus aliquam lesionem, iniuriam vel contumeliam. Consilium, quod michi per vos vel per alium crediturus estis, ad detrimentum vestrum me sciente nemini pandam. Regnumque et imperium Romanum et eorum regalia adiutor ero vobis toto posse meo ad recuperandum, retinendum et manutenendum cum omni honore. Et si aliquid tractari vel procurari cognovero, quod vergere posset ad detrimentum et diminutionem honoris et status vestri et imperii, ad hoc ut non fiat illud pro posse meo impediam, et si impedire non pottero, id quamprimum pottero vobis per me vel per nuncium aut per litteras manifestabo. Et si guerram habueritis contra quamcunque personam pro honore, iuribus et regaliis vestris et imperii, de ipsa vobis toto posse meo auxilium prestabo. Consilium, quod a me petieritis, bonum, iustum et utile secundum conscientiam meam vobis dabo. Hec et alia, que in forma fidelitatis nova et veteri continentur, vobis faciam et fideliter observabo. Sic me Deus adiuvet et hec sancta Dei euangelia.

Actum est hoc in civitate Medyolani in domo archiepiscopali, presentibus dominis Baldwino Treverensi, Castono Medyolanensi archiepiscopis, Papiniano episcopo Parmensi, Amedeo comite Sabaudie, Lupollo duce Austrie, Walerano fratre dicti domini regis, Guydone de Flandria, Morvello marchione Malespine et pluribus aliis testibus ad hec vocatis et rogatis.

Ego Bernardus.

507—512.
REFORMATIO CIVITATIS MEDIOLANENSIS.
1310. Dec. 22. — 1311. Ian. 3.

507. *PROMISSIO MATHEI VICECOMITIS. (1310.) Dec. 22.*

Autographon, quod Pisis asservatur in tabulario Roncioniano nr. 738 bis, denuo contulimus. Sigillum deest, foraminibus relictis. Edidit Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 107 nr. 76. *(P. deest.)*

506. b) *deest R.* c) conr. th. bon. et ard. *scriptum, signo transponendi posito R.*

Ego Matheus Vicecomes de Mediolano notum facio universis presentes litteras inspecturis, quod propter labores et expensas graves, quas serenissimus dominus noster dominus Heinricus Dei gratia Romanorum rex facit pro reformacione pacis et boni status Lombardie, cum venero Mediolanum promitto sibi pro me in subsidium dictarum 5 expensarum dare sexaginta milia florenorum. Et ad hoc faciendum et solvendum me et mea obligo per presentes. Dans predicto domino nostro domino regi has litteras sigilli mei robore signatas in testimonium super eo.

Dat. XI. Kalen. Ianuarii.

508. *COMPROMISSUM PARTIS DE TURRE. 1310. Dec. 24.*

10 *Superest imbreviatura in* J *Libro imbreviaturarum Bernardi de Mercato fol. 15', de quo v. supra ad nr. 468—476. Ubi rubrum:* De compromisso domini Guyd. de Turre. *Denuo contulimus. Edidit Doenniges 'Acta Henrici VII' I, 20 nr. 18.*

(P. deest.)

Anno et indictione quibus supra, die vicesima quarta mensis Decembr., in civitate 15 Medyol(ani) in aula domus archiepiscopalis. Presentibus dominis[a] episcopis Palmensi, Gebenensi, Tridentin(ensi)[b], comite Sabaudie, Guydone et Henrico de Flandria fratribus, marchyone Saluciarum et pluribus aliis testibus etc. Domini Guydo de Turre filius condam domini Francisci de Turre, Crastonus[c] archiepiscopus Medyolanensis, Paganus de Turre, Iosquinus de Turre, Symoninus de Turre, Paganus episcopus Paduen(sis) cum 20 duobus fratribus suis, videlicet Iofredino et Iohanne, Febus et Remondus de Turre fratres, Imbralis de Turre, Cassozinus de Turre, Samuel de Turre, Bassianus de Turre, Raymondinus de Turre pro se et suis secacibus, amicis et adherentibus sibi dederunt et concesserunt domino plenam generalem et liberam potestatem, auctoritatem et balliviam concordandi, sedandi et pacificandi omnes discordias, rancuras, querela[s] et 25 actiones vertentes inter supranominatos et eorum secaces et sibi adherentes ex una parte et Matheum Vicecomitis de Medyolano et eius secaces et sibi adherentes et adherere volentes ex altera, et super eis et ea tangentibus, dependentibus et emergentibus ex eisdem disponendi et ordinandi.

509. *ARBITRIUM PACIS. 1310. Dec. 27.*

30 *Superest* A *imbreviatura in* J *fol. 16', ubi rubrum:* De pace Medyol. *Denuo contulimus. Edidit Doenniges l, c. I. 21 nr. 24.*

Instrumentum B *ab ipso Bernardo scriptum, quod e quodam codice Novariensi, cuius cognitionem non habemus, iam olim male edidit Muratori 'Antiquitates Italicae' IV, 631, item contulimus, potiores tantum varias lectiones sub asteriscis adnotantes.* 35 *Orthographiam Muratorianam correximus.*

Cf. arbitria supra nr. 488 et 500. — Böhmer, Reg. Heinr. 349. (P. deest.)

In nomine Regis pacifici.

(1) Anno nativitatis eiusdem millesimo tricentesimo undecimo, ind. nona, die vicesima septima mensis Decembr., pontificatus domini C(lementis) pape quinti anno sexto, 40 presentibus* nobis Bernardo et Iohanne notariis et testibus infrascriptis, serenissimus princeps dominus Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus* remediis invigilans subditorum et regali providentia cupiens fideles suos cives Medyolan(enses) dyucius invicem dissidentes et in duas partes divisos, quarum una erat illorum de Turre et altera Vicecomitum, ad concordiam revocare, super earum discordiis et inimici[ti]is

45 *) *loco* presentibus — augustus *B*: ac regni serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti anno tertio. Per hoc presens instrumentum cunctis appareat presentibus et futuris, quod prefatus dominus rex.

508. a) *supra lineam add. J.* b) episcopis *sequitur J.* c) crastono *J.*

presentibus maioribus eorundem, quorum nomina inferius describuntur, tam ex regia auctoritate quam ex potestate in eum per ipsas partes collata pronunciavit et statuit, prout inferius continetur:

(2) (I) Inprimis quod inter omnes cives predictos et partes predictas et eorum secaces et sibi adherentes sint et vigeant de cetero vera et perpetua pax et unitas, 5 amputatis et depositis hinc inde quibuslibet dissidiis, rancoribus et odiorum fomitibus et cessantibus verbis et actibus partialibus quibuscunque.

(II) Item quod idem cives invicem sibi condonent et remitant[a] omnes iniurias et offensas hactenus alterutrum in personis vel rebus illatas et quamlibet emendam et restitutionem eis huiusmodi iniuriarum et offensarum occasione debitam. A quibus 10 nichilhominus omnibus idem dominus rex auctoritate et potestate predictis exnunc omnes et singulos ipsorum absolvit et liberat perpetuo.

(III) Item quod illi ex memoratis civibus, qui exulabant a civitate predicta occasione predicte discordie, exnunc revertantur ad bona et iura propria eaque recipiant et habeant et eis gaudeant plene et libere sicut prius sine contradictione cuiusquam. 15 Ad que nichilhominus idem dominus rex eos exnunc restituit et vult et decernit pro restitutis haberi, ita etiam quod nemini ipsorum in bonis et iuribus suis predictis quevis obsistat prescriptio a tempore, quo civitatem exiverunt predictam.

(IV) Item relaxavit omnia[b] banna, quibus suppositi forent hactenus a dicto tempore citra cives predicti, qui exulabant a civitate predicta, sive pro contumacia sive pro 20 offensa magna vel parva vel alia quacunque de causa. Omnesque collectas seu tallias quocunque modo impositas remisit eisdem, absolvens eos a predictis omnibus et a penis et mulctis, quas huiusmodi occasionibus incurrissent et quibuslibet condempnationibus, sententiis et penis propter hoc latis vel statutis in eos.

(V) Item quod omnes cives predicti hanc pacem et suprascripta omnia et singula 25 observent et faciant cum effectu sub debito prestitorum a partibus iuramentorum et sub pena indignationis ipsius domini regis ac mille librarum auri, quociens contrafieret in singula capitula, commitenda et exigenda a secus facientibus, complicibus et fautoribus eorundem.

(VI) Item quod illi ex dictis civibus, qui nunc sunt in ipsius domini regis presentia 30 constituti, pro se et suis omnibus pacem huiusmodi pacis intervenientibus osculis et predicta omnia exnunc acceptent, approbent et emologent et a suis secacibus et fautoribus curent et faciant pro viribus observari.

Hec autem, ut premititur, dictus dominus rex super discordiis predictorum ad presens pronunciavit et statuit, recepta videlicet et reservata sibi omnimoda potestate 35 ea omnia et singula interpretandi, declarandi, supplendi et corrigendi et super aliis pronunciandi et statuendi, ubi, quando et quotiens viderit expedire.

Nomina vero civium predictorum in presentia regie maiestatis existentium sunt hec: Et primo de parte illorum de Turre domini Casto[c] archiepiscopus Medyolanensis, Paganus episcopus Paduen(sis), Guydo de Turre filius condam domini Francisci de Turre, 40 Symoninus de Turre, Iofredus de Turre, Iohaninus de Turre, Ymbaralis de Turre, Cassontinus de Turre, Phebus et Raymondinus de Turre fratres, Anfusinus et Iacobinus de Turre fratres, Philipus de Turre, Passarinus de Turre, Oliverius de Turre[d], Leo de Turre[e], Vincentius de Turre, Philipus de Turre, Raymondinus de Turre, dominus Coutinus iurisperitus Bergamascus de Turre, Montinus de Turre, Matheus 45 de Turre, Ph. Niger, Iacobus Guersius, Sambuellus de Turre, Willanus de Turre, Minacius et Bonifacius de Oczeno fratres, Grifus et Imperialis et Sinzebaldus de

509. a) et remitant *bis scriptum J.* b) *bis scriptum ineunte linea J.* c) crasto; crasto — paduen. *supra lineam J.* d) *sequ. del.* Gasparinus de Turre *J.* e) *sequ. del.* Wallinus(?) de Turre *J.*

Zanatariis, Humbertus et Cressinus de Culticis, Senagus Panczata, Iohannes de Vedano, Merlus de Madiis, Tegacha de Peranecino, Iacobus de Contoregzo, Philipus de Mara, dominus Iacobus iudex, Obiczo et Thomasinus de Bernardiso, Paganus de Cignusculo, Incheranus de Varni, Karelotus de Varni, Bertraminus de Varni, Obertinus de Alliate, Iacobus mirabilia. Item de parte Vicecomitum, domini Metheus Vicecomes pro se et domino Galeaceo, Iohanne et Stephanino filiis suis absentibus, Luquinus et Marchus filii sui presentes, Humbertus Vicecomes pro se et Vercellino et Otholino filiis suis absentibus, Iohaninus filius eius presens, Ludovicus Vicecomes filius condam domini Petri pro se et Gasparino fratre suo absente. Qui omnes et singuli supradicti unanimiter et concorditer nominibus quibus supra, audita et intellecta suprascripta dicti domini regis sententia, ipsam et omnia eius capitula sponte et gratanter acceptaverunt, approbaverunt[f] et emologaverunt. Promitentes[g] sibi ad invicem ac dicto domino regi per pacta expressa[h] et sub obligatione omnium bonorum suorum in[h] pena[h] et sub pena predicta, supradicta universa et singula attendere, facere et conplere et ad sancta Dei evangelia corporaliter tacta iuraverunt[g]. Condonantes sibi et remitentes invicem omnes iniurias, restitutiones et emendas predictas, sese in signum pacis invicem osculantes. Precipiens* idem dominus rex nobis Bernardo et Iohanni notariis infrascriptis, ut de predictis omnibus et singulis faciamus publica instrumenta unum vel plura, quot ipsis partibus et aliis, quos presens negotium tangit, necessaria fuerint*.

Acta sunt hec in civitate Medyolani in aula domus comunis, presentibus dominis Balduyno archiepiscopo Treverensi, Theoba[l]do episcopo Leodiensi, Papiniano episcopo Palmensi, Aymone episcopo Gebenensi, Waleramo fratre regis, A. comite Sabaudie, Guydone et Henrico de Flandria fratribus, Theodoro marchyone Montisferrati, Hugone et Guydone Delphini fratribus, Manifredo m(archione) Saluciarum, Henrico de Spanem preposito Traciatensi, Andrea de Garretis, B(erardo) Layolii de Ast** et pluribus*** aliis testibus etc.

510. *IURAMENTUM FIDELITATIS CIVIUM.* *1310. Dec. 28.*

Autographon tabularii Roncioniani nr. 691 edidit Bonaini l. c. I, 112 nr. 79. In verso scripta sunt manu Iohannis de Dyst: Obedientie civitatis Mediolani et aliarum civitatum Lombardie facte serenissimo[a] principi domino Henrico Dei gratia Romanorum regi semper augusto. *Imbreviaturam, quae servatur in* J *fol. 17' (= Doenniges l. c. I, 23 nr. 26), denuo contulimus et sub asterisco adnotavimus.* *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

(1) Anno† nativitatis eiusdem millesimo tricentesimo undecimo, indictione nona, vicesima octava die mensis Decembris, regni serenissimi principis ac domini domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti anno secundo. Per hoc presens

*) Precipiens — fuerint *desunt B.*

**) de Ast *deest B.*

***) *loco* pluribus — etc. *B:* pluribus testibus fidedignis ad premissa vocatis et rogatis.

Ego Bernardus de Mercato de Ianna sacrosancte Romane ecclesie ac sacri Romani imperii auctoritate publicus notarius suprascriptis [omnibus] una cum Iohanne de Dyst notario infrascripto presens fui et hanc cartam manu propria scripsi signoque meo consueto signavi et tradidi feliciter rogatus.

Et ego Iohannes de Dyst dictus de Cruce clericus Leodiensis dyocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, una cum suprascriptis testibus et Bernardo notario suprascripto premissis omnibus et singulis presens interfui et hanc cartam scriptam manu dicti Bernardi signavi [et] subscripsi rogatus.

†) *Imbreviatura haec verba praebet:* Anno et die quibus supra, coram testibus infrascriptis, per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat presentibus et futuris, quod Guillelmus

509. f) *bis scriptum J.* g) Promitentes — iuraverunt *in margine add. J.* h) *supra lineam J.*

510. a) facte serenissimo *in fine lineae atramento pallidiori post addita.*

publicum instrumentum cunctis appareat presentibus et futuris, quod dicto serenissimo principe domino Henrico Romanorum rege cum suis proceribus, baronibus et aliis pluribus nobilibus supra quoddam edificium ligneum de novo constructum prope ecclesiam seu muros fratrum Minorum civitatis Mediolanensis feliciter existente, universitateque hominum dicte civitatis in platea subtus dictum edificium voce preconia campaneque 5 sonitu, prout moris est, congregata, in presentia mei Iohannis et Bernardi notariorum et testium subscriptorum propter hoc specialiter vocatorum et rogatorum, discreti viri Guillelmus de Vicomercato et Rubertinus Burrus cives Mediolanenses, syndici et procuratores comunis et hominum dicte civitatis Mediolanensis ad infrascripta solempniter facienda legitime constituti, prout patet per instrumentum publicum [1] signatum et traditum 10 per Dafinollum filium quondam Iohannis Canuti de Vapro civitatis Mediolanensis porte Horientalis contrate Sancte Marie ad Passerellam notarium ac etiam scriptum et signatum manu Iohannis Bertrami filii de Berenzago civitatis Mediolanensis porte Vercelline parochie Sancte Marie Pedonis notarii, sub annis Domini millesimo tricentesimo undecimo, die Lune vecesimo octavo Decembris, indictione nona, dixerunt, asseruerunt et 15 recongnoverunt ex certa scientia, ipsorum ac comunis et hominum dicte civitatis Mediolanensis syndicario et procuratorio nomine, ipsum dominum Henricum Romanorum regem esse et esse debere verum, naturalem et precipuum dominum suum et dicte civitatis Mediolanensis, comunis et hominum et districtus eiusdem, cum omnibus iuribus et pertinentiis, ipsumque dominum Romanorum regem habere et habere debere in 20 predictis omnibus et singulis merum et mixtum imperium et omnimodam iurisdictionem.

(2) Et infrascriptum iuramentum dicto domino regi prestiterunt in hac forma:

Nos Guillelmus et Rubertinus syndici et procuratores predicti iuramus ad hec sancta Dei ewangelia in animam nostram et in animam omnium illorum, quorum sumus nuncii et procuratores, pro ipsis et procuratorio nomine quo supra, 25

quod ab hac hora in antea usque ad ultimum diem vite nostre erimus et ipsi erunt fideles vobis domino Henrico Dei gratia Romanorum regi semper augusto et sacro imperio contra omnem hominem. Et quod scienter erimus nunquam nec ipsi erunt in consilio vel facto, quod idem dominus rex amittat vitam vel menbrum aut recipiat in personam vel res aliquam lesionem, iniuriam vel contumeliam aut amittat aliquem 30 honorem, quem nunc habet vel in antea possidebit. Et si sciverimus vel audiverimus, sciverint vel audiverint de aliquo, quod velit aliquod istorum contra ipsum dominum regem facere, ut non fiat pro posse nostro impedimentum prestabimus et ipsi pro suo prestabunt. Et si impedimentum prestare nequiverimus vel nequiverint, quam cito poterimus vel poterunt, ipsi domino regi intimabimus et intimabunt et contra 35 eum, prout poterimus et poterunt, eidem domino regi nostrum prestabimus et ipsi prestabunt auxilium. Et si contigerit ipsum dominum regem rem aliquam, quam habet in presenti vel habebit in futurum, quocumque casu amittere, eam recuperare iuvabimus et iuvabunt et recuperatam omni tempore retinere. Et si sciverimus vel sciverint, ipsum dominum regem velle aliquem offendere, et inde specialiter vel 40

de Vicomercato et Robertus Gurrius syndici et procuratores comunis et populi Mediolani, presente populo eodem ad sonum campane et vocem preconiam more solito congregato, fecerunt fidelitatem domino regi ut supra.

Actum in civitate Medyolani in platea iuxta domum fratrum Minorum prope Sanctum Ambrosium, presentibus archiepiscopis Treverensi et Mediolanensi, episcopis Leodiensi, Pal- 45 mensi, Gebenensi, Tridentinensi, Constantie et Paduano, Lupollo duce Austrie, Waleramo, comite Sabaudie, Guydone et Henrico de Flandria fratribus, Hugone et Guydoue Delphini fratribus, Henrico de Spanem preposito Traciatensi, Andrea de Garretis, Berardo Layolio, domino Salvo et magistro Henrico de Geldonia testibus etc.

1) *Servatum non est.* 50

generaliter fuerimus vel fuerint requisiti, eidem domino regi secundum posse nostrum prestabimus et ipsi prestabunt consilium et auxilium. Et si aliquid in secreto nobis vel ipsis manifestaverit, illud sine sui licentia nemini pandemus nec faciemus quod pandatur nec ipsi. Et si idem dominus rex consilium a nobis vel ipsis petierit vel
5 postulaverit, illud consilium dabimus et ipsi dabunt, quod nobis et ipsis eidem domino regi videbitur magis et melius expedire. Et quod nunquam in personis nostris vel suis aliquid scienter faciemus vel facient, quod in ipsius domini regis vel imperii iniuriam, gravamen vel contumeliam possit redundare. Et omnia alia et singula, que in forma fidelitatis nova et veteri continentur et que veri subditi tenentur facere
10 vero domino suo. Sic nos et ipsos iuvet Deus et hec sancta Dei ewangelia corporaliter tacta.

(3) Quibus omnibus sic rite conpletis in signo fidelitatis osculati sunt dicti syndici et procuratores pedes dicti domini regis flexis genibus humiliter et devote, ac etiam universitas comunis et hominum dicte civitatis Mediolanensis in dicta platea ibidem
15 existens dictam fidelitatem, recongnitionem et alia superius gesta benigne acceptavit et mandavit nobis Iohanni et Bernardo notariis infrascriptis, ut de predictis omnibus faceremus publica documenta.

Acta sunt hec anno, die, mense, indictione et locis predictis, presentibus reverendis in Christo patribus ac dominis Balduyno Trevirensi et Castono Mediolanensi archiepis-
20 copis, Theobaldo Leodiensi, Papiniano Parmensi, Aymone Gibbenensi, Henrico Tridentino cancellarioque dicti domini regis, Gerardo Constantie, Pagano Paduano episcopis, dominis Lupoldo duce Austrie, Waleramo fratre dicti domini regis, Amedeo comite Sabaudie, Guidone et Henrico de Flandria fratribus, Hugone et Guidone Delphini fratribus, Henrico de Spanheim preposito Sancti Servatii Traiectensis Leodiensis dyocesis,
25 prudentibus viris Andrea Garret, Berardo Laolio de Ast legum doctoribus, magistro Henrico de Geldonia iurisperito et aliis pluribus fidedignis testibus ad prescripta seu premissa specialiter vocatis et rogatis.

(S. N.) Et ego Iohannes de Dyst dictus de Cruce, clericus Leodiensis dyocesis, publicus imperiali auctoritate notarius premissis recognitione, iuramento fidelitatis et
30 aliis omnibus superius gestis una cum Bernardo de Yenna notario infrascripto [1] et testibus supradictis presens interfui et hanc cartam in publicam formam redegi meoque signo signavi consueto rogatus.

511. *CASSATIO REPRESSALIARUM INTER MEDIOLANENSES ET PERGAMENSES CONSTITUTARUM.* 1310. Dec. 30.

35 *Duo autographa contulimus, quorum servatur* 1) *Taurini in tabulario regio 'Diplomi imperiali Mazzo 3' nr. 22; in verso scriptum est manu Bernardi de Mercato:* gra represaliaꝝ Med.; 2) *in tabulario civitatis Cremonae. — Böhmer, Reg. Heinr. 350. (P. deest.)*

In nomine Domini amen.

40 Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo undecimo [a], inditione nona [b], tricesima [c] die mensis Decembr., pontificatus domini Clementis pape quinti anno sexto. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat presentibus et futuris, quod serenissimus princeps dominus Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus de sue potestatis plenitudine revocavit, cassavit et adnullavit [d] et decrevit cassas, irritas
45 et nullius momenti exnunc inantea omnes represallias sive lausus datas, constitutas sive concessas a potestate seu a quibuscunque rectoribus civitatis et comunis Medyolani

511. a) MCCCXI 2. b) indict. VIIII 2. c) trigesima 2. d) annullavit 2.

1) *Subscriptio Bernardi exarata non est.*

contra comune vel cives Pergami vel eorum districtuales. Et eodem modo[e] revocavit, cassavit et adnullavit[d] et decrevit cassas et irritas et nullius momenti omnes represallias sive lausus datas, constitutas sive concessas a potestate sive rectoribus civitatis Pergami contra cives Medyolanenses[f] et eorum districtuales. Volens, mandans iubens et ordinans idem dominus rex, quod omnes et singuli cives Pergami et eorum districtuales in 5 civitate et districtu Medyol(ani) et cives Medyolan(enses) in terra et districtu Pergami et etiam eorum districtuales possint hinc inde ire et redire atque stare salvi et securi in personis et rebus, non obstantibus represalliis supradictis. Precipiens idem dominus rex nobis Bernardo et Leopardo notariis suis infrascriptis[g], ut de predictis faciamus publica instrumenta[h] unum vel plura, quotquot illis quorum interest vel interesse poterit 10 erunt necessaria.

Actum est hoc in civitate Medyolanen(si) in palacio comunis, in camera dicti domini regis, presentibus dominis Papiniano episcopo Parmensi, Guydone[i] de Flandria, Andrea de Garretis et magistro Henrico de Geldonia testibus ad hoc vocatis et rogatis.

(S. N.) Ego autem Bernardus de Mercato de Yenna sacrosancte Romane ecclesie 15 ac sacri imperii auctoritate publicus notarius suprascriptis omnibus una cum magistro Leopardo infrascripto notario presens fui et hanc cartam pro civibus Pergami scripsi et tradidi rogatus signoque meo consueto signavi.

(S. N.) Ego Leopardus filius quondam Frenecti notarii de Sancto Pietro Pisanus civis, imperiali auctoritate iudex ordinarius atque notarius predictis omnibus una cum 20 predicto Bernardo notario presens fui et presens instrumentum manu ipsius Bernardi notarii conscriptum meo signo signavi.

512. *DECLARATIONES DE ARBITRIO PACIS. 1311. Ian. 2. 3.*

Superest A *imbreviatura in* J *fol. 18, ubi rubrum:* Declaratio pacis Med(yolanensis). *Denuo contulimus. Edidit Doenniges l. c. I, 24 nr. 28.* 25

Instrumentum B *a Bernardo scriptum, quod ex eodem codice Novariensi edidit Muratori l. c. IV, 633, contulimus eodem modo, quod ad nr. 509 edendum adhibuimus. — Böhmer, Reg. Heinr. 351. 352.* *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Anno nativitatis eiusdem millesimo tricentesimo undecimo, indic. IX, die II. mensis 30 Ian. 2. Ianuar., pontificatus domini C(lementis) pape quinti anno sexto. Per* hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat presentibus et futuris, quod serenissimus princeps dominus Henr(icus) Dei gratia Romanorum rex semper augustus*, convocatis propter hoc specialiter et constitutis in presentia maiestatis sue personis inferius nominatis, de plenitudine potestatis sue determinando et declarando quemdam articulum pacis, quam 35 nuper composuit inter eos et quosdam vicinos eorum, statuit, precepit, decrevit et ordinavit, quod nullus eorum vel sibi adherentium bona vel iura occupet alterius aut revertatur ad bona alterius aliqua nisi ad sua propria, neque etiam detineat bona alterius, ymo detenta et occupata per eum sine contradictione qualibet dimitat illi persone, cuius sunt. Quodsi de dictis bonis aut iuribus controversia vel resistentia 40 aliqua fuerit, recurrat petitor ad vicarium civitatis, qui vocato adversario audiat et diffiniat causam eorum super possessorio vel petitorio, prout actor voluerit eligere sine strepitu et figura iudicii. Et puniat actorem subconbentem in restitutione expensarum littis facienda reo, reum vero iniuste resistentem seu contendentem pena centum librarum

*) *loco* Per — augustus *B*: ac regni serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum 45 regis anno tertio. Idem dominus rex.

511. e) *deest* 1. f) Mediolanenses *semper* 2. g) infrascr. suis *cum signo transponendi* 1. h) publ. instrum. *deest* 2. i) Guidone 2.

imperialium pro qualibet die, qua detinuerit rem petitam a die facte coram eo super ipsa re petitionis, puniat.

Nomina vero predictorum sunt hec: domini Paganinus de Turre, Ymbral(is) de Turre, Iofrinus de Turre nomine suo et domini Guydonis de Turre, Phebus de Turre, 5 Tyngacha de Palavisino, Thomas de Bernaregio, Philipus Mora, Minazius de Osio, Griffus Savarii, Humbertinus Dalga, Passerinus de Turre, Ardicius Massellinus, Iohannes de Vedano, Neorus Keyma, Yscranus de Barna, Iohaninus Morickia, Humbertus Codaga et Merlus de Magiis*. Et[a]** precepit dictus dominus rex nobis Bernardo et Leopardo notariis infrascriptis, ut de predictis faceremus unum vel plura publica instrumenta pro 10 omnibus ea petentibus, qui sua dicent interesse**.

Actum est apud Medyolanum in palatio ipsius domini regis, presentibus dominis Theobaldo episcopo Leodiensi, Papiniano episcopo Parmensi, A(medeo) comite Sabaudie, Guydone et Henrico de Flandria fratribus, Salvo de Pelacano[b] et pluribus aliis testibus fidedignis ad hec[c] vocatis et rogatis.

15 Subsequenter vero anno et ind. et loco quibus supra, die tertia mensis Ianuar., Ian. 3. coram eisdem testibus idem[d] dominus rex convocatis propter [hoc][e] specialiter et constitutis in presentia maiestatis sue personis inferius[f] nominatis de plenitudine potestatis sue determinando[g] et declarando quemdam*** articulum pacis, quam nuper composuerat inter eos et quosdam vicinos eorum ut supra***, statuit, precepit, decrevit et ordinavit 20 eodem modo, ut superius continetur.

Nomina vero eorum sunt hec: Oliverius Marcellinus, Imblandus de Mandello, Otholinus de Surisina, Richardus Vicecomes, Lampugnanus de Pusterla, Mazinus de Mandello, Manzinus Marzellinus, Pugninus de Buzichio, Cabrius de Lampugnano, Bazianus de Benelco, Oldradinus de Bezegero, Marlionus de Marliono, Francinus Vicecomes, 25 Villanus Burcus, Anagnia de Bezuccio†.

513—515.
TRACTATUS ITERATI CUM PONTIFICE.
1310. Dec. 23. — 1311. Ian. 19.

513. *LITTERAE PONTIFICIS REGI ROMANORUM DIRECTAE. 1310. Dec. 23.*

30 *Repetimus editionem* R *in Regesto Clementis V. supra ad nr. 298 citato paratam sub nr. 6669. Cf. infra nr. 514 cap. 8.* *(P. deest.)*

*) Paganus de Raude, omnes cives Mediolani *add. B.*

**) Et — interesse *desunt B.*

***) *loco* quemdam — ut supra *B*: articulum supradictum pacis predicte ipsam declarationem, 35 ut superius scriptum est, fecit eis legi et publicari. Et iterum ipsis presentibus.

†) *B add.*: omnes cives Mediolani.

Et ego Bernardus de Mercato de Ianna sacrosancte Romane ecclesie ac sacri imperii auctoritate publicus notarius his omnibus una cum Leopardo infrascripto presens fui et hanc cartam scripsi signoque meo consueto signavi et tradidi feliciter rogatus.

40 Ego Leopardus filius quondam Frenecti notarii de Sancto Petro de Pisis imperiali auctoritate iudex ordinarius atque notarius predictis omnibus et singulis in dicto ultimo instru-

512. a) *sequitur* de predictis *J.* b) *sequitur* fratribus *deletum J.* c) premissa *B.* d) prefatus *B.* e) *deest J.* f) *bis scriptum J.* g) iterum *add. B.*

Carissimo in Christo filio Henrico regi Romanorum illustri.

Disponente Domino super specula supreme[a] dignitatis licet immeriti presidentes, libenter cunctis Christi fidelibus quietis et tranquillitatis comoda procuramus et partes apostolicas libentius interponimus pro vitandis discordiis et scandalis, que sepe pariunt novitates. Licet autem, sicut circumspectionem regiam latere non credimus, in plerisque locis Arelatensis et Viennensis provinciarum et partium circumadiacentium multa forent antiqua pedagia instituta, ex quibus euntes et redeuntes multipliciter gravabantur, nunc tamen, sicut accepimus, nonnulla alia insolita pedagia gravia et quasi intollerabilia ex concessione tua noviter in predictis partibus exiguntur, qua de re turbatur quies patrie, insurgunt scandala, peregrini et alii venientes ad sedem apostolicam et recedentes ab ea plus debito pregravantur in divine maiestatis offensam et grave scandalum plurimorum. Nos quoque et fratres nostri sancte Romane ecclesie cardinales, qui in hiis partibus impresentiarum cum nostra curia residemus, in portatione victualium, que nostris et fratrum nostrorum aliorumque curialium necessitatibus oportuna fore noscuntur, gravamur multipliciter et ledimur ex predictis. Quia vero decet magnificentiam regiam, ut tranquillitatem nutrias, quietem procures et scandala removeas toto posse, serenitatem tuam affectuose rogamus et hortamur attente, quatinus pro divina et dicte sedis ac nostra reverentia des opem et operam efficaces, ut huiusmodi nova pedagia cessent omnino eaque de cetero recipi vel exigi non permittas et a similium concessione studeas abstinere, ita quod tibi exinde multe laudis preconium apud homines et celestis retributionis premia vendices apud Deum ac nostram et predicte sedis benedictionem et gratiam uberius consequi merearis.

[Dat. Avinion., X. Kal. Ianuarii, anno sexto.][b].

514. *MEMORIALE NUNCIORUM REGIS FRANCIAE. (1310.) Dec. 24.*

Documentum gravissimum, cum multum faciat ad cognoscendos tractatus inter Heinricum VII. et pontificem habitos, non in appendice Variorum, sed iam hic proponere liceat. Servatur autographon in tabulario Parisino 'Carton J. 908' nr. 25. Denuo contulimus, orthographia in omnibus servata. In verso leguntur: Excellentissimo domino nostro . . regi Franc. Nuncii vestri . . episcopus Baioc., Gaufridus et alii. *Pendent adhuc trium lororum fragmenta, sigillorum fragmentis parvis item relictis; v. loco infra citato XXIX, 627. Edidit minus recte Boutaric 'Revue des questions historiques' XI (1872) pag. 29—39 (= Wenck 'Clemens V. und Heinrich VII' (1882) pag. 172—183 nr. 4). Nos novam collationem iam publicavimus 'Neues Archiv' XXIX, 615—627 nr. 4.*

Textus duobus foliis continue inscriptus est. Numeros arabicos adiecimus nos, additis numeris editionis prioris uncis inclusis. Cf. etiam supra nr. 467 et 513.

(P. deest.)

Nov. 1. 1. (1) Sicut alias celsitudini vestre scripsimus, in festo Omnium sanctorum applicavimus apud Rupem Mauram et significavimus camerario[1] domini pape per diversas litteras, nos venisse ibidem et quod nobis significaret de conscientia pape, quando et ubi vellet, quod nos iremus ad eum, estimantes, quod sicut facere debebat et ipse et

mento contentis una cum magistro Bernardo notario presens fui et ipsi instrumento manu dicti notarii scripto me subscripsi ipsumque meo signo consueto signavi feliciter[h] rogatus.

512. h) fideliter *B.*

513. a) suppreme *R.* b) Dat. ut supra *R; ex nr. 6666 supplevimus.*

1) *Bertrandus card. presb. tit. SS. Iohannis et Pauli.*

alii summi pontifices facere consueverant, quod ipse esset ardens ad nos videndum et audiendum ambassationem nostram, antequam Avinionem ingrederetur. Qui camerarius de conscientia pape per diversas litteras respondit, quod placebat pape, quod veniremus ad eum in octab(is) Omnium sanctorum Avinioni, excusans quod loca, ubi papa erat Nov. 8.
5 in comitatu Venicin(ensi), non poterant nos recipere cum aliis, qui papam sequebantur. Quod cum[a] audivimus, fuimus admirati, quia sciebamus, quod loca erant ita magna et populosa, quod nos et plures poterant recipere. Ex quibus presumpserunt aliqui ex nobis, quod adventus noster non esset ei multum placidus. Aliqui ex nobis timuerunt, ne ad eum aliqua sintilla consilii vestri cause adventus nostri pervenisset. Tandem
10 ibi expectavimus per octo dies. 2. (2) Papa Avinioni non descendit in domo Predicatorum, in qua morari consueverat, sed in domo episcopali, que est in fortiori parte ville. Familia cardinalium amicorum vestrorum exiverunt nobis oviam, nullus de familia pape, camerarii vel marescalli exivit. Mirati fuimus, quia mutabat domum, cum nullam causam iustam eum habere sciremus, nisi quod aliqui dicebant, quod hoc faciebat ob
15 adventum nostrum. Quod verum fuisse visum fuit aliquibus pro eo, quia audita ambassata nostra ibidem in domo episcopali, tertia die descendit ad domum Predicatorum. Nov. 9.

3. (3) Post salutationem, ut alias scripsimus, comeatum nobis dedit, antequam audiret aliquod verbum a nobis, addens in verbis comeatus sui, quod nos Gallici non consueveramus libenter morari in loco, ubi non faceremus utilitatem nostram. Et cum
20 proponeretur sibi articulus iniunctus nobis de hiis, que adversarii noviter proposuerant et in scriptis reddiderant contra honorem Dei, ecclesie, persone sue etc., et diceretur ei, quod hoc fecerant contra providam ordinationem suam, quod adversarii nichil proponerent contra[b] personam vestram et prelatorum, baronum et aliorum regni vestri, nos credentes, quod excusaret se, quia proposuerant, et quod magnam displicentiam
25 ostenderet, ut deberet, ipse dixit inter cetera, quod non ordinaverat hoc, excusando quasi expresse adversarios. Et habito recordo trium cardinalium, qui erant cum eo, nobis aliquantulum segregatis ab eo, magis constanter asseruit se non ordinasse, sed bene dixit eis, ne hoc facerent pro una die, quia suo loco et tempore remanebat eis ius salvum, et quod illa die iuxta consilium suum non proposuerant. Si postea in
30 peremptorio, quod eos arctabat, fecerunt, ipse non potuerat nec debuerat eis aufferre defensiones eorum in tanto negocio, licet diceret, quod ipsi fecerunt sicut fatui, quia ita proposuerant contra vos, et quod hoc bene dixerat eis. 4. (4) Item cum articulus proponeretur sibi de non descendendo ad tractatum quousque etc. iuxta formam per vos nobis iniunctam, fixit se de hoc nichil intelligere nec quesivit a nobis aliquid de
35 voluntate vestra finali super illo tractatu. 5. (5) Et cum proponeretur sibi articulus regis Alemannie super vista, prout nobis erat iniunctus, nullam mentionem fecit nobis de responsione regis Alemannie nec aliquam displicentiam ostendit nec verbum aliquod dixit, quod sibi displiceret, quia vista facta non erat, sed incepit agredi materiam de Lugduno, sicut alias scripsimus, adiciens quod multum debebatis cohibere officiales
40 vestros, ne aliquid occuparent de iuribus regis Alemannie, ne inde veniret alicuius dissensionis ocasio, quam non credebat eventuram in suo tempore. 6. Et tunc distinxit tria de vobis tempora se vidisse: primo in quo habebatis pacem vicinorum et omnium obedientiam subiectorum et habundabatis in divitiis, vos et totum regnum vestrum. Secundum tempus, in quo defuerunt omnia. Nunc eratis in tertio tempore: habebatis
45 pacem vicinorum et obedientiam subiectorum, licet regnum vestrum esset vacuatum pecuniis; poteratis tamen infra breve tempus dittari habendo pacem, si officiales vestri contenti vestris iuribus non usurparent aliena. (6) Et tunc nobis dedit exemplum de magno rege Philippo, qui ab initio parvos redditus et parvam potentiam habuit; post-

514. a) ad *sequitur deletum or.* b) plat *sequitur deletum or.*

quam tanta acquisivit, barones sui inceperunt de officialibus suis conqueri, quod iura sua ocupabant. Rex adhuc non correxit, ut debuit; demum prelati inceperunt conqueri et tunc vocatis ballivis et officialibus suis, incepit eos durius arguere et punire, dicens quod nolebat sumere contentionem contra Deum et ecclesiam, a quo tanta habebat. 7. (7) In articulo vero de administratione bonorum Templi regni vestri addidit, quod bene sciebat, quod omnia perdebantur et dissipabantur, et quod bene previderat hoc Pictavis. 8. (8) In articulo de pedagiis concessis per regem Alemannie incepit excusare multum regem Alemannie, quod iure suo nova vectigalia imponere poterat, et ibi exaltavit multum potentiam suam, licet diceret, quod quorumdam esset opinio, quod non poterat hoc facere ante coronam susceptam imperii. Ipse tamen nolebat in novitate sua questionem movere nec manum eius ligare nec potestatem eius arctare, sed super hoc scriberet sibi suadendo [1]. 9. (9) Circa articulum eorum, que fecerat archiepiscopus Maguntinus, cum peteremus, cum personaliter citari et puniri etc., incepit eum excusare, quod licet male fecisset, non citaret nec puniret eum, quia non ex dolo, sed propter eius imperitiam fecerat [2], et quia erat unus de vicariis, quem rex Romanorum dimiserat pro se in Alemannia, et quia non libenter citabat personaliter prelatos in curia Romana, incipiens narrare, quod quatuor vel quinque tantum toto tempore suo citaverat.

Nov. ex. 10. (10) Et cum postea per intervalla multorum dierum instaremus, quod faceret iusticiam de falsariis litterarum suarum et de illis maledicis et de eis, qui testes producendos in causa fidei ceperant, torquerant et male tractaverant, post multa verba respondit: 'Vultis, quod ego ducam vos per verba vel quod respondeam vobis precise [c] meam voluntatem?' Et nos respondissemus, quod nolebamus per verba duci, respondit et constanter asseruit, quod licet ipse sciret, quod predicti, qui de falsis litteris erant culpabiles, et predicti maledici, qui predicta proposuerant, contra fidem et ecclesiam ac potestatem clavium et contra vos et regnum, qui partem non feceratis [d], ipse tamen iusticiam de eis non faceret usque ad concilium generale, pro eo quod ita magni homines sicut octo cardinales Bonifaciani dicebantur de predictis rei. Et si non tangeret eos, sed tantummodo illos, qui se offerunt defensioni Bonifacii, adhuc non faceret de eis iusticiam sine concilio generali, quamvis essent parve persone, quia mondus oponeret sibi, quantumcumque iuste faceret, quod hoc fiebat, ne aliquis se oponeret ad defensionem memorie domini sui domini Bonifacii. Et est sciendum, quod licet usque ad hec tempora vocaret ipsum dominum Bonifacium, nunc in consistoriis publicis et privatis vocat pluries eum dominum suum dominum Bonifacium. 11. (11) Captores vero testium predictorum incepit excusare, dicens quod non pecaverant. Et cum nos cum reverentia diceremus ei, nos non contentari de responsionibus predictis, pungendo eum cum reverentia, ut decebat, in secreto, prout alias consueveramus facere, non recipiens ita patienter et modeste, ut alias consueverat facere, dixit, quod omnes requestas nostras traderemus in scriptis et scripto in fine cuiuslibet responderet, et quod nolebat pro responsione haberi [e], quod verbo nobis dixerat, sed tantummodo, quod scripto responderet. Quas requestas sibi in scriptis tradidimus.

12. (12) Et cum ego G. de Nogareto de mandato vestro speciali requisivissem eum per cedulam, quia nolebat, quod in secreto haberem accessum ad eum, ut michi daret unum vel duos secretarios, quibus explicare possem quedam secreta, que preceperatis michi super hiis que dicebantur de ipso, quia ita repente promoverat regem Romanorum, et super quadam alligatione [f] facienda inter regem Romanorum et regem Sicilie [g] et de filia ipsius regis Romanorum collocanda in matrimonio cum filio regis

514. c) *supra lineam add. or.* d) *sic or.; an addendum egissent?* e) heberi *in fine lineae scriptum or.* f) *prima* i *corr.* e *or.* g) S *corr. ex* C *or.*

1) *Cf. supra nr. 513.* 2) *Cf. 'Regestum Clementis V.' nr. 6666—6668.*

Sicilie, cum regno Arelatensi et quibusdam aliis ei assignandis in dotem, que dicebantur tractari per ipsum papam, ipseque papa mandasset michi G., quod dicerem voluntatem meam . . cardinali Burdegalensi et . . camerario, et ego plene exposuissem eis[h] predicta, prout erant michi per vos iniuncta, et ad finem michi per vos impositum, non in odium
5 predictorum regum; ipseque camerarius verbis illis finitis in domo cardinalis Burdegalensis me traxisset ad partem et de illo tractatu olim habito super negotio Bonifacii michi loqueretur annunciative et per modum questionis, an essent perditi labores, quos dominus papa super illo tractatu sustinuerat, et me rogaret, quod ego quererem et invenirem vias, per quas ille tractatus posset ad optatum finem perduci; et ego sibi
10 caute respondissem, quod non erat meum hoc facere, sed ad dominum papam pertinebat, qui multas bonas vias invenire poterat, si volebat etc.: (13) tandem ad aures aliquorum ex nobis pervenit, quod facta relatione per dictos cardinales et camerarium domino pape de predictis, que eis dixeram in secreto, dominus papa imposuit, quod ad alios fines et aliter loqutus fueram, quam fuissem. De quo ego fui turbatus et non inmerito,
15 et timens, ne defectus relatus causam dedisset domino pape dicendi predicta, alios dominos meos duxi in camera camerarii pape et ibidem coram eis repetii omnia verba, que super predictis tribus articulis dixeram in secreto cardinali Burdegalensi et ipsi camerario, ut essent michi testes de hiis, que dixeram et ad quos fines dixeram, maxime quia audiveram, quod papa fecerat per camerarium dicta verba scribi et sibi
20 tradi in scriptis. Et nos omnes auditis verbis dicti domini G., audito etiam, quod camerarius concordabat, quod ita, sicut idem dominus G. repetiit coram nobis, et ad illum finem et non aliter dixerat, gavisi fuimus, quia longe distabant ab hiis, que sibi imponebantur dicta fuisse.

13. (14) Et demum die sequenti papa mandavit pro nobis et invenimus in camera *Nov. ex.*
25 sua . . abbatem Sancti Medardi et camerarium et cardinalem Burdegalensem, et cum sedissemus coram eo, papa per hec verba incepit: 'Guillelmus de Nogareto me requisivit, quod assignarem sibi aliquos secretarios meos, per quos michi significaret aliqua, que secrete rex mandabat per eum. Ego commisi cardinali Burdegalensi et camerario, qui sunt hic. Verba fuerunt magna et de tribus magnis articulis, scilicet de tractatu
30 negocii domini Bonifacii et promocione regis Romanorum et de matrimonio, quod tractatur inter filiam regis Romanorum et filium regis Sicilie. Verum quia abbas, qui est hic, de istis tribus articulis ex parte regis ab alia parte ad me missus cum litteris credencie plura mihi loqutus est et ego scio per relationem camerarii, quod G. de Nogareto vobis dixit omnia, que ipsis cardinali et camerario, qui sunt hic, dixerat in
35 secreto, ideo mandavi pro vobis et pro dicto abbate, ut vobis insimul et per vos Guillelmo de Nogareto et dicto abbati vobiscum responsionem eamdem faciam super eis ad vitandum laborem meum, ne super eisdem articulis vobis in persona dicti G. unam et dicto abbati aliam me oporteat responsionem facere. Sed si vultis, quod cardinalis Tusculanus, qui est in illa retrocamera, qui est amicus regis et de hiis multa
40 novit, sit presens ad ista, placet nobis.' (15) Et tunc nos respondimus, quod licet non esset impositum nobis per vos, loqui de illis articulis reges Alemannie et Sicilie tangentibus, nec dictus dominus G. ex parte vestra, quod sciremus, nec ex parte nostra de predictis loqutus fuisset, nisi quantum audiveramus in presentia camerarii per repetitionem dicti domini G., dicto abbate in presentia nostra dicente domino pape,
45 quod de predictis tribus articulis sibi loqutus fuerat de mandato vestro et quod pro eis et aliis magnis et maioribus missus per vos fuerat, diximus quod libenter audiremus, quod ipse papa nobis diceret et ea referremus domino G. et vobis, si placeret eidem, et quod multum volebamus, quod esset presens dominus Tusculanus. Et vocato domino

514. h) *supra lineam add. or.*

Tusculano, papa voluit, quod cardinalis Burdegalensis et camerarius repeterent verba eis dicta per dominum G. de Nogareto. Quod et fecerunt. (16) Et postmodum papa nobis et predicto abbate ad hoc specialiter nobiscum vocato per papam presentibus in presentia dictorum cardinalium dixit papa eidem abbati: 'Abbas, de hiis, de quibus loqutus es nobis, tangentibus reges Romanorum et Sicilie loqutus fuit Guillelmus de Nogareto cum cardinale Burdegalensi et camerario, per nos deputatis ad hoc sibi ad instantiam suam et requisitionem regis per litteras regias. Verumtamen ad alium finem tendent verba tua et ad alium verba G. de Nogareto. Vis tu, quod nos recitemus ipsis presentibus, qui sunt de consilio regis omnes, verba, que dixisti et ad quem finem'? Qui respondit: 'Non'. Et iterum papa dixit ei: 'Vis tu, quod ego legam eis scripturam, quam dedisti[i] michi super hiis, quia videtur michi bonum, quod ipsi sciant?' Et adhuc abbas respondit: 'Nolo'. Et tunc papa dixit ei: 'Ex quo tu non vis, quod ipsi sciant ea, que dixisti nobis, et responsionem nostram, quam eis facere debemus, nec tu scies ea, que dixerunt nobis, nec responsionem, quam faciemus eisdem'. Et tunc abbas recessit. (17) Et tunc papa incepit nobis respondere dicens, quod facile sibi erat respondere, quia non erant verba illa, que sibi imponebantur. Verumtamen declaravit nobis preterea que sequntur: videlicet quod non nimis propere vel precipitanter processerat in negocio approbationis electionis regis Romanorum, quia solennes valde nuncii et laici et clerici asportaverant sibi decretum electionis dicti regis solenniter sigillatum et procuratorium sufficientissimum[1]. Quibus cito non respondit, sed per plures dies eos tenuerat. Et cum frequenter instarent, papa tunc incepit in negocio procedere non properando se, immo tenuit huiusmodi negocium per octo septimanas. Et pluries quesiverat a dominis Tusculano, Stephano et R(aimu)ndo nepote suo cardinalibus, an aliquid scripseratis eis. Qui semper dixerunt quod non. Et tunc in nona septimana, cum salva consciencia non posset ulterius dictum negocium protelare, ut dicebat, approbando dictam electionem diffinivit ipsum ad imperium et coronam recipiendam debere venire et terminum a festo Candelose tunc proximo venturo in duos annos prefixit[2]. Et hec omnia fecerat de consilio et consensu omnium et singulorum cardinalium, excepto unico, quem non nominavit; sed credimus per coniecturas, quod fuit . . Penestrinus. Ipse tamen, ut papa asserit, finaliter consensit[3].

1309. Iul. 26. — 1312. Febr. 2.

14. Et post hoc cum ex parte domini G. de Nogareto dictum fuisset dictis cardinali Burdegalensi et camerario, quod verba, que dixerat eis tangencia regem Alemannie, propter malum ipsius non dixerat, quia confederatus vester erat, nec ad malum . . regis Sicilie, quia consanguineus vester erat, sed ea que dicebantur[k] sibi revelabatis ad aperiendos oculos domini pape circa pericula, que[l] possent ecclesie et aliis ex consideratione predictorum processu temporum evenire, et nosmet repetiimus ista coram papa de mandato domini G. (18) Qui papa referens se ad verba premissa dixit, quod illum regem promoverat ad honorem et tuitionem ecclesie et pro pace danda discordantibus in partibus Ytalie, qui erant, ut[m] dicebat, bene tertia pars catholicorum mondi. Et circa commendationem ipsius regis multa nobis recitavit et dixit, quod in facto dicti regis Romanorum bene providerat ad honorem et tuitionem ecclesie et vassalorum et devotorum eiusdem. Et cum tali quali risu dixit, quod statim nobis ostenderet tale quid, de quo daret nobis magnam letitiam. Et tunc fecit afferri per camerarium processum approbationis electionis dicti regis in quodam registro contentum et in presentia nostra legi et postmodum quandam litteram sigillo ipsius regis sigillatam, quam de novo habuerat ab eodem rege, continentem iuramentum fidelitatis in iure scriptum XXII. q. V 'De forma'[4] et ultra hec, quod omnes donationes factas a . .

514. i) *corr. ex* dixisti *or.* k) ea — dicebantur *supra lineam atramento fusciori stilo mutato, altera ut videtur manu addita or.* l) exinde *sequitur deletum or.* m) *fol. 2.*

1) *Supra nr. 262 et 293.* 2) *Nr. 295 et 298. 299. Cf. etiam nr. 302 et 467.* 3) *Cf. infra cap. 17.* 4) *c. 18 C. XXII qu. 5.*

Constantino, qui primam donationem ecclesie in persona beati Silvestri fecit, et ab aliis imperatoribus predecessoribus suis, etiam aliis ecclesiis quam Romane approbabat, confirmabat et de novo dabat, specificatis in ipsa littera multis comitatibus, provinciis, civitatibus et terris aliis, et nichilominus cum clausula generali, promittens se infra 5 octo dies, postquam coronatus fuerit, quatuor paria litterarum eiusdem forme per suum iuramentum domino pape daturum et assignaturum. Item quod personas domini pape, vassalorum et devotorum ecclesie ac donationes premissas contra omnes defensaret suis sumptibus et expensis, et plura alia in eadem littera contenta, de quibus non multum curamus, que omnia solenniter iuravit[1]. Et tunc petiimus, ut copiam litterarum illarum 10 nobis dare vellet, ut eam vobis mitteremus, si placeret ei. Qui subridens nichil dixit.

15. (19) De matrimonio vero proloquto inter liberos dictorum regum Romanorum et Sicilie respondit papa, quod nunquam initiaverat aliquid de predictis, sed diu post loqutus fuerat cum eo super illis rex Sicilie et quidam ambassatores regis Romanorum. A quibus audivit papa, ut dicebat, quod quidam cardinalis hoc moverat et scripserat 15 regi Romanorum. Et dicto per eum pluries, an nominaret eum, et diceremus quod sic, nominavit eum nobis, videlicet Iacobum Gagitani. Et post hec dictus rex Sicilie declaravit sibi tractatum dicti matrimonii, asserens quod vobis de hoc petierat consilium et quod volebatis. Cui dixit papa, quod loqueretur cum quibus videret expedire, quia ad eum non spectabat. Verumtamen dixit ipsi regi, quod magna erat persona filia 20 dicti regis Romanorum et quod bene esset posita, si ibi esset, et quod inde multa comoda poterant provenire. Et postmodum, ut dicit papa, reversi fuerunt ad ipsum ambassatores utriusque regis, qui repetebant tractatum dicti matrimonii et specificabant dotem et dotalicium, scilicet petendo maximam summam auri et regnum Arelatense dandum filio dicti regis Sicilie, licet aliqua iura idem rex Sicilie in eo habere deberet, 25 committendo tamen per litteras ipsi pape, quod de dicto auro posset diminuere, si vellet. Et tamen non potuerunt de dote convenire, quia nimiam summam auri petebat pars dicti regis Sicilie cum dicto regno Arelatensi, quamvis papa persuaserit consulendo parti regis Sicilie, quod desisterent a tanti auri petitione et quod alia debebant sufficere cum tanta persona[2]. (20) Cui pape dixit episcopus Baiocensis: 'Pater, non potest 30 plus rex Romanorum dare dictum Arelatense regnum[n], si sit regnum, quam ipse episcopus unum ecclesie sue castrum, nisi per ipsum papam fierit'. Item dixit papa, quod tunc recesserunt ab eo et terminum inter se condixerunt de conveniendo per se vel per ambassatores insimul in octab(is) Omnium sanctorum. De quibus dixit, quod in anima sua postea aliquid non audiverat, ad suam excusationem pretendens, quod non 35 potuerat denegare, quin tante persone coram ipso papa tractarent et quod crederet pecare mortaliter, si dictum matrimonium impediret, ex quo pax inter Guibelinos et Guelfos poterat provenire. Nov. 8.

16. (21) Post hec articulos, quos habebamus promovere apud ipsum papam, sibi exposuimus. Qui post multas responsiones factas, quas voluit habere pro non respon- 40 sionibus, dixit, quod articulos daremus in scripto et ipse responderet in scriptis. Quod fecimus quamvis non voluntarii, cum non sit moris, et tenuit in suspenso per XV dies, quamvis instaremus frequenter pro responsione habenda. Et tandem respondit, prout in rotulo[3], quem habet dominus Guillelmus, continetur. Dec. med.

17. (22) Nos autem inter moras huiusmodi amicos sive notos nostros cardinales 45 visitavimus et inter alios dominum P. de Capella cardinalem Penestrinum, qui solus promocioni regis Romanorum ad coronam imperii, ut intelleximus, contradixit, sed

514. n) *sequitur* quam *deletum or.*

1) *1310 Oct. 11. Cf. supra nr. 451.* 2) *Cf. supra nr. 467 cap. 7.* 3) *Servatus non est.*

finaliter consensit[1]. Auditis aliquibus de articulis nobis iniunctis, videns, quod nulla sibi fiebat mencio de tractatu, dixit: 'Per malam fortunam, quare non acceleratis vos, quod dominus rex Francie sit totaliter expeditus et liberatus de illo facto, in cuius tractatu tam diu laboravimus. Dico vobis, quod ecclesia ista Romana multa potest magna et ardua contra maiores mondi, dum tamen causam habeat faciendi. Et nisi liberetur 5 dominus rex. illud factum, de quo est tractatum, posset esse una causa de maioribus, que temporibus nostris evenerint. Et si esset liberatus rex de illo facto, quod cito fieri consulo et opto, et vellet facere iusticiam in regno suo', ponens manus supra genua, cum sederet, ait cum nutu corporeo et capud movendo erga nos et oculos defigendo in nobis, quod hec faciendo non haberetis timere coronam nigram neque 10 albam. Et hiis dictis leviter asserens consuluit, quod vos haberetis subditos vestros erga vos pacificatos, benivolos et tranquillos et haberetis corda eorum et specialiter Flamingorum, et restringeretis expensas vestras et precaveretis vobis de miseriis et reservaretis vobis pecunias quas possetis, iuste tamen et absque mala exactione. Et alia eciam nobis dixit, que vobis dicemus viva voce. Considerate quid hec important. 15

Dec. 22. 18. (23) Demum die Martis post vesperas, qua die recesserat dominus G. de Nogareto, miserunt pro nobis domini cardinales Tusculanus, Stephanus et frater Nicolaus ad domum dicti Tusculani et ibi dixerunt nobis, quod vias aliquas aperiremus eisdem super tractatu. Quibus respondimus, quod ipsi vel aliqui eorum melius scirent invenire vias quam nos, et quod ipsi super ipso tractatu alios pluries laboraverant et quod ad 20 papam et ad ipsos istud pertinebat. Et tunc dixit Tusculanus, quod resumeremus tractatum in statu, in quo fuerat dimissus, et[o] si deficerent aliqui boni articuli vel essent aliqui mali, diceremus et consilium apponerent toto posse[o]. Nos vero respondimus, quod prius erat consilium apponendum ad honorem Dei et vestrum in vituperiis et aliis attemptatis et quod ipsi cogitarent, quale esset istud consilium apponendum. Et 25 ipsi dixerunt, quod immo nos. Et tandem concordatum fuit, quod ipsi et nos super 1311. Ian. 1. Ian. 6. hoc cogitaremus et ad ipsos reverteremus inter Circumcisionem et Epiphaniam, quia interim ocuparentur circa servitium et alia plura. Et nosmet bene voluimus, expectantes aliqua, que nobis dominus G. debet scribere secrete et mittere scripturam correctam, quam scitis. 30

Dec. 23. 19. (24) Item hac die Mercurii ante nativitatem Domini, bene mane, misit papa unum servientem suum ad nos, mandans ut, si vellemus loqui cum ipso, statim iremus. Quod et fecimus. Et tunc diximus sibi, quod nos et dominus G. de Nogareto videramus responsiones, quas dederat nobis in scriptis, et quod salva reverentia sua incerte et oscure erant neque nobis placebant, neque eramus contenti de eisdem nec vos contentus 35 essetis, dum sciretis easdem, et quod dignaretur aliter super hoc agere et specialiter super littera pacis Flandrie. Qui respondit presentibus tribus cardinalibus, videlicet dominis Stephano, Nicolao et vicecancellario, quod in animam suam illas fecerat cum consilio cardinalium, qui de regno nostro erant et de consilio vestro fuerant, et[p] quod modo aliud faciendi expedire non videbat, nisi de littera dicte pacis Flandrie, super 40 qua adhuc deliberare volebat in aliquibus et tunc nobis respondere taliter, quod vos et nos contenti esse deberemus. A quo petivimus terminum, infra quem hoc faceret, cum nos diu tenuisset. Qui dixit, quod quoad litteram hoc faceret infra quindenam nativitatis Domini, et si in aliis videret salvo honore Dei et ecclesie aliquid aliter boni facere, libenter cogitaret, quia multum impeditus fuerat post adventum nostrum propter 45 negocia nostra et cardinales novos, quos crearat. Preterea licet nullam mentionem sibi de tractatu faceremus, dixit tamen, quod propter servitium et alia impeditus fuerat

514. o) et si — posse *eadem manu inter lineas alio atramento additum or.* p) quod m̊ *in fine lineae sequitur deletum or.*

1) *Cf. supra cap. 13.* 50

et erit, et ideo ad illud quod sciebamus, id est de tractatu, tradebat nobis duos cardinales Tusculanum, Brugensem, fratrem Nicolaum et vicecancellarium, cum quibus tractaremus et ipsi apponerent consilium super istis. Ad quos inter Circumcisionem et Epiphaniam accedemus.

5 20. (25) Item hac die circa prandium misit dominus cardinalis Brugensis ad me episcopum, ut post prandium statim ad eum irem pro negocio dicti tractatus[q], et ivi mandatis domino Gosfrido, magistris Alano et officiali Par(isiensi). Qui multum institit, ut sibi aliquas vias aperiremus ad tractatum; cui diximus, quod magis tractaverat negocium quam nos, qui honorem vestrum debebat diligere et zelari, et ideo ipse 10 cogitaret et nobis vias aperiret. Qui dixit: 'Nescio nisi aperiatis, quia ultimo cum domino meo rege et suo consilio loquti fuistis'. Cui tunc diximus, quod quousque esset consilium appositum in attemptatis et falsitatibus suprascriptis et taliter provisum, quod cederet ad laudem Dei, apostolice sedis reverenciam et vestrum honorem, non decebat. Qui cardinalis petiit, quid fieri[r] petebamus. (26) Cui nos: non ut nuncii, 15 sed ut private persone crederemus quod oporteret, tam cardinales Bonifacian(os) quam offerentes se defensioni solenniter et publice mendacia sua revocare, iustum et bonum zelum domini regis recognoscere et se et statum suum voluntati domini regis supponere. Et tunc possemus ad alia procedere. Qui de supposicione status miratus fuit. Diximus tamen ei, quod cogitaret super hiis et ad ipsum suprascripto tempore veniremus. *Dec. 23.*

20 21. Et miramur[r], quod dominus Guillelmus dedit oblivioni dimittere nobis litteram per dominum[s] archiepiscopum et alios correctam, sicut scitis.

Tribuat vobis Omnipotens successus prosperos et felices.

Scriptum Avinion., in vigilia nativitatis Domini J.[t]

515. *LITTERAE PONTIFICIS REGI FRANCIAE MISSAE. 1311. Ian. 19.*

25 *Repetimus editionem nostram 'Neues Archiv' XXIX, 627 nr. 5 paratam, quae nititur autographo tabularii Parisini 'Carton L. 294' nr. 33 signato. In verso leguntur:* Carissimo in Christo filio Philippo regi Francie illustri. *Pendet bulla plumbea filo cannabis. Cf. infra ad a. 1311. Febr. 28.* *(P. deest.)*

Clemens episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio Philippo regi 30 Francie illustri salutem et apostolicam benedictionem[a].

(1) Litteras, quas nobis tua excellentia destinavit datas Corbolii VII. die intrante Ianuario[1], eri XVIII. die eiusdem mensis benignitate recepimus consueta inter cetera continentes, quod quendam de consilio tuo fidelem pro certis secretis et arduis negotiis super ipsis tue conscium voluntatis ad nostram proponebas presentiam evestigio destinare, 35 supplicans quatinus super negotiis Terre Sancte statum vel reges seu principes quoscumque tangentibus differre deliberationem nostram et expeditionem seu dispositionem quamlibet amore tui usque ad adventum predicti consiliarii, qui vicinus aderit, dignaremur. Ad que tuam magnificentiam scire volumus, quod super hiis et aliis, quantum cum Deo possumus, cupimus condescendere votis tuis. (2) Verumptamen te nolumus 40 ignorare, quod super facto coronationis carissimi in Christo filii nostri Henrici regis Romanorum illustris tam ipsius . . regis quam senatus et populi Romani sollempnes ambaxatores et nuntii, prelati et alii nostram presentiam adierunt requirentes ac suppli- *Ian. 7. Ian. 18.*

514. q) *abhinc mutato stilo or.* r) *in loco raso plurium verborum or.* s) *supra lineam altera manu add. or.* t) *J altera manu atramento fusciori scriptum or.*

45 515. a) ƀn *or.*

1) *Servatae non sunt; cf. l. c. pag. 627 not. 1.*

cantes nobis humiliter oportune et importune, ut terminum sibi prefixum ad coronationem
Mai 30. huiusmodi abreviantes in proximo festo Penth(ecostes) sollempnia coronationibus sue
per aliquos de fratribus nostris, ex quo in ipso termino sibi, diu est, assignato in Urbe
pro predictis personaliter, presertim impediente concilio, interesse non valemus impertiri
faciamus, multas rationes et causas super hoc pretendendo, prout tibi scripsisse memi- 5
nimus hiis diebus. Super quo diligenti deliberatione frequenter cum fratribus nostris
habita de consilio et assensu eorum processit, quod huiusmodi supplicatio non erat
aliqualiter repellenda, set concedenda omnino. (3) Et cum ipsi incunctanter tenerent,
quod inibi sic diffiniremus dictis nuntiis respondendum, nos considerantes, quod inter
te forsitan et ipsum regem aliqua expedienda restabant, in corde nostro disposueramus 10
diu ante, prout iam ad tui notitiam, plures dies sunt elapsi, credimus pervenisse, ipsi
regi super petitis per nostros speciales nuntios respondere, ut saltim ista dilatione
pendente scire possemus, que essent illa et providere, si Deus concederet, de remedio
oportuno. Deliberationibus vero, consiliis et consensibus dictorum fratrum auditis, licet
clare nobis appareret, quod ipsius supplicationis necessitate et predictis deliberationibus, 15
consiliis et consensibus ac omnibus ipsius massam negotii contingentibus inspectis non
debeat denegari, eisdem exposuimus, quod multa circa ista ad nos pervenerant, que
ipsos latebant et propter hoc non poteramus ita cito, ipsius regis Romanorum utilitate
pensata, respondere precise super petitis ab ipso, set quod nos per nostros nuncios
sollempnes infra paucos dies responderemus et talem responsionem sibi faceremus, quod 20
esset Deo grata et sibi utilis et accepta. Quam responsionem quadam necessitate
cogente cum ipsam ultra debitum et per plures dies distulissemus semper expectantes,
quod super predictis nobis intentionem tuam intimares, proximo precedente Sabbato
Ian. 16. videlicet XVI. die ipsius mensis, nunciis et ambaxatoribus supradictis in consistorio
publico duximus exponendam, de qua, quia precise non respondimus, quid super hoc 25
in specie ipsi regi respondere intendebamus, minus bene contenti fuerunt. (4) Et quia
dictam missionem ultra quindecim vel viginti dies ad plus differre nequimus, excellen-
tiam regiam rogamus et hortamur attente, quatinus illum, quem ad nos deputasti
venturum, cum celeritate, que dictum terminum viginti dierum preveniat, mittere non
postponas. Plures enim de dictis ipsius regis nuntiis hic expectant et usque ad recessum 30
nuntiorum nostrorum continue expectare intendunt. (5) Et decet, ut credimus, honorem
nostrum et tuum, ut premissa secrete teneas, et nos sic secrete tenuimus et tenere intendi-
mus, quod nulli revelavimus, excepto dilecto filio Bertrando tit. Sanctorum Iohannis et
Pauli presbitero cardinali camerario nostro, qui presentem litteram propria manu scripsit.

Dat. Avinion., XVIIII. die Ianuar., pontificatus anno sexto. 35

---

516. HOMAGIUM CIVITATIS PERGAMI.

1310. Dec. 26.

*Autographon, quod superest Pisis in tabulario Roncioniano nr. 688 signatum, de-
scripsimus. In dorso manu ut videtur Iohannis de Dyst scriptum est:* Pergami. *Edidit
M. Lupo loco supra ad nr. 377 citato pag. 194 nr. 2.* 40

Imbreviaturam, quam praebet J *Liber imbreviaturarum Bernardi de Mercato, de
quo v. supra ad nr. 468—476, fol. 16', sub asterisco adnotavimus. Rubrum est:* Fidel.
Pergami. *Edidit Doenniges l. c. I, 21 nr. 23.*

Registrum R *eiusdem notarii, de quo v. supra ad nr. 478, ubi fol. 22 inscriptum
est, conferre supersedimus.* *(P. deest.)* 45

In nomine Domini amen.

(1) Anno* nativitatis eiusdem millesimo tricentesimo undecimo, indit. nona, vicesima sexta die mensis Decembris, regni serenissimi principis ac domini domini[a] Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusto anno secundo[b]. Per hoc presens publicum 5 instrumentum cunctis appareat presentibus et futuris, quod in presentia mei notarii infrascripti et testium subscriptorum propter hoc specialiter vocatorum et rogatorum discretus vir[a] Guillelmus quondam domini[a] Iohannis Alserii syndicus et procurator comunis et hominum de Pergamo, prout patet per publicum instrumentum signatum manu Riboldi de Riboldis notarii potestatis et comunis Pergami ac scriptum et signatum per manum 10 Rogerii de Gorgulaco publici auctoritate imperiali notarii sub annis Domini millesimo tricentesimo decimo, indit. octava, quodam die Sabbati decimo nono mensis Decembr.[1], suo et syndicario et procuratorio nomine dictorum comunis et hominum de Pergamo recongnovit dominum Henricum Dei gratia Romanorum regem semper augustum verum et precipuum dominum suum et comunis et hominum de Pergamo esse et esse debere 15 sine medio ipsumque dominum Romanorum regem habere et habere debere in Pergamo cum toto districtu[c] et cum omnibus pertinentiis suis merum et mixtum imperium et omnimodam iurisdictionem, necnon infrascriptum iuramentum fidelitatis prestitit dicto domino regi in modum qui sequitur:

(2) Ego Guillelmus syndicus et procurator predictus iuro ad hec sancta Dei 20 ewangelia meo, syndicario et procuratorio nomine dictorum comunis et hominum de Pergamo, quod ab hac hora inantea usque ad ultimum diem vite nostre ego et ipsi erimus fideles domino[a] Henrico Dei gratia Romanorum regi semper augusto hic presenti et imperio contra omnem hominem. Et quod nunquam scienter erimus in consilio vel facto, quod idem dominus rex amittat vitam vel membrum aut recipiat in 25 personam vel res aliquam lesionem, iniuriam vel contumeliam aut amittat aliquem honorem, quem nunc habet vel inantea possidebit. Et si sciverimus vel audiverimus de aliquo, quod velit aliquod istorum contra ipsum dominum regem facere, ut non fiat, pro posse nostro impedimentum prestabimus, et si impedimentum prestare nequiverimus, quam cito poterimus ipsi domino regi intimabimus et contra eum prout 30 poterimus eidem domino regi nostrum prestabimus auxilium. Et si contigerit ipsum dominum regem rem aliquam, quam habet in presenti vel habebit in futurum, quocumque casu amittere, eam recuperare iu[v]abimus et recuperatam omni tempore [reti]nere[d]. Et si sciverimus ipsum dominum regem aliquem vel aliquos velle offendere et inde specialiter vel generaliter fuerimus requisiti, [eidem domi]no[d] regi secun- 35 dum posse nostrum prestabimus consilium et auxilium. Et si aliquis in secreto nobis idem dominus rex manifestaverit, illud sine sui licentia [nemini p]andemus[d] vel faciemus, quod pandatur. Et si idem dominus rex consilium a nobis petierit vel postulaverit, illud consilium dabimus, quod nobis videbitur[e] eidem domino regi magis et melius expedire. Et quod nunquam in personis nostris aliquid scienter faciemus, quod 40 in ipsius domini regis pertineat iniuriam vel contumeliam. Et omnia alia et singula,

*) *Imbreviatura Bernardi haec verba praebet:* Eodem anno, die et loco coram eisdem testibus Guillelmus filius condam domini Iohannis de Alcheriis syndicus et procurator comunis Pergami sindicario nomine predicto obtulit et dedit civitatem predictam, comune, populum, districtum et omnimodam iurisdictionem domino regi, recognoscens ipsum dominum regem 45 suum et dicte civitatis et districtus verum et precipuum dominum et prestitit ei iuramentum fidelitatis ut supra.

516. a) *. . add. or.* b) anno secundo *in margine eadem manu add. or.; cf. infra pag. 478 lin. 14. 15 et 19.* c) districtu *or.* d) *foramen or.* e) vedebitur *or.*

1) *Syndicatum publicavit Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 102 nr. 73.*

que in forma fidelitatis nova et veteri continentur. Sic nos Deus iuvet et hec sancta Dei ewangelia corporaliter tacta.

(3) Quibus omnibus sic rite conpletis osculatus est dictus syndicus et procurator in signum perfecte fidelitatis pedes dicti domini regis humiliter et devote, et dictus rex dictas recongnitionem, iuramentum et omnia alia superius gesta gratiose acceptavit et mandavit michi Iohanni notario infrascr[i]pto, ut de hiis facerem publicum instrumentum.

Acta sunt hec anno, die, mense et ind. predictis, in domo comunis Mediolani in quadam camera dicte domus, in qua habitabat dictus dominus rex. Presentibus reverendis in Christo patribus ac dominis Balduyno archiepiscopo Treverensi[f], Henrico episcopo Tridentino cancellario dicti domini regis, Amedeo comite Sabaudie, Lupoldo duce Austrie, dominis Guidone et Henrico de Flandria fratribus, Guidone Delphini, Eberardo Laolio de Ast legum doctore et aliis pluribus testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Constat enim michi notario infrascripto de quadam superscriptione facta in secunda linea[1], ubi dicitur 'anno secundo'.

(S. N.) Et ego Iohannes de Dyst dictus de Cruce clericus Leodien. dyoc. publicus imperiali auctoritate notarius premissis recongnitioni, iuramento fidelitatis ac omnibus aliis superius gestis una cum predictis testibus presens interfui et superscriptionem, ubi dicitur 'anno secundo', feci et hanc cartam in publicam formam redegi et scripsi meoque signo consueto signavi rogatus.

517—521. LITTERAE AD EPISCOPUM ARGENTINENSEM.

(1310. Dec. ex. — 1311. Ian. 7.)

517. *EPISTOLA DE STATU LOMBARDIAE.* (1310. Dec. ex.)

Denuo contulimus notissimum cod. Vindobon. lat. 410 (Iur. Can. 60), quem iam supra ad litteras nr. 457 et 458 edendas adhibuimus, fol. 11 nr. 74. Rubrum fol. 24 indicatur hoc modo: Item alia de coronatione imperatoris. *Edidit iam olim Chmel loco supra citato II, 334 nr. 27. — Böhmer, Reg. Heinr. 348. (P. deest.)*

Heinr(icus) Dei gratia Romanorum rex etc. venerabili Iohanni etc. gratiam suam et omne bonum.

(1) Multifariam multisque modis[2] altissimi providentia consilii, cuius inconprehensibilia sunt iudicia, hucusque de partibus Alemanie trans alpes Lombard(ie) regalium processuum semitas dirigendo feliciter, sic actibus nostris, quos libenter et totaliter ob laudem divini nominis ad procurandum reipublice statum prosperum applicare disponimus, divinis et humanis evidenter suffragatur auxiliis, quod rectum intentionis nostre propositum in brevi, prout solidam observamus fiduciam, effectus subsequetur Deo ut opinamur amabilis et desiderabilis ut opinamur universo. Detestanda siquidem discidiorum ac simultatum semina, que suadente generis humani seductore longe retroactis temporibus dampnabiliter pullulare ceperunt et in partibus Italicis radicare, falce regalis

516. f) .. *add. or.*

1) *V. supra pag. 477 lin. 4.* 2) *Cf. Ebr. 1, 1.*

sollicitudinis et iusticie summopere providimus amputare. Tantoque diligentie studio partium istarum incolas, quos innumeris conspeximus guerrarum et oppressionum diu lacessitos ac prostratos viribus, ad desiderate tranquillitatis gaudium revocare cepimus, quod per omnes civitates superioris Lombardie, quibus regalis affuit presentia, vide-
5 licet Ast, Casaliam et Novariam, expulsis cum intrinsecis debite reconciliationis federe reformatis, recongnoscentes nos proprium dominum suum, singuli suis iuribus contenti, sub amplectende pacis comodo[a] dives cum paupere gloriatur. (2) Novissime vero diebus istis[1], cum exortum solem iusticie, pacis principem mundus laudibus celebrat universus, civitatem Medialanen(sem) introivimus magnifice, per nuncios eorundem civium
10 ad unitatis federa pronis affectibus, pristinis omissis erroribus, uniformiter convolantium invitati, quorum devota fidelitas ac[b] fidelis devotio[b] nostris humiliter occurrit beneplacitis et obedit mandatis, exhibito nobis fidelitatis solito iuramento. Ibique decrevimus in die festo nunc instantis epiphanie Domini corone primiciis Italie, videlicet 1311. Ian. 6. dignitatis imperialis istarum partium, cum sollempnitatibus debitis insigniri. Quod alie
15 civitates non inprovida consideratione pensantes ac desiderantes suave iugum veri dominii puris ac devotis animis resumere, inter quas Cuma et Pergamum[c, 2] per ydoneos syndicos et procuratores sacramenta nobis fidelitatis debite prestiterunt, continuant devotionis insignia presentare. Predictarum quoque civitatum capitaneis, potestatibus ac quibuslibet earum rectoribus destitutis novos assignavimus potestates, rectores, vicarios
20 et prefectos regiis beneplacitis competentes. (3) Unde cuiuslibet difficultatis quiescente repagulo, que circa partes istas agenda fuerunt salubriter expeditis, imperialis consecrationis seu coronationis gloriam breviter nos speramus attingere multiplici cum honore, premissa tibi intimantes ad incentivum gaudii singularis. Sinceritatem itaque tuam, monemus et hortamur[d] studiose, quatinus ut in tuis tibique vicinis terminis securi-
25 tatis redundet, modis quibus poteris studeas procurare et ea, que nobis in partibus Alemanie ac Boemie votiva aut consona videris, et sicut de sinceritate tue fidei plenam fiduciam obtinemus.

Datum etc.

518. *EPISTOLA DE CORONATIONE MEDIOLANENSI ET PACE*
30 *GENERALI. (1311. Ian. 7.)*

Item contulimus fol. 11' nr. 75 inscriptam. Rubrum fol. 24 sic notatur: Item scribit sibi de pace generali iuranda. *Edidit Chmel l. c. II, 335 nr. 28. Cf. ea quae de coronatione Mediolanensi iam supra notavimus ad nr. 484—486. — Böhmer, Reg. Heinr. 355.* *(P. deest.)*

35 H(einricus) Dei gratia etc. venerabili etc. ut supra[3].

(1) Specialis tibi credimus augmentum leticie provenire, dum no[va] de nostris felicibus successibus ad tuam noticiam perducuntur. Unde scire volumus dilectionem tuam, quod hesterna die, hoc est in epiphania Domini sollempnissima caterva principum, Ian. 6. videlicet archiepiscoporum, episcoporum et aliorum prelatorum, marchionum, nobilium
40 ac civitatum Lombardie presente gloriam coronationis nostre peregimus[a] in ecclesia sancti Ambrosii Mediolanen(sis) congruo cum honore, sperantes cum summa fiducia, quod ad honorem Dei ac utilitatem reipublicae dignitatem imperialis infule breviter attingamus. (2) Sane ut in partibus tuis pax hominibus et securus transitus preparetur, volumus omnino, ut cum nobilibus et civitatibus vicinis pacem generalem ordines

45 **517.** a) *supra lineam add. c.* b) *in loco raso or.* c) pganiū *c.* d) horthamur *c.*

518. a) per *in loco raso c.*

1) *Cf. Ebr. 1, 1. 2.* 2) *V. supra nr. 516.* 3) *Scilicet nr. 517.*

et prestitis firmes more solito iuramentis. (3) Constitucionem quoque de civibus, qui pfalburger dicuntur vulgariter, per nos apud Frankenfurt in parlamento generali[1] editam et publicatam, presentibus pluribus principibus, nobilibus et civitatibus imperii, volumus observari. Si que tamen civitates vel nobiles privilegia nostre concessionis vel confirmationis presentaverint expresse declarantia, quod huiusmodi pfalburger sibi liceat retinere, huiusmodi privilegiorum copiam certis per advocatum terre volumus nobis dirigi sub sigillis, ut provide deliberare possimus, quid nobis in premissis expediat faciendum.

Datum etc.

519. *EPISTOLA DE EODEM DIRECTA EPISCOPO ET CIVIBUS ARGENTINENSIBUS. (1311. Ian. 7.)*

Item contulimus fol. 6 nr. 44 inscriptam. Rubrum fol. 23' notatur hoc modo: Missiva ab imperatore ad episcopum de bonis suis successibus. *Edidit Chmel l. c. II, 322 nr. 7. Textus concordat cum epistola nr. 516 cap. 1 et 2. — Böhmer, Reg. Heinr. 355.* *(P. deest.)*

Heinricus Dei gratia etc. venerabili Iohanni ut supra necnon talibus civibus dilectis suis fidelibus gratiam suam et omne bonum.

(1) Specialis vobis credimus augmentum leticie provenire, dum nova de nostris felicibus successibus ad vestre devotionis noticiam perducuntur. Unde scire volumus dilectionem vestram, quod hesterna die, hoc est in epiphania Domini sollempnissima caterva principum, videlicet archiepiscoporum, episcoporum et aliorum prelatorum, marchionum, nobilium ac civitatum Lombardie presente gloriam coronationis nostre peregimus in ecclesia sancti Ambrosii Medyalan(ensi) congruo cum honore, sperantes cum summa fiducia, quod ad honorem Dei et ad utilitatem reipublice dignitatem imperialis infule breviter attingamus. (2) Sane ut in partibus vestris pax hominibus et securus transitus preparetur, volumus omnino, ut una cum nobilibus et civitatibus vicinis pacem generalem ordinetis et prestitis firmetis more solito iuramentis.

(Ian. 6.)

Datum Medyalani.

520. *EPISTOLA DE PACE GENERALI.*

Item contulimus fol. 11' nr. 76. Edidit Chmel l. c. II, 236 nr. 29. Signo chronologico caret, sed hic subiungere liceat, cum in codice epistolam nr. 518 subsequatur. *(P. deest.)*

H(einricus) Dei gratia Romanorum rex etc. venerabili Io(hanni) etc. gratiam suam et omne bonum.

Sinceritas tua sciat, quod nobili viro Ioffr(i)d(o) advocato provinciali nostro fideli dedimus seriosius in mandatis, ut civibus civitatum sui regiminis nostro nomine precipiat et iniungat, ut pacem generalem, quam in Franken(furd) nuper ordinavimus[1], iurare debeant et inviolabiliter observare. Unde sinceritatem tuam seriose requirimus et rogamus, quatinus sibi ad hoc coopereris pro nostra reverencia speciali. Nova status nostri tibi alie nostre transmisse littere[2] declarabunt.

521. *EPISTOLA ALTERA DE EODEM.*

Item contulimus fol. 11' nr. 77. Edidit Chmel l. c. II, 236 nr. 30. Signo chronologico caret, sed eadem ratione ac supra nr. 520 hic subiunximus.

1) *Cf. supra nr. 396—406 et nr. 409 cap. 19.* 2) *Supra nr. 518.*

H(einricus) Dei gratia etc. venerabili Ioh(anni) etc.

Noverit sinceritas tua, quod per nuncios civitatum in Alsatia nuper ad nos in Italiam missos eisdem civitatibus mandavimus et iniunximus seriose, quod statim generalem pacem iurent et ipsam sicut tu et alii nobiles et civitates circa Renum inviola-5 biliter teneant et observent.

Datum.

522—525. HOMAGIA ET INVESTITURAE DIVERSORUM.

1310. Dec. 31.—1311. Ian. 2.

10 **522.** *HOMAGIUM GUILLELMI DE PUSTERLA. 1310. Dec. 31.*

Ineditum descripsimus ex R *Registro Bernardi de Mercato fol. 25', de quo v. supra ad nr. 478. Rubrum est:* [de][a] fidelitate dni [Gui]llelmi[a] de Pusterla.

Imbreviaturam, quae servatur in J *Libro imbreviaturarum eiusdem notarii, de quo v. supra ad nr. 468—476, fol. 18 denuo collatam sub asterisco adnotare liceat. Ubi* 15 *rubrum:* Fidelitas dni Guillelmi de Pusterla. *Edidit Doenniges l. c. I, 24 nr. 29.* *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Anno*, inditione et loco quibus supra[1], die tricesima prima mensis Decembr., coram testibus infrascriptis vir nobilis dominus Guillelmus de Pusterla miles civis 20 Medyalani[b] in presentia serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti personaliter constitutus supplicavit humiliter ipsi domino regi, ut de suis iustis et antiquis feudis ipsum dominum Guillelmum investire de benignitate regia dignaretur. Qui quidem dominus rex ipsius domini Guillelmi iustis sup[p]licationibus favorabiliter annuens ac disponens unicuique tribuere quod est suum, ipsum dominum 25 Guillelmum presentem et recipientem pro se suisque heredibus et successoribus legitimis per traditionem unius virge, quam in manu sua tenebat, ut moris est, salvo iure suo et imperii et salvo iure cuiuslibet alterius persone, retinuit et investivit. Dictus vero dominus Guillelmus recepta investitura predicta fecit, prestitit et recognovit eidem domino regi homagium et fidelitatem et iuramentum fidelitatis tactis corporaliter sacro-30 sanctis euangeliis in hunc modum:

Ego Guillelmus de Pusterla civis Medyal(ani)[b] pro me, heredibus et successoribus meis legitimis promitto vobis domino meo legitimo et precipuo domino Henrico Dei gratia Romanorum regi semper augusto et iuro ad hec sancta Dei euangelia, quod ab hac hora inantea ero fidelis, devotus et obediens vobis et successoribus vestris 35 Romanis regibus et sacro Romano imperio. Non ero in loco, facto, tractatu, consilio vel consensu, quod vitam vel membrum, honorem, iura vel regalia imperii perdatis aut capiamini mala captione aut quod recipiatis in persona vel rebus aliquam lesionem, iniuriam vel contumeliam. Consilium, quod michi per vos vel per alium crediturus

*) *Imbreviatura haec verba praebet:* Anno Domini millesimo tricentesimo XI, ind. IX, die XXXI. 40 mensis Decembr., in domo domini regis in civitate Med(iolani), presentibus dominis B. archiepiscopo Treverensi, marchione Montisferrati, Hugone Delphini, episcopo Leodiensi, Henrico de Flandria t(estibus). Dominus Guillelmus de Pusterla de Medyolano fuit investitus ut supra et prestitit iuramentum fidelitatis ut supra. Et recognovit se tenere in feudum a domino vigintiquinque marchas puri argenti de redditu per annum, quas percipere debet singulis 45 annis apud Ast. *J.*

522. a) *uncis inclusa exsecta sunt R.* b) *sic scriptum esse videtur R.*

1) *Cf. lin. 40.*

estis, ad dampnum vestrum scienter nemini pandam. Regnumque et imperium Romanum et eorum regalia adiutor ero vobis toto posse meo ad recuperandum, retinendum et manutenendum contra omnem hominem. Et si aliquid tractari vel procurari cognovero, quod vergere posset ad detrimentum et diminutionem honoris et status vestri et imperii, illud ad hoc ut non fiat pro posse meo impediam, et si impedire non pottero, id quamprimum pottero vobis per me vel per nuncium aut per litteras manifestabo. Et si guerram habueritis contra quamcunque personam pro honore, iuribus et regaliis vestris et imperii, de ipsa vobis toto posse meo auxilium prestabo. Consilium, quod a me petieritis, quod magis vobis et imperio expediens credam, fideliter secundum conscientiam meam vobis dabo. Hec et alia, ad que verus fidelis vassallus et subditus domino suo vero, legitimo et precipuo tenetur et que in forma fidelitatis nova et veteri continentur, vobis et Romano imperio faciam et observabo fideliter. Sic me Deus adiuvet et hec sancta Dei euangelia.

Actum anno, die et loco quibus supra. Presentibus dominis Baldwino archiepiscopo Treverensi, Theodoro marchione Montisferrati, Theobaldo episcopo Leodiensi, Hugone Delphini et Henrico de Flandria testibus ad premissa vocatis et rogatis.

Ego Bernardus.

Iniunctum est ei, quod infra unum mensem debeat dicta feuda coram notario domini consignare [1].

523. *HOMAGIUM VICECOMITUM DE YVORIO ET DE MASINO.*
1311. Ian. 2.

Item ineditum descripsimus ex R *fol. 25. Rubrum est:* de fidelitate vicecomitum de Yvorio et de Masino.

Imbreviaturam ex J *fol. 17' item denuo collatam sub asterisco proponimus. Rubrum desideratur. Edidit Doenniges l. c. I, 23 nr. 27.* *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Anno*, inditione et loco quibus supra, die secunda mensis Ianuarii, presentibus testibus infrascriptis Henricus filius quondam Lanterii, Angelus filius condam Pauli, Matheus filius Henrici, Iulyanus filius quondam Massequini, Ardichinus filius Petri vicecomites de Yvorio, Bertrandus dictus Anania [a], Polinus filius condam Henrici, Albertus filius quondam Guillelmi et Girardinus filius condam Ufredi vicecomites de Masino in presentia serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti personaliter constituti, quilibet eorum pro se et heredibus suis et successoribus suis legitimis petierunt humiliter ab eodem domino rege, ut de suis iustis et antiquis feudis, que tenent ab eodem domino rege et imperio, ipsos et quemlibet ipsorum investire de benignitate regia dignaretur. Qui quidem dominus rex eorum devotis

*) *Imbreviatura haec verba praebet:* Die secunda mensis Ianuarii, presentibus dominis archiepiscopo Medyol., Guydone de Flandria, domino Guydone Delphini [b], domino Salvo etc. Henricus filius condam Lanterii, Angelus filius condam Pauli, Matheus filius Enrici, Iulyanus condam filius Massegnii, Ardichinus filius Petri vicecomites de Yvorio, Bertrandus dictus Anonia, Polinus filius condam Henrici, Albertus filius condam Guilelmi et Girardinus filius condam Ufredi vicecomites de Massino fuerunt investiti ut supra et iuraverunt fidelitatem ut supra. *J.*

523. a) Annania *J.* b) domino Guydone Delphini *supra lineam add. J.*

1) *Cf. supra pag. 481 lin. 42 sq.*

precibus favorabiliter annuens ac disponens unicuique tribuere quod est suum, ipsos et quemlibet eorum de suis iustis et antiquis feudis, que tenent ab eodem domino rege et imperio, salvo iure suo et imperii, retinuit et investivit et salvo iure cuiuslibet alterius persone. Ipsi vero Henricus, Angelus, Matheus, Iulyanus, Ardichinus, Bertrandus, 5 Polinus, Albertus et Girardinus omnes et eorum quilibet pro [se][c] et heredibus et successoribus suis predictis fecerunt, prestiterunt et recognoverunt eidem domino regi homagium et fidelitatem et iuramentum fidelitatis tactis a quolibet ipsorum euangeliis sacrosanctis in hunc modum:

Ego iuro ad hec sancta Dei euangelia, quod ab hac hora inantea ero fidelis, 10 devotus et obediens vobis domino meo legitimo et precipuo domino Henrico Dei gratia Romanorum regi semper augusto et sacro Romano imperio. Non ero in loco, facto, tractatu, consilio vel consensu, quod vitam, membrum, honorem vel iura imperii perdatis vel quod capiamini mala captione vel quod recipiatis in persona vel rebus aliquam lesionem, iniuriam vel contumeliam. Consilium, quod michi per vos vel per 15 alium crediturus estis, ad dampnum vestrum scienter nemini pandam. Regnumque et imperium Romanum et eorum regalia adiutor ero vobis toto posse meo ad recuperandum, retinendum et manutenendum contra omnem hominem. Et si aliquid tractari vel procurari cognovero, quod vergere posset ad detrimentum et[d] diminutionem honoris et status vestri et imperii, illud ad hoc ut non fiat pro posse meo impediam, et si 20 impedire non pottero, id quamprimum pottero vobis per me vel per nuntium aut per litteras manifestabo. Et si guerram habueritis contra quamcumque personam pro honore, iuribus et regaliis vestris et imperii, de ipsa vobis toto posse meo auxilium prestabo. Consilium, quod a me petieritis, secundum conscientiam meam bonum, iustum et utile vobis dabo. Hec et alia, ad que verus vassallus fidelis et subditus domino 25 suo vero legitimo et precipuo tenetur et que in forma fidelitatis nova et veteri continentur, vobis fideliter observabo. Sic me Deus adiuvet et hec sancta Dei euangelia.

Actum ut supra, presentibus dominis Castone archiepiscopo Medyolanensi, Guydone de Flandria, Guydone Delphini et Salvio de Pelacano de Parma testibus ad premissa vocatis et rogatis.

30 Ego Bernardus.

Iniunctum est eis, quod infra unum mensem debeant feuda predicta coram notario domini consignare.

524. *ALIUD HOMAGIUM. 1311. Ian. 2.*

Imbreviaturam alius homagii a quibusdam personis, quarum nomina non traduntur, 35 *eodem die, sed alio loco praestiti ex Registro Leopardi Frenetti, de quo v. supra ad nr. 470, fol. 25 denuo accuratissime collatam proponimus. Est ibi rubrum:* Fidelitas. *Edidit Bonaini 'Acta Henrici VII' I, 113 nr. 80. Quae ibidem in adnotatione dicuntur, erronea sunt.* *(P. deest.)*

Tales et tales etc. existentes in presentia serenissimi principis domini Henrici Dei 40 gratia Romanorum regis semper augusti supplicaverunt eidem et ab eo humiliter requisiverunt, quatinus recta et antiqua feuda, que ipsi et eorum antecessores tenent et tenuerunt a sacro Romano imperio, confirmare et renovare dignetur eisdem ipsosque inde corporaliter investire. Qui dominus rex volens predecessorum suorum vestigia imitari, predictos superius nominatos de eorum iustis et antiquis feudis per baculum

45 **523.** c) *deest R.* d) *supra lineam; sequitur* ad *punctis suppositis deletum R.*

unum, quem tenebat in manu, corporaliter investivit, salvo semper iure imperii et cuiusque alterius persone. Qui predicti omnes superius nominati iuraverunt ad sancta Dei euangelia in animas suas, delato eis sacramento et corporaliter tactis scripturis, suprascripto domino regi, ipsum pro domino recognoscentes,

quod nunquam erunt in facto, auxilio vel consilio, quod ipse dominus rex amictat vitam vel membrum aliquod vel quod recipiat in persona aliquam lesionem, iniuriam vel contumeliam vel quod amictat aliquem honorem, quem nunc habet vel inantea possidebit. Et si sciverint vel audiverint de aliquo, qui velit aliquod istorum contra eum facere, pro posse eorum ut non fiat impedimentum prestabunt. Et si contigerit prefatum dominum regem rem aliquam, quam nunc habet vel in futurum habebit, iniuste vel casu fortuito amictere, eam recuperare iuvabunt et recuperatam omni tempore retinere. Et ad manutenendum, defendendum et recuperandum sua et Romani imperii iura, bona et honores eum pro posse eorum iuvabunt. Consilium ei bonum et iustum dabunt, quotiens ab eo petitum fuerit. Secreta eis conmissa nemini pandent vel illud per quod pandantur facient. Et nunquam ex personis eorum vel aliorum aliquid facient, quod pertineat ad ipsius domini regis vel suorum iniuriam vel contumeliam. Et de qualibet guerra, quam iuste facere et movere voluerit aut movebit [vel] faciet et que contra eum mota fuerit, ipsum[a] suo posse adiuvabunt. Et quod de cetero erunt boni, fideles et legales dicto domino regi et Romano imperio. Et alia omnia, que in sacramento fidelitatis continentur, facient et observabunt suo posse et que boni et legales fideles suo domino ac regi et Romano imperio subiecti servare tenentur et debent.

Acta sunt hec Med(iolani), in domibus archiepiscopatus Med(iolan)i, in quibus moratur ipse dominus rex, presentibus domino Castono archiepiscopo Mediolanensi, domino Guidone Dalfino, domino Henrico de Flandria, domino Salvio Pelacane et domino Francisco de Garbamate iudicibus testibus ad hoc rogatis et vocatis, d(ominice) i(ncarnationis) anno MCCCXI. indictione nona, quarto Non. Ian., regni ipsius domini regis anno secundo.

525. *FORMA PRIVILEGII.*

Formam, quae superest in J *fol. 34', quod folium adsutum et inverso ordine, quo Liber* J *ipse, conscriptum est, denuo collatam hic subiungere liceat. Signo chronologico omnino caret. Sequuntur eodem folio imbreviaturae fidelitatum a. 1310. die 6. m. Decembr. praestitarum. Edidit Doenniges l. c. I, 41 nr. 75.* *(P. deest.)*

Henr(icus) Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum notitiam volumus pervenire, quod accedens ad nostre maiestatis presentiam talis etc., recognoscens se talia bona etc. in feudo a nobis et imperio tenere, humiliter suplicando, quatinus eundem de huiusmodi feudis investire de benignitate regia dignaremus. Devotis igitur ipsius talis supplicationibus annuentes ac disponentes[a] unicuique tribuere quod est suum, ipsum de iustis et antiquis feudis, que a nobis et ab imperio habet et habere debet, investivimus de regie plenitudine potestatis, salvo iure nostro imperii et quorumlibet aliorum, recepto ab eodem fidelitatis debite iuramento.

524. a) *praecedunt* ipo epm *cancellata c.*

525. a) *sequitur* uni; *deletum J.*

526—531. REFORMATIO CIVITATIS PAPIENSIS.

1311. Ian. 3.—Ian. 17.

526. *SYNDICATUS CIVITATIS. Ian. 3.*

5 *Repetimus editionem, quam ex autographo Pisis in tabulario Roncioniano sub nr. 694 asservato paravit Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 115 nr. 81. In verso leguntur:* Carta syndicatus comunis Papie. *(P. deest.)*

Anno a nativitate Domini millesimo tricentesimo undecimo, indictione nona, die Dominico tertio mensis Ianuarii, in palatio novo comunis Papie, congregato conscilio 10 generali mille credendariorum seu decurionum civitatis Papie ad sonum campane more solito causa creandi syndicum, syndicos, auctores et procuratores, ratione et ocasione negociorum expediendorum cum inclito principe domino Henrico divina favente clementia rege Romanorum et semper augusto, ipsum conscilium totum necnon omnes et synguli credendarii in dicto conscilio existentes, in presencia nobilis et potentis viri domini 15 Pelavecini marchionis de Pelavecinis potestatis Papie prestantis et interponentis auctoritatem suam pariter et decretum super omnibus et syngulis infrascriptis, eorum nomine et nomine universitatis et syngulorum hominum civitatis iam dicte, omni eo modo et saniori et solempniori quo melius intelligi potest ad honorem dicti domini regis et comodum predictorum civitatis et hominum syngulorum fecerunt, constituerunt et ordina-20 verunt discretos et nobiles viros dominos Benevenutum de Campixio et Mussum de Guasconibus legum professores et quemlibet ipsorum in solidum, ibidem presentes et mandatum susipientes, ambassatores comunis Papie, certos et indubitatos nuncios, syndicos, auctores et procuratores ad presentandum et offerendum civitatem Papie et eius districtum cum omnibus et syngulis pertinentiis ad civitatem predictam necnon homines 25 et personas habitantes in predicta civitate et eius districtu domino regi predicto tanquam eorum domino unico et soli. Et ad recognoscendum et confitendum, iam dictam civitatem cum pertinentiis universis una cum hominibus habitantibus in dicta civitate et in eius districtu esse et esse debere domini regis superius memorati dictosque homines civitatis predicte esse in presenti et fuisse predecessorum suorum in imperio fideles homines et 30 esse velle pariter et debere. Et ad prestandum et confitendum, comune civitatis predicte post ipsum dominum regem nostrum et ab ipso et ab eius predecessoribus habuisse, habere et habere debere merum et mistum imperium et omnimodam iurisdictionem in civitate Papie et in eius districtu et ius instituendi et destituendi rectores et potestates, consules et magistratus et officiales alios in dicta civitate et districtu eiusdem. Et ad 35 pettendam investituram de omnibus his, de quibus ex more vel de iure investitura peti consuevit et potest. Et ad offerendum et presentandum fidelitatem debitam dicto domino nostro regi per dictos homines civitatis Papie et ad faciendam ipsam fidelitatem et fidelitatis sacramentum in animabus et super animabus syngulorum hominum civitatis predicte, et ad prestandum cuiuscumque generis sacramentum, quod exigeretur a pre-40 dicta universitate seu syngularibus personis civitatis predicte per dictum dominum nostrum regem. Et ad concedendum libere et absolute dicto domino nostro regi, quod possit de omnibus discordiis et controversiis, litibus et querelis, que verterentur hodie et fuissent temporibus preteritis usque ad diem hodiernam de genere ad genus, de prole ad prolem, de parte ad partem, in civitate Papie et eius districtu, disponere et ordinare, conponere

et arbitrari ad suam omnimodam voluntatem et prout celsitudini regalis culminis faciendum expedire videretur pro bono statu terre et requie subiectorum suorum fidelium predictorum. Et ad stipulandum et promittendum penam [et][a] penas, prout negociorum qualitas suaderet et dicti domini nostri regis voluntas exigeret, pro consumacione felici negociorum, que coram magestate regia agi contingerent. Et ad pettendum et postu- 5 landum, impetrandum [et][a] obtinendum confirmacionem privilegiorum omnium et syngulorum concessorum per condam imperatores augustos recolende memorie civitati et comuni Papie, qui dictum dominum nostrum regem in imperio precesserunt. Et ad impetrandum et obtinendum confirmacionem acquisitorum et acquirendorum per predictam civitatem seu eius nomine in preteritum et in futurum. Et ad supplicandum 10 predicto domino nostro regi super omnibus et syngulis articulis, que utilia sunt et esse possunt iam dicte civitati et syngularibus personis predicte civitatis. Dantes et concedentes iam dictum conscilium et credendarii omnes et synguli memorati dictis eorum ambaxatoribus, syndicis, auctoribus et procuratoribus et cuilibet ipsorum in solidum liberam licenciam et plenam potestatem predicta omnia proponendi, supplicandi, pettendi, 15 confitendi, recognoscendi, faciendi et obtinendi et habendi, que predictorum omnium et syngulorum negociorum merita desiderant et requirunt, et que iam dictum conscilium et credendarii predicti necnon universitas predicta petere possent, explicare, supplicare, confiteri et recognoscere possent, si presentes adessent, in predictis et circa predicta. Et volentes dictum conscilium et credendarii, eorum nomine quo supra, dictos eorum 20 ambaxatores, syndicos, procuratores et auctores et quemlibet ipsorum in solidum relevare ab omni onere satisdacionis debite, promiserunt infrascripto notario comunis Papie, recipienti et stipulanti nomine et vice omnium et syngulorum, quorum interest vel interesse poterit, ratum et firmum perpetuo habituri[b], quicquid super premissis et quolibet premissorum per predictos eorum ambaxatores, syndicos, auctores, nuncios et pro- 25 curatores dictum, actum, recognitum, supplicatum, postulatum, impetratum et obtentum fuerit et quemlibet ipsorum in solidum, sub ypotheca bonorum omnium eiusdem universitatis et omnium et syngulorum hominum eiusdem universitatis. Fideiubentes nichilominus predicti conscilium et credendarii, licet ex abondanti, in omnem causam pro dictis eorum syndicis, procuratoribus et auctoribus et ambaxatoribus et quolibet 30 ipsorum in solidum. Et inde iam dictum conscilium et credendarii preceperunt infrascripto notario, eis fieri unum et plura instrumenta.

Interfuerunt Brunus de Rogleriis, Ottinus de la Rocha, Nychalinus Tuscanus et Aymericus Sclafenatus testes.

(S. N.) Ego[c] Luchetus de Turricella auctoritate imperiali publicus notarius 35 comunis Papie hanc cartam tradidi et subscripsi[c].

(S. N.) Ego Anselmus Codagnellus de Christianis notarius auctoritate imperiali hanc cartam iussu infrascripti Lucheti de Turricella notarii comunis Papie scripsi.

527. *HOMAGIUM CIVITATIS. Ian. 5.*

Proponimus imbreviaturam ex J *Libro imbreviaturarum Bernardi de Mercato,* 40 *de quo v. supra ad nr. 468—476, fol. 18'. Ubi rubrum:* De fidelitate Papie. *Edidit Doenniges l. c. I, 25 nr. 31. Cf. Böhmer, Reg. Heinr. 353.* *(P. deest.)*

(1) Anno et indit. quibus supra, die quinta mensis Ian., in domo episcopali Medyol(ani), presentibus dominis Theobaldo episcopo Leodiensi, Aymone episcopo Gebenensi, Papiniano episcopo Parmensi, Frederico episcopo Brissiensi, Humberto episcopo Ver- 45

526. a) *deest or.* b) *sic or.* c) Ego—subscripsi *alia manus or.*

cellensi, Henrico episcopo Reg(ino), Walerano, Andrea de Garretis, Berardo Layolio, Salvo Pelacano et pluribus aliis[a] testibus etc. Discreti viri domini Benevenutus de Campix(iis) et Muscus de Guasconibus legum professores, syndici et procuratores potestatis, credendariorum[b], comunis et populi civitatis Papie, habentes a predictis potestate, 5 credentia, comuni et populo speciale mandatum ad infrascripta omnia et singula, prout constat per quoddam publicum instrumentum manu Lucheti de Turricella publici notarii confectum [1], in presentia serenissimi domini H(enrici) Dei gratia Romanorum regis semper augusti constituti, sindicario et procuratorio nomine quibus supra, presentaverunt et obtulerunt eidem domino regi[c] civitatem Papie et eius districtum cum omnibus et singulis 10 pertin(entiis) ad civitatem predictam necnon homines et personas habitantes in predicta civitate et eius districtu tamquam eorum domino unico, soli et precipuo. Et recognoverunt et confessi sunt, iam dictam civitatem cum pertinenciis suis universis una cum omnibus habitantibus in dicta civitate et in eius districtu esse et esse debere domini regis superius memorati dictosque homines civitatis predicte esse in presenti et fuisse 15 predecessorum suorum in imperio fideles homines et subditos et esse velle pariter et debere. Et concesserunt libere et absolute dicto domino regi, quod possit de omnibus discordiis et controversiis, littibus et querelis, que vertuntur hodie et que verse fuerint temporibus preteritis usque ad diem hodiernam de genere ad genus, de prole ad prolem, de parte ad partem in civitate Papie et eius districtu, disponere et ordinare, componere 20 et arbitrari ad suam omnimodam voluntatem et prout celsitudini regalis culminis faciend(um) expedire videbitur pro bono statu terre et requie suorum predictorum fidelium subditorum. Et iuramentum fidelitatis prestiterunt ut supra.

(2) Cum autem in instrumento predicto syndicatus predictorum sindicorum continebatur inter alia, quod dicti syndici erant constituti ad confitendum, comune civitatis pre- 25 dicte post ipsum dominum regem et ab ipso et ab eius predecessoribus habuisse, habere et habere debere merum et mixtum imperium et omnimodam iurisdictionem in civitate Papie et in eius districtu et ius instituendi et destituendi rectores et potestates, consules et magistratus et officiales alios in dicta civitate et districtu eiusdem [2] et[a] predicti sindici hoc assererent, dictus dominus rex dixit et protestatus fuit ibidem, quod ipse nesciebat 30 nec credebat nec concedebat, predicta vera esse. Volebat tamen, quod salva essent dicte civitati super premissis predecessorum suorum privilegia, si qua haberent legitima et efficacia.

528. *SYNDICATUS EXTRINSECORUM. Ian. 9.*

Item ex J *fol. 23, ubi rubrum*: Syndicatus extrinsecorum de Papia. *Edidit Doen-* 35 *niges l. c. I, 28 nr. 41. Cf. homagium extrinsecorum l. c. I, 29 nr. 42, quod hic ponere supersedimus.* *(P. deest.)*

Anno. die et loco quibus supra, presentibus dominis Leone episcopo Comano, Guydone episcopo Astensi, Lanceloto vicedomino de Cumis et Salvio de Pelacano t(estibus). Nobiles viri domini Manifredus de Becaria anczianus partis extrinsece Papi- 40 ensis, Castellus de Strata, Bergundus de Sancto Nazario, Girellus de Sancto Nazario, Walterus de Curte, Thomas comes de Langusco, Ianonus comes de Gambrana, Ruffinus de Beccaria, Henricus Georgius, Hugozanus de Rodebio, Humbertus de Coquio, Iacobus de Curte, Iustamaus de Curte, Iohaninus de Becaria, Philibertus Portus, Resonacus

527. a) *sequitur* etc. *deletum J.* b) *supra lineam add. J.* c) eidem—regi *supra lineam J.*

45 1) *Supra nr. 526.* 2) *Supra pag. 485 lin. 30 sqq.*

Portus, Martinus Bursa, Lanfrancus Georgius, Albertinus Cachatus, Galterus de Becharia, omnes de parte dicti domini Manifredi de Becaria, nomine suo et nomine omnium aliorum de parte ipsius domini Manifredi tam intrinsecorum quam extrinsecorum dicte civitatis parte predicta, fecerunt, constituerunt et ordinaverunt suos veros, certos et indubitatos procuratores, actores, syndicos et nuncios speciales dominos Lanfrancum de 5 Becaria iurisperitum et Iacobum Ferrum cives Papienses presentes et in se sponte recipientes ad presentandum se nomine procuratorio omnium predictorum coram serenissimo domino Henrico Dei gratia Romanorum rege semper augusto et recognoscendum ipsum dominum regem suum esse et esse debere dominum verum, legitimum et precipuum, et submitendum ei et [eius][a] iurisdictioni [et][a] ordinationi tamquam unico domino 10 suo ipsos omnes et singulos, civitatem et districtum Papie et ad prestandum et faciendum fidelitatem et fidelitatis iuramentum et ad dandum ei potestatem et balliviam plenam et plenissimam sedandi et pacificandi omnes eorum discordias et super eis pronunciandi, statuendi et ordinandi ad ipsius domini regis omnimodam voluntatem et penam statuendi et pronunciandi, quam idem dominus rex duxerit ordinare etc. ad dictamen 15 sapientium.

529. *PROMISSIO EXTRINSECORUM DE PECUNIA SOLVENDA.* *Ian. 11.*

Item ex J *fol. 24', ubi rubrum:* Pro domino de II[M] florenis. *Edidit Doenniges l. c. I, 30 nr. 45.* *(P. deest.)*

Anno et indict. quibus supra, die XI. mensis Ianuar., in domo episcopali civitatis 20 Medyolani, presentibus dominis episcopo Leodiensi, comite Sabaudie, domino Iohanne de Bronsort[1] et magistro Henrico de Geldonia testibus etc. Dominus Manfredinus de Becaria et Valterus de Curte[2] cives Papienses ipsi et quilibet ipsorum principaliter et in solidum promiserunt michi notario infrascripto tamquam persone publice, stipulanti et recipienti nomine domini regis et domine regine, et iuraverunt dare et solvere ipsis 25 domino regi et domine regine infra sex septimanas, postquam ipsi debitores et illi de parte ipsorum revers[i] fuerint in civitate Papie, duo milia florenorum, videlicet domino regi M V[C] flor. et domine regine V[C] et facere et curare pro posse suo, quod comune Papiense ipsi domino regi auxilium condignum facient[a].

530. *ARBITRIUM PACIS.* *Ian. 12.* 30

Abbreviatum proponimus item ex J *fol. 25', ubi rubrum:* De pace Papie. *Edidit Doenniges l. c. I, 31 nr. 51.* *(P. deest.)*

Anno quo supra, die XII. Ianuar., in civitate Medyolani in palacio comunis Medyolani, in camera domini regis, presentibus Treverensi et Mediolanensi archiepiscopis, Leodiensi et Parmensi episcopis, A(medeo) comite Sabaudie, Symone de Colubiano, 35 Mafeo Vicecomite, Henrico de Geldonia et Salvio de Pelacano t(estibus) etc. Presentibus et constitutis coram dicto domino rege discretis viris dominis Benevenuto de Campixiis et Musso de Guascon(ibus) legum professoribus, syndicis et procuratoribus comunis et populi[a] et hominum civitatis Papie, procuratorio nomine pro eis ex una parte, et

528. a) *deest J.* 40

529. a) *sic J.*

530. a) *sequitur* cōīs *J.*

1) *De Iohanne de Brunshorn cogitare licet.* 2) *Cf. etiam Notitiam proventuum Baldewini archiepiscopi Treverensis, quam infra in Appendicibus proponemus, c. 8 et 9.*

Lanfranco de Becaria iurisperito et Iacobo Ferro syndicis et procuratoribus domini Manifredi de Becaria anziani partis extrinsece civitatis Papie predicte et quorundam aliorum maiorum et potentiorum dicte partis extrinsece, syndicario et procuratorio nomine ipsorum et omnium et singulorum de dicta parte extrinseca et sibi adherentium 5 ex parte altera, idem dominus rex remediis invigilans subditorum etc.[b]

531. *RATIFICATIO ARBITRII PACIS. Ian. 17.*

Item ex J *fol. 29, ubi rubrum:* De ratificatione pacis Papiensis. *Edidit Doenniges l. c. I, 36 nr. 68.* *(P. deest.)*

Anno et indic. quibus supra et loco, die XVII. mensis Ian., presentibus Medyo- 10 lanensi archiepiscopo, episcopis Astensi, Novariensi et Vincentino, dominis Waleramo, A(medeo) comite Sabaudie, marchyone Saluciarum, Berardo Layolii et Salvio de Pelacano t(estibus) etc. Viri nobiles et discreti domini Philippus de Langusco comes pro se et secacibus, adiutoribus et fautoribus suis et sibi adherentibus ex una parte, Manfredinus de Becaria, Ruffinus de Becaria, Bergundus de Sancto Nazario, Gualterus de Curte, 15 Gualterus de Becaria, Gzannonus comes de Gambarana, Albertinus Caraxius et Iohannes de Becaria filius condam domini Guifredi, omnes de parte extrinseca civium Papiensium et de parte dicti domini Manifredi pro se et suis secacibus et fautoribus et coadiutoribus et sibi adherentibus ex altera, ex certis scientiis et voluntatibus suis spontaneis ratificaverunt et approbaverunt sententiam, ordinationem, pronunciationem et statuta 20 nuper facta et promulgata per dominum regem super guerris, dissenssionibus et discordiis civium civitatis predicte.

532—534. REFORMATIO CIVITATIS CREMONENSIS.

1311. Ian. 4.—14.

25 532. *HOMAGIUM CIVITATIS. Ian. 4.*

Proponimus ex autographo scripto manu Iohannis de Dyst, quod superest Pisis in tabulario Roncioniano nr. 695. Hic illic corrosum est. In verso legitur manu eiusdem notarii scriptum: Cremone. *Textus partem alteram die 10. m. Maii additam infra suo loco proponemus. Edidit Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 117 nr. 82.*

30 *Imbreviaturam ex* J *Libro imbreviaturarum Bernardi de Mercato, de quo v. supra ad nr. 468—476, fol. 18' (= Doenniges l. c. I, 25 nr. 30) sub asterisco adnotavimus.*

Inscriptum est etiam R *Registro eiusdem notarii, de quo v. supra ad nr. 478, fol. 26. Sed hunc textum hic ponere supersedimus.* *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

35 (1) Anno* nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo undecimo, indictione nona, quarta die mensis Ianuarii, regni serenissimi principis ac domini domini Henrici Dei gratia

*) *Imbreviatura haec verba praebet:* Anno et indic. quibus supra, die IIII. mensis Ian., apud Medyolanum in domo episcopali in camera domini regis, presentibus domino B(alduino)

530. b) *sic abbreviatum in J.*

Romanorum regis semper augusti anno tertio. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat presentibus et futuris, quod in presentia mei notarii infrascripti et testium subscriptorum propter hoc specialiter vocatorum et rogatorum, discretus vir Ribaldus de Avenariis syndicus et procurator comunis et populi civitatis Cremone, prout patet per instrumentum[1] scriptum manu Francischini de Pisseriis publici notarii sacri palatii ac dictatoris comunis Cremone sub annis et inditione predictis, primo mensis Ianuarii, pro se et syndicario et procuratorio nomine dictorum comunis et hominum civitatis Cremone, recongnovit dictum dominum Henricum Romanorum regem semper augustum ibidem presentem esse et esse debere verum, naturalem, iustum et precipuum dominum suum sine medio necnon dictorum comunis et hominum civitatis Cremone cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, ipsumque dominum regem et non alium habere et habere debere in dicta civitate Cremone et toto districtu ipsius cum omnibus pertinentiis suis necnon personis et rebus eorundem merum et mixtum imperium et omnimodam iurisdictionem. Necnon infrascriptum iuramentum prestitit dictus syndicus et procurator dicto domino regi in modum qui sequitur:

(2) Ego Ribaldus syndicus predictus iuro ad hec sancta Dei ewangelia in animam meam et in animam dictorum comunis et hominum civitatis Cremone, syndicario et procuratorio nomine et pro ipsis,

quod ab hac hora inantea usque ad ultimum diem vite nostre erimus fideles domino Henrico Dei gratia Romanorum regi semper augusto hic presenti et imperio contra omnem hominem. Et quod nunquam scienter erimus in consilio vel facto, quod idem dominus rex amittat vitam vel menbrum aut recipiat in personam vel res aliquam lesionem, iniuriam vel contumeliam aut amittat aliquem honorem, quem nunc habet vel inantea possidebit. Et si sciverimus vel audiverimus de aliquo, qui velit aliquod istorum contra ipsum dominum regem facere, ut non fiat, pro posse nostro impedimentum prestabimus, et si impedimentum prestare nequiverimus, quam cito poterimus, ipsi domino regi intimabimus et contra eum, prout poterimus, eidem domino regi nostrum prestabimus auxilium. Et si contigerit ipsum dominum regem rem aliquam, quam habet in presenti vel habebit in futurum, quocumque casu amittere, eam recuperare iuvabimus et recuperatam omni tempore retinere. Et si sciverimus, ipsum dominum regem velle aliquem vel aliquos offendere, et inde specialiter vel generaliter fuerimus requisiti, eidem domino regi secundum posse nostrum prestabimus consilium et auxilium. Et si idem dominus rex aliquit nobis in secreto manifestaverit, illud sine sui licentia nemini pandemus vel faciemus, quod pandatur. Et si consilium idem dominus rex a nobis petierit vel postulaverit, illud consilium dabimus, quod nobis videbitur eidem domino regi magis et melius expedire. Et quod nunquam scienter in personis nostris erimus in aliquo loco, ubi scandalum dicto domino regi possit

archiepiscopo Treverensi, Theobaldo episcopo Leodiensi, Papiniano episcopo Parmensi, Guydone episcopo Astensi, Henrico episcopo Regino, A(medeo) comite Sabaudie, Waleramo fratre domini regis, Guydone et Henrico de Flandria fratribus, Andrea de Garretis t(estibus). Ribaldinus de Avenariis civis Cremone syndicus et procurator comunis et populi civitatis Cremone, prout constat per quoddam publicum instrumentum[1] [scriptum] manu Francisquini de Piceriis notarii publici, nomine suo et procuratorio nomine comunis et populi et habitatorum dicte civitatis et totius districtus eius, in presentia serenissimi principis domini H(enrici) Dei gratia Romanorum regis personaliter constitutus, confessus fuit et recognovit ipsum dominum Henricum suum et dicte civitatis comunis et populi ac totius eius districtus verum et precipuum dominum sine aliquo medio et non alium, et obtulit eidem domino regi omne dominium regnum et tottalem administrationem et ordinationem civitatis, comunis, populi et districtus predictorum regenda, disponenda et ordinanda ad ipsius domini regis plenariam voluntatem, et prestitit iuramentum fidelitatis ut supra.

1) *Servatum non est.*

eveniri, nec faciemus aliquod, quod in gravamen dicti domini regis possit redundare. Necnon et omnia et singula, que in forma fidelitatis nova et veteri continentur. Sic nos Deus iuvet et hec sancta Dei ewangelia corporaliter tacta.

(3) Quibus sic omnibus rite completis, osculatus est dictus syndicus et procurator pedes dicti domini regis in signum perfecte fidelitatis humiliter et devote, dictusque dominus rex dictam fidelitatem et alia superius gesta gratiose acceptavit et mandavit michi Iohanni notario infrascripto[1], ut de omnibus hiis facerem publicum instrumentum.

Acta sunt hec anno, die, mense et indictione predictis, in civitate Mediolani in quadam camera, in qua dominus rex predictus habitabat, presentibus reverendis in Christo patribus ac dominis Balduyno archiepiscopo Treverensi, Theobaldo Leodiensi, Papiniano Parmensi, [Guidone episcopo Astensi, Henrico episcopo Regino, Ame]deo[a] comite Sabaudie, domino Waleramo fratre domini regis, dominis Guidone et Henrico de Flandria fratribus, Andrea Garret de Ast legum doctore ac aliis pluribus testibus ad premissa vocatis et rogatis.

533. *ARBITRIUM PACIS. Ian. 14.*

Imbreviaturae fragmentum priorem, ut videtur, formam continens proponimus ex J *fol. 28. Edidit Doenniges l. c. I, 35 nr. 62.* *(P. deest.)*

Anno et indic. et loco quibus supra, die XIIII. mensis Ian., presentibus dominis Treverensi archiepiscopo, Leodiensi, Parmensi, Novariensi et Vincentino episcopis, dominis Waleramo, Guydone Delphini, Henrico de Flandria, Palmerio de Altovitis et Salvio de Pelacano t(estibus) etc. Dominus pronunciavit pacem inter cives Cremone per formam superius adnotatam. Hoc addito[a] . . . .

534. *FORMA ALTERA EIUSDEM. Ian. 14.*

Servatur minuta huius formae in J *fol. 35, quod folium Libro imbreviaturarum post adsutum est. Rubrum desideratur. Scripta est tam Bernardi quam Leopardi notariorum manibus. Edidit Doenniges l. c. I, 43 nr. 79.* *(P. deest.)*

(1) Serenissimus[a] princeps dominus Henricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus remediis invigilans subditorum et regali providentia cupiens fideles suos cives civitatis Cremone dyucius dissidentes et in duas partes divisos, quarum uni etc., ad concordiam revocare, super eorum discordiis et inimicitiis, presentibus syndicis et procuratoribus eorundem, tam ex regia auctoritate quam ex potestate in eum per ipsas partes collata pronunciavit et statuit, prout inferius continetur:

(I) In primis quod inter omnes cives predictos et eorum secaces et sibi adherentes sint et vigeant de cetero vera et perpetua pax et unitas, amputatis et depositis hinc inde quibuslibet dissidiis et rancoribus et odiorum fomitibus et cessantibus verbis et actibus partialibus quibuscunque.

(II) Item quod iidem cives invicem sibi condonent et remitant omnes iniurias et offensas hactenus alterutrum in personis vel rebus illatas et quamlibet emendam et restitutionem eis huiusmodi iniuriarum et offensarum occasione debitam. A quibus nichilhominus omnibus idem dominus rex auctoritate et potestate predictis exnunc omnes et singulos ipsorum absolvit et liberat perpetuo.

532. a) *uncis inclusa corrosa sunt or.; ex imbreviatura supplevimus.*
533. a) *hic desinit J, reliqua parte huius folii 28 vacua relicta.*
534. a) *manu Bernardi scripta J.*
1) *Subscriptio notarii deest.*

(III) Item quod illi ex memoratis civibus, qui exulabant a civitate predicta quacunque de causa[b], exnunc revertantur ad bona et iura propria eaque recipiant et habeant et eis gaudeant plene et libere sicut prius sine contradictione cuiusquam, ad que nichilhominus idem dominus rex eos exnunc restituit et vult et decernit pro restitutis haberi. Ita etiam quod nemini ipsorum in bonis et iuribus suis quevis obsistat prescriptio a tempore, quo civitatem exiverunt predictam. 5

(IV) Item quod nullus eorum vel sibi a[dherentium][b*] bona vel iura occupet alterius[c] aut revertatur ad bona al[iorum] aliqua nisi ad sua propria neque etiam detineat bona alterius, ymo detenta et occupata p[er eum] sine contradictione qualibet dimitat illi persone, cuius sunt. Quod si de dictis bonis aut iuribus controversia vel resistentia 10 aliqua fuerit, recurrat petitor ad vicarium civitatis, qui vo[cato] adversario audiat et diffiniat causam eorum super possessorio vel petitorio, prout actor vol[uerit] eligere sine strepitu et figura iudicii. Et[d] puniat subcumbentem actorem vel reum in expensis litis restituendis victori et ultra ad arbitrium suum, rerum et personarum qualitate prefata. 15

(V) Item quod nulus, qui bona vel iura alterius tenuerit occupata, teneatur ad restitutionem fructuum perceptorum a tempore, quo dicti extrinseci exulaverunt a civitate predicta, eo salvo quod fructus pendentes dividantur in[ter] dominum fundi et agricultorem secundum consuetudinem Cremone et districtus. Et si forsan[e] in solo seu fundo alicuius extrinsecorum edificatum fuerit, sit in optione domini soli, aut ex- 20 stimationem edificii superficiario solvere aut ab eo soli extimationem recipere. Que extimationes fiant per arbitros a partibus vel eis discordantibus per vicarium eligendos.

(VI) Item si alicui ratione aliquorum debitorum data essent in tenutam vel in solutum aliqua[f] bona vel iura aliquorum extrinsecorum, talis tenuta et in solutum datio sunt cas[s]a et inrita, salvo semper creditori iure crediti principalis in sorte sua. 25

(VII) Item si quis de intrinsecis esset obligatus alicui de extrinsecis aliquo contractu usurario vel in fraudem usurarum quomodocunque facto, non teneatur solvere pro preterito tempore nisi sortem. Si vero esset obligatus ei contractu censuali seu fictalicio, non teneatur pro preterito tempore solvere census seu ficta retenta, nec possit dominus rei locate ad censum propter cessationem solutionis ratione temporis 30 preteriti locationem seu inphyteosim infringere. Que quidem eodem modo vendicent sibi locum, si quis de extrinsecis foret alicui intrinseco contractibus similibus obligatus.

(VIII) Item[g] relaxavit omnia banna, quibus suppositi forent hactenus cives predicti, qui exulabant a civitate predicta, sive pro contumacia sive pro offensa magna vel parva vel alia quacunque de causa, omnesque collectas seu tallias quocunque 35 modo impositas remisit eisdem. Absolvens eos a predictis omnibus et a penis et mulctis, quas huiusmodi occasionibus incurrissent, et quibuslibet condempnationibus sententiis et penis propter hoc latis vel statutis in eos.

(IX) Item[h] quod infrascriptus Manfredinus filius condam Oberti marchionis Pelavicini gaudeat presenti pace et restitutione, etiamsi non esset civis Cremone[h]. 40

(X) Item quod omnes cives predicti hanc pacem et suprascripta omnia et singula observent et faciant cum effectu sub debito prestitorum a partibus iuramentorum et sub pena indignationis ipsius domini regis ac trecentarum librarum auri puri, quotiens contrafieret, in singulis capitulis commitenda et exigenda a secus facientibus, complicibus et fautoribus eorundem. 45

534. b) quacunque de causa *super* occasione predicte discordie *deletis J.* b*) *uncis inclusa evanida sunt J.* c) ymo detenta et occupata per eum *sequuntur deleta J.* d) *abhinc manu Bernardi, sed mutato stilo J.* e) forsam *J.* f) *supra lineam J.* g) *abhinc manu Bernardi, sed iterum stilo mutato J.* h) Item—Cremone *signo* # *addito in margine apposita J.*

(XI) Item quod syndici et procuratores supradicti procuratorio nomine quo supra pacem huiusmodi pacis intervenientibus osculis et predicta omnia et singula exnunc acceptent, approbent et emologent et a suis secacibus et fautoribus curent et faciant pro viribus observari.

5 (2) Hec[i] autem, ut premititur, dictus dominus rex super discordiis predictorum ad presens pronunciavit et statuit, retenta videlicet et reservata sibi omnimoda potestate, ea omnia et singula interpretandi, declarandi, supplendi et corrigendi et super aliis pronunciandi et statuendi, ubi, quando et quotiens videbitur expedire.

(3) Qui quidem sindici et procuratores predicti nominibus quibus supra unanimiter et 10 concorditer, audita et intellecta supradicta dicti domini regis sententia, ipsam et omnia eius capitula sponte et gratanter acceptaverunt, approbaverunt et emologaverunt. Promitentes sibi ad invicem nominibus quibus supra ac dicto domino regi per pacta expressa et sub obligatione omnium bonorum suorum et predictorum dominorum suorum, quorum sunt procuratores, et predicti comunis Cremone et in pena et sub pena predicta, 15 supradicta universa et singula attendere facere et complere et ad sancta Dei euangelia corporaliter tacta in animas suas et predictorum dominorum suorum iuraverunt. Comdonantes et remitentes sibi invicem omnes iniurias, restitutiones et emendas predictas, sese in signum pacis invicem osculantes.

Ribaldinus[k] de Avenariis civis Cremone syndicus et procurator comunis et populi 20 civitatis Cremone.

535—541. SCRIPTA AD INFEUDATIONES SPECTANTIA.

1311. Ian. 8. — Apr. 2.

535. *INFEUDATIO EPISCOPORUM.* *Ian. 8.*

25 *Imbreviaturam proponimus ex* J *Libro imbreviaturarum Bernardi de Mercato, de quo v. supra ad nr. 468—476, fol. 22. Ubi rubrum:* De fidelitate episcoporum Com. Aquen. Brissien. *Edidit Doenniges l. c. I, 27 nr. 37.* *(P. deest.)*

Anno et indit. quibus supra, die VIII. mensis Ian., in domo episcopali, presentibus dominis Treverensi et Medyolanensi archiepiscopis, Leodiensi[a] et Pergamensi epi-30 scopis, dominis Walerano, Henrico de Flandria, Andrea de Garretis, Berardo Layolii, Henrico de Geldonia et pluribus aliis t(estibus) etc. Frater Leo episcopus Comanus, dominus Odo episcopus Aquensis, dominus Fredericus episcopus Brissiensis fuerunt investiti per ceptrum regale ut supra et fecerunt[b] fidelitatem et iuramentum fidelitatis prestiterunt ut supra.

35 ### 536. *INFEUDATIO ABBATIS DE CLAVATE.* *Ian. 12.*

Item ex J *fol. 25, ubi rubrum desideratur. Edidit Doenniges l. c. I, 31 nr. 46.* *(P. deest.)*

534. i) *abhinc manu Leopardi scripta J.* k) *reliqua manu Bernardi addita J.*

535. a) *sequitur* brissieñ *deletum J.* b) *sequitur* et prest *deletum J.*

Anno et indict. quibus supra, die XII. mensis Ian., in camera domini, presentibus episcopis Leodiensi et Tridentino et domino Salvio. Dominus Barthol(omeus) abbas monasterii de Clavate[1] Mediolanensis dyocesis fuit investitus ut supra et fecit fidelitatem ut supra et fuit receptus in gratiam domini secundum privilegia sua.

537. *INFEUDATIO IOHANNIS DE CABILONE. Ian. 16.*

Item ex J *fol. 27, ubi rubrum:* De fidelitate domini Iohannis de Scabilone. *Edidit Doenniges l. c. I, 34 nr. 60.* *(P. deest.)*

Anno et indic. quibus supra, die XVI. mensis Ian., in civitate Medyolani in palatio veteri comunis Medyolani in camera domini regis, presentibus dominis archiepiscopo Treverensi, episcopo Leodiensi, Parmensi, domino Waleramo, comite Sabaudie, Hugone et Guydone Delphini fratribus, Henrico de Flandria, domino Henrico de Spanem preposito Traciatensi, domino A. de Vilariis et pluribus aliis t(estibus) etc. Dominus Iohannes de Scabilone dominus de Arlay confessus fuit sollempniter et publice recognovit, se tenere in feudum a domino rege gardiam monasterii Sancti Eugendi et illorum bonorum[a] dicti monasterii, que sunt in garda ipsius domini Iohannis[2]. Item feudum domini Rod(ulphi) de Novo Castro, quod habet ex dono domini regis Alamanie condam[3]. Item pedagia de Jogni et alia pedagia, que tenere consuevit ab imperio sive a Romanorum regibus[4]. Item monetam suam seu monetas olym sibi concessas a Romanorum regibus[5]. Et pro hiis confitetur se esse et esse debere hominem ligium et vassalum ipsius domini regis. Et fuit investitus de predictis ut supra et iuravit et fecit fidelitatem ut supra.

538. *INFEUDATIO CASTONI DE TURRE. Ian. 21.*

Item ex J *fol. 28, ubi rubrum desideratur. Edidit Doenniges l. c. I, 35 nr. 63.* *(P. deest.)*

Anno et loco quibus supra, die XXI. Ian., presentibus archiepiscopo Treverensi, episcopis Leodiensi, Parmensi, Astensi, Tridentino, comite Sabaudie et domino Waleramo et aliis etc. Dominus rex restituit archiepiscopo Medyolanensi non tamquam archiepiscopo sed tamquam Castrono de Turre possessionem turris de Trez tenendam per ipsum, quousque cognitum fuerit de iure alterius. Sub tali protestatione, quod ipsa possessio non preiudicet vel deroget iuri ipsius domini regis vel alterius persone cuiuscunque. Qui archiepiscopus promisit ipsam turrim restituere, cognito de iure alterius, ad mandatum et voluntatem ipsius domini regis.

539. *INFEUDATIO DOMINORUM. Mart. 5.*

Proponimus imbreviaturam e Registro Leopardi Frenetti, de quo v. supra ad nr. 470, fol. 26. Rubrum sic margini inscriptum est: Feudum novum concessum domino Iohanni de Lucinis et Franchino Rusche de Cumis. *Edidit etiam Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 171 nr. 106.* *(P. deest.)*

Serenissimus princeps dominus Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus concessit in feudum nobilibus viris domino Iohanni de Lucinis de Cumis militi

1) *Transsumtum privilegii Friderici I. a. 1162. Apr. 27. eodem monasterio concessi (Stumpf 3941) saec. XIV. in. scriptum, quod certe illis diebus cancellariae regis porrigebatur, inter reliquias archivi Heinrici VII. adhuc superest Pisis in tabulario capituli maioris ecclesiae nr. 534 signatum.* 2) *Cf. Reg. imp. VI, 2189.* 3) *Ibid. 2464.* 4) *Supra tom. III, 653 sq. nr. 666 et 667.* 5) *Reg. imp. VI, 2463; cf. etiam 'Neues Archiv' XXVII, 705 nr. 6.*

537. a) *sequitur deletum* q̄ sūt *J.*

filio condam domini Lucterii et Franchino Rusche filio domini Petri Rusche de Cumis, videlicet cuique eorum, redditus annuos ducentarum librarum imperialium annis singulis de regalibus ipsius domini regis in civitatem et dioc(esim) Cumarum colligendos toto tempore vite ipsorum tantum. Ita quod redditus huiusmodi ab ipso domino rege et 5 imperio in feudum teneant et se tenere modis debitis fideliter rocognoscant. De quo feudo ipse dominus rex per baculum unum, quem in manu tenebat, eos ut predicitur corporaliter investivit. Qui dominus Iohannes et Franchinus fecerunt fidelitatem et prestiterunt sacramentum fidelitatis ut supra dicto domino regi.

Actum est hoc Mediolani in palatio veteri comunis Mediolani, in quo moratur 10 ipse dominus rex, in cammera ipsius domini regis, presentibus etc. testibus ad hec vocatis et rogatis, anno Domini a nativitate eius MCCCXI, indictione VIIII, die quinta mensis Martii, regni vero ipsius domini regis anno tertio.

540. *PROCURATORIUM COMITUM DE LOMELLO.* *Mart. 6.*

Denuo inspeximus autographon Pisis in tabulario Roncioniano nr. 713 asservatum. 15 *Edidit Bonaini l. c. I, 171 nr. 107. In verso leguntur manu Bernardi de Mercato scripta:* Procuratorium comitum de Lomello, *itemque mutato ductu:* Reg. per Io.[1]

Cf. syndicatum aliorum comitum de Lomello a. 1311. Ian. 9 datum apud Doenniges 'Acta Henrici VII.' II, 130 nr. 11. *(P. deest.)*

(S. N.) Anno a nativitate Domini millesimo tricentesimo undecimo, indicione nona, 20 die Sabati sexsto mensis Marcii, in loco Nicorvi, dominus comes Iacobus et Thomas et Mapheus de Nicorvo comites palatini de Lomello, omnes simul et quilibet ipsorum in solidum, constituerunt et ordinaverunt dominum comitem Antonium de Langrio et dominum comitem Gydacium de Sparoaria[a], omnes comites palatinos de Lomello et quemlibet ipsorum in solidum, suos nuncios, procuratores et quicquid melius esse pos- 25 sunt, ita quod ocupantis non sit melior condicio, et ubi unus dimisserit alter suplere possit, ad recipiendum investituram et confirmacionem et reconciliacionem a patri gloriosissimo domino Henricho Dey gratia imperatori Romanorum et semper agusto ac imperio, et ad faciendum dicto domino imperatori fidelitatem, et ad iurandum pro eis domino Iacobo, Thoma et Mapheo in animas ipsorum ipsam fidelitatem ipsi domino 30 imperatori, et stare et attendere et obbedire mandatis ipsius domini imperatoris, et ad faciendum in totum, id quod ipsi dominus Iacobus et Thomas et Mapheus facere possent, acsi presentes adessent. Et quicquid fecerint in predictis et occaxione predictorum, totum ratum, gratum ac firmum omni tempore tenere et habere promisserunt ipsi et quilibet ipsorum in solidum. Promitendo michi notario infrascripto, recipienti nomine 35 et vice predicti domini imperatoris et aliorum, quorum interest vel interesse posset, predicta omnia actendere et observare et iudicatum solvi, relevando ipsos procuratores et quemlibet ipsorum in solidum ab omni honere et satisdacione, sub ypothecha rerum suarum et bonorum suorum et cuiuslibet[b] ipsorum, renunciando epistole divi Adriani[2] et nove constitucioni[3], quibus[c] dicitur, quod veniens ex reis conveniatur in solidum, 40 donec alteri sint presentes, et omni alii iuri ad mandatum unius sapientis. Et inde hanc cartam dicti omnes fieri iusserunt.

Interfuerunt Gyrardus Rubeus, Andreas Buzius et Iohannes qui dicitur Chara Pasca de Nicorvo inde testes.

(S. N.) Ego Michael Portus notarius hanc cartam michi fieri iussam tradidi et scripsi.

45 **540.** a) Sparoana? *or.* b) quilibet *or.* c) quorum? *or.*

1) *Male legit Bonaini:* Registratum Papie. 2) *Dig. 46, 1, 26; Cod. 4, 18, 3; cf. Dig. 46, 1, 10 pr. E. SECKEL.* 3) *Nov. 99; cf. authenticam 'Hoc ita' Cod. 8, 39 et glossam:* alter ergo praesens convenitur in solidum, altero absente. *E. SECKEL.*

541. *PRIVILEGIUM REGIS PRO COMITIBUS DE LOMELLO. Apr. 2.*

Repetimus editionem, quae parata est apud Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 251 nr. 396 ad exemplar, quod iam olim J. Ficker e libro quodam typis impresso descripserat; v. ibidem. Hic illic correximus. — Böhmer, Reg. Heinr. 379.

(P. deest.) 5

Nos Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum volumus notitiam pervenire, quod accedentes ad nostre maiestatis presentiam nobiles viri Guidatius de Sparogaria et Mattheus de Nicorvo comites palatini de Lomello, suo et procuratorio nomine Philipponi et Thome de Languscho, Federici et Giuliani de Sparogaria, Bonifacii et Uberti de Ceretto, Uberti de Sancta Maria, Alberti, Ruffini, Ianoni 10 de Gambarana et Henrici patris Ianonis, Ricardi de Sparogaria, Ruffini, Bonifacii, Galvagni, Galexii, Fulvi et Ricardi de Medde, Thome de Bremide, Philippi de Rosasco, Storis de Langusco, Henrici de Sancto Angelo, Iacobi, Thome, Manfredi de Nicorvo, Opicini de Gambarana filii quondam Ottobonis de Gambarana, recognoscentes suo et procuratorio nomine predictorum omnium comitum palatinorum de Lomello fodra sua, 15 videlicet honorem et districtum cum mero et mixto imperio et iurisdictione Sparogarie ac territorium et districtum eiusdem, pedagia tam per terram quam per aquam, tholonea, portus cum reditibus eorum, piscationes, alvea fluminum et eorum rippas, insulas, moltas, glareas presentes et futuras, paleficationes molendinorum, ductus aquarum, rippatica, alluviones, honores hominum et omnia regalia in ipso loco et eius territorio et partibus 20 circumstantibus existentia et existentes a confinibus Bassignane usque ad confinia Gallie seu Malvetii ab utraque rippa fluminis Paudi infra predictos confines, cuiuscunque territorii sit, medietatem castri seu honoris districtus loci et territorii de Zibide cum medietate advocatie dicti loci ecclesie et omnia alia regalia, que ipsi habent in ipso loco, item honorem et districtum ac merum et mixtum imperium Gambarane et iurisdictionem 25 Sancte Marie et Medde, Languschi, Nicorvi, Ceretti et eorum territorium seu infra confinia illorum et pedagia tam per terram quam per aquam, tholonea, portus cum redditibus eorum, piscationes, alvea fluminum, glareas, moltas et insulas presentes et futuras, paleficationes molendinorum, rippatica, alluviones, honores hominum et alia regalia omnia in ipsis locis et eorum territoriis et confinibus existentes et existentia et 30 pertinentes regali iuri in predictis locis et territoriis et eorum confinibus, auri levamen in flumine[a] Pa[u]di infra flumen Paudi a buca Tanagri usque ad bucam Agonie et in aliis fluminibus, item honorem portandi ensem domini imperatoris per Lombardiam et ius constituendi iudices ordinarios seu tabelliones per totum Romanum imperium ac etiam legiptimandi et ad legiptimationem trahendi omnes spurios, bastardos et quoslibet alios 35 natos et nascituros ex incestuoso coitu et tam ex personis ecclesiasticis et religiosis quam secularibus natos et nascituros, procreatos et genitos, item Guidatius de Sparogaria recognoscens ut[b] comes palatinus de Lomello, se et suo nomine et procuratorio fratrum suorum comune Sale et vassallos suos de Cario [et][c] de Castronovo, item quartam partem piscarie et pedagiorum et tholoneorum de Gallia in flumine Paudi a 40 Monte Ferrarie usque ad summitatem Montis Albini a nobis et imperio tenere, nobis humiliter supplicavit, quatinus ipsis suo et procuratorio nomine predictorum comitum de Lomello de feudis huiusmodi investire de benignitate regia dignaremur. Devotis igitur et instantivis[d] ipsorum precibus favorabiliter annuentes et disponentes unicuique tribuere quod est suum, prefatos Guidatium et Matheum suo et procuratorio nomine 45 prefatorum de Lomello de iustis et antiquis feudis, que tenent et habere debent, investimus de regie plenitudine potestatis, salvo iure imperii et quorumlibet aliorum,

541. a) *sic ed.* b) et *ed.* c) *deest ed.* d) instantiis *ed.*

recepto ab eis[e] suo et memoratorum comitum palatinorum de Lomello nomine fidelitatis debite sacramento. Presentium testimonio litterarum nostre maiestatis sigillo signatarum.

Dat. Mediolani, quarto Nonas Aprilis, anno Domini millesimo tricentesimo un-
5 decimo, regni vero nostri anno tertio.

542—545. REFORMATIO CIVITATIS REGINAE.

1311. Ian. (10.)—14.

542. *PETITIO CIVITATIS.* *(Ian. 10).*

Repetimus editionem, quam ex autographo Pisis in tabulario Roncioniano nr. 609
10 *asservato et partim valde corroso paravit Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 123 nr. 85. In verso scriptum est:* Forma ambaxiate ambaxiatorum Regii. *Pauca tantum supplere licuit.*

Tempus diffinitur ex eo, quod syndicatus civitatis (Doenniges 'Acta Henrici VII.' II, 130 nr. 12) die 10. m. Ian. datus est. *(P. deest.)*

Hec est forma ambaxiate, quam ad dominum Romanorum regem et serenissimum
15 imperatorem et eius curiam facere debent ambaxiatores et syndici civitatis Regii, comunis et hominum dicte civitatis.

1. In primis exponant, quod civitas et comune Regii singulariter et universaliter pergaudent de felicissimo adventu et omni imperio ipsius domini regis tamquam veri et naturalis domini a Deo et a lege comuni dati pro defensione et gubernatione totius
20 christianitatis et maxime provincie Lombardie, in qua magis expedit.

2. Item exponant se promptos et paratos tamquam fideles et fidelisimos ipsius domini imperatoris et imperii ad audiendum et intelligendum eius salubria mandata et ad obediendum eidem, sicut tenentur et debent.

3. Item excusationem proponant coram ipso domino imperatori, si non ita celle-
25 riter occurrerunt, ut debuerunt, cum postquam dicti domini imperatoris ambaxiatores venerunt ad civitatem Regii, quod fuit die ultima mensis Iulii proxime preteriti[1], civitates Mantue et Verone confines civitatis Regii et maxime dominus Raynaldus et alii de domo de Bonacursiis de Mantua, presidentes et tyrannizantes in civitate Mantue, et dominus Albuynus de la Scala et alii de domo de la Scala, presidentes et tyranni-
30 zantes in civitate Verone, et ipsi Mantuani et Veronenses cum sequacibus et complicibus suis et cum bampnitis et condempnatis comunis Regii, qui etiam de dicto mense Iulii proxime preterito occiderunt domicellum seu familiarem ipsius domini imperatoris in publico itinere, occupaverunt proditorie et violenter castrum et terram de Novis, terram propriam ipsius civitatis et episcopatus Regii et que tenebatur et possidebatur per
35 ipsum comune et episcopum Regii. Ac etiam ipsi hiidem Mantuani et Veronenses et supradicti eorum tyranni cum dictis eorum complicibus necnon cum supradictis bampnitis et condempnatis comunis Regii contra mandatum expressum ipsius domini imperatoris seu legatorum ipsius guerram de novo moverunt et fecerunt et fatiunt contra ipsum comune et homines civitatis Regii capiendo, derobando, depredando et occidendo
40 homines et personas civitatis et districtus Regii et alios quoscunque per itinera publica commeantes, sicut bene novit familia ipsius domini imperatoris, ex quibus, ut supra

1310. Iul. 31.

541. e) *loco* ab eis *ed.* ad eos.

1) *Cf. supra nr. 379 cap. 26.*

dictum est, unum spoliaverunt bonis suis et morti tradiderunt, ac etiam igne concremando domos, monasteria et edes sacras, et ceteros, cuiuscumque gradus et conditionis existant, existentes et habitantes in districtu Regii et ipsos homines civitatis et districtus Regii dicto modo a dicto tempore citra dampnificaverunt ultra quantitatem centum milia marcarum argenti et tanto conflictui civitatem ipsam et eius districtum submiserunt, quod vix habent, unde se substentare possunt. 5

4. Item exponant, quod civitas et comune Regii se omnifarie offerunt ad honorem et reverentiam et subiectionem, ad quam tenentur et debent, ipsi domino imperatori.

5. Item supplicent et petendo implorent a predicta imperatoria maiestate, quod ipse dominus imperator, cuius interest, immediate faciat ac precipiat domino Raynaldo 10 predicto et aliis de Bonacursiis et hominibus et comuni Mantue, ut castrum Razoli cum territorio Brugneti et suis pertinentiis, hedificatum et constructum per comune Regii super territorio ipsius comunis Regii et possessum in perpetuum per ipsos Reginos a pauco tempore retro, quod idem dominus Raynaldus et comune et homines Mantue, qui dictum castrum cum suo territorio et pertinentiis furtim . . . . a pauco 15 tempore citra de fortia et virtute comunis Regii [contra] . . . et paces aliarum pluribus vicibus inter ipsa comunia factas et fran . . . . . paces, reve . . . . in fortia et virtute comunis Regii, et quod in[terim dictus dominus] Raynaldus et comune et homines de Mantua nullam fatiant nec fieri permictant . . . . . novitatem aliquatenus [in castro supradicto] et territorio ipsius castri nec in territorio 20 [civitatis et] comunis Regii, sub pena et in pena imponenda per ipsum dominum imperatorem . . . . . reddant et restituant predictis supradictum aliud castrum de Novis et reddi et restitui [fatiant a] bampnitis comunis Regii, quibus ipsum dederunt et quos fovent [1].

6. Item similiter suplicent ipsi domino imperatori, quod placeat ei precipere seu 25 precipi facere dicto domino Raynaldo et aliis de domo de Bonacursiis et suis sequacibus et comuni et hominibus Mantue, ut territorium totum, quod est a flumine Zarie citra versus Regium, quod tenuerunt et occupaverunt ipsi dominus Raynaldus, comune et homines Mantue contra dictas paces et per vim prohibuerunt et prohibent comune Regii tenere et possidere, reddant et restituant comuni et episcopo civitatis Regii tan- 30 quam veris et legittimis dominis et possessoribus territorii sui predicti, sub ea pena interveniente, que videbitur ipsi domino imperatori. Et quod interim in predicto territorio dictus dominus Raynaldus, homines et comune Mantue nullam fatiant nec permictant fieri novitatem.

7. Item suplicent dicto domino imperatori, quod ei placeat precipere et precipi 35 facere dictis Mantuanis et quibuscumque suis complicibus et sequacibus ac etiam illis de Sexo bampnitis et pacis fractoribus comunis et civitatis Regii, quod aliquam guerram non faciant nec fieri permictant contra ipsos Reginos vel aliquas personas in territorio Regino. Et quod placeat ipsi domino imperatori procedere contra predictos Mantuanos et eorum complices et sequaces ac etiam illos de Sexo ad exactionem penarum, in 40 quibus inciderunt veniendo et faciendo contra mandata ipsius domini imperatoris et suorum legatorum. Et insuper placeat eidem domino imperatori mictere aliquem suum specialem nuntium, qui inhibeat predictis de Mantua et aliis suprascriptis, ne ullam guerram vel predam vel incendium faciant in aliqua parte districtus Regii et quod eisdem precipiatur, quod castra et terras districtus Regii per eos occupatas et invasas 45 restituant Reginis.

8. Et circa predicta dicant et esponant ea que congrua, utilia et necessaria videbuntur predictis ambaxatoribus, dum tamen non mutent aliquid de substantia predictorum vel preter vel ultra substantiam predictorum aliquid dicant.

1) *Cf. infra nr. 543.* 50

543. *MANDATUM REGIS CAPITANEO MANTUANO DIRECTUM. Ian. 12.*

Denuo contulimus autographon, quod Mantuae asservatur in tabulario regio 'E. II. 1' signatum. Sigilli dorso impressi vestigia adsunt. In cancellaria regis, sed negligenter scriptum est. Edidit Böhmer 'Acta imperii selecta' pag. 436 nr. 625. Cf. supra nr. 542
5 *cap. 3 et 5. — Böhmer, Reg. Heinr. 356.* *(P. deest.)*

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus nobili viro Rainaldo de Bonacolsis capitaneo Mantuano fideli suo dilecto graciam suam et omne bonum.

Conquestus est nobis venerabilis Heinricus episcopus Reginus princeps noster dilectus, quod tu hoc anno ad castrum de Novis Regine dyocesis ad ecclesiam Reginam
10 pleno iure pertinens, quod idem episcopus pacifice possidebat, fultus multitudine armatorum accedens et castrum ipsum violenter expugnans, illud cum rebus omnibus dicti episcopi et vassallorum suorum, que ibidem erant, eiecta inde ipsius episcopi familia, temere occupasti et adhuc retines occupatum in nostre maiestatis contemptum ac eiusdem episcopi et ecclesie sue gravem iniuriam et iacturam. Quocirca fidelitatem tuam
15 monemus, tibi nichilominus per regia scripta mandamus[a], quatinus si ita est, infra octo dierum terminum perhemptorium a recepcione presentium computandum castrum iam dictum memorato episcopo plene ac libere restituere ac ei de dampnis per te vel tuos in ipsius occupacione et detencione illatis competenter satisfacere non postponas. Vel si forsitan ad hec teneri non credis, decima die ab eadem receptione numeranda per
20 te vel per procuratorem ydoneum compareas perhemptorie coram nobis, facturus[b] et recepturus super hiis, quid ordo dictaverit racionis.

Dat. Mediolani, II. Idus Ianuar., anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, regni vero nostri anno tercio.

544. *HOMAGIUM CIVITATIS. Ian. 14.*

25 *Proponimus ex* J *Libro imbreviaturarum Bernardi de Mercato, de quo v. supra ad nr. 468—476, fol. 26. Est rubrum:* De fidelitate intrinsecorum et extrinsecorum de Regio. *Edidit Doenniges l. c. 1, 32 nr. 54.* *(P. deest.)*

Anno, indic. et loco quibus supra, die XIIII. mensis Ian., presentibus dominis Baldwyno archiepiscopo Treverensi, Castrone archiepiscopo Medyolanensi, Papi[ni]ano
30 episcopo Palmensi, Theobaldo episcopo Leodiensi, A(medeo) comite Sabaudie, Morvello marchione Malespine, Hugucione episcopo Novariensi, Henrico de Geldonia, Alberto de Fologosis de Plasentia et Symone de Colubyano t(estibus) ad premissa vocatis etc. Discreti viri domini Bonifacius de Canossa, Girardinus de Tripoli de Robertis, Guydo[a] de Aginulfis et magister P(etrus) Alberti, syndici et procuratores civitatis, comunis et
35 populi Regii, syndicario et procuratorio nomine pro ipsis ex una parte, et Bonefacius de Ravanis civis Reginus, syndicus et procurator omnium et singulorum civium dicte civitatis de parte extrinseca, que dicitur pars imperii, de ipsa civitate eiectorum, procuratorio nomine pro ipsis et pro suis fautoribus et coadiutoribus et sibi adherentibus ex parte altera, ipsi syndici et procuratores nominibus quibus supra recognoverunt,
40 serenissimum dominum H(enricum) Dei gratia Romanorum regem semper augustum suum et dicte civitatis et totius districtus eius esse verum, legitimum et precipuum dominum, offerentes ei ipsam civitatem, cives et districtum eius et eorum merum et mixtum imperium et omnimodam iurisdictionem etc. ut supra et fidelitatem et iuramentum fidelitatis prestiterunt etc. ut supra.

45 **543.** a) *sic or.* b) fracturus *or.*

544. a) guydone *J.*

545. *ARBITRIUM PACIS. Ian. 14.*

Denuo inspeximus autographon, quod servatur Taurini in tabulario regio 'Diplomi imperiali Mazzo 3 nr. 7'. Edidit Doenniges l. c. II, 134 nr. 14.

Imbreviaturam, quae item superest in J *fol. 26, sub asteriseo adnotavimus. Est ibi rubrum:* De pace civitatis Regii *(= Doenniges l. c. I, 33 nr. 55). (P. deest.)* 5

In nomine Regis pacifici amen.

(1) Anno* a nativitate eiusdem millesimo tricentesimo undecimo, inditione nona, die quartadecima mensis Ianuarii, pontificatus domini Clementis pape quinti anno sexto et regni serenissimi domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti anno tercio. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat presentibus et futuris, 10 quod constitutis personaliter et specialiter propter ea que secuntur in presentia maiestatis supradicti domini regis discretis viris dominis Bonifacio de Canossa, Girardino de Tripoli de Robertis, Guydone de Aginulfis et magistro Petro Alberti syndicis[a] et procuratoribus civitatis, comunis et populi Regzii syndicario et procuratorio nomine pro ipsis ex una parte ac Bonefacio de Ravanis cive Regzino syndico et procuratore 15 omnium et singulorum civium dicte civitatis de parte extrinseca, que dicitur pars imperii, de ipsa civitate eiectorum, procuratorio nomine pro ipsis et pro suis fautoribus et coadiutoribus et sibi adherentibus ex parte altera, idem dominus rex remediis invigilans subditorum et regali providentia cupiens fideles suos cives civitatis Regzie dyucius invicem dissidentes et in duas partes divisos ad concordiam revocare, super discordiis et 20 inimiciciis, presentibus syndicis et procuratoribus supradictis, tam ex regia auctoritate quam ex potestate in eum per ipsos syndicos nominibus quibus supra collata pronunciavit et statuit, prout inferius continetur:

(2) (I) In primis quod inter omnes cives predictos et partes predictas et eorum secaces et sibi adherentes sint et vigeant de cetero vera et perpetua pax et unitas, 25 amputatis et depositis hinc inde quibuslibet dissidiis, rancoribus et odiorum fomitibus et cessantibus verbis et actibus parcialibus quibuscunque.

(II) Item quod iidem cives invicem sibi condonent et remitant omnes iniurias et offensas hactenus alterutrum in personis vel rebus illatas et quamlibet emendam et restitutionem eis huiusmodi iniuriarum et offensarum occasione debitam. A quibus 30 nichilhominus omnibus idem dominus rex auctoritate et potestate predictis exnunc omnes et singulos ipsorum absolvit et liberat perpetuo.

(III) Item quod illi ex memoratis civibus, qui exulabant a civitate predicta occasione predicte discordie, exnunc revertantur ad bona et iura propria eaque recipiant et habeant et eis gaudeant plene et libere sicut prius sine contradictione cuius- 35 cunque, ad que nichilhominus idem dominus rex eos exnunc restituit et vult et decernit pro restitutis haberi. Ita etiam quod nemini ipsorum in bonis et iuribus suis predictis quevis obsistat prescriptio a tempore, quo civitatem exiverunt predictam.

(IV) Item quod nulus eorum vel sibi adherentium bona vel iura occupet alterius aut revertatur ad bona alterius aliqua nisi ad sua propria neque etiam detineat bona 40

*) *Imbreviatura haec verba praebet:* Anno die et loco quibus supra, coram eisdem[1] t(estibus) serenissimus dominus H(enricus) Dei gratia Romanorum rex semper augustus ordinavit, statuit et pronunciavit pacem in omnibus capitulis et per omnia inter cives Regii, sicut continetur in pace Medyolani[2], cum clausula declarationis subsequenti 'salvo quod pena est trecentarum librarum auri tantum'[3], et hoc addito[4] quod incarcerati relaxentur et quod vicarius deffiniat 45 causam, si controversia fuerit de hereditatibus recuperandis[b], infra unum mensem. *J.*

545. a) syncidicis *or.* b) recuperanda *J.*

1) *V. supra nr. 544.* 2) *Supra nr. 509.* 3) *Cap. 2 VI.* 4) *Additamenta haec in nr. 545 non inveniuntur.*

alterius, ymo detenta et occupata per eum sine contradictione qualibet dimitat illi persone cuius sunt. Quod si de dictis bonis aut iuribus controversia vel resistentia aliqua fuerit, recurat petitor ad vicarium civitatis, qui vocato adversario audiat et diffiniat causam eorum super possessorio vel petitorio, prout actor voluerit eligere, sine strepitu
5 et figura iudicii infra unum mensem post datam petitionem reo, et puniat actorem subcombentem in restitutione expensarum littis facienda reo. Reum vero iniuste resistentem seu contradicentem pena centum librarum imperialium pro qualibet die, qua detinuerit rem petitam a die facte coram eo super ipsa re petitionis, puniat.

(V) Item relaxavit omnia banna, quibus supositi forent hactenus a dicto tem-
10 pore citra cives predicti, qui exulabant a civitate predicta, sive pro contumacia sive pro offensa magna vel parva vel alia quacunque de causa, omnesque collectas, tallias et fodra quocunque modo imposita remisit eisdem. Absolvens eos a predictis omnibus et a penis et mulctis, quas huiusmodi occasionibus incurissent, et quibuslibet condempnationibus et penis propter hoc latis vel statutis in eos.

15 (VI) Item quod omnes cives predicti hanc pacem et suprascripta omnia et singula observent et faciant cum effectu sub debito prestitorum a partibus iuramentorum et sub pena indignationis ipsius domini regis ac trecentum librarum puri auri, quotiens contra fieret in singulis capitulis, commitenda et exigenda a secus facientibus, complicibus et fautoribus eorundem. Cuius pene medietas camere dicti domini regis et
20 alia medietas parti obtemperanti et observanti predicta aplicentur.

(VII) Item quod predicti syndici nominibus quibus supra pacem huiusmodi pacis intervenientibus osculis et predicta omnia et singula exnunc acceptent, approbent et emologent et a suis secacibus et fautoribus curent et faciant pro viribus observari.

(3) Hec autem ut premititur dictus dominus rex super discordiis predictorum ad
25 presens pronunciavit et statuit, retempta videlicet et reservata sibi omnimoda potestate, ea omnia et singula interpretandi, declarandi, suplendi et corrigendi et super aliis pronunciandi et statuendi, ubi, quando et quociens viderit expedire. Qui quidem syndici et procuratores predicti nominibus quibus supra unanimiter et concorditer, audita et intellecta suprascripta dicti domini regis sententia, ipsam et omnia eius capitula sponte
30 et gratanter acceptaverunt, approbaverunt et emologaverunt. Promitentes sibi invicem nominibus quibus supra ac dicto domino regi per pacta expressa et sub obligatione omnium bonorum suorum et predictorum dominorum suorum, quorum sunt procuratores, in pena et sub pena predicta, supradicta universa et singula attendere facere et complere et ad sancti Dei euangelia corporaliter tacta in animas suas et predictorum
35 dominorum suorum iuraverunt. Condonantes sibi et remitentes invicem omnes iniurias, restitutiones et emendas predictas, sese in signum pacis invicem osculantes.

(4) Precipiens idem dominus rex nobis Bernardo et Leopardo notariis suis infrascriptis, ut de predictis faciamus publica instrumenta.

Acta sunt hec in civitate Medyolani in palacio veteri comunis Mediolanensis, in
40 camera dicti domini regis, presentibus dominis Baldwino archiepiscopo Treverensi, Castrono archiepiscopo Medyolanensi, Papiniano episcopo Parmensi, Theobaldo episcopo Leodiensi, Amedeo comite Sabaudie, Morvello marchyone Malespine, Hugucione episcopo Novariensi, Henrico de Geldonia, Alberto de Fulgosis de Placentia et Symone de Colubiano testibus ad premissa vocatis et rogatis.

45 (S. N.) Ego autem Bernardus de Mercato de Yenna Bellicensis diocesis sacrosancte Romane ecclesie ac sacri imperii auctoritate publicus notarius universis et singulis suprascriptis una cum magistro Leopardo notario infrascripto presens fui et hanc cartam manu propria scripsi signoque meo consueto signavi feliciter rogatus.

(S. N.) Ego[b] Leopardus filius condam Frenecti notarii de Sancto Pietro de Pisis imperiali auctoritate iudex ordinarius atque notarius universis et singulis suprascriptis una cum predicto magistro Bernardo notario presens fui et huic instrumento manu dicti magistri Bernardi confecto me subscripsi et ipsum meo signo consueto signavi.

---

546. 547. REFORMATIO CIVITATIS PLACENTINAE.

1311. Ian. 11.—Febr. 21.

546. *ARBITRIUM PACIS. Ian. 11.*

Proponimus imbreviaturam ex J *Libro imbreviaturarum Bernardi de Mercato, de quo v. supra ad nr. 468—476, fol. 25. Est rubrum:* De pace Placentie. *Edidit Doenniges l. c. I, 31 nr. 50.* *(P. deest.)*

Anno et indic. quibus supra, die XI. Ianuar., in civitate Medyolani in domo archiepiscopali, in camera domini regis, presentibus dominis Balduyno archiepiscopo Treverensi, Theobaldo episcopo Leodiensi, Papia[ni]no episcopo Parmensi, A(medeo) comite Sabaudie, Henrico de Flandria, Morvello marchione Malespine, Pellario Quiolero, Ph. de Capiona, Iohanne Fasello, Banduchio Boncontis de Pisis, Palmerio de Altovitis et Salvio de Pelacano et Henrico de Geldonia t(estibus). Presentibus et convocatis propter hoc coram domino rege discretis viris Humberto Germano notario, syndico et procuratore comunis et populi civitatis Placentie, procuratorio nomine pro eis, et dominis Huberino de Lando, Lanceloto de Angussolis, Albertacio de Vicedominis, Oberto de Falgosis, Iacobo Gonfaronerio et Antholino Gonbello civibus dicte civitatis de parte intrinseca eorum et aliorum predictorum nomine ex una parte et nobili viro domino Alberto Scoto de Placentia predicta et exiticio civitatis predicte pro se et suo nomine et nomine aliorum extrinsecorum dicte civitatis et singulorum de parte sua et sibi adherentium ex altera, idem dominus rex remediis invigilans etc.[a].

547. *ORDINATIO PRO INTRINSECIS. Febr. 21.*

Item ex J *fol. 30, ubi rubrum:* pro intrinsecis Placentie. *Edidit Doenniges l. c. I, 38 nr. 73. Cf. iam supra pag. 447 not. 1.* *(P. deest.)*

Anno quo supra, die XXI. mensis Febr. Cum dominus rex in ordinatione et pronunciatione pacis, quam nuper composuit et ordinavit inter cives Placentie dyucius dissidentes et in duas partes divisos, quarum una intrinseca et alia extrinseca nuncupabatur, inter cetera statuerit et ordinaverit quandam clausulam, in qua relaxavit omnia banna, quibus suppositi forent usque ad diem pronunciationis dicte pacis cives predicti, qui exulabant a civitate predicta sive pro contumacia sive pro offensa magna vel parva vel alia quacunque de causa, omnesque collectas seu tallias quocunque modo impositas[a] remisit eisdem, absolvens eos a predictis omnibus et a penis et mulctis, quas huiusmodi

545. b) *alia manus or.*

546. a) *sic abbreviatum in J.*

547. a) qu. m. imp. *bis scriptum J.*

occasionibus incurrissent, et quibuslibet condempnationibus sententiis et penis propter hoc latis vel statutis in eos, et quod cives predicti, qui exulabant a dicta civitate, ut predicitur, extunc reverterentur ad bona et iura propria eaque reciperent et haberent et eis gauderent plene et libere sicut prius sine contradictione cuiusquam, ad que 5 nichilhominus idem dominus rex eos extunc restituit et decrevit pro restitutis haberi, ita etiam quod nemini ipsorum in bonis et iuribus suis predictis quevis obsistat prescriptio a tempore, quo civitatem exiverunt predictam, hinc est quod prefatus dominus rex cupiens et disponens equitatem in omnibus observare et dissensionis materiam inter subditos evitare, nunc de novo die predicta ex regia potestate et etiam ex auctoritate 10 et ballia in eum per dictos cives collatis supradicta omnia et singula, sicut ipsa prius ordinavit, pronunciavit, decrevit et statuit pro parte civium predictorum, qui exulabant a civitate predicta, ita nunc ordinat, pronunciat, decrevit et statuit pro intrinsecis civibus supradictis et pro omnibus et singulis civibus predictis de parte, que solet pars intrinseca nuncupari, et pro suis secacibus et fautoribus et sibi adherentibus et in favo- 15 rem eorundem. Relaxans eis et remitens omnia banna omnesque collectas et tallias supradictas et absolvens eos et quemlibet eorum a predictis omnibus et a penis et mulctis, condempnationibus et sentenciis predictis, sicut prius absolverat cives extrinsecos supradictos, restituensque eos et decernens pro restitutis haberi ad bona et iura sua propria, sicut per formam pacis predicte restituerat cives extrinsecos supradictos.

20 Actum Medyolani in domo archiepiscopali. Testes: episcopi Basiliensis et Tridentinus et dominus Albertus Fulgosi.

---

548. RELAXATIO PRO MARCHIONE MONTISFERRATI.

1311. Ian. 12.

25 *Proponimus ex* J *Libro imbreviaturarum Bernardi de Mercato, de quo v. supra ad nr. 468—476, fol. 25'. Est ibi rubrum:* De relaxatione facta marcquioni Montisferrati. *Edidit Doenniges l. c. I, 32 nr. 52.* *(P. deest.)*

Anno die et loco quibus supra. Pateat universis, quod cum vir nobilis Theodorus marchio Montisferrati promiserit domino regi servire ei et venire cum ipso ad 30 arma usque ad unum annum continuum inchoatum die, qua idem dominus rex nuper recessit de civitate Astensi[1] cum centum equitibus sufficienter armatis et montatis, ut constat per quoddam publicum instrumentum manu mei Bernardi notarii infrascripti confectum[2], hinc est quod ad suplicationem ipsius marchionis idem dominus rex de speciali gratia relaxavit eidem marchioni, quod ipse possit ire ad terram suam et ibi- 35 dem aut alibi ubi voluerit morari usque ad purificationem beate Marie virginis proxime venturam. Tali modo quod tunc ad ipsum dominum regem personaliter intersit paratus servire et associare ipsum dominum eodem modo quo promisit ut supra. Et[a] quod ipse marchio dictum tempus compleat in dicto servicio faciendo post finem anni predicti[a]. Febr. 2.

Actum in domo comunis Medyolani in camera domini regis, presentibus dominis 40 episcopo Leodiensi, Waleramo, Henrico de Flandria, Vyceo de Cocona[b].

548. a) Et—predicti *signo apponendi addito scripta post* Cocona *J.* b) *an* Coconato?

1) *A. 1310. Dec. 12.* 2) *Cf. supra nr. 483.*

549. COMMISSIO CAUSARUM IN CURIA REGIS AUDIENDARUM.

1311. Ian. 12.

Proponimus ex J Libro imbreviaturarum Bernardi de Mereato, de quo v. supra ad nr. 468—476, fol. 34; cf. supra ad nr. 525. Rubrum desideratur. Edidit Doenniges 5 *l. c. I, 43 nr. 78.* *(P. deest.)*

Anno et loco quibus supra, die XII. mensis Ianuar. Dominus rex commisit domino Salvio Pelacano de Parma iurisperito causam seu causas, quam vel quas dominus Guydo episcopus Astensis movet vel movere intendit contra quam plures vassallorum suorum coram curia ipsius domini regis, audiendas, examinandas et fine debito terminandas. 10

550—553. INSTITUTIO VICARII GENERALIS LOMBARDIAE.

1311. Ian. 14.—Febr. 8.

Cum scriptum Institutionis, quae paulo ante Ian. 14. emanavisse videtur, traditum non sit, proponimus Eneyelicam regis eivitatibus Lombardiae directam, Seripta quaedam 15 *syndieatus civitatum, Promissionem eivitatum et nobilium de subsidio solvendo.*

550. *ENCYCLICA REGIS. Ian. 14.*

Superest nonnisi exemplar Mantuanis direetum, cuius autographon adhue servatur Mantuae in tabulario regio 'B. I. 20' signatum. Denuo contulimus. In verso leguntur: Sapientibus viris . . vicario consilio et comuni in Mantua fidelibus nostris dilectis. 20 *Sigilli vestigia haud apparent. Edidit Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 249 nr. 393 itemque satis male Bonaini 'Aeta Henriei VII.' I, 127 nr. 87. — Böhmer, Reg. Heinr. 357.* *(P. deest.)*

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus sapientibus viris . . vicario, consilio et conmuni in Mantua, suis et imperii fidelibus dilectis, graciam suam 25 et omne bonum.

Inter alia, que per assumpti curam regiminis nostris humeris imminere conspicimus, ad hoc precipue nostre mentis aciem convertimus, quod populus Romano subiectus imperio in pacis pulcritudine consideat, securitatis et amplectende tranquillitatis sub nostro felici regimine graciam habiturus, specialiter autem, ut provincia 30 Lombardie, que simultatum ac discordiarum obfuscacione relicta presencie regalis sollercia nove lucis sydere reflorere cepit, ad perfectum quietis statum perveniat et ab errorum et fatigacionum preservetur incommodis, cum ad procurandum reipublice statum eidem abesse et ad alia loca convertere nos continget. Vias igitur et modos ad hoc oportunos affectantes exquirere, nuper . . archiepiscoporum, episcoporum[a], nobilium ac 35

550. a) *praecedit . . deletum or.*

civitatum, quos ob hoc ad regie serenitatis conspectus evocavimus, consilium duximus requirendum, qui matura deliberacione previa prefectum generalem seu vicarium fidelem, circumspectum, ydoneum et legalem[b], munitum armatorum comitiva decenti ad gubernandum nostro nomine memoratam Lombardie provinciam instituendum fore comuniter
5 persuaserunt. Disponentes itaque cum affectu benevolo tam providum ac racionabile consilium predictorum fidelium nostrorum et imperii, prout negocii requirit oportunitas, observare et salubriter adimplere, universitati vestre precipimus et mandamus, quatinus ad ordinandum, promittendum et assecurandum plenarie eidem prefecto seu vicario pro se et hominibus suis stipendium una cum aliis civitatibus iuxta proporcionem vos con-
10 tingentem[c] persolvendum et ad alia faciendum et adimplendum, que circa dictum negocium oportuna fuerint, aliquot ex vobis discretos pleno mandato suffultos in crastino Febr. 3. purificacionis beate Virginis proxime transmittere curetis ad nostre presenciam maiestatis, tam sufficientem[d] habentes auctoritatem, quod pro assecuracione stipendii premisso vicario suisque hominibus dandi ac aliis ad hoc oportunis iterato vos requirere
15 non contingat nuncios memoratos.

Dat. in Mediolano, XVIIII. Kalen. Februar., regni nostri anno tercio.

551. *SYNDICATUS CIVITATIS PAPIENSIS.* *Ian. 18.*

Denuo contulimus autographon, quod servatur Taurini in tabulario regio 'Diplomi imperiali Mazzo 3 nr. 6' signatum. In fine mutilum est. Edidit Doenniges 'Acta Hen-
20 *rici VII.' II, 136 nr. 15.* *(P. deest.)*

(S. N.) Anno a nativitate Domini millesimo tricentesimo undecimo, indicione nona, die Lune decimo octavo mensis Ianuarii. in Papia super palacio comunis civitatis ipsius congregato et coa[d]unato conscilio mille credendariorum seu decurionum civitatis predicte, in presencia nobilis viri domini Pelavecini marchionis Pelavecini vicarii serenissimi
25 domini Henrici Dei gratia Romanorum regis et semper augusti in Papia. Iam scripti credendarii consensu et affirmatione iam scripti domini vicarii et eius auctoritate prestita nomine et vice comunis Papie constituerunt, ordinaverunt et fecerunt discretum virum dominum Albertum de Codio iurisperitum et civem Papie eorum et dicti comunis Papie nuncium, syndicum, auctorem et procuratorem et quicquid melius esse potest ad com-
30 parendum et ad se presentandum nomine dicti comunis Papie coram serenissimo rege domino Henrico Dei gratia Romanorum rege et coram illustrissimo viro domino Amadeo comite Sabaldie et vicario generali predicti domini regis in Lombardia occasione talie sive impositionis faciende vel iam facte susscipiende de portione dicto comuni contingenti ex militibus impositis vel imponendis civitatibus, locis et terris Lombardie. Et
35 ad conscentiendum nomine dicti comunis Papie coram dictis dominis rege et eius vicario imposicioni talie ipsorum militum et ad ipsam imposicionem ratificandam seu ratam habendam et ad probandam. Et ad promitendum et obligandum se nomine dicti comunis Papie et ad alia gerenda et facienda, promitenda et stipulanda, que in predictis et circa predicta fuerint oportuna. Item et ad excusationes et deffensiones dicto comuni
40 Papie competentes proponendas, probandas et hostendendas coram dicto domino vicario iam scripti domini regis in Lombardia contra querelam factam de comuni Papie coram dicto domino comite Sabaldie per Petrum de Herbesio de Chamberi, occasione certorum billonum seu boçonorum, prout in ipsa querela dicitur contineri. Et ad presentandum et comparendum nomine dicti comunis Papie coram discreto viro domino Homine
45 de Peretulo preposito de Senalo doctore decretorum, causarum civilium aule dicti domini

550. b) *in loco raso or.* c) conting *in loco raso or.* d) tem *in loco raso or.*

regis generali cognitore et auditore, occasione citationis facte ex parte dicti domini auditoris ad petitionem Bondici de Bononia de ipso comuni Papie. Et ad deffendendum ipsum comune Papie in questione, quam ei movet vel movere intendit dictus Bondicus coram dicto domino auditore. Et generaliter ad omnia ea, que in predictis et circa predicta fuerint facienda pro parte comunis Papie. Item constituerunt eum sindicum generalem comunis Papie ad omnes causas, lites, questiones, quas dictum comune habet vel habere sperat coram dictis dominis rege vel eius vicario vel auditoribus eorum, quouscunque et cum quacunque persona vel universitate tam in agendo quam deffendendo, eo modo quod quicquid dictus sindicus nomine dicti comunis Papie gesserit et fecerit in agendo, deffendendo et[a. 1].

552. *SYNDICATUS CIVITATIS PARMENSIS. Ian. 25.*

Autographon eiusdem tabularii item signatum denuo contulimus. Edidit Doenniges l. c. II, 137 nr. 16[2]. *(P. deest.)*

In nomine Domini.

Millesimo trecentesimo undecimo, indictione nona, die vigessimo quinto Ianuarii.

Dominus Alexander de Tranghetinis potestas Parme, dominus Lariolus de Bellotis capitaneus, ançiani, conscilium seu cunsciliarii civitatis Parme ad sopnum campane more solito cungregati in pallacio veteri dicti comunis, omnes in comuni cuncorditer, volentes obedire litteris et mandatis serenissimi domini H(enrici) imperatoris, fecerunt, constituerunt atque creaverunt discretum virum Armaninum de Cabollis civem Parme absentem tanquam presentem eorum et dicti comunis sindichum et procuratorem liberrum et generallem ad comparendum coram prefato domino imperatore et officialibus eiusdem ad ordinandum et promitendum et absecurandum sub obligatione bonorum dicti comunis et securitatem faciendum domino vicario Lunbardie seu cuicunque alii et hominibus suis et stipendiariis suis pro parte cuntingente civitati et comuni Parme de stipendiis seu salario preffacti domini vicarii Lunbardie et stipendiariorum predictorum et pro aliis oportunis ocasionibus supradictis. Et ad omnia et singulla facienda, procuranda et adimplenda, que in predictis et circa predicta fuerint utilia et necessaria, etiam que ipsimet facere possent, si presentes adessent. Promitentes michi notario infrascripto stipulanti et recipienti nomine et vice omnium predictorum et aliorum, quorum interest vel interesse posset, de rapto habendo et de iudicato solvendo et sub obligatione bonorum omnium dicti comunis.

Actum Parme in palacio veteri dicti comunis, presentibus dominis Tranchedino de Pinchilinis notario, Petro Barunno notario et Gerardo Aci tubatore comunis testibus rogatis.

(S. N.) Ego Berardinus de Monticellis a domino Iacobo comite de Lomello notarius hiis omnibus interfui et rogatus scripssi.

551. a) *reliqua abscissa sunt or.*

1) *Instrumentum scriptum erat manu Anselmi de Codagnellis; cf. infra pag. 507 lin. 36.* 2) *Verba quaedam Syndicatus civitatis Cremonensis Ian. 30. dati, cuius autographon valde corrosum ibidem servatur (= Doenniges l. c. II, 137 nr. 17), hic ponere liceat:* Et ad asumendum portionem dicto comuni contingentem de stipendiariis f[aciendis, quos] vicarius ipsius domini regis sive preses provincie Lumbardie habere debet pro conservatione pacifica ipsius provincie, et ad promitendum ipsi domino presidi pro se et suis hominibus stipendia sive pagas iuxta mandatum ipsius domini regis. Et ad asecurandum ipsum dominum presidem de stipendio pro se et suis hominibus pro quantitate ad ipsum comune tangente et ad dandum fideiussionem propter ea. *Cf. etiam Syndicatum civitatis Astensis Ian. 28 datum, qui editus est in editione 'Codicis Astensis' supra pag. 427 not. 1 citata IV (= Atti VII. 1880), pag. 74 nr. 1042.*

553. *PROMISSIO CIVITATUM ET NOBILIUM DE SUBSIDIO SOLVENDO.* *Febr. 8.*

Denuo accuratissime contulimus autographon eiusdem tabularii 'Diplomi imperiali Mazzo 3 nr. 8' signatum. In margine sinistro omnino exesum est, neque omnia suppleri 5 *posse dolemus. Edidit nonnulla minus recte indicans Doenniges l. c. II, 139 nr. 18. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 295.* *(P. deest.)*

(S. N.) In nomine Domini amen.

(1) Anno a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo undecimo, inditione nona, die Lune octava mensis Febroarii. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis 10 appareat tam presentibus quam futuris, quod constitutis sindicis et procuratoribus infrascriptis insimul apud Mediolanum in sala palatii coram me notario et testibus infrascriptis et de unanimi voluntate tractantibus de statu pacifico Lombardie, videlicet de auctoritate, ordinatione et voluntate expressa serenissimi et excellentissimi domini Heinrici Dei gratia Romanorum regis et semper augusti, videlicet

15 dominis Olrico Griga, Georio Chetorio, Guillelmo Caballacio et Forcino Forci sindicis et procuratoribus civitatis et comunitatis Novarie, prout constat per publicum instrumentum confectum anno domini MCCC undecimo, inditione nona, die Mercurii XXVII. mensis Ianuarii, manu Otonis de Fara notarii publici,

item Laurentio de Montemerlo et Frederico Passalacua syndicis et procuratori- 20 bus comunitatis Terdone, prout constat per instrumentum confectum anno et inditione quibus supra, die Iovis XXVIII. mensis Ianuarii, manu Petri de Thachis notarii,

item Petro de Obertis et Guillelmo Farebordonus syndicis et procuratoribus comunitatis Bergami, prout constat per instrumentum confectum anno et inditione quibus supra, XXIII. die Ianuarii, manu Bertulini de Sabachinis notarii,

25 item Guidone Trisatus sindico et procuratore comunitatis Creme, prout constat per instrumentum confectum anno et inditione quibus supra, XXVII. die mensis Ianuarii, manu Guillielmi de Mercato notarii,

item dominis Albertino de Gonzaga et Stephano de Massanatus sindicis et procuratoribus communitatis Mantue, prout constat per instrumentum confectum Anno 30 et inditione quibus supra, XIIII[a]. die Febroarii, manu Antellerii notarii,

item Armanino de Zabulis syndico et procuratore comunitatis Parme, prout constat per instrumentum confectum anno et inditione quibus supra, die XXV. Ianuarii, manu Berardini de Monticellis notarii[1],

item Alberto de Codio sindico et procuratore comunitatis Papie, prout constat 35 per instrumentum confectum, anno et inditione quibus supra, XVIII. die mensis Ianuarii, manu Ansermi [de] Codagnellis notarii[2],

item Guizardo de Muscis sindico et procuratore comunitatis de Vercellis, prout constat per instrumentum confectum anno et inditione quibus supra, die III. mensis Februarii, manu Vercellini de Stutariis notarii,

40 item Andrea de[b] domino Andrea Petro de Blandra et Iaquemeto de Solario sindicis et procuratoribus comunitatis Yporrigie, prout constat per instrumentum confectum anno et inditione quibus supra, die XXVIIII. mensis Ianuarii, manu Martini Loio notarii[3],

553. a) *sic or., an pro* IIII. die Febr. *vel* XIIII. Kal. Febr.? b) *praecedit* B *deleta or.*

45 1) *Supra nr. 552.* 2) *Supra nr. 551.* 3) *Autographon huius syndicatus servatur in eodem tabulario 'Provincia d'Ivrea Mazzo 1 nr. 1'. Quod hic ponere supersedimus.*

item dominis Barnabo Dorlando et Arduino de Arcellis sindicis et procuratoribus comunitatis Placentie, prout constat per instrumentum confectum anno et inditione quibus supra, die XXIX. mensis Ianuarii, manu Otonis de Ombellis notarii,

item Heinrico Stutino sindico et procuratore [. . .][c.1], prout constat per instrumentum confectum anno et inditione quibus supra, die XXVII. mensis Ianuarii, manu Simondi de Podia notarii,

item Bomesio de Pagamotis et Alberto notario de la Tuberella sindicis et procuratoribus comunitatis Verone, prout constat per instrumentum confectum anno et inditione quibus supra, XXIII. mensis Ianuarii die, manu Francisci de Botesellis notarii,

item Girardo de Quinzanello et Zambelino de Bornado sindicis et procuratoribus Brissie, prout constat per instrumentum confectum anno et inditione quibus supra, die XXX. mensis Ianuarii, manu Petri de Sancto Benedicto notarii,

item Iacobo de Indusiatis et Prevosto de Cartariis sindicis et procuratoribus comunitatis Regii, prout constat per instrumentum confectum anno et inditione quibus supra, die XX. mensis Ianuarii, manu Hugolini notarii,

item Iohannino de Stannatis sindico et procuratore Cremone, prout constat per instrumentum confectum anno et inditione quibus supra, die penultimo Ianuarii, manu Franci[s]chini de Pisceriis notarii[2] et

Gusulfo de Gusulfis et Bernardo [Lexerio][d] sindicis et procuratoribus comunitatis Bobii, prout constat per instrumentum confectum anno Domini MCCCX, inditione VIII, die Martis XXVI. mensis Ianuarii, manu Columbini Burgen(sis) notarii[3].

(2) Dicti sindici et procuratores universitatum, civitatum et hominum civitatum, villarum et comunitatum habentes plenum mandatum et fidem facientes de speciali mandato eisdem dato ad omnia et singula infrascripta peragenda, facienda et adimplenda, prout continetur in instrumentis sindicatuum predictorum, vice, nomine civitatum, villarum, comunitatum predictarum [. . . . . et][e] ex certa sui scientia, non vi, non dolo, non metu inducti, pro certa et rationabili causa, scilicet pro satisfaciendo illustri et magnifico principi domino Amedeo comiti Sabaudie, presidi et vicario generali Lombardie pro serenissimo domino Henrico Dei gratia Romanorum rege semper augusto predicto, de salario sive stipendio, quod iuxta ordinationem sindicorum et procuratorum predictorum debet percipere et habere idem preses sive vicarius a civitatibus, comunitatibus, villis, castris, locis et nobilibus Lombardie supradicte, tam pro sua persona capiente et percipiente per diem sexaginta florenos auri boni et legittimi ponderis, et pro mille quingentis militibus sive equitibus cum armis capientibus et capere debentibus, videlicet quilibet miles cum esperonis deauratis quatuor marchas argenti boni et legittimi, et aliis militibus quolibet tres marchas argenti per mensem, sexcentisque balistariis et aliis peditibus capientibus et percipere debentibus quolibet ipsorum per diem quemlibet duos solidos Imperialium, et pro septem iudicibus capientibus et capere debentibus per annum quolibet quingentos florenos auri, qui quidem presidatus quantitatesque militum, hominum predictorum et iudicum statuti, dispositi et ordinati fuerunt per prefatum dominum regem, ut asserebant sindici predicti, et per eosdem sindicos et procuratores deliberato consilio cum pluribus comitibus, magnatibus et aliis sapientibus de Lombardia pro conservatione status et honoris predictorum domini regis et dicti domini presidis quietisque ac pacis Lombardie et pro deffensione

553. c) *lacuna 3—4 litterarum or.; an legendum* Cum̄ *vel* Laud̄? d) *lacuna 5 fere litterarum or.* e) *lacuna 20 litterarum or.*, et *adhuc legit Doenniges.*

1) *De civitate vel Cumana vel potius Laudensi hic agi crediderim.* 2) *Supra pag. 506 not. 2.* 3) *Ex autographo eiusdem tabularii 'Diplomi imperiali Mazzo 3 nr. 6' valde corroso edidit Doenniges l. c. II, 121 nr. 2.*

predicte provincie, maliciis, guerris et discordiis inhibendis, promiserunt unanimiter predicti sindici et procuratores, sindicario et procuratorio nomine civitatum et villarum ut supra, constituerunt predicto domino presidi sive vicario presenti et recipienti sollempni stipulatione interveniente, dare ac solvere eidem domino presidi vel eius certo nuntio 5 vel mandato pro salario suo et stipendiis supradictis in bona peccunia numerata in civitate Mediolanensi quantitates florenorum et argenti predictas, dum dicta vicaria duraverit.

(3) Que quidem debitio quantitatum predictarum solvi, expediri et deliberari debebit tam per comites, civitates, villas et castra predicta quam per alias civitates, villas et nobiles Lombardie secundum taxationem quemlibet contingentem iuxta taxa- 10 tionem inferius declaratam, videlicet usque ad decimum diem mensis Martii proxime (Mart. 10.) venturum pro quarta parte predictarum quantitatum florenorum auri, marcharum et Imperialium ut supra septuaginta duo millia novies centum duodecim florenos auri, facta de predictis per predictos sindicos collatione et carculo diligenti, et deinde usque ad tres menses proxime subsequentes florenos auri tantumdem, et deinceps de tribus in 15 tribus mensibus subsequentibus, dum dictus presidiatus sive vicariatus duraverit, tantumdem. Que si non [solverentur][f], promiserunt sollempniter et sollempni stipulatione interveniente predicti sindici et quilibet ipsorum ut supra, supradicto domino comiti et presidi restituere et reffondere omnia dampna, expensa et interesse, que et quos faceret, incurreret et sustineret eundo, redeundo, stando, litigando, nuncios mittendo 20 vel alio quoquo modo, credendo eidem de dampnis, expensis et interesse eius simplici verbo sine sacramento et sine aliqua alia probatione.

(4) Hoc acto inter predictos contrahentes specialiter est expressum, quod presens promissio, stipulatio, ordinatio atque contractus vim obtineat deffinitive sententie et effectum, ita quod tam per ipsum dominum comitem et presidem quam per quemcum- 25 que alium dicta promissio, contractus et ordinatio possint executioni mandari, absque eo quod libellus seu petitio oblata fuerit, litisve contestatio facta vel iudiciorum ordo et iuris sollempnitas servata et servatus, non obstante etiam quod sententia sive sententie late non fuerint vel quicumque alius ordo iudiciarius factus et servatus, qui de iure, statuto vel consuetudine deberet fieri vel aliqualiter agitari, quibus iudiciorum 30 sollempnitatibus prefati procuratores et sindici ut supra nomine quo supra per pactum expressum sollempni stipulatione vallatum renunciaverunt. Que quidem omnia, universa et singula supradicta predicti sindici et procuratores ut supra iuraverunt supra sancta Dei euangelia tam nomine suo quam in animas omnium hominum, civitatum, villarum et comunitatum ut supra attendere, servare et firmiter adimplere nec aliquid proponere 35 vel opponere, propter quod predicta omnia universa et singula plenum et efficacem sorciantur effectum vel per quod seu per que solutiones faciende terminis supradictis impediantur vel in aliquo retardentur. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis et firmiter adimplendis et observandis ut supra predicti sindici et procuratores suo nomine et quo supra obligaverunt expresse eidem domino comiti et presidi omnia bona 40 dictarum universitatum et comunitatum et eidem pignori expresse obligaverunt. Dantes eidem domino comiti et presidi dicti sindici et procuratores auctoritatem et licentiam de bonis predictarum comunitatum in genere vel specie sua auctoritate capiendi, si in solutione vel satisfactione deffecerint vel defficerent predictorum.

(5) Quantitates vero taxate per predictos sindicos et procuratores, facta diligenti 45 taxatione et carculo per eosdem iuxta posse cuiuslibet civitatis, comunitatis et nobilium, sunt hee que secuntur pro quolibet termino dictorum trium mensium, videlicet:

Comunitas Mediolani septem milia quater centum quadraginta florenos auri.

Civitas Cumana duo milia septuaginta florenos auri.

553. f) *deest or.*

Civitas Bergami duo milia septies centum florenos auri.
Brissia tria milia sexcies centum florenos auri.
Verona tria milia quater centum triginta [quin]que[e] florenos auri.
Mantua duo milia ducentos quinquaginta florenos auri.
Papia duo milia ducentos quinquaginta quinque florenos auri.
Placentia duo milia ducentos quinquaginta quinque florenos auri.
Cremona tria milia ducentos quater viginti florenos auri.
Laude novies centum florenos auri.
Crema ducentos septuaginta florenos auri.
Parma duo milia septies centum florenos auri.
Regium mille florenos auri.
Mutina mille quingentos florenos auri.
Bobium quinquaginta florenos auri.
Modoecia quater centum quinquaginta florenos auri.
Ast[1] duo milia septies centum florenos auri.
Carium quingentos florenos auri.
Vercell(e) mille octingentos florenos auri.
Novaria mille quater centum quadraginta florenos auri.
Yporrigium ducentos quadraginta sex florenos auri.
Terdona quingentos quadraginta florenos auri.
Casale ducentos florenos auri.
Valentia centum quinquaginta florenos auri.
Burgum Sancti Donnini viginti quinque florenos auri.
Vegevelia centum florenos auri.
Ianua cum toto districtu, scilicet Sangona, Naulum, Albegnum, Vintemil(ia), decem milia florenos auri.
Vincentia mille et septingentos florenos auri.
Padua quinque milia florenos auri.
Venetia septem milia ducentos florenos auri.
Tridentum quingentos florenos auri.
Marchio Salutiarum ducentos quinquaginta florenos auri.
Marchio Montisferrati quingentos florenos auri.
Marchio Cravesane centum florenos auri.
Marchio de Carreto trescentos florenos auri.
Marchiones de Ponzano quinquaginta florenos auri.
Marchiones Malespine pro terris, quas tenent in Lombardia, centum florenos auri.
Comites de Lomello centum florenos auri.
Trivisium, Ganeda, Feltrum, Velocium duo milia quingentos florenos auri.
Canobium quinquaginta florenos auri.
Blandrata centum florenos.
Marchiones de Anchisia centum florenos.
Comites de Sancto Georgio, de Marsino, de Valperga, de Sancto Martino et omnes comites et castellani de Canapitio ducentos et quinquaginta florenos auri.
Ponstremulum centum florenos.
Comites de Fraxineto centum florenos.
Et illi de Tesinesio quinquaginta florenos auri.

(6) Renunciantes predicti sindici et procuratores ut supra et procuratorio nomine in omnibus et singulis supradictis exceptioni doli mali, metus et in factum actioni et

553. e) *uncis inclusa adhuc legit Doenniges.*

1) *Cf. supra pag. 506 not. 2.*

exceptioni in factum, conditioni sine causa vel ex iniusta causa, fori privilegio, induciis viginti dierum et quatuor mensium, omni lesioni, deceptioni, iuri dicenti generalem denominationem non valere, nisi precesserit specialiter, et generaliter omnibus et quibuscumque aliis iuribus, exceptionibus, deffensionibus iuris vel facti, per que vel quas
5 contra predicta venire possent vel aliqua de predictis.

Acta sunt hec apud Mediolanum in domo palatii comunis Mediolani. Testes ad hec vocati fuerunt specialiter et rogati dominus Manfeus de Vicecomitibus, dominus Morroellus marchio Malespine, dominus Philippus comes de Langusco, dominus Nicolaus de Bonisseignoribus, dominus Andreas Garreti legum professor, dominus Guillelmus de
10 Briordo miles, dominus Petrus de Claromonte canonicus Aurilian(ensis) et Bernardus de Mercato protonotarius dicti domini regis.

Ego autem Viviandus Veilleti de Chamberi Gratianopolitane diocesis auctoritate imperiali notarius publicus hiis omnibus interfui et hoc instrumentum rogatus scripsi et tradidi fideliter et feliciter signisque meis consuetis signavi.

15
554—556. REFORMATIO CIVITATIS LAUDENSIS.

1311. Ian. 15.

554. *HOMAGIUM INTRINSECORUM.*

Proponimus imbreviaturam ex J *Libro imbreviaturarum Bernardi de Mercato, de*
20 *quo v. supra ad nr. 468—476, fol. 26'. Est ibi rubrum:* de fidelitate intrinsecorum de Laude. *Edidit Doenniges l. c. I, 33 nr. 57.* *(P. deest.)*

Anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, indic. IX, die quintadecima mensis Ian., in civitate Medyolani in palacio veteri comunis Medyolani in camera domini regis, presentibus dominis Baldwino Treverensi archiepiscopo, Anthonio de Fixerago, Matheo
25 Vicecomite cive Mediolani, Palmerio de Altovitis de Florentia et Salvo de Pelacano t(estibus) etc. Discreti viri domini Baxianus domini Florii condam de Fuxiraga et Roffinus de Paterno filius domini Michaelis de Paterno syndici et procuratores comunis, populi et civium civitatis Laudensis, syndicario et procuratorio nomine pro ipsis[a], recognoverunt dominum regem suum et dicte civitatis et civium et tocius districtus eius
30 verum, legitimum et precipuum dominum, offerentes eidem domino regi civitatem, cives et districtum predictos cum omni dominio, mero et mixto imperio et omnimoda iurisdictione etc. ut supra. Dantes et concedentes ei omnimodam potestatem ordinandi, disponendi, statuendi et componendi super statu ipsius civitatis et civium et super pace facienda inter ipsos etc. ut supra.

35
555. *HOMAGIUM EXTRINSECORUM.*

Item ex J *fol. 27, ubi rubrum:* de fidelitate extrinsecorum de Laude. *Edidit Doenniges l. c. I, 34 nr. 58.* *(P. deest.)*

554. a) *sequitur* fecerunt constituerunt et ordinaverunt *delet. J.*

Anno die et loco quibus supra, presentibus dominis archiepiscopo Treverensi, episcopis Novariensi et Vincentino[a], Walerano fratre domini regis, Anthonio de Fixerago et Salvio P[e]lacano t(estibus) etc. Domini Bassianus de Viscarino iurisperitus et dominus Georgius de Richardis cives Laudenses syndici et procuratores omnium et singulorum civium et personarum dicte civitatis, videlicet extrinsecorum et de parte extrinseca et expulsa de dicta civitate, syndicario et procuratorio nomine pro ipsis et pro sibi adherentibus, recognoverunt dominum regem dominum suum esse et esse debere et dicte civitatis et civium et tocius districtus etc. ut supra. Offerentes se et dictam civitatem, dominium et omnimodam iurisdictionem in predictis etc. ut supra. Dantes eidem domino regi plenam et liberam potestatem ordinandi, statuendi, pronunciandi, disponendi super statu et regimine dicte civitatis tamquam verus dominus et super pace facienda et reformanda etc. ut supra.

556. *ARBITRIUM PACIS.*

Instrumenti a Bernardo de Mercato confecti apographon omnino coaevum superest in L *Libro iurium civitatis Laudensis, qui servatur in bibliotheca eiusdem communis, pag. 188. Est rubrum:* Pax facta per dominum Henricum serenissimum regem Romanorum. *Folia codicis in margine interiori valde exesa sunt; attamen fere omnes lacunas supplere licuit. Denuo nos ipsi accuratissime contulimus. Ex eodem fonte plus minusve recte coniicientes iam ediderunt a. 1877. Bonaini 'Acta Henrici VII.' II, 374 nr. 195 et a. 1885. Vignati loco supra ad nr. 502 citato II, 476 nr. 454.*

Imbreviaturam ex J *fol. 27, ubi rubrum:* De pace Lauden., *sub asterisco adnotavimus (= Doenniges l. c. I, 34 nr. 59).* *(P. deest.)*

In nomine Regis pacifici amen.

(1) Anno* nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo undec[imo, indictione] nona, die[a] quintadecima[b] mensis Ianuar., pontificatus domini Clementis pape quinti [anno sexto] ac regni serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti [anno] tercio. Per hoc presens publicum instrumentum conctis appareat presentibus et futuris, [quod serenissimus] dominus rex remediis invigilans subditorum et regali providentia cupiens, [fideles suos] cives Laudenses diucius dissidentes et in duas partes divisos, quarum una [videlicet] intrinseca infra dictam civitatem et alia videlicet extrinseca extra dictam civitatem [morabatur], ad concordiam revocare, super eorum discordiis et inimicitiis, presentibus [sindicis et] procuratoribus ipsarum parcium, quorum nomina inferius describuntur, tam ex regia auctoritate quam ex potestate in eum per ipsos sindicos et procuratores procuratorio nomine ipsarum [partium collata] prononciavit et statuit, prout inferius continetur:

*) *Imbreviatura haec verba praebet:* Anno, die et loco quibus supra, coram eisdem t(estibus), presentibus et convocatis propter hoc specialiter coram domino rege syndicis et procuratoribus civitatis et civium Laudensium intrinsecorum videlicet et extrinsecorum, quorum nomina in duabus proxime precedentibus notulis[1] describuntur, idem dominus rex pronunciavit, statuit et ordinavit super pace ipsorum in omnibus et per omnia, sicut in pace et super pace civitatis Regii[2]. Hoc addito quod si alique sint hereditates, res vel bona aliqua extrinsecorum dicte civitatis vel alterius eorum, que vendite sint per comune dicte civitatis vel alium seu alios nomine ipsius comunis, quod emptor qui rem detinet ipsam rem dimitat illi persone, cuius est, et comune dicte civitatis solvat et restituat ei precium, pro quo rem ipsam emit, infra unum mensem, postquam rem ipsam dimiserit, ut supra[3]. *J.*

555. a) Vuincent. *J.*

556. a) *in loco raso L.* b) *sequitur* die *L.*

1) *Supra nr. 554 et 555.* 2) *Supra nr. 545.* 3) *Cf. infra cap. 6 (1).*

(2) (I) C In primis quod inter [omnes cives] predictos et partes predictas et eorum secaces[c] et sibi adherentes [sint et] vigeant de cettero vera et perpetua pax et unitas, amputatis et depositis [hinc inde] quibuslibet dissidiis, rancoribus et odiorum fomitibus et cessantibus verbis et [actibus] parciallibus quibuscumque.

5 (II) C Item quod iidem cives invicem sibi condonent [et remittant] omnes iniurias et offensas actenus alterutrum in personis vel rebus in[latas et] quamlibet emendam et restitutionem eis huiusmodi iniuriarum et offensarum occaxione debi[tam]. A quibus nichillhominus omnibus idem dominus rex auctoritate et potestate predictis exnunc omnes et singulos ipsorum absolvit et liberat perpetuo.

10 (III) C Item quod illi ex memoratis civibus, qui exulabant a civitate predicta occaxione predicte discordie, exnunc revertantur ad bona et iura propria eaque recipiant et habeant eisque gaudeant plene et libere sicut prius sine contradictione cuiuscunque, ad que nichillhominus idem dominus rex eos exnunc restituit et vult et decrevit pro restitutis haberi. Ita eciam quod nemini ipsorum in bonis et iuribus 15 suis predictis quevis obsistat prescriptio a tempore, quo civitatem exiverunt predictam.

(IV) C Item quod nullus eorum vel sibi adherencium bona vel iura occupet alterius vel revertatur ad bona alterius aliqua nisi ad sua propria neque eciam detineat bona alterius, ymo dettenta et occupata per eum sine contradictione qualibet dimittat illi persone, cuius sunt. Quod si de predictis bonis aut iuribus controversia 20 vel resistencia aliqua fuerit, recurat petitor ad vicarium civitatis, qui vocato adversario audiat et diffiniat causam eorum super possessorio vel pettitorio, prout actor voluerit elligere, sine strepitu et figura iudicii. Et [p]uniat actorem subcombentem in restitutione expensarum litis facienda reo. Reum vero [in]iuste resistentem vel contendentem pena centum librarum imperialium[d] pro qualibet die, qua detinuerit rem 25 petitam a die facte coram eo super ipsa re petticionis, puniat.

(V) C Item rellaxavit[e] omnia banna, quibus subpositi forent actenus a dicto tempore citra cives predicti, qui exulabant a civitate predicta sive pro contumacia sive pro offensa magna vel parva vel alia quacumque de causa, omnesque collectas seu tallias quocumque modo impositas remisit eisdem. Absolvens eos a predictis 30 omnibus et a penis et multis, quas huiusmodi occaxionibus incurissent, et quibuslibet condemp[na]tionibus et sententiis et penis propter hoc latis et statutis in eos.

(VI) C Item quod omnes cives predicti hanc pacem et supradicta omnia et singula observent et faciant cum effectu sub debitto prestitorum a partibus iuramentorum et sub pena indignationis ipsius domini regis ac trecentarum librarum auri, 35 quociescumque contra fieret in singulis capitulis, committenda et exigenda a secus facientibus complicibus et fa[u]ctoribus eorundem.

(VII) C Item quod sindici supradicti sindicario et procuratorio nomine quo supra pacem huiusmodi, pacis intervenientibus osculis, et predicta omnia exnunc acceptent, aprobent et emologent et a suis secacibus et fa[u]ctoribus curent et faciant pro viribus 40 observari.

(3) Hec autem ut premittitur dixtus dominus rex super discordiis predictorum ad presens pronunciavit et statuit, rettenta videlicet et reservatta sibi omnimoda potestate, ea omnia et singula interpretandi, declarandi, suplendi et corigendi et super alliis pronunciandi et statuendi, ubi, quando et quociens videatur expedire.

45 (4) Nomina vera sindicorum predictorum in presencia regie maiestatis propter hoc existencium sunt hec: videlicet dominus Baxianus filius domini Florii condam de Fuxeraga et Roffinus de Patterno filius domini Michaelis de Patterno, sindici et procuratores comunis populi et civium civitatis Laudensis, item dominus[f] Baxianus de Vistarino

556. c) et eorum secaces *bis scriptum L.* d) īp *L.* e) relaxando *L.* f) dm̄ *L.*

iurisperittus et dominus Georgius de Ricardis sindici et procuratori partis extrinsece supradicte.

(5) Qui sindici et procuratores predicti omnes unanimiter et concorditer, sindicario et procuratorio nomine quibus supra, auditta et intellecta suprascripta dicti domini regis sententia, ipsam et omnia eius capitula sponte et grattanter acceptarunt et emologarunt, promittentes sibi ad invicem ac dicto domino regi per pacta expressa et sub obligatione omnium bonorum suorum et bonorum dictorum dominorum suorum, quorum sunt pro[curatores], in pena et sub pena predicta, suprascripta et infrascripta universa et singula sic atten[dere] et complere, et ad sancta Dei euangelia corporaliter tacta in animas suas et dictorum [dominorum][g], quorum sunt procuratores, iuraverunt. Condonantes sibi invicem et remittentes [nomine quo] supra omnes iniurias, restitutiones et emendas predictas, sese in signum pacis o[sculantes].

(6) (I) Item statuit idem dominus rex et ordinavit, quod si alique res sive aliqua bona ex[trinsecorum] vel alterius eorum vendita fuerint per comune dicte civitatis vel per alium seu alios [nomine ipsius], quod emptor, qui rem dettinet, ipsam rem dimittat illi persone, cuius est. Et comune [dicte civitatis] solvat et restituat ei precium, pro quo rem ipsam emit infra unum mensem, p[ostquam rem ipsam] dimiserit ut supra.

(II) C Item quod medietas pene predicte, videlicet trecentarum librarum auri, [appli]cetur camere domini regis et alia medietas applicetur parti obtemperanti [et contra quam][h] factum fuerit.

(III) C Item quod in eo casu, quo continget aliquem pettitorem [. . . .][i] civitatis, ut supra dictum est, quod vicarius debeat causam ipsam terminare infra unum mensem post causam ipsam ab ipso inchoatam.

Acta sunt hec in civitate [Mediolani in palatio] vetteri comunis Mediolani, ubi testes fuerunt vocati et rogati domini Papinianus [episcopus] Parmensis, Ugucio episcopus Novariensis, . . episcopus Vincentinus, Walleranus [frater domini regis], Antonius de Fuxiraga et plures allii.

Et ego Bernardus de Mercato de Ienna Bellicensis diocesis sacrosancte Romane ecclesie [et imperiali] auctoritate publicus notarius suprascriptis omnibus et singulis presens fui et hanc car[tam manu] propria scripsi et subscripsi signoque meo consuetto signavi et tradidi feliiciter[1].

---

557. MANDATUM EPISCOPO VALENTINO DIRECTUM.

1311. Ian. 15.

Proponimus ex duobus apographis a. 1311. Mart. 1 factis, quae servantur in tabulario Gratianopolitano 'B. 3564' signata; v. etiam 'Neues Archiv' XXX, 441 nr. 2. Cf. iam supra Procuratorium nr. 461. — Böhmer, Reg. Heinr. 358. (P. deest.)

556. g) *non omnino certum; tres fere litterae desunt L.* h) *cf. infra nr. 558 cap. 2 (VI).* i) *2 verba exciderunt L;* recurrere ad vicarium *coniecit Bonaini.*

1) *Authenticatio in L haec verba praebet:* (S. N.) Ego Aymericus Codecasa notarius et officialis ad cameram armarii comunis Laude hanc [cartam] exemplavi, nil addens vel minuens, quod sensum augeat vel mutet. Et de mandato [domini] Iacobi de Borsezello vicarii Laudensis pro domino Henrico Dei gratia rege serenissimo Romanorum sub anno [MCCCXI], die Sabati XX. mensis Febr., in hoc libro registravi et me subscripsi.

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus venerabili . .[a] episcopo Valent(ino) principi suo dilecto gratiam suam et omne bonum.

Gravem querelam nobilis viri Aymarii de Pictavia[b] comitis Valent(ini) recepimus continentem, quod licet ipse et predecessores sui comitatum Valent(inum) tamquam 5 domini et ipsius comitatus comites tanto tempore tenuerunt, cuius contrarii memoria non existit, tu tamen tuorum predecessorum non contentus limitibus, huiusmodi comitatum tibi usurpas, te scribi in critis, monetis et nummis et nominari faciens comitem in sui preiudicium iniuriam et gravamen. Unde sinceritati tue damus firmiter in mandatis, quatinus a talibus desistere debeas nec aliquam novitatem contra modum et 10 formam tuorum predecessorum incohes vel attemptes[c] et si quid in contrarium per te atemptatum[c] existit, hoc provide studeas revocare. Alioquin sibi super premissis providere cogitabimus de remedio opportuno[d].

Dat. Mediolan(i), XVIII. Kal. Februarii, regni nostri anno tercio.

---

558. ARBITRIUM PACIS IN CIVITATE 15 CREMENSI.

1311. Ian. 17.

Repetimus editionem, quam ex autographo ut videtur Pisis in tabulario Roncioniano nr. 698 asservato paravit Bonaini 'Acta Henrici VII' I, 129 nr. 89. Subscriptio notarii exarata non est.

20 *Imbreviaturam ex* J *Libro imbreviaturarum Bernardi de Mercato, de quo v. supra ad nr. 468—476, fol. 29, ubi rubrum:* De pace Creme, *sub asterisco adnotare liceat (= Doenniges l. c. I, 37 nr. 69). — Böhmer, Reg. Heinr. 359.* *(P. deest.)*

In* nomine Regis pacifici amen.

(1) Anno a nativitate eiusdem millesimo tricentesimo undecimo, inditione nona, 25 die decima septima mensis Ianuarii, pontificatus domini Clementis pape quinti anno sexto ac regni serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti anno tertio. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat presentibus et futuris, quod constitutis coram maiestate ipsius domini regis Pedrobono Cusatro de Crema syndico et procuratore comunis, populi et civium de Crema intrinsecorum,

30 *) In nomine Regis pacifici amen.
Anno nativitatis eiusdem millesimo tricentesimo undecimo, indicione nona, die XVII. mensis Ianuar., pontificatus domini C(lementis) pape quinti anno sexto ac regni serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti anno tercio. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat presentibus et futuris, quod constitutis 35 coram maiestate ipsius domini regis Pedrobono Cusatro de Crema syndico et procuratore comunis, populi et civium de crema intrinsecorum, syndicario et procuratorio nomine pro ipsis ex una parte, ac domino Pacino Ardengo syndico et procuratore civium et hominum civitatis Creme predicte, videlicet extrinsecorum et partis extrinsece et de dicta civitate expulse, syndicario et procuratorio nomine pro ipsis omnibus et singulis et pro secacibus, 40 coadiutoribus et fautoribus eorundem et sibi adherentibus ex parte altera, idem dominus rex remediis invigilans subditorum. *J.*

557. a) *deest* 1. 2. b) Pict. 1. c) attempt. 2. d) oportuno 2.

syndicario et procuratorio nomine pro ipsis ex una parte, ac domino Pasino Ardingo syndico et procuratore civium et hominum civitatis Creme predicte, videlicet extrinsecorum et partis extrinsece et de dicta civitate expulse, syndicario et procuratorio nomine pro ipsis omnibus et singulis et pro secacibus, coadiutoribus et fautoribus eorumdem et sibi adherentibus ex parte altera, idem dominus rex remediis invigilans sub- 5 ditorum et regali providentia cupiens, dilectos fideles suos cives Cremenses predictos dyucius dissidentes et in duas partes divisos, quarum una infra dictam civitatem, intrinseca videlicet, et alia extra pro maiori parte morabantur, ad concordiam revocare, super eorum dissidiis et inimicitiis tam ex regia auctoritate quam ex potestate in eum per ipsas partes collata pronunciavit et statuit, prout inferius continetur: 10

(2) (I) In primis quod inter omnes cives predictos et partes predictas et eorum secaces et sibi adherentes sint et vigeant de cetero vera et perpetua pax et unitas, amputatis et depositis hinc inde quibuslibet dissidiis et rancoribus et odiorum fomitibus et cessantibus verbis et actibus parcialibus quibuscumque.

(II) Item quod iidem cives invicem sibi condonent et remitant omnes iniurias 15 et offensas hactenus alterutrum in personis vel rebus illatas et quamlibet emendam et restitutionem eis huiusmodi iniuriarum et offensarum occasione debitam. A quibus nichilominus omnibus idem dominus rex auctoritate et potestate predictis exnunc omnes et singulos ipsorum absolvit et liberat perpetuo.

(III) Item quod illi ex memoratis civibus, qui exulabant a civitate predicta 20 occasione predicte discordie, exnunc revertantur ad bona et iura propria eaque recipiant et habeant et eis gaudeant plene et libere sicut prius sine contraditione cuiuscumque, ad que nichilominus idem dominus rex eos exnunc restituit et vult et decernit pro restitutis haberi. Ita etiam quod nemini ipsorum in bonis et iuribus suis predictis quevis obsistat prescriptio a tempore, quo civitatem exiverunt predictam. 25

(IV) Item quod nullus eorum vel sibi adherentium bona vel iura occupet alterius aut revertatur ad bona alterius aliqua nisi ad sua propria neque etiam detineat bona alterius, ymo detenta et occupata per eum sine contradictione qualibet dimitat illi persone, cuius sunt. Quod si de dictis bonis aut iuribus controversia vel resistentia aliqua fuerit, recurrat petitor ad vicarium civitatis, qui vocato adversario audiat et 30 diffiniat causam eorum super possessorio vel petitorio, prout actor voluerit eligere, sine strepitu et figura iudicii, infra unum mensem post litem inchoatam, et puniat actorem subcumbentem in restitutione expensarum littis facienda reo. Reum vero iniuste resistentem seu contradicentem puniat pena centum librarum imperialium pro qualibet die, qua detinuerit rem [petitam a][a] die facte coram eo super ipsa re petitionis. 35

(V) Item relaxavit omnia banna, quibus subpositi forent actenus a dicto tempore citra cives predicti, qui exulabant a civitate predicta, sive pro contumacia sive pro offensa magna vel parva vel alia quacumque de causa, omnesque collectas seu tallias vel fodra quocumque modo imposita remisit eisdem. Absolvens eos a predictis omnibus et a penis et mulctis, quas huiusmodi occasionibus incurrissent et a 40 quibuslibet condempnationibus, sententiis et penis propter hoc latis vel statutis in eos.

(VI) Item quod omnes cives predicti hanc pacem et omnia et singula suprascripta observent et faciant cum effectu sub debito prestitorum a partibus iuramentorum et sub pena indignationis ipsius domini regis ac tercentum librarum auri, quociens contra fieret in singulis capitulis, conmitenda et exigenda a secus facientibus, 45 complicibus et fautoribus eorumdem. Cuius pene medietas camere ipsius domini regis et alia medietas parti obtemperanti et contra quam fieret applicetur.

558. a) *uncis inclusa deleta sunt; supplevimus ex nr. 556 cap. 2 (IV).*

(VII) Item quod prefati syndici nominibus quibus supra pacem huiusmodi pacis intervenientibus obsculis et predicta omnia exnunc acceptent, approbent et omologent et a suis secacibus et fautoribus curent et faciant pro viribus observari.

(3) Hec autem, ut premittitur, dictus dominus rex super discordiis predictorum 5 ad presens pronunciavit et statuit, retenta videlicet et reservata sibi omnimoda potestate, ea omnia et singula interpretandi, declarandi, suplendi et corrigendi et super aliis pronunciandi et statuendi, ubi, quando et quociens viderit expedire.

559—561. LEGATIO VENETORUM.

1311. Ian. 20.—(Febr.)

10 559. *FORMA LEGATIONIS. Ian. 20.*

Denuo contulimus C Librorum Commemorialium[1] *tom. I fol. 159, Venetiae in tabulario regio asservatum. Editionis, quam paravit Böhmer 'Acta imperii selecta' pag. 712 nr. 1015 ad codicem bibliothecae Marcianae ex Libris Commemorialibus exscriptum, varias lectiones utpote nullius momenti adnotare supersedimus. (P. 509 l. 40.)*

15 Forma ambaxate ad serenissimum et excellentissimum dominum H(enricum) felicissimum Romanorum regem semper augustum, quam facere habent et faciunt nobiles viri Petrus Çeno, Guido de Canali, Vitalis Michael et Bolletus Iustinianus ambaxiatores magnifici domini P(etri) Gradonico ducis et comunis Venec(iarum)[a], est hec:

1. Quoniam ipsi exponunt cum inclinatione et omni reverentia et honore, quod 20 predicti dux, comune et homines Veneciarum exultationem et ineffabile gaudium habuerunt et habent de promotione eiusdem domini imperatoris et eius prosperitate et suo adventu ad partes Lombardie et ad omnem eius exaltationem et consolationem maiestatis ipsius.

2. Et item habent recommendare et recommendant eosdem ducem et comune 25 Veneciarum et totum eorum ducatum ad summam maiestatem et culmen imperiale domini imperatoris predicti.

3. Et item habent offerre et offerunt predictos ducem et comune Veneciarum et totum ducatum eorum ad exaltationem et gloriam sui imperialis culminis et honorem.

4. Et postremo habent supplicare et supplicant, ut idem dominus imperator habeat 30 commendata facta predictorum ducis et comunis Veneciarum, quae habent facere in Romana curia cum domino papa occasione Ferarie, et quod ipsi domino imperatori placeat super inde scribere domino pape, sicut sue serenitati videbitur expedire[2].

Dat. fuit die XX. Ian. in vesperis.

560. *LITTERAE REGIS PONTIFICI DIRECTAE. (Febr.)*

35 *Item contulimus C tom. I fol. 159, ubi formam legationis supra nr. 559 sequuntur*[3]. *Est ibi rubrum:* Exemplum cuiusdam littere misse domino pape a domino H. rege

559. a) Venec̄ *semper C.*

1) *Cf. 'Predelli' loco ad nr. 361 citato I, 107 nr. 471.* 2) *Cf. nr. 560.* 3) *Cf. 'Predelli' I, 106 nr. 466. V. etiam A.-S. Minotto 'Documenta e R. Tabulario Veneto ad Ferrariam, Rodigium, Policinium ac marchiones Estenses spectantia' (Venezia 1873) II, 21.*

Romanorum. *Edidit Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 257 nr. 403. Cf. supra nr. 559 cap. 4.* *(P. deest.)*

Sanctissimo etc.

Postquam summa dispositione in partes Lombardie imperiales fecimus gressus nostros, vigil cura nostra circa singulorum statum et cuiusquam civitatis conditiones per nos et alios fuit, ut de singulis notitiam haberemus. Sane inter ceteras sumus diligentissime et veraciter informati, quod civitas Veneciarum precipue magna est, honorabilis, commendabilis et utilis toti mundo et partibus Lombardie nostroque imperio perquam fructuosa consistit et eius augmenta et bona ad tranquillitatem mundi et nostri imperii bonum spectare didicimus manifeste. Cuius fides erga Romanam ecclesiam in hiis partibus fuisse perpetuo multipliciter commendatur, licet nuper de novo in aliqua specie occasione civitatis Ferar(ie) Romane ecclesie offensam incurrerit, pro qua corrigenda contra eos sanctitas vestra processit. Ad quos removendos processus per ambaxatores eorum fuerunt iam diu et sunt[a] benigne et suppliciter ad pedes vestre piissime sanctitatis, et sicut sentimus, nondum[b] est sibi vestra gratia restituta. Cumque undique circumspicere habeamus, ut quietem toti mundo et omnium comoda inducamus, sanctitati vestre piis[s]ime predicte civitatis Veneciarum negocia in hac parte iusta consideratione desiderabiliter commendamus cum imperiali prece, quam facimus motu iusto, ut eadem facta sanctitas vestra expedire dignetur et processuum vestrorum laqueos removere et eis redeuntibus et pro vestra gratia supplicantibus vestre sanctitatis gratiam impertiri, ut eadem civitas in fide eis innata et in corporatione ecclesie solita letetur et vicina loca nostrumque imperium inde sentiant, quod certum est, comodum fructuosum[1].

561. *CONSILIUM RICCARDI MALOMBRA. (1310. ex.—1311. in.)*

Hoc loco subiungere liceat documentum gravissimum, cuius autographon servatur in eodem tabulario 'Atti Diplomatici Misti Nr. 361'. Denuo descripsimus nos ipsi. Pendet sigillum oblongum rubri coloris illaesum fere loro membranaceo; leguntur adhuc: S. RI. ARDI D MALLV *(stemma)* BRIS LEGV DOCTORIS. *Edidit a. 1894. Henricus Besta 'Riccardo Malombra professore nello studio di Padova, consultore di stato in Venezia. Ricerche' pag. 80 nr. XV, imagine heliotypica adiecta.*

Anno 1310. ex. vel potius 1311. in. consilium scriptum esse videtur. Cf. l. c. pag. 54 sqq., ubi etiam ex Alberico de Rosciate Riccardi auditore nonnulla allegantur. *(P. deest.)*

In Dei nomine amen.

C Primo queritur, an conventiones, transactiones, pacta et privilegia duci, comuni et civitati Venec(iarum) per Romanos imperatores retroactis temporibus concessas et concessa, confirmatas et confirmata ac inter ipsos imperatores Romanos ex parte una et ducem, comune et civitatem Venec(iarum) ex altera initas et inita, factas et facta serenissimus princeps dominus Henricus Romanorum rex ipsis duci, comuni et civitati Venec(iarum) de iure conservare et observare teneatur et debeat.

Super quo consilium mei Riçardi de Mallumbris legum dicti professoris est quod sic. Et primo talli ratione. Si dilligenter inspiciatur forma rescriptorum imperialium, in quibus predicta omnia continentur, dicta rescripta habent formam contractuum quia quarundam pactionum et transactionum, que transactiones in nomen contractus transeunt,

560. a) *sic C; num supplendum* prostrati *vel simile verbum, nescio.* b) nun | dum *C.*

1) *Hic adnotare liceat, bullae papalis contra Venetos a. 1309. Mart. 27 editae exemplar inter archivi Heinrici VII. reliquias superesse Pisis in tabulario capituli maioris ecclesiae nr. 1302 signatum. In dorso leguntur:* Processus factus contra Venetos occasione Ferrarie *(cf. Indicem documentorum a. 1313. apud Doenniges 'Acta Henrici VII.' II, 115).*

ut patet C. de transact(ionibus) l. 'cum te'[1] et quod metus causa [l.][a] 'si donationis'[2] et ff. de verbo(rum) obli(gationibus) [l.] 'ex ea' § fi(nali)[3]. Contractus autem imperiallis vicem legis optinent, ut C. de dona(tionibus) inter vi(rum) et uxo(rem) l. penult(ima)[4]. Et imperator profitetur, se legibus alligatum[b] et legibus se vivere velle, ut C. de legi-
5 (bus) l. 'digna vox'[5] et qui testamenta facere po(ssunt) l. 'cum heredes'[6] et ff. de lega-(tis) III. l. 'ex imperfecto'[7]. Ergo concludendo de primo ad ultimum, sicut privatus initum et factum tenetur servare contractum, ut C. de act(ionibus) et obli(gationibus) l. 'sicut'[8] et ff. comoda(ti) l. 'in commodato' § 'sicut'[9], ita et princeps, et sicut quamcunque legem vult servare princeps, sic et suos contractus servare velle debet, qui
10 vicem legis optinent, ut dictum est. Secunda etiam ratione ad idem. Vult[c] imperator inter subditos servari pacta, ut ff. de pac(tis) l. I.[10] et l. 'iuris gentium' § 'pretor'[11], ergo et inter se et subditos, quia turpe esset doctori, si culpa reda[r]gueret ipsum, quia quod quisque iuris in alterum statuit, ipse eodem iure uti debet, ut ff. quod quisque iu(ris) per totum[12]. Quod enim quis prestat michi adversus alium[d], multo magis ad-
15 versus se ipsum prestare debet, ut ff. de pac(tis) [l.] 'cum in eo'[13] et si servi(tus) vendi(cetur) [l.] 'altius'[14] et de condic(tione) inde(biti) l. 'frater a fratre' § 'porro'[15].

C Secondo queritur, an propter confirmationem et innovationem dudum non petitam ab imperio vel etiam si nunc non peteretur, dicte conventiones, pacta et transactiones ac privilegia exspirent vel perdantur.

20 Super quo consulo ego Riçardus predictus quod non. Nam aut sunt ad excipiendum concessa et tunc sunt sine fine, ut ff. de excep(tione) d(oli) [l.] pure § fi[nali][16] et C. de except(ionibus) l. 'licet'[17], aut ad faciendum et tunc idem, cum omne beneficium datum a Deo vel[e] a principe sequente Deum deceat esse mansurum et omni diminutione extraneum, ut in aut(entica) consti(tutione) que dignitatibus liberat a pa(tria) po(testate) in
25 prin(cipio)[18]. Cum enim sit specialle in privilegio ad nondinas faciendas concesso, ut tempore exspiret, ut ff. de nondi(nis) l. I.[19], ergo secus in aliis ut ff. ad munici(palem) l. I.[20]. Et maxime cum semper civitas Venec(iarum) sit in continua quasipossessione usus dictorum rescriptorum, ut C. de prescript(ione) triginta anno(rum) l. 'male agi(tur)'[21]. Item cum imperium semper sit, succedentes imperatores in imperio non tam videntur esse diversi,
30 quam idem illi, a quibus semel sunt optenta rescripta, ar(gumento) ff. de lega(tis) II. l. 'quod principi'[22]. Semel ergo ab uno concessum vel innovatum vice successorum innovatum et concessum videtur. Ergo innovare vel concedere amplius necesse non est, ut extra de iure iurando c. 'veritatis' et c. 'ego episcopus'[23], et ita etiam no(tatur) in Summa usus feu(dorum) conposita per dominum Od(ofredum) rubrica 'quibus mo(dis) feu(dum)
35 ammi(ttitur)'[24], ubi dicit, quod vasallus ecclesie, qui habuit investituram ab uno prelato, non tenetur petere a successoribus. Consulo tamen, quod tam pro reverentia sacri imperii et honore persone principis quam pro recognitione debiti honoris et census necnon ad perennem dictorum rescriptorum et privilegiorum memoriam et veritatis in eis contente conservationem renovatio[f] dictarum conventionum, privilegiorum et pactorum petatur,
40 ar(gumento) ad hoc C. de questi(onibus) l. 'divo Marco'[25] et de testam(entis) [l.] iubemus § 'et ne aliqua'[26] et XII. q. 11. c. longiquitate et c. sepe[27]. Et siquidem renovatio

561. a) l. *saepius deest or.* b) ga *in fine lineae bis exaratum or.* c) Vuult *or.* d) *in fine lineae sub rasura or.* e) a Deo vel *supra lineam add. or.* f) renōuatō *or.*

1) *Cod. 2, 4, 2.* 2) *Cod. 2, 19, 7.* 3) *Dig. 45, 1, 121, 3.* 4) *Cod. 5, 16, 26.* 5) *Cod. 1, 14, 4.*
45 6) *Cod. 6, 22, 7.* 7) *Dig. 32, 23.* 8) *Cod. 4, 10, 5.* 9) *Dig. 13, 6, 17.* 10) *Dig. 2, 14, 1.* 11) *Dig. 2, 14, 7.* 12) *Dig. 2, 2.* 13) *Dig. 2, 14, 44.* 14) *Dig. 8, 5, 15.* 15) *Dig. 12, 6, 38 pr. in fine.* 16) *Dig. 44, 4, 5, 6.* 17) *Cod. 8, 35, 5.* 18) *Auth. 82, 2 (ed. Heimbach pag. 671).* 19) *Dig. 50, 11, 1.* 20) *Dig. 50, 1, 1.* 21) *Cod. 7, 39, 2.* 22) *Dig. 31, 56.* 23) *c. 4 et 14 X De iure iur. (II, 24).* 24) *Huius summae editionem quamvis variis vicibus quaerentes non nacti sumus.*
50 25) *Cod. 8, 41, 11.* 26) *Cod. 6, 23, 29, 4.* 27) *c. 64 et 72 C.XII qu. 2.*

fiat, bene quidem, set etsi non fieret, in iure, quod iam habent Veneti, non obesset, ut C. de exensa(tionibus) tuto(rum) l. 'volontarie[g] tutele' [1].

C Tercio queritur, an propter censum debitum dudum non solutum possit dictus dominus rex conventiones, transactiones, pacta et privilegia, de quibus supra proponitur[h], infringere, resindere vel etiam revocare.

Super quo consulo ego Riçardus predictus et dico quod non. Nec enim dicte conventiones, transactiones, pacta et privilegia inita et conposita sunt sub conditione dicti census prestandi, ut sic velit quis dicere, quod deficiente conditione[i] deficiat conditionatum. Set nec dicte conventiones, transactiones, pacta et privilegia continent contractum innominatum vel ephiteoticum[k], sed potius habent et continent formam nominati et puri[l] contractus, ubi non ad resindendum, set ad id quod est prestandum agi(tur), ut C. de contrahen(da) emp(tione) [l.] 'non idcirco' ad fi(nem) [2] et de resin(denda) vendi(tione) l. 'ea conditione' [3]. Solvant ergo domini dux et comune Venec(iarum) censum retentum et sic omnem purgent moram, aliter enim si solvere nollent, fortassis tunc locum haberet, quod dicitur: 'Frangenti fidem fides frangatur eidem' [4], ut C. de pac(tis) l. 'cum proponas' [5] et extra de iure iuran(do) c. 'pervenit' [6]. Et sic tunc posset infringere, resindere et revocare conventiones, transactiones, pacta et privilegia supradictas.

C Et prout superius sigilatim scriptum est, consilium est mei Riçardi supradicti manu quidem mea scriptum meique sigilli munim[in]e roboratum.

---

562. CONFIRMATIO PRIVILEGII BRIXIENSIBUS CONCESSI.

1311. Ian. 22.

Brixiensibus rex privilegium Heinrici VI. imperatoris a. 1192. Iul. 26 concessum (supra tom. I, 498 nr. 350 A) innovavit.

Denuo contulimus A *autographon Brixiae in bibliotheca Queriniana existens, quod 'Pergamene nr. 6' signatum est. Pendet sigillum parum laesum filis sericis caerulei flavique coloris. Ediderunt Böhmer 'Acta imperii selecta' pag. 795 nr. 1104; itemque 'Historiae patriae monumenta' XIX ('Liber Potheris communis civitatis Brixiae') pag. 1196 sqq. ad apographum coaevum eiusdem bibliothecae.*

Contulimus etiam B *autographon non confectum ut videtur olim tabularii caesarei Vindobonensis, nunc Venetiae in tabulario regio asservatum. Iam circiter a. 1848. descripsit Wattenbach. Sigillatum non erat. In marginis dextri inferiori parte manu Pauli de Podio Bonizi notarii addita sunt haec:* cum testibus subnotatis videlicet Baldevvino archiepiscopo Trevirensi, Theobaldo[a] Leodiensi[b], Aymone Gebennensi episcopis ac Homine de Peretulo preposito de Sanalo consiliario nostro ac auditore palacii regalis. — *Böhmer, Reg. Heinr. 361.* *(P. deest.)*

561. g) *sic, prima* o *ex* ō *corr. or.* h) *sequitur* possit *delet. or.* i) tiōe *in rasura or.* k) *sic or.* l) et puri *supra lineam or.*

562. a) h *corr. ex* e. b) L *corr. ex* c.

1) *Cod. 5, 62, 12.* 2) *Cod. 4, 38, 12, 1.* 3) *Cod. 4, 44, 14.* 4) *Unde sumptum sit, nescio.* 5) *Cod. 2, 3, 16.* 6) *c. 2. 3 X De iureiur. (II, 24).*

‖ Heinricus ‖ Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Ex parte sapientum virorum . . consilii et communis civitatis Brixiensis dilectorum nostrorum fidelium nostro extitit culmini humiliter supplicatum, ut privilegium infra-5 scriptum confirmare de benignitate regia dignaremur. Cuius privilegii tenor talis est:

'In nomine sancte — Kal. Augusti'. *supra tom. I, 498 nr. 350.*

Nos igitur predictorum civium Brixiensium devotis supplicationibus favorabiliter inclinati, prefatum privilegium et omnia in eo contenta, prout rite et provide concessa sunt et tradita, approbamus, ratificamus et presentis scripti patrocinio confirmamus. Nulli 10 ergo omnino hominum liceat hanc nostre approbationis, ratificationis et confirmationis paginam infringere vel ei in aliquo contraire. Quod qui facere presumpserit, premissam penam et indignationem nostram se noverit incurrisse. Huius[a] rei testes sunt: venerabilis Baldewinus Trevirensis archiepiscopus, Theobaldus Leodiensis, Aymonus Gebennensis episcopi ac Homo de Peretulo prepositus de Senalo consiliarius noster, auditor 15 palatii regalis[a]. In cuius rei testimonium et evidentiam pleniorem presens scriptum conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

‖ Signum (M.) domini Heinrici Romanorum regis invictissimi. ‖

Dat. Mediolani, XI. Kalend.[b] Februarii, indictione[c] IX, anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, regni vero nostri anno tertio.

20 ‖ Ego ‖[d] frater Heinricus Tridentinus episcopus sacre imperialis aule cancellarius vice domini Heinrici Coloniensis archiepiscopi sacri Romani imperii per Italiam archicancellarii recognovi[e].

---

563. 564. CASSATIO BANNORUM ET REPRESSALIARUM IN LOMBARDIA.

25 1311. Ian. 23.

563. *LEX DE CASSATIONE BANNORUM.*

Denuo accuratissime contulimus M *minutam signo chronologico carentem, sed huic tempori ut opinamur vindicandam, quam scriba nobis haud notus exaravit. Servatur Taurini in tabulario regio inter Protocolla et acta Bernardi de Mercato 'Diplomi imperiali 30 Mazzo 3 nr. 23' (= Doenniges Ms. IV; cf. 'Acta Henrici VII.' II, pag. VI) folio primo adsuta. Textus nonnulla verba evanida sunt. In verso leguntur manu Bernardi scripta:* De cassatione iniustarum sententiarum. *Edidit Doenniges l. c. II, 93 nr. 1.*

Imbreviaturam eiusdem ut videtur legis, quam praebet J *Liber imbreviaturarum Bernardi, de quo v. supra ad nr. 468—476, fol. 28' denuo collatam sub asterisco ad-35 notavimus. Est ibi rubrum:* de relaxatione bannorum. *Edidit Doenniges l. c. I, 36 nr. 67.*

(P. deest.)

562. a) Huius—regalis *desunt B; cf. supra pag. 520 lin. 34 sqq.* b) Kal. *B.* c) ind. *B.* d) Ego *B.* e) ‖ recognovi ‖ *B.*

In[*] nomine Domini amen.

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus.

(1) Decet[**] regiam maiestatem iugiter vigilare pro commodis subiectorum et que aliquo errore vel vitio depravata cognoverit, quibus poterit conatibus in melius reparare, [ut][a] sic [. . . . . con]serventur[b] et devia revocentur ad tramites rationis, presertim ea[c] que abiectis dissensionum et guerrarum squaloribus pacis lenitat[em et iusticie][d] dulcedinem repromittunt. Cum itaque in nostre serenitatis adventu ad Ytalie[e] partes inter alia incommoda, que regionem diversis procellarum fluctibus agitabant, hoc invenerimus fuisse potissimum, quod[f] per omnes civitates terras et loca Italie[e], maxime Lombardie ac Tuscie[1], homines ad invicem emulantes propter calores parcialium animorum potius quam pro veritatis vel iusticie cultu, dolis et machinationibus perversis sese volentes offendere, unus alium falso et calupniose accusabat et denunciabat de diversis criminibus et offensis. Quandoque etiam per rectores parcialitatis labe pollutos contra aliquos extrinsecos terrarum et quandoque intrinsecos ex officio inquisitionis procedebatur iniuste, et licet inculpabiles essent, tamen quod propter exilium vel iustum metum ipsi vel alii ad eorum defensionem comparere non poterant nec audebant, tales rectores contra eos bannorum, condepnationum et relegationum iniustas et orrendissimas sententias fulminabant, propter quas postea et occisiones hominum absque culpa domorumque dirutiones et alia nefanda multipliciter nascebantur. (2) Ex predictis itaque orrendis nostre mansuetudinis visceribus pietate profusis, quibus iuris et iusticie studium divinitus est commissum, tale primo remedium quesivimus adhibere, ut videlicet omnes iustas condepnationes et banna adque processus ceteros ab iniustis et inconvenientibus secerni facere[g] curaremus, ut que[h] rite acta fuissent, intacta manerent, que vero propter hodia vel guerras iniuste contra insontes fuere prolata, cassationis et annullationis remedio to[l]lere[n]tur. Set dum predictorum[i] discretio quereretur, que iusta ab iniustis secerneret[k], tum ex[l] operis multitudine, tum etiam ex processuum ineptitudine tanta intricatio[m] et confusio supervenit, quod hanc viam tamquam inexpedibilem relin-

*) *In dorso huius folii inverso ordine quo minuta ipsa manu alia, sed cancellariae*[2], *conscripta nunc partim corrosa leguntur:* Et ita brevius: In nomine Domini amen. H(enricus) Dei gratia Romanorum rex semper augustus. Decet regiam maiestatem iugiter vigilare pro commodis subiectorum | et que aliquo errore vel vitio depravata cognoverit[n] in melius reparare, presertim in hiis que abiectis dissensionum squaloribus pacis lenitatem et | iusticie[o] dulcedinem repromittunt. Cum itaque post nostrum felicem accessum ad Ytalie partes invenerimus ibidem multas condepnationes vel [banna][p] | et processus factos et facta esse[q] iniuste tam in intrinsecos quam extrinsecos civitatum, castrorum et locorum, specialiter Lombardie et Tuscie[1], qui et que pot[ius . . .]ne[r] | a falsis et calumpniosis accusationibus et inquisitionibus, que fiebant inter homines calore partium motos, quam veritatis vel iusticie cultu contra culpabiles[s] | .

**) *Imbreviatura haec verba praebet:* Anno Domini millesimo trecentesimo[t] undecimo, indic. IX, die XXIII. mensis Ianuar., dominus rex relaxavit omnia banna, quibus suppositi forent universi et singuli cives, homines et habitatores omnium civitatum, castrorum, villarum et locorum provincie Lumbardie, illarum et illorum videlicet, qui iam venerunt ad obedientiam ipsius domini regis, ex quacunque causa[u] sive ex quocunque delicto vel offensa magna vel parva essent banniti. Remitendo eis omnem penam et emendam ipsi domino regi seu quibuscunque aliis dominis vel comunibus seu potestatibus occasione huiusmodi debitas[3]. *J.*

563. a) *lacuna duarum litterarum M.* b) *lacuna 10 fere litterarum M.* c) *supra lineam add. M.* d) *lacuna 12 fere litterarum M.* e) Ytalia *M.* f) *super* max *delet. M.* g) ni facere *super* nere *cancellat. M.* h) *sequitur* iu *delet. M.* i) recta *sequ. delet. M.* k) tanta intricatio et confusio *sequuntur deleta M.* l) rer *sequ. delet. M.* m) intrincatio *M.* n) *super* repererit *delet. M.* o) *sequitur* lenitat *delet. M.* p) *lacuna 4 litterarum M.* q) *sequitur* tanquam *delet. M.* r) *omnino illegibilia M.* s) *quae sequuntur omnino evanida sunt M.* t) *sequitur* decimo *delet. J.* u) decausa *J.*

1) *Hoc loco deletum non est; cf. pag. 523 lin. 9.* 2) *De ipsius cancellarii manu cogitaverim.* 3) *Hic sequitur pag. 524 lin. 1.*

quentes pro huius rei cita et libera expeditione magisque munifica ex[v] nostre clementie fonte rivos uberiores profudimus, quorum aque salubres omnem delictorum preteritorum maculam universaliter a quibuscunque nostre obedientibus maiestati[w] abluerent et delerent, ut sic a preteritis expiati erroribus comuni provisione se renovatos sentiant in quiete, hicque annus sit eis[x] posteritatique eorum[y] iubileus et iocundus et ab hoc incipiat eorum comunis et[z] pacificus status Dei suffragio perpetuo duraturus. (3) Quapropter hanc editalem legem in[a] eternum valituram statuimus[a] ex nostre plenitudine potestatis, per quam[b] irritamus adque cassamus et cassa et irrita esse decernimus per universas civitates, castra et loca Lombardie [ac Tuscie][c], que[d] ad nostra mandata venerint vel venerunt et per nostram ordinationem pacem fecerunt vel facient inter suos intrinsecos et extrinsecos parciales[d], omnia banna[e], condepnationes et relegationes et processus adque sententias lata, facta, data seu promulgata de aliquo vel aliquibus seu contra vel in aliquem vel aliquos de extrinsecis seu intrinsecis ipsarum civitatum terrarum vel locorum usque in presentem diem per dominos, potestates seu rectores vel quoscunque officiales dictorum locorum et civitatum adque terrarum, occasione rebellionis vel guerre vel robarie vel incendii seu homicidii vel vulnerum seu furti vel cuiuslibet occasione[f] alterius excessus, criminis, delicti, offense seu ommissi, que quomodocunque[g] vel quandocunque vel ubicunque vel in quemcunque[g] dicerentur fuisse commissa vel ordinata. (4) Statuentes, quod omnes et singuli tales exbanniti et condempnati seu relegati, ut predictum est, ab hac hora inantea sint liberi et absoluti a talibus bannis, condepnationibus, relegationibus, sententiis adque processibus et ab omnibus condicionibus et articulis in eis contentis et ab omni nota infamie vel preiudicio inde secutis. Ita quod ab hac hora inantea propterea nullo modo, ipsi[h] vel eorum familie vel fautores vel favoratores eorum[h] valeant molestari, inquietari vel offendi in persona vel rebus vel honoribus vel iuribus eorundem per aliquem dominum vel rectorem vel comune vel universitatem vel singularem personam[i]. Sed in eo statu sint, acsi nunquam banniti vel condempnati vel relegati fuissent et acsi ipsa maleficia vel excessus nunquam comisissent, nec etiam possit fieri de eis nova condepnatio vel processus. (5) Insuper scripture ac libri, in quibus talia banna, condempnationes, relegationes et sententie ac processus scripta essent, deleantur et destruantur in totum. Et officiales et rectores et quilibet alii ipsos libros vel scripturas habentes teneantur eos et eas ad petitionem cuiuslibet delere ac destruere, ita quod non remaneat ex eis vestigium in futurum. (6) Hanc itaque nostram sanctionem et legem prevalere volumus cuilibet alteri legi, ordinationi vel statuto[k] seu consuetudini[l] quandocunque et per quemcunque factis vel fiendis seu[m] in consuetudinem deductis[m]. Et exnunc cassamus et irritamus omnem legem vel ordinationem seu consuetudinem, que predictis repugnarent[n], ita quod nullam contra hec habeant potestatem. Insuper sancientes, quod si quis huic[o] nostre dispositioni[p] in aliquo presumpserit contraire[q], nostre indignationis penam incurrat necnon C libr(as) puri auri componat, quarum medietas accusatori[r], alia medietas nostro herario applicetur.

564. *CASSATIO REPRESSALIARUM.*

Imbreviatura tantum superest in J *fol. 28', quam denuo contulimus. Edidit Doenniges l. c. I, 36 nr. 67. Cf. iam supra nr. 511.* *(P. deest.)*

563. v) *supra lineam add. M.* w) maiest. obed. *signo transponendi addito M.* x) *sequitur* in memoria *delet. M.* y) *in margine add. M.* z) *sequitur* trā *delet. M.* a) in—statuimus *super* perpetuo duraturam *delet. M.* b) per quam *supra lineam add. M.* c) ac Tuscie *hic deleta M.* d) que—parciales *supra lineam add. M.* e) *sequitur* data *delet. M.* f) *supra lineam add. M.* g) quomodocunque—quemcunque *supra lineam add. M.* h) ipsi—eorum *supra lineam add. M.* i) *sequitur* stʒ *delet. M.* k) *sequitur* p q *delet. M.* l) seu consuetudini *supra lineam add. M.* m) seu—deductis *supra lineam add. M.* n) *super* refragarent *cancellato M.* o) *super* huius *delet. M.* p) *ultima* i *corr.* ex is *M.* q) *praecedit* contraire *delet. M.* r) *super* offenso *delet. M.*

Item [1] delevit, cassavit et adnullavit omnes represallias seu scambia datas et constitutas a quibuscunque civitatibus, comunibus, collegiis seu personis aliis quibuscunque contra civitates, comunia, collegia et personas alias etc.

565. ORDINATIO DE OFFICIALIBUS MEDIOLANENSIBUS. 5

1311. Ian. 24.

Denuo contulimus J Librum imbreviaturarum Bernardi de Mercato, de quo v. supra ad nr. 468—476, fol. 28'. Rubrum deest. Edidit Doenniges l. c. I, 36 nr. 66.
(P. deest.)

Anno quo supra, in palatio archiepiscopali Mediol(ani), die XXIIII. Ian., pre- 10 sentibus Treverensi archiepiscopo, Leodiensi episcopo, comite Sabaudie, Moroello Malespine et Henrico de Geldonia t(estibus). Dominus rex ordinavit, quod vicarius et consiliarii comunis Medyol(ani) possint hac vice tantum, nomine etiam ipsius domini regis, eligere et ordinare capitaneum, rectores et officiales in castris, terris et locis comunitatis et dyocesis Medyol(ani), qui faciant et exerceant officia pro ipso domino rege et 15 nomine eius. Sub hac protestatione, quod hec ordinatio non preiudicet ipsi domino regi et Romano imperio in predictis in iure suo.

566. SYNDICATUS CIVITATIS ARETINAE.

1311. Ian. 26.

Repetimus editionem, quam ex autographo Pisis in tabulario Roncioniano sub nr. 702 20 *asservato paravit Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 138 nr. 94. In verso leguntur:* Procuratorium de Aretio super fidelitate. *Cf. infra nr. 640.* *(P. deest.)*

In Dei nomine amen.

Notum sit maiestati serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti et omnibus hoc instrumentum publicum inspecturis, quod vocatis 25 et congregatis defensoribus populi, vixillifero iustitie, gonfaloneriis sotietatum et generali consilio comunis et populi civitatis Aretii in palatio populi ipsius civitatis ad sonum tubarum et vocem preconum ipsius et ad sonum campane, ut moris est, pro infrascripto sindico creando et faciendo, de mandato nobilis et prudentis viri Tilis de Filipensibus de Urbeveteri potestatis et capitanei ipsius civitatis Aretii, sponte et ex certa et pura 30 scientia prefati defensores, vixillifer iustitie, gonfalonerii sotietatum et consilium simul cum dicto domino potestate et capitaneo et de ipsius licentia, consensu et auctoritate, et idem dominus potestas et capitaneus simul cum eis et de ipsorum licentia, consensu et auctoritate, unanimiter et concorditer fecerunt, constituerunt, ordinaverunt et creaverunt, prout de iure et facto melius et efficacius potuerunt, vice et nomine 35 totius comunis et populi civitatis predicte, virum providum Bertuldum condam Ranaldi Aretinum civem ibidem presentem et mandatum recipientem eorum et dictorum

1) *Cf. supra pag. 522 not. **.*

comunis et populi Aretini verum ac legitimum sindicum, procuratorem, actorem et numptium specialem ad comparendum et se presentandum coram maiestate prefati domini regis et ad recognoscendum predictum dominum regem eorum et dicti comunis et populi verum, naturalem et legitimum dominum absque medio, et ad iurandum pure 5 et libere fidelitatem et ad prestandum in animas ipsorum iuramentum pure fidelitatis, et ad presentandum civitatem et cives predictos, comune, populum, districtum et posse eorum obedientie et iurisdictioni ipsius domini regis tanquam domini sui legitimi, et ad promittendum omnia et singula, que in forma fidelitatis nova et veteri continentur et ad que verus sudditus et vasallus suo vero domino tenetur, et ad iurandum et pro- 10 mittendum omnia et singula mandata ipsius domini regis in omnibus et singulis observare. Et ad recognoscendum ipsum dominum regem habere merum et mixtum imperium et iurisdictionem omnimodam in civitatem, cives, comune et populum supradictos et in toto posse et districtu eorundem, et ad compromittendum alte et basse in ipsum dominum regem de omnibus et singulis discordiis, rancoribus, inimicitiis, iniuriis et dannis datis 15 ipsorum civium universalibus et particularibus. Et ad dandum eidem domino regi plenam, generalem et liberam potestatem et bailiam super discordiis et inimicitiis eorum universis et singulis ordinandi, statuendi et pronumptiandi ad suam omnimodam voluntatem, et ad statuendum et promittendum penam et bona ipsorum obligandum pro predictis et predicta tangentibus observandis. Et generaliter ad omnia et singula 20 facienda, iuranda et liberaliter promittenda, que de mandato prefati domini regis processerint, cum pene promissione et bonorum obligatione et aliis oportunis. Dantes et concedentes in hiis et circa hec eidem sindico plenam, liberam et generalem auctoritatem cum pleno, libero et generali mandato, necnon promittentes firma et rata habere perpetuo et tenere omnia et singula, que per dictum sindicum facta et promissa fuerint 25 in predicta et circa ea, sub ipoteca et obligatione omnium et singulorum bonorum et iurium comunis et populi antedicti.

Actum in palatio populi civitatis Aretii, sub annis Domini ab eiusdem nativitate MCCCXI, indictione VIIII, die XXVI. Ianuarii, ipso domino rege regnante et domino Clemente papa V. residente. Presentibus domino Iohanne Gruneo de Pisis iudice dicti 30 domini potestatis, ser Nerio Bernardi de Bolsena, ser Petro ser Guidonis de Urbeveteri militibus et sotiis dicti domini potestatis, Bellino, Angelo et Bono preconibus comunis et populi Aretii testibus ad hec vocatis et rogatis.

(S. N.) Ego Verius condam Mini Borestauri de Aretio imperiali auctoritate iudex ordinarius atque notarius publicus predictis omnibus interfui eaque rogatus de mandato 35 dicti domini potestatis et capitanei scripsi et publicavi.

---

567. HOMAGIUM CIVITATIS IANUENSIS.

1311. Ian. 28.

Proponimus ex J *Libro imbreviaturarum Bernardi de Mercato, de quo v. supra ad nr. 468—476, fol. 29'. Est rubrum*: de fidelitate Ianuensium. *Edidit etiam Doenniges* 40 *l. c. I, 37 nr. 70.* *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Anno nativitatis eiusdem millesimo tricentesimo undecimo, die XXVIII. mensis Ian., in civitate Medyolani in aula[a] palacii veteris comunis Medyol(ani), presentibus

567. a) domus *sequitur deletum J.*

dominis Balduvino archiepiscopo Treverensi, Theobaldo episcopo Leodiensi, Gerardo episcopo Basiliensi, Guidone episcopo Astensi, Hugucione episcopo Novariensi, Aymone episcopo Gebenensi, Henrico episcopo Tridentino, Antigrado[b] episcopo Vincent(ino)[c], W[a]leramo fratre domini regis, A(medeo) comite Sabaudie, Lupollo duce Austrie, Philipo principe Akaye, Morvello marchione Malespine, Symone de Colubiano, Henrico de Spanem preposito Traciatensi, Nycholao de Bonsegnoribus, Guydone Delphini, Andrea de Garretis, Salvio de Pelacano et magistro Henrico de Geldonia testibus etc. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat presentibus et futuris, quod accedentes ad presentiam serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti viri venerabiles domini Paulus de Auriga, Petrus de Lugolinis iudex, Luchetus de Grimaldis, magister Leonardus phisicus, Iohannes Cancellarius iudex, Mariscotus Bucanigra, Cibo Cibo, Andriolus Ciguongna, Huetus Gentil(is), Guilelmus de Flisco, Ingo Catanius et Guydo Spinula, ambaxiatores, syndici et procuratores et nuncii sollempnes comunis, populi et civitatis Ianue, prout constat per quoddam publicum [instrumentum] manu Francisquini de Aula publici notarii conscriptum[1] sigillatumque sigillis archiepiscopi Ianuensis et comunis Ianue, ut prima facie apparebat, syndicario et procuratorio nomine quo supra, ad instantiam ipsius domini regis ex certis scientiis et voluntatibus suis spontaneis, recognoscentes publice ac sollempniter ipsum dominum regem esse et esse debere suum, civitatis, comunis, populi ac totius districtus Ianuensis verum naturalem, legitimum ac precipuum dominum absque medio, fecerunt, recognoverunt et prestiterunt[d] eidem domino regi humiliter et devote flexis genibus fidelitatem et fidelitatis iuramentum in modum qui sequitur:

videlicet quod ab hac hora inantea ipsi omnesque cives et habitantes civitatis et districtus Ianuensis, comune et populus eiusdem civitatis universaliter[e] singuli et singulariter universi[e] erunt fideles, subditi et obedientes ipsi domino regi et sacro Romano imperio. Non erunt in loco, facto vel consilio, ubi ipse dominus rex vitam vel membrum perdat vel capiatur mala captione vel ubi honoris vel dignitatis sue detrimentum patiatur vel quod iura, honorem et regalias imperii amitat. Et si sciverint vel audiverint predicta ab aliquo sive aliquibus velle procurari, illud pro posse suo impedient et si impedire non poterunt, illud quam cito poterunt eidem domino regi per se vel per nuncium suum aut per litteras significabunt. Consilium, quod eis per se vel per alium crediturus est, ad dampnum ipsius domini ipsis scientibus nemini pandent. Regnum et imperium Romanum eorumque regalia adiutores erunt ipsi domino regi ad defendendum et retinendum contra omnem hominem. Hec et omnia alia, ad que domino suo tenetur verus, fidelis et subditus, servabunt et facient bona fide.

Et sic in animas suas et predictorum promiserunt et ad sancta Dei euangelia corporaliter tacta iuraverunt.

---

568. LITTERAE AD ARCHIEPISCOPUM MOGUNTINUM.

1311. Ian. 30.

Litteras archiepiscopo Moguntino directas de privilegio episcopo Eistetensi concedendo descripsimus ex autographo Monaci in tabulario generali regni Bawarici 'Kaiser-

537. b) *supra lineam add. J.* c) vuinc. *J.* d) prestituerunt *J.* e) universaliter — universi *supra lineam add. J.*

1) *Servatum non est.*

select Nachtrag' nr. 178 asservato. Scriptum est ab homine quodam Germano; membrana est Italica. Sigilli secreti dorso impressi vestigia adhuc videntur.

Privilegium ipsum die 23. m. Ian. datum (Böhmer, Reg. Heinr. 363) hic proponere longum est. — Böhmer, Reg. Heinr. 365. *(P. deest.)*

5 Heinr(icus) Dei gracia Rom(anorum) rex semper augustus venerabili P(etro) Magunt(inensi) archiepiscopo principi suo dilecto graciam suam et omne bonum.

Litteras tuas nobis missas [1] cum inserto tenore privilegii venerabilis Ph(ilippi) Eystetensis episcopi super opido Gredingen, quod ecclesie Eystetensi, prout ibidem expresse contineri vidimus, ab antiquo pertinere dinoscitur, audivimus de verbo ad ver- 10 bum legi. Et disponentes ipsam ecclesiam obtentu divine retribucionis in suis iuribus et honoribus quomodolibet sibi pertinentibus regalis auxilii gracia confovere favorabiliter et augere, dictum opidum Gredingen eidem ecclesie restituimus et donavimus et sine quorumlibet inquietacione sibi volumus perpetuo cum omnibus iuribus et pertinenciis quiete et pacifice remanere. Unde litteras illustris Iohannis regis Bohemie principis 15 et primogeniti nostri karissimi, dum requisierit, eidem episcopo et ecclesie sue liberaliter exhibere poteris et concedere super eo.

Dat. Mediol(ani), III. Kalen. Febr., regni nostri anno tercio.

---

569. INNOVATIO PRIVILEGII ARCHIEPISCOPO TREVIRENSI CONCESSI.

20 1311. Febr. 3.

Cum autographon deperditum sit, apographon in C *Copiario Balduini archiepiscopi nr. 3 fol. 109 tabularii regii Confluentini denuo benivolenter contulit vir d. Paulus Richter. Quae ex privilegio a. 1309. Febr. 6 dati supra nr. 276 hic repetuntur, ea typis minoribus excudenda curavimus. Edidit Böhmer 'Acta imperii selecta' pag. 437 nr. 627. — Böhmer,* 25 *Reg. Heinr. 367.* *(P. deest.)*

Henricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Decet regalem celsitudinem subditos suos quoslibet velamine sue protectionis subumbrare ac ab oppressionibus et molestacionibus quorumlibet favorabiliter conservare et 30 specialiter ecclesias ac ecclesiasticas personas, que principatus tytulis, honore et nomine insigniri noscuntur, a dispendiosis dampnorum oneribus regie circumspectionis studio relevare. Sane veridica relacione didicimus et evidentia rei declarat manifeste, quod cum venerabilis Baldewinus Treverorum archiepiscopus princeps et germanus noster karissimus ad pastoralis* dignitatis et sancte Treverensis ecclesie regimen assumptus extitit, castra, municiones et redditus 35 eiusdem archiepiscopatus receperit per antecessores suos adeo obligatos et alienatos et clerum ac populum sue diocesi* subiectos tante paupertatis oppressos gravamine, quod nisi graciosis donariis et auxiliis multiplicibus favorabiliter prospiciatur et succurratur eisdem, dictus archiepiscopatus in bonis et hominibus suis diversis dispendiis ac periculis subici formidatur. Unde provida consideracione pensantes ac intuentes expensas graves et non modicas per 40 dictum archiepiscopum circa* promocionem et electionem nostram ad gubernacionem regni

1) *Quae servatae non sunt.*

Romani et circa imperii ac tocius reipublice evidentem utilitatem et* bonum ac pacificum statum regni per eum factas necnon fructuosa servicia sepe dicti archiepiscopi laudabiliter exhibita nobis et imperio, ad eundem germanum nostrum et ecclesiam Treverensem, que una de nobilioribus et antiquioribus eiusdem imperii principatibus esse dinoscitur* et sub augusto meruit incrementis prosperis multipliciter augmentari*, regie serenitatis munificenciam favorabiliter convertentes et affectantes ipsorum inopie propter utiliora servicia nobis exhibenda in posterum dexteram porrigere promotionis et subvencionis specialis, quorum videlicet archiepiscopi et archiepiscopatus redditus adeo tenues et exiles cognoscimus ad presens, quod nobis, si requisiti fuerint pro defensione seu recuperatione status imperii, regni ac reipublice, non possent iuxta nominis et honoris sui decentiam dignis auxiliis famulari, cum huiusmodi redditus minime sufficiant hiis temporibus ad retentionem, custodiam et reparacionem castrorum suorum, maxime cum plura ex eisdem *ruinam minentur et operibus indigeant sumptuosis*, prefato Baldewino principi nostro supradicto, suis successoribus et ecclesie Treverensi pro nobis et nostris successoribus Romanis regibus et imperatoribus pedagium, vectigal, gwidagium sive theloneum in dominio, districtu, iurisdictione et conductu ipsius archiepiscopi et ecclesie Treverensis super alveum Reni in Confluentia vel alibi superius aut inferius in suo dominio seu territorio, videlicet duos grossos Turonenses de qualibet carrata vini et de aliis mercatibus iuxta consuetam taxationem, cum eciam quam plures ibidem cum suis mercimoniis transeuntes rebus ipsorum spoliati fuissent, nisi prenominatus[a] archiepiscopus vel eius[b] officiati securum conductum transeuntibus prestitissent, regalis celsitudinis largitate donacione irrevocabili perpetuo colligendum, levandum et percipiendum concedimus, donamus et in Dei nomine conferimus per presentes. In quorum omnium perpetuam memoriam et roboris firmitatem sigillum nostre regie maiestatis presentibus est appensum.

Datum Mediolani, tercio Non. Febr., anno Domini MCCCXI, regni vero nostri anno tercio.

---

570. 571. SCRIPTA PRO EBERHARDO DE BURGELON.

1311. Febr. 3.—Mart. 20.

570. *SCRIPTUM COMITUM DE HABSBURG ET HONBERG. Febr. 3.*

Denuo contulimus autographon Pisis in tabulario Roncioniano sub nr. 707 asservatum, cuius sigilla iam desunt. Edidit Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 145 nr. 99.
(P. decst.)

Nos R(udolfus) comes de Habsburg et Wernherus comes de Honberg notum facimus presencium inspectoribus universis, quod promittimus et promisimus fide data nomine sacramenti serenissimo domino nostro domino Henrico Romanorum regi vice et nomine nobilis viri Eberhardi de Burgelon ac pro[a] eo, quod idem Eb(erhardus) fideliter et constanter adherebit et serviet dicto domino nostro regi contra omnem hominem toto tempore vite sue et super eo[b] suas patentes litteras quam primum poterit sibi tradet[1]. In cuius rei testimonium presentes litteras nostris sigillis iussimus communiri.
Datum in Mediol(ano), III.[c] Non. Februarii, anno Domini MCCCXI.

569. a) prenotatus *C.* b) *sequitur . . C.*
570. a) *praecedit rasura 2 litterarum or.* b) *sequitur* suas *delet. or.* c) *scriptum est* ıŋ? *or.*
1) *Quae servatae non sunt.*

571. *MANDATUM REGIS CONSTANTIENSIBUS MISSUM. Mart. 20.*

Ineditum proponimus ex autographo, quod superest Karlsruhae in tabulario generali 'Select der Kaiser- und Königsurkunden nr. 163'. Sigilli dorso impressi vestigia parva apparent. (P. deest.)

5 Heinr(icus) Dei gracia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris .. magistro civium, .. ministro, .. consulibus et civibus Constanciensibus fidelibus suis dilectis graciam suam et omne bonum.

Cum nos nobili viro Eberhardo de Burgelon fideli nostro dilecto pro serviciis que nobis faciet centum et quinquaginta marcas argenti solvendas sibi per Iudeos nostros 10 in Constancia in festo beati Martini proximo duxerimus largiendas, fidelitati vestre *Nov. 11.* precipimus et mandamus precise volentes, quatinus eosdem nostros Iudeos inducatis efficaciter et eos tales habeatis, quod prefatum Eberhardum assecurent, ut sibi dictam pecuniam in prefato termino sine difficultate qualibet persolvere non omittant. Quam pecuniam ipsis de stura nobis proxime persolvenda volumus defalcari. Vobis studiosius 15 iniungentes, ut sibi in premissis nullum obstaculum prebeatis vel inferri ab aliis permittatis.

Dat. Mediolani, XIII. Kalen. Aprilis, regni nostri anno tercio.

---

572. CONVENTIO CUM DOMINIS DE LA SCALA.

20 1311. Febr. 4.

Denuo contulimus autographon, quod exstat Pisis in tabulario Roncioniano nr. 706 signatum. Sigilla desiderantur. Dorso inscriptum est manu Bernardi de Mercato: De conventionibus habitis cum domino per dominos de la Scala de Verona *(cf. Indicem documentorum a. 1313. confectum, de quo v. supra ad nr. 298, Doenniges l. c. II, 115).* 25 *Edidit Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 144 nr. 98. (P. deest.)*

(S. N.) In Christi nomine amen.

Nos Albuynus et Canisgrandis frater eius de la Scala condam bone memorie domini Alberti de la Scala de Verona recognoscimus, promittimus et obligamus nos serenissimo domino nostro domino Henrico Romanorum regi pro nobis et nostris suc- 30 cessoribus, quod idem dominus rex debeat singulis annis habere et recipere et disponere ad nutum suum et voluntatem suam omnes prisias suas, reditus et proventus spectantes ad dictum dominum regem et imperium. Et quod in civitate Verone non debent poni tallie, exactiones et tollonea vel alia quecumque nisi de licentia et voluntate sua. Et si ibi sint alique exactiones graves vel iniuste, eas ad voluntatem suam 35 poterit deponere et mutare. Item singulis annis facient sibi servicium, secundum quod videbitur ipsi domino imperatori, quod poterit fieri secundum possibilitatem dicte civitatis, territorii et districtus eiusdem. Et ad maiorem firmitatem predictorum dicti Albuynus et Canisgrandis iusserunt et voluerunt me Albertum notarium infrascriptum predicta scribere et meum signum et nomen apponere et suis sigillis pendentibus sigilari ad 40 perpetui roboris firmitatem.

Anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, indictione nona, die Iovis quarto intrantis Februarii.

(S. N.) Ego Albertus domini Salvabeni de Culcerellis de Verona imperiali auctoritate notarius rogatus scripsi.

---

573. ORDINATIO DE COMITIVA PRAESTANDA. 5

1311. Febr. 9.

Denuo contulimus J Librum imbreviaturarum Bernardi de Mercato, de quo v. supra ad nr. 468—476, fol. 30. Edidit Doenniges l. c. I, 38 nr. 72. *(P. deest.)*

Anno quo supra, die IX. mensis Febr., fuit ordinatum per dominum, quod signi- 10 ficetur ex parte eius, quod omnes illi de civitate Medyolani, qui sunt ordinati ire cum domino ad associandum ipsum, sint parati et muniti equis et armis hinc usque ad diem Febr. 14. Dominicam proximam inclusive, ut ab ipsa die inantea secantur marescalcum suum, quam cito equitare voluerit pro comitiva prestanda domino nostro imperatori. Quod si non sequerentur eumdem marescalcum, prima die incidat ille qui remaneret in penam 15 quingentarum librarum imperialium. Et si secunda die non fuerit in comitiva dicti marescalci, incidat in penam mille librarum imperialium. Et si tertia die non fuerit in eadem comitiva, incidat in penam eris et corporis.

---

574. 575. SCRIPTA PRO HOMINIBUS DE TRIVILIO. 20

1311. Febr. 9.—26.

574. *SCRIPTUM REGIS. Febr. 9.*

Repetimus editionem, quam satis male paravit Barelli 'Archivio storico Italiano' Ser. V tom. 30 (1902), pag. 52, hic illic correctam. Usus est 1) *apographo saec. XIV. ex. bibliothecae Trivulzianae Mediolanensis et* 2) *codice saec. XV. ex. Trivilii in tabu-* 25 *lario civitatis asservato fol. 4'.* *(P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus sapientibus viris vicario, consilio et[a] comuni civitatis Mediolani fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum.

Disponentes quoslibet subiectos imperio, prout ex iniuncto nobis tenemur offitio, 30 ab iniuriosis dispendiis salubriter preservare, fidelitati vestre tenore presentium inhibemus, ne homines terre de Trivilio Grasso, quorum privilegia iuste concessa sibi per

574. [a]) *deest* 1.

imperatores vel reges antecessores nostros confirmavimus[b, 1], aliquibus exactionibus aut publicis fauctionibus vel angariis indebite gravetis vel servitiis oneretis nec sinatis huiusmodi requisitionibus vel distributionibus per alios inlicite molestari.

Datum[c] Mediolani, quinto Idus Februarii, regni vero nostri anno tertio.

5 **575.** *QUITATIO CANCELLARII DE FODRO RECEPTO. Mart. 26.*

Edidit Barelli l. c. pag. 53 ex 2 fol. 6', cuius editionem hic repetimus.

(P. deest.)

Frater Henricus Dei et apostolice sedis gratia Tridentine ecclesie episcopus, sacre imperialis aule cancellarius providis viris consilio et comuni de Trivillio Grasso salu-
10 tem in Domino.

Recognoscimus in his scriptis, nos sex marchas argenti nomine serenissimi domini nostri domini Henrici Romanorum regis, in quibus eidem occasione introytus sui in Italiam debitores fuistis, a vobis integraliter recepisse. Dantes vobis sub nostro sigillo presentes litteras in testimonium super eo.

15 Datum in Mediolano, quarto Kalendas Martii, anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, regni vero ipsius domini regis[a] anno tertio.

---

576. 577. TRACTATUUM CUM REGE FRANCIAE CONTINUATIO.

1311. Febr. 14.

20 *Hoc loco procuratoria tantum duo regis Franciae proponimus. Cf. supra nr. 351—354 et infra nr. 588 sqq. 612—618.*

576. *PROCURATORIUM REGIS FRANCIAE ITERATUM.*

Denuo accuratissime contulimus autographon, quod servatur in tabulario Parisino 'Carton J. 611' nr. 30 bis signatum. Membrana hic illic exesa est; attamen omnia suppleri
25 *poterant. Quae concordant cum priori procuratorio a. 1310. Iun. 23. dato supra nr. 352, ea typis minoribus excudenda curavimus. Cf. etiam ea, quae supra ad nr. 352 notavimus. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 296.* *(P. 514.)*

Philippus [Dei gratia Francorum rex universis][a] presentes litteras inspecturis salutem.

Notum facimus, quod nos dilectos et fideles nostros[b] G(aufridum) episcopum B[aio-
30 censem, magistrum Gaufridum de Plex]eyo[a] electum Ebroicensem, religiosum virum P. abbatem Sancti Medardi Suessionensis, magistrum Alanum de Lamba[lia archidiaconum Briocensem, magistrum Iohann]em[a] Forgeti canonicum Claramontensem ac Ingerranum de Marigniaco cambellanum nostrum, Guillelmum de Nogareto, Guillelmum [de Plesiano

574. b) confirmamus 1. 2. c) Data 1.

35 **575.** a) *loco* ipsius domini regis 2: nostri.

576. a) *uncis inclusa evanuerunt or.* b) *sequitur . . or.*

1) *A. 1311. Ian. 29. Böhmer, Reg. Heinr. 364.*

et][c] Petrum de Galardo milites et eorum quinque, quatuor, tres aut duos in solidum, ita quod non sit conditio melior occupantis, nostros facimus, constituimus et ordinamus veros, legitimos et indubitatos procuratores et nuntios speciales ad compromittendum pro nobis et nomine nostro cum magnifico principe[d] Henrico rege Romanorum semper augusto illustri, amico nostro carissimo, super omnibus questionibus seu discordiis motis vel movendis vel que moveri potuis- 5 sent seu possent tam per nos quam[e] predecessores nostros Francorum reges contra predictum regem Romanorum et suos predecessores in regno, quam per ipsum et predecessores suos ratione regni Romanorum vel imperii contra nos et predecessores nostros predictos quacunque occasione seu causa, necnon ad tractandum seu ordinandum super mutuis amicitiis et confederationibus inter nos ex una parte et dictum regem Romanorum, etiamsi [eum] ad coronam imperii 10 devenire contingat, ac successores suos in regno predicto vel etiam imperio ex altera contrahendis, ad approbandum insuper et ratifficandum pro nobis et nomine nostro compromissum, tractatus, confederationes, amicitias et conventiones habitos, interpositos seu factos inter carissimum consanguineum nostrum[d] Ludovicum de Claromonte camerarium Francie ac dilectum et fidelem clericum nostrum magistrum Petrum de Latilliaco archi- 15 diaconum Cathalanensem, procuratores nostros, pro nobis et nomine nostro et nobilem virum Iohannem de Flandria comitem Namurcensem militem, magistrum Symonem de Marvilla legum professorem thesaurarium Metensem, magistrum Henricum de Geldonia et Albertum de Foucheriis clericos, procuratores regis Romanorum predicti, eius nomine et pro eo[1], novos etiam tractatus, confederationes, amicitias et conventiones ineundi, 20 concordandi et firmandi mutuo inter nos successoresque nostros reges Francie ratione regni nostri ex parte una dictumque regem et successores suos in dicto regno Romanorum ratione eiusdem regni seu imperii ex altera etiam prioribus, si eis expediens videatur, addendo, minuendo vel mutando, et super quibuscumque aliis negociis nos et regnum nostrum ex una parte ac dictum regem et* regnum predictum seu imperium ex altera 25 tangentibus, et etiam super comitatu Burgondie ratione Philippi nati nostri carissimi et Iohanne consortis eiusdem, ac dictum compromissum predictosque tractatus, confederationes, amicicias, conventiones et ordinationes perficiendi, firmandi et complendi, nosque et regnum nostrum obligandi pro premissis compromisso, tractatibus et ordinationibus firmandis tam per iuramenta quam alias, tenendis, complendis et a nobis et nostris inviolabiliter observandis, et faciendi super 30 premissis et quolibet premissorum, quicquid veri* legitimi procuratores possent facere in premissis. Dantes eisdem procuratoribus* nostris* quinque seu quatuor aut tribus vel duobus ex ipsis in solidum* speciale mandatum necnon plenam, generalem et lib[eram potestatem in pre]missis[c] et ea tangentibus et quomodolibet pertinentibus ad premissa. Promittentes bona fide, nos ratum, gratum et fir[mum nunc et in perpetuum habitur]os[c], quicquid per dictos procuratores 35 nostros aut quinque seu quatuor vel tres aut duos ex ipsis in solidum in prem[issis et quolibet eorumdem et][c] dependentibus ab eisdem factum, compromissum, tractatum, ordinatum, confederatum et obligatum* fi[rmatumque iuramento vel alias][c] seu etiam procuratum fuerit in futurum. In cuius rei testimonium presentibus litteris nostrum fecimus apponi [sigillum][c].

Actum apud Fontem Bliandi, die XIIII. Febr., anno Domini MCCC decimo. 40

577. *PROCURATORIUM EIUSDEM DE IURAMENTIS PRAESTANDIS.*

Repetimus editionem, quam ex autographo eiusdem tabularii 'carton J. 611 nr. 30ter' signato nos ipsi paravimus 'Neues Archiv' XXIX, 587 nr. 13. Membrana valde exesa est; tamen omnia utpote plus minusve certa supplere licuit. Sigillum deest, foraminibus relictis. In verso leguntur: q̄re signum crucis tale † procur. 45

(P. deest.)

576. c) *uncis inclusa evanuerunt or.* d) *sequitur . . or.* e) *cf. supra pag. 299 not.* a *et 298 not.* b.

1) *Supra nr. 353 et 354.*

Ph(ilippus) Dei gratia Francorum rex . . . universis presentes litteras inspecturis notum facimus, quod cum nos propter bonum publicum affectantes ea, que ad pacem ecclesie Dei regnique nostri pacis et aliorum regn[orum commodum videntur procur]ari[a], nosque dilectos et fideles nostros G(aufridum) episcopum Baiocensem, magistrum Gau-
5 fridum de Plexeyo electum Ebroicensem, [religiosum virum P. abbatem Sancti Med]ardi[b] Suess(ionensis), magistrum Alanum de Lambalia archidiaconum Briocensem, magistrum I(ohannem) Forgeti canonicum Clarom(ontensem) ac Ingerrannum [de Marigniaco cambellanum nostr]um[b], Guillelmum de Nogareto, Guillelmum de Plesiano et Petrum Galardi milites per alias litteras nostras[1] procuratore[s nostros et nuntios speciales constitueri-
10 mus ad compr]omittendum[b] et ineundum tractatus, confederationes, amicitias et conventiones pro nobis et successoribus nostris fut[uris regibus ratione regni nostri vel][b] iurium ipsius ex parte una cum inclito principe H(enrico) rege Romanorum illustri ratione dicti regni vel imperii pro se su[isque successoribus in dicto reg]no[b] vel imperio vel regis ipsius procuratoribus ex altera iuxta modum et formam in ipsis litteris com-
15 prehensos, damus et conc[edimus per presentes eisdem][b] procuratoribus nostris, quinque, quatuor, tribus aut duobus ex eis, plenam et liberam potestatem compromissum, tractatus, [confederationes][b], amicitias et conventiones huiusmodi firmandi et iuramenti vinculo roborandi in[c] animam nostram, etiamsi[c] esset neccesse iurando, et omnia alia faciendi[d], que nos possemus super premissis et ea tangentibus facere, si presentes
20 [essemus][b]. In cuius rei testimonium presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum.

Actum apud Fontem Bliandi, die XIIII. Febr., [anno Domini][b] MCCC decimo.

---

578. 579. STATUS REGIS IN LOMBARDIA.

(1311. Febr. med.)

Hoc loco notitias duas subiungere liceat in C *Librorum Commemorialium tomo I. Vene-*
25 *tiae in tabulario regio asservato fol. 159 et 159' exaratas. Post Ian. 14 scriptae sunt, cum vicarii generalis mentio fiat (v. supra ad nr. 550—553 et nr. 579 cap. 15) et ante Mart. 31; Vannum enim Zeni vicarium Veronae ultimis diebus Martii officium dimisisse constat.*

Item descripsimus ex C *fol. 162 notam, quae sequitur varias regum Rudolfi (supra tom. III, 120 nr. 125 et Reg. imp. VI, 994), Adolfi (Böhmer, Reg. 149), Alberti (supra*
30 *nr. 214) epistolas fol. 161—162 inscriptas* (Infrascripte sunt littere misse ducibus Venet(orum) a condam regibus Romanorum), *haec verba praebentem:* Notandum est quod predicte littere fuerunt registrate ad memoriam, quod ipsi reges tenebant pulcriorem stillum in scribendo domino duci, quam faciat iste rex Henricus, qui intravit Lombardiam[2].

578. *STATUS CURIAE REGIS.*

35 *Ex* C *fol. 159. Numeros arabicos adiecimus nos. Cf. 'Predelli' loco ad nr. 361 citato I, 107 nr. 469.* *(P. 510 lin. 14—25).*

1. Regina vocatur [Margaretha][a].
2. Episcopus Çibenensis sive de Çeneva vocatur Aymo.
3. Dominus Ugo Delfinus dominus de Folçegni[b].

40 **577.** a) *3—5 verba evanuerunt or.* b) *uncis inclusa evanida sunt or.* c) in—si *loco raso or.* d) faciendo *or.*

578. a) Catterina *in loco raso scriptum C; prius scriptum erat* Margaretha; *sed lapsum esse eius, qui post mortem reginae (a. 1311. Dec. 13) correxit, nemo est quin videat.* b) i *corr. ex* a *C.*

1) *Supra nr. 576.* 2) *Cf. 'Archiv' IV, 195 et 'Predelli' loco ad nr. 361 citato I, 72.*

4. Dominus Balduinus archiepiscopus Treverensis frater regis.
5. Dominus Valramus frater dicti regis.
6. Dominus Amedeus[c] comes Sabaudie factus viccarius generalis tocius[d] Lombardie[e, 1].
7. Dominus Guido de[f] Flandre[g] marescalcus regis.

Omnes[h] de consilio regis et (8) dominus Gerardus episcopus Constanciensis.
9. Dominus Tibaldus episcopus Leodiensis id est de Lege.
10. Dominus Henricus episcopus Tridentinus cancellarius.
11. Dominus Gerardus episcopus Basiliensis[h].

12. Dominus frater Gandolfinus preceptor[i] Alemanorum in Franconia.
13. Dominus Guido de Delfinis.

579. *NOMINA VICARIORUM.*

Ex C fol. 159' duobus columnis exarata. Numeri arabici a nobis adiecti sunt. Cf. 'Predelli' l. c. I, 106 nr. 468. (P. 510 lin. 26—511 lin. 6.)

Nomina viccariorum positorum per imperatorem in terris infrascriptis Lombardie.

1. In[a] Mediolano dominum Nicolaum de Bonsegnor de Senis.
2. In Bergamo dominum Petrum de Aymorino.
3. In Brixia dominum Albertum de Rovoliono de Castro Barcho.
4. In Cremona dominum Franciscum marcionem de Cauresano.
5. In Parma dominum Guidonem de Cuchinario de Monferra(to).
6. In Regio dominum Spinetam de marchionibus Malaspinis.
7. In Mutina dominum Loste de Verçellenssibus de Pistorio.
8. In Placencia unum militem de Florencia nomine Lambertum Çipriani.
9. In Papia dominum[b] Manfredum Grillum de Ianua[b, 2].
10. In Tortona dominum Marchixetum[c] marchionem de Malaspinis.
11. In Aste dominum Thomasinum de Ençola de Parma.
12. In Verona dominum Vanni Çeni de Pisis.
13. In Mantua dominum Lappum Farinatam de Ubertis de[d] Florencia.
14. In Yvania[e] et Canavosa dominum Iohannem de Sancto Laurencio[3].
15. Vicarius generalis per totam Lombardiam est dominus Aymerus[f] comes Sabaudie cognatus imperatoris. Et debet habere sub se MD equites armorum bene montatos ultramontanos et debet poni talia ad substinendum ipsos equites per omnes terras Lombardie[4].
16. In[g] Cher dominum Ugolinum de Vicco de Florencia.
17. Casalis datus est comiti Filipono.
18. In Crema dominum Ottolinum de Sorisina de Mediolano.
19. In Burgo Sancti Donini dominum Thomam Peliçonum.
20. In Laude dominum Iacobum de Bachesello[5].

578. c) *in loco raso scriptum C.* d) o *super* ī *delet. C.* e) e *corr. ex* a *C.* f) *super* comes *delet. C.* g) e *corr. ex* ia *C.* h) Omnes—Basiliensis *in margine dextro addita, cap. 9—11 alio atramento scripta C.* i) p̄cepto₂ *C.*

579. a) *cap. 1—20 praecedit signum paragraphi C.* b) dominum—Ianua *super* unum socium domini Karoli de Flosco Ianuensis *delet. C.* c) xetū *supra lineam add. C.* d) *sequitur* pisis *delet. C.* e) *sic pro* Yvoreia? *C.* f) *sic pro* Amedeus *C; cf. supra nr. 578 c. 6.* g) *nova columna C.*

1) *Cf. infra nr. 579 c. 15.* 2) *Sed cf. supra pag. 505 l. 24.* 3) *Obviam est in instrumento a. 1311. Ian. 29 confecto, quod supra pag. 507 not. 3 citavimus.* 4) *Cf. supra nr. 550—553.* 5) *Cf. supra pag. 514 lin. 42.*

21. In Comis dominum Iohannem Torinum de Vales(io).
22. In Verçelis dominum Ugonem de Brixiacho.
23. In Novaria dominum Albertum Malosellum de Ianua.
24. In Valchamunega dominum Iohannem de Crema.
25. In Modecia dominum Thomam de Ildono.
26. In Raçolo dominum Andeluçum de Parma.

---

580. HOMAGIUM MEDIOLANENSIUM ITERATUM.

1311. Febr. 20.

Contulimus J Librum imbreviaturarum Bernardi de Mercato, de quo v. supra ad nr. 468—476, fol. 30'. Rubrum deest. Edidit Doenniges l. c. I, 39 nr. 74. Cf. infra nr. 582—585. *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

(1) Anno nativitatis eiusdem millesimo tricentesimo undecimo, indic. nona, die XX. mensis Febr., pontificatus domini C(lementis) pape quinti anno sexto ac regni serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti anno tercio. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat presentibus et futuris, quod ad instantiam ipsius domini regis presentis et recipientis homines infrascripti cives Medyolanenses ex certis scientiis ac voluntatibus suis spontaneis recognoscentes et confidentes, ipsum dominum regem suum et civitatis predicte civium et districtus eiusdem civitatis esse et esse debere dominum verum, legitimum, naturalem et precipuum ante omnes sine aliquo medio[a], fecerunt et prestiterunt unusquisque ipsorum singulariter[b] eidem domino regi presenti et recipienti fidelitatem et iuramentum fidelitatis, pacta etiam et conventiones, que inferius continentur:

(2) In primis promiserunt eidem domino regi et ad sancta Dei euangelia corporaliter tacta iuraverunt, quod ab hac hora inantea erunt fideles et obedientes tamquam veri et fideles vassalli et subditi eidem domino regi et eius vicariis generalibus et specialibus, qui nunc sunt et qui pro tempore fuerint per ipsum dominum regem, tamquam vero et legitimo domino suo. Et quod non erunt in loco, facto, tractatu vel consilio, quod idem dominus rex honorem, statum vel iura imperii amitat vel recipiat in persona, honore vel iuribus suis vel imperii dampnum vel aliquam lesionem. Et si hec vel aliquod ipsorum sciverint, illud ut non fiat pro posse impedient et si impedire non poterunt, illud quam cito poterunt ipsi domino vel vicario suo[c] significabunt per se vel per nuncium seu per litteras suas. Quodque ipsum et Romanum imperium ac iura et regalia imperii ad manutenendum, recuperandum et conservandum adiutores erunt. Consilium, quod idem dominus[d] rex vel eius vicarii seu vicarius ab eis petierint, bonum, iustum et utile secundum conscientias eorum ei dabunt. Consilium etiam, quod idem dominus rex vel eius vicarii seu vicarius eis credituri sunt,

580. a) *sequitur* et *J.* b) unusquisque — singulariter *supra lineam add. J.* c) vel—suo *supra lineam add. J.* d) *in nova linea bis scriptum J.*

ad dampnum ipsius domini regis scienter nemini pandent. Ad signa, que idem dominus rex per se vel per suos ordinabit tam pro consilio habendo quam pro facto armorum, venient ad loca ad hoc per ipsum dominum vel suos ordinanda tociens quociens vocati fuerint, parati dare consilium, quod ab eis requisitum fuerit, secundum bonas conscientias eorum, quod eis magis videbitur expedire pro honore et utilitate[e] domini et imperii conservando, parati etiam cum armis vel sine armis, prout eidem domino vel eius vicariis vel alteri ipsorum placuerit, ipsos et eorum quemlibet toto posse iuvare ad requirendum, recuperandum, tuendum, deffendendum et manutenendum contra omnes personas ipsorum domini regis, vicariorum et familiarium suorum, iura, regalias, honores et utilitates ipsius domini regis et imperii bona fide et sine fraude. Item quod nullam societatem aliam preterquam istam, ligam, confederationem vel conventiculam facient vel fieri patientur suo posse in civitate[f] et districtu eiusdem civitatis, ymo si aliquam aliam fieri, tractari vel procurari per quoscunque palam vel occulte vel etiam aliquid aliud in dicta societate vel extra fieri tractari vel procurari sciverint contra bonum statum, honorem vel utilitatem ipsius domini vel imperii, illud ad hoc ut non fiat pro posse impedie[n]t et si impedire non poterunt, illud quamcito poterunt eidem domino regi et vicariis suis nunciabunt. Item quod neminem nominabunt neque eligi consentient pro socio dicte societatis nisi illum vel illos dumtaxat, quem vel quos in bona conscientia credent esse utiles, fideles et amatores honoris et utilitatis eiusdem domini et imperii et pacifici status dicte civitatis, neque etiam quod aliquis admitatur in dicta societate nisi de voluntate et consensu speciali ipsius domini regis. Item quod omnia et singula supradicta fideliter observabunt nec contra ipsa vel aliquod ipsorum facient vel venient facto vel verbo tacite vel expresse nec contra facere volenti consentient nec contra fieri patientur suo posse, non obstantibus quibuscunque iuramentis, confederationibus, ligis, pactis, promissionibus et conventionibus olym in contrarium interpositis, circumscriptis etiam omnibus parentelis, partialitatibus, affinitatibus[g], lucro, favore, hodio, amore vel timore. Quibus omnibus et singulis pro premissis adimplendis et firmiter tenendis renunciant per iuramentum.

Et sic omnes et singuli infrascripti cives Medyol(anenses) promiserunt et ad sancta Dei euangelia corporaliter manu tacta iuraverunt.

(3) Qui quidem dominus rex ibidem incontinenti sine aliquo temporis intervallo presentibus et audientibus omnibus civibus et testibus infrascriptis statuit et ordinavit, quod nulla congregatio fiat vel fieri debeat per dictos cives nisi ad vocationem ipsius domini vel vicariorum seu vicarii supradictorum vel certi mandati eorum ad signum vel signa supradicta.

(4) Nomina vero predictorum sunt hec:

Et primo de porta Vercellina[h] domini Delphinus de Corbeta, magister Suzo medicus, Iohannes Maramama, Rodulfus de Casteno, P. Resta de Raude, P. de Kadragesima, Iohannes de Serono, P. de Lazate, Iohannes Murizia, Henricus de Marliano, Ambrosius de Sancto Victore, Iacobus Pangaycola, Petracius Zicardus, Falchellus de Falchis.

In porta Romana Iohannes de Ponczo, Gerozalus Stevenardus iudex, Guydus Perenezonus iudex, Guillelmus de Fera iudex, P. de Flama, Iohannes Pagrianus, Paulus de Cantono, Philipus de Merato, P. de Lona, Maffeus Bruxatus, Iacobus de Castello, Bertramus Formagia, P. de Ecclesia, Iacobus de Cumis, Sigibaldus de Arengo, Paulus de Arcini, Paulus Capra.

580. e) et utilitate *supra lineam add. J.* f) posse *sequitur J.* g) *sequuntur* lucro ligis confederat *deleta J.* h) *in margine item scriptum est* in porta Vercellina *J.*

In porta Cumasna Guillelmus Pascalis, Galvagnellus Carlus, Cabriellus Medianestis, Richardinus de Niguarda, Felinus Buchimogius, Bernardus Franciscus, Simbertus Guaremgus, Girardinus de Bruziano, Pugrius de Cuxano, Cabrius de Strena, Symonus de Lomatia, Francius de Meda, Iohannes Ortonanus, Stephanus de Planczano.

5 De porta Nova domini Voleus[i] Imperialis, Corradus Piczurti, Ph. Lupardus, Guillelmus Bethiloe, Arnevasius Ordonus, Manifredus de Tinolin, Andr(eas) de Bussono, Catelonus Aldegardus, Francius Pictor, Paulus de Dexio, Miranus de Gini, Pedemous iudex, Barnabo Millii, Percevallus de Inczani, Fredus Cona, Bertramus de Meda.

De porta Tysin(ensi) Iacobus Raspa, Ditraus Nadinus, Ubertus Mirabilia, Ubertus 10 Fr(en)o, Albertus Maramusca, Paulus de Puteo, Maffeus de Osnago, Czuchonus Nota, Petrus Curator, Opiczo Belaboca, Otho Fr(en)o, Sabaolus de Vicomercato.

De porta Orientali Paganus de Montorfano, Alpinus Alamanus, Raynaldus de Putuelo, Rolandus de Putuelo, Dominicus Monetanus, Francinus de Cimilliano, Oto[k] Codecarne, Sactus Ferrarius, Lancea de Oseuago, Czannebillus de Cantivia.

15 Actum est hoc apud Medyolanum in domo archiepiscopali, in camera dicti domini regis, presentibus dominis Balduyno Treverensi archiepiscopo, Theobaldo episcopo Leodiensi, Girardo episcopo Basiliensi, Henrico episcopo Tridentino, Andrea de Garretis et magistro Henrico de Geldonia.

---

581. PROVISIO IOFFRIDO DE ASPEROMONTE 20 FACTA.

1311. Febr. 24.

Denuo accuratissime contulimus autographon propter rasuras ut videtur cassatum, quod Pisis in tabulario Roncioniano asservatur nr. 712 signatum. Sigilli foramina adsunt. Scriptum est ab Iohanne de Dyst. Cf. supra nr. 449. — Böhmer, Reg. Heinr. 370. 25 *(P. deest.)*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus venerabilibus . . Trevirensi archiepiscopo necnon Vicentine et Tridentine ecclesiarum episcopis, principibus suis dilectis, gratiam suam et omne bonum.

Laudabilia probitatis merita honorabilis viri Ioffridi de Asperomonte, clerici et 30 consanguinei nostri dilecti, merito nos inducunt, ut ad suam promocionem oportunis[a] ad hoc temporibus aspiremus. Cum itaque sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Clemens divina providencia papa quintus consideracione nostri et ad nostram supplicacionem vobis et cuilibet vestrum providendi auctoritate apostolica in quindecim metropolitanis seu kathedralibus aut collegiatis vel conventualibus ecclesiis, cuiuscunque 35 condiccionis existant, in Lombardia et Tuscia, videlicet consistentibus in terris Romanorum regno subiectis, quas ad hoc duxerimus eligendas, in singulis earum videlicet singulis personis ydoneis, quas ad hoc eciam decreverimus nominandas, de ipsarum ecclesiarum singulis canonicatibus et prebendis nulli alii de iure debitis, si que in eisdem ecclesiis[b] vacant ad presens vel quam primum vacaverint, cum omnibus iuribus et per-

40 **580.** i) vo *super* de *delet. J.* k) otocode *J.*

581. a) oport *in loco raso, itemque praecedit rasura 2 litterarum or.* b) is *super* cis *delet. or.*

tinenciis suis plenam et liberam per suas certi tenoris litteras concesserit facultatem, prout hec et alia in huiusmodi litteris apostolicis[1] plenius sunt expressa, vobis et cuilibet vestrum ad canonicatum et prebendam ecclesie Lucane, quam pro una de[c] dictis quindecim ecclesiis eligendam decrevimus, ac prefatum Ioffridum et personam ipsius consideracione premissorum duximus nominandam. Sinceritatem vestram requi- 5 rentes attencius et monentes, quatinus circa provisionem huiusmodi dicto Ioffrido in dicta ecclesia faciendam, prout vos requisierit, efficaciter procedatis iuxta potestatem a sede apostolica desuper vobis datam. In cuius rei testimonium presentes litteras nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Dat. Mediolan(i), VI. Kalen. Marcii, anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, 10 regni vero nostri anno tercio.

582—585. SCRIPTA AD REBELLES SPECTANTIA.

1311. (ante Febr. 27). Febr. 27.—Mart. 31.

582. *COMPOSITIO SUPER FACTIS GUIDONIS DE LA TURRE, CREMONAE* 15 *ET CREMAE CIVITATUM. (ante Febr. 27).*

Superest M *minuta a Leopardo Frenetti notario scripta inter Acta Bernardi de Mercato Taurini in tabulario regio asservata 'Diplomi imperiali Mazzo 3 nr. 23' (= Ms. IV apud Doenniges, de quo v. iam supra ad nr. 563) fol. 18. Rubrum desideratur. Edidit Doenniges l. c. II, 3 nr. 1a.* 20

Ea, quae manu Bernardi de Mercato eodem folio addita sunt, v. infra nr. 583 et 585. (P. deest.)

Infrascripta sunt ordinata per dominos episcopum Leodiensem et comitem Sabaudie ac per dominos comitem Philipponum, Guilelmum Bruxatum et Fulchinum Cavalacium, Antonium de Fixeraga et Symonem de Colubiano super factis domini Guidonis de 25 la Ture[a] et civitatis Cremone et terre Creme et aliarum terrarum, qui fierent ribelles:

Primo quod per prefatos dominos Leodiensem episcopum et comitem Sabaudie detur securitas et fidutia domino Guidoni de la Ture et filiis suis ac aliis, qui recesserunt cum eis, seu propter novitates, que in Mediolano fuerunt, quod si ipsi venerint ad misericordiam petendam de hiis, super quibus facta est inquisitio contra eos, quod 30 ipsi securi erunt de personis et rebus eorum et recipientur ad misericordiam et restituentur ad bona sua immobilia.

Secundo quod dominus Guido promitet et iurabit et dabit cautionem ydoneam pro se et filiis suis et alii secundum qualitatem et facultates eorum de eundo et stando ad confinia, videlicet dominus Guido et filii in loco eis tuto, alii vero, ubi decretum fuerit 35 per dictos dominos vel sicut dominus rex mandabit.

Tertio quod castrum Montis Orfani dabitur in manibus domini regis et per ipsum dominum regem dabitur custodiendum usque ad unum vel duos annos alicui probo viro, de quo dominus Guido confidere possit, et qui post dictum tempus, si dominus Guido

581. c) *in loco raso or.* 40

582. a) Lature *M.*

1) *V. Regesti Clementis editionem supra ad nr. 298 citatam sub nr. 5572.*

fuerit fidelis et obediens dicto domino regi vel si aliud accideret, restituet dictum castrum sibi vel filiis suis.

Quarto quod prefati domini comes Phylliponus, Guilelmus Bruxatus, Fulchinus Cavalacius, Antonius de Fixeraga, Symon de Colubiano exnunc iurent et promitant, 5 quod si dominus Guido non esset obediens et fidelis domino regi vel filii sui, quod ipsi erunt eorum inimici et in totum recedent ab eorum amicitia et eos per se et suos et cum toto posse eorum persequentur ad voluntatem domini regis et eius vicarii. Alioquin exnunc se subiciunt omni note et omni infamie et omnibus penis et quod abinde inantea reputentur et habeantur tamquam proditores imperii et domini regis.

10 Quinto quod bona omnia, quibus per Mediolanenses vel alios, qui non sint de gente domini regis, spoliati fuerint dominus Guido de la Ture et sequaces sui de civitate et suburbiis Mediolani, restituantur et assignentur nomine domini regis predicti seu deponantur apud aliquem probum virum, qui de ipsis disponat et faciat, quicquid dominus rex mandaverit. Illa vero bona, quibus spoliati sunt et fuerunt amici dicti domini 15 Guidonis in comitatu Mediolanensi, restituantur integre eis per spoliatores.

Sexto quod predicti quinque procurabunt et tractabunt et o[m]nino pro posse facient, quod Cremonenses et Cremenses et omnes alie terre, que rebelles fierent domino regi vel ab eius obedientia deviarent, redibunt ad mandata et obedientiam domini regis. Et si ipsos reducere[b] seu revocare non possint, quod ipsi per se et suos et civitates, de 20 quibus sunt, seu per amicos, quos in ipsis civitatibus et alibi habent, erunt inimici eorum et ipsis guerram facient eosque ex toto eorum posse persequentur ad voluntatem et mandatum domini regis et sui vicarii. Alioquin se subiciunt predictis note, infamie et penis et quod abinde inantea reputentur, habeantur et puniantur tamquam proditores imperii.

25 Septimo quod dominus rex recipiet ad misericordiam Cremonenses et Cremenses et alios, qui redire vellent, et se exhibebit eis pium et clementem, dummodo ipsi cum honore domini veniant et revertantur humiliter ad eius obedientiam, sicut decet.

Octavo quod si dominus Guido et filii sui Francischinus et Symoninus nollent redire ad mandata domini regis, ut premittitur, quod prefati quinque per omnia sint 30 obligati sub eisdem sacramento, nota, infamia et penis superius expressis, quod erunt eorum inimici et in totum recedent ab eorum amicitia et per se et suos et cum toto eorum posse persequentur eos, ut supra continetur.

Nono quod predicti quinque pro posse suo bona fide facient et curabunt sub penis predictis, videlicet dominus comes Philliponus, quod decem de amicis suis de Pavia et 35 dominus Guilelmus Bruxatus et Fulchinus Cavalacius, quod decem de amicis suis de Novaria, dominus Anthonius de Fixaraga, quod decem de amicis suis de Laude, et dominus Symon de Colubiano, quod decem de amicis suis de Vercellis simili modo iurabunt et promittent, sicut ipsi, se eisdem note, infamie et penis subicere. Quos amicos eorum eliget dominus rex.

40 **583.** *PROMISSIONES PRO PARTE REBELLIUM. Febr. 27.*

Ex eadem minuta M, *ubi manu Bernardi addita sunt. Rubrum deest. Cf. ad nr.* 582. *(P. deest.)*

Anno Domini millesimo tricentesimo undecimo, indicione nona, die Sabbati XXVII. mensis Februarii, in civitate Medyolani in domo archiepiscopali, presentibus dominis Theo- 45 baldo episcopo Leodiensi, A(medeo) comite Sabaudie, Andrea de Garretis et Salvio de Pelacano t(estibus). Supradicti domini Philiponus comes, Guilelmus Brusatus, Fulquinus

582. b) riducere *M.*

Cavalacius, Anthonius de Fixerago et Symon de Colubiano promiserunt michi Bernardo infrascripto notario tamquam persone publice ea omnia et singula, que in quarto et sexto articulis continentur.

584. *SENTENTIA REGIS CONTRA CIVITATES CREMONAM ET CREMAM. Mart. 5.*

Proponimus inter se collatis L *imbreviatura Registri Leopardi Frenetti notarii, de quo v. supra ad nr. 470, fol. 26', ubi rubrum:* Cassatio facta per dominum regem de honoribus et privilegiis contra rebelles suos; *et* P *transsumto a. 1348. Nov. 6 Pisis confecto* [1], *quod servatur Parmae in tabulario communis 'Cassetta A Parma Cremona', in cuius dorso leguntur:* Revocatio privilegiorum Cremon. *Nos ipsi* L *et* P *denuo contulimus. Ex* L *edidit Bonaini l. c. I, 170 nr. 105, ex* P *Böhmer 'Acta imperii selecta' pag. 796 nr. 1106.* *(P. deest.)*

In eterni Dei nomine amen.

Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat presentibus et futuris, quod serenissimus princeps dominus Henricus[a] Dei gratia Romanorum rex semper augustus revocavit, cassavit et annullavit et irritavit in totum ex causa ingratitudinis legiptime et iuste et propter maximas et indebitas offensas commissas erga[b] eundem dominum regem et maiestatem ipsius et honorem totius imperii Romani omnes gratias, indulgentias et honores et privilegia, regalia[c] et feuda, que per ipsum dominum regem seu predecessores suos hucusque date[d], concesse seu data et concessa fuerunt aliquibus personis, civitatibus et comunibus, que eidem domino regi et sue regie maiestati rebelles et inobedientes fuerunt facto, dicto, tractatu, opere, consilio, auxilio et favore. Et specialiter et maxime omnes gratias, honores, privilegia, indulgentias et feuda, que per ipsum dominum regem seu eius predecessores concesse seu concessa fuerunt comunitatibus Cremone et Creme seu aliquibus personis singularibus dictarum comunitatum et cuiusque earum. Et precepit idem dominus rex michi Leopardo notario suo, ut de predictis conficiam pubblicum instrumentum.

Actum est hoc Mediolani in palatio veteri comunis Mediolani, in quo ipse dominus rex moratur, in camera ipsius domini regis[e]. Presentibus [venerabilibus patribus dominis Teobaldo episcopo Leodiensi, Gerardo episcopo Basiliensi et domino Gallerano fratre ipsius domini regis][f] testibus ad hec[g] rogatis et vocatis. Anno a nativitate Domini MCCCXI[h], ind. VIIII[i], die quinta mensis Martii, regni vero ipsius domini regis anno tertio.

584. a) Henrichus *P.* b) ergha *P.* c) reghalia *P.* d) et *add. P.* e) *sequuntur deleta:* testibus ad hec rog(atis) et voc(atis) *P.* f) *uncis inclusa supplevimus ex P;* etc. *L.* g) *sequitur deletum* voc̄ *P.* h) millesimo trecentesimo undecimo *P.* i) nona *P.*

1) *Verba transsumtus nonnulla hic ponere liceat:* Ego[a] Francischus filius condam Hubaldi Frenecti notarii de Sancto Pietro Vallishere Pisani comitatus civis Pisanus imperiali auctoritate notarius originale huius[b] exempli rogatum et scriptum a Leopardo Frenecti de Pis(is) notario camere suprascripti domini Romanorum regis semper augusti non vitiatum, non corruptum, non abrasum nec in aliqua parte sui abolitum vel cancellatum vidi et legi una cum infrascriptis notariis de verbo ad verbum coram .... et ad petitionem domini Franceschini iurisperiti de Parma officialis in civitate Pisana fideliter ut suprascriptum est exemplavi .... Anno millesimo trecentesimo quadragesimo octavo, indict. prima, octavo Ydus Novembris, secundum cursum et consuetudinem notariorum civ(itatis) Pis(ane). *Sequuntur publicatio et authenticatio eiusdem notarii et aliorum notariorum. Cf. etiam 'Neues Archiv' XXX, 434 sq.*

a) *ad instar signi scriptum est P.* b) huisus *P.*

585. *REQUISITIO REGIS DE IURAMENTO A FIDEIUSSORIBUS PRAESTANDO. Mart. 31.*

Ex eadem minuta M *ut iam supra nr. 582 et 583, ubi item Bernardi manu addita sunt. Cf. ad nr. 582.* *(P. deest.)*

5 Item anno quo supra, die ultima mensis Marcii, in palacio veteri comunis Mediolani, presentibus dominis archiepiscopo Treverensi, archiepiscopo Medyolanensi, archiepiscopo Pisano, episcopo Basiliensi, Iohanne de Cancellario de Ianua, Andrea de Garretis testibus etc. Dominus rex requisivit instanter comitem Philipponum, Symonem de Colubiano, Guilelmum Brusati et Fulquinum Cabalacii, quod idem comes Philipponus infra diem Veneris proximam inclusive, dicti Guilelmus et Fulquinus infra diem Sabbati inclusive, et dictus Symon de Colubiano infra diem Dominicam inclusive facient venire quilibet ipsorum decem de amicis suis civitatum Papie, Novarie et Vercellarum ad iurandum et promitendum, sicut in nona et ultima clausula huius[1] cedule continentur. (Apr. 2. — Apr. 3. — Apr. 4.)

586—597. LEGATIO CLEMENTIS V. HEINRICO REGI MISSA.

1311. Febr. 28.—Apr. 5.

Exceptis documentis nr. 586, 587, 597 omnia huius legationis acta supersunt in R *rotulo tabularii secreti Vaticani inter 'Instrumenta miscellanea' asservato. Constat folio uno membranaceo et chartaceis quatuordecim. Longitudinis est* $5\frac{1}{4}$ *m. Nos ipsi gravissima haec documenta casu quodam fausto a. 1903. inventa iam edidimus 'Neue Aktenstücke zur Geschichte der Beziehungen Clemens' V. zu Heinrich VII.' pag. 4—27 (= 'Quellen und Forschungen aus italienischen Archiven und Bibliotheken' VII (1904) pag. 221—244), tabulam phototypicam adiicientes.*

Editionem nostram hic repetere liceat. De documentorum nr. 588—596 indole l. c. pag. 4—8 (= pag. 221—225) fusius disseruimus, ad quae huius editionis lectores semel volumus esse delegatos. Tamen hic adnotandum duximus, documenta nr. 588—593 eadem manu A *cancellariae apostolicae scripta, hic illic ab alia manu item cancellariae correcta esse. Documenta nr. 594—596 instructionem camerarii papae legatis traditam praebent; nr. 594 et 596 ab eodem notario camerae papalis* B *exarata, ipso cardinali camerario verba dictante (quod ita esse l. c. evicimus), sed correcta et additionibus alius manus* C *item camerae papalis aucta sunt. A manu* C *scriptum est fere totum documentum nr. 595. Cum tamen l. c. pag. 5 sqq. (= 222 sqq.) manum* C *ipsius camerarii esse opinatus sim, nunc potius insignioris cuiusdam camerae notarii manum esse contenderim. Omnino enim diversa est ab illa manu, quae litteras supra nr. 515 scripsit, quae pontifice teste certe est ipsius Bertrandi (v. pag. 476 lin. 33 sq.)*[2].

586—588. *LITTERAE PONTIFICIS PRIORES. Febr. 28.—Mart. 4.*

586. *LITTERAE AD HEINRICUM REGEM. Febr. 28.*

Denuo accuratissime contulimus autographon, quod Pisis servatur in tabulario capituli maioris ecclesiae nr. 1352 signatum. Bulla deest. In verso leguntur: Carissimo

40 1) *Supra nr. 582.* 2) *Cf. etiam 'Neues Archiv' XXIX, 640 (Nachtrag).*

in Christo filio Henrico regi Romanorum illustri. *Manu Bernardi de Mercato nihil ibidem conscriptum est, itaque in Indice documentorum a. 1313. hae litterae desiderantur. Edidit Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 168 nr. 104. Cf. infra ad 1311. Apr. 17—19.*
(P. deest.)

Clemens episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio Henrico regi 5 Romanorum illustri salutem et apostolicam benedictionem.

(1) Quasi gigans mirabilis in tue fortitudinis occursu magnificus et velut aquila grandis in altitudine velocitatis excelsus ad currendum viam, ut ad summum imperialis fastigium dignitatis pervenias, ad te de summo celo egresso subsidio et in viam pacis tuis directis gressibus exultasti. Benedicta sit igitur gloria Domini de sanctissimo loco 10 suo, quod te utilia docens Omnipotens in huiusmodi via pacis qua progrederis te gubernat et sic gressus regios salubriter dilatavit, quod tua non sunt vestigia infirmata. Desiderio quidem vehementi desiderat pietatis mater ecclesia sponsa Christi et affectus patris tenerrimus indesinenter exoptat, ut a te misericordie Domini non recedant, thronus tuus iugiter roboretur, sicut cypressus in altitudinem extollaris[1], multiplicentur 15 velut palma florida dies tui[2] et per semitas iustificationum Domini gradiens sine intermissione proficias et in longitudine dierum multorum in viriditate subsistant tui folia potentatus, gloria tua per fructum bonorum operum sepius innovetur sanctis meditationibus occupata, et sicut vas auri purissimum lapidibus pretiosis ornatum luce resplendeas actionum et tanquam thus in diebus estatis copiosa redoleas fragrantia caritatis, sitque 20 cingulum lumborum tuorum iustitia et fides renum tue fortitudinis succintorium habeatur, et sicut aqua maris rore pacis operiatur dilatatio regni tui, ut in foribus eius lupus cum agno et cum edo pardus accubent, tutissime vitulus, ovis et leo simul humiliter commorentur, puerque parvulus minet eos et pauperes fiducialiter requiescant[3]. O utinam, dilectissime fili, posses inspicere matris eiusdem sincera precordia et solida paterni 25 pectoris intima corporeis oculis intueri, tunc patenter adverteres, quod sicut facundissimum advocatum strenuumque defensorem et utilem nobis deputatum a Domino portaris precordialiter in eisdem. (2) Profecto quia inter cetera desiderabilia cordis nostri apostolice mentis affectibus specialiter insidere dinoscitur, ut semper tibi simus in patrem benivolum semperque te peramabilem filium habeamus, anxie nostros diffundimus cogi- 30 tatus et ad opera manus ferventer extendimus, ut eiusdem regni ruinas Dominus[a] consoletur[4], deserta quelibet quasi delicie et solitudines velut ortus reparentur irriguus[5], in illo gaudii et letitie superhabundet suavitas ac vox laudis et actio resonet gratiarum. Quod enim in ipso reperitur infirmum solidetur utiliter, sanitati restituatur pristine quod egrotum, confractum salubriter alligetur, quod est abiectum reducatur humiliter et quod 35 perierat requiratur sollicite tuo ministerio salutari.

(3) Sane, carissime fili, pridem magnitudinis regie cum tuis ac dilectorum filiorum . . senatus et populi Romani solliennes ambassiatores et nuntios cum eorum litteris ad nostri apostolatus presentiam venientes paterna benignitate recepimus, qui a nobis pluries sollicite postularunt cum multa instantia supplicantes, quod ad Urbem, que nostrum et 40 apostolice sedis peculiare domicilium existebat, omnibus pretermissis accedere dignaremur, ad hoc obtinendum coram nobis et fratribus nostris rationes[b] multiplices allegando[6]. Quibus deliberatione super hiis cum fratribus ipsis prehabita diligenti respondimus, quod Oct. propter concilium generale, quod in mense Octobris proxime venturo disposueramus dante Domino celebrare, aliaque multa et ardua, que necessario citra montes nobis ex- 45

586. a) *in loco raso or.* b) *mutato stilo or.*

1) *Cf. Eccli. 50, 11.* 2) *Cf. Iob 29, 18.* 3) *Cf. Eccli. 50, 8—10 et Is. 11, 5—7.* 4) *Is. 51, 3.* 5) *Cf. Is. 49, 19; 58, 11.* 6) *Cf. supra nr. 467 c. 2 et nr. 515 c. 2.*

pedienda negotia incumbebant, tunc non poteramus petitionem eorum huiusmodi exaudire. Demum vero post aliquos dies iidem nuntii videntes, quod per nos huiusmodi supplicationes ipsorum non poterant ex causis premissis ad gratiam exauditionis admitti, terminum celsitudini regie ad unctionem, consecrationem et coronam recipiendum imperii
5 tibi per sedis apostolice providentiam assignatum sub spatio temporis brevioris concludere ipsasque, quas ex premissis non videbant in termino ipso posse tibi per nostras manus impendi et quarum dilationem tam tibi quam eidem Urbi totique Lombardie ac Tuscie provinciarum populis ac terris ecclesie Romane in illis partibus constitutis dampnosam notorie et periculosam existere non modicum affirmabant, per aliquos de fratri-
10 bus supradictis magnitudini tue in festo Pentecostes proxime venturo exhiberi facere (Mai. 30.) dignaremur. (4) Nos vero huiusmodi supplicationibus et que predicte littere continebant paterna benignitate pensatis et deliberatione prehabita diligenti, prout tantorum negotiorum gravitas exigebat, prefatis nuntiis in consistorio publico, primitus inibi diligenter expositis, que ad extollendam precelsi tui nominis laudem et gloriam tueque
15 fame dilatandum preconia, magnificandum regalis culmina principatus et commendationem tuarum precellentium actionum et ad fervorem affectionis, quam habemus ad honorem tue magnitudinis[c], ac favorem erga tuam personam inceptum, quem non intendebamus minuere, sed augere potius, ostendendum[d] et stabiliendum eos et alios regie ditioni subiectos in tue dilectionis sinceritate ferventer et in fidelitatis constantia immutabiliter
20 roborandum vidimus expedire, duximus respondendum, quod super hoc nostros intendebamus nuntios speciales ad tuam magnificentiam destinare, per quos tibi talem responsionem super premissis dante Domino faceremus, quod accepta tuis et grata, ut credebamus, proveniret affectibus, tibi comodi fructum afferret et honoris, sicut tibi per alias nostras litteras significasse meminimus[1], produceret incrementum. (5) Verum,
25 ut nostre intentionis purum et rectum in hac parte propositum, quod speramus in oculis divine maiestatis acceptum, ipsius copiosa largiente clementia, desideratum exitum sortiatur, votis tuis, cum quibus nostra concurrunt, benivolentie paterne favoribus deliberatione prehabita duximus annuendum. Quare cum propter temporis brevitatem in dicto festo Pentecostes unctionis, consecrationis et coronationis huiusmodi sollennitatem (Mai. 30.)
30 fieri non posse credamus, nec tu forte in festo ipso tibi providisses, ut decet ad hoc, de necessario et magnifico apparatu, volumus, quod[e] tanti negotii ardua condicione pensata et temporis qualitate prudenter inspecta, aliquem certum solennem diem, prout convenire putaveris, post festum predictum eligere nobisque significare tui salubris consilii deliberatio provida non ommittat, ut ad te infra diem ipsum aliquem seu aliquos
35 de fratribus supradictis, de quibus deliberandum duxerimus, qui tibi unctionis et consecrationis huiusmodi munus impendant et imponant vice nostra dyadema imperii, transmittamus. (6) Et ut magnitudini regie de intentione nostra super premissis plenius innotescat, ecce quod dilectos filios magistros Robertum electum Salernitanum et Hugonem Geraldi cantorem ecclesie Petragoricensis capellanos nostros, latores presentium,
40 de quorum circumspectionis industria et fidelitate probata plenam in Domino fiduciam obtinemus, ad tuam celsitudinem duximus destinandos. Quibus et eorum cuilibet super hiis, que tibi circa premissa ex parte nostra retulerint, adhibeas plenam fidem.

Dat. Avinion., II. Kal. Marcii, pontificatus nostri anno sexto.

587. *LITTERAE CREDENTIALES NUNTIORUM.* *Febr. 28.*

45 *Repetimus ex editione Regesti Clementis V. supra ad nr. 298 citata nr. 7499.*

(P. deest.)

586. c) *sequitur rasura unius verbi or.* d) augere — ostendendum *in loco raso artius scripta or.* e) *in loco raso or.*

1) *Quae servatae non sunt.*

Venerabilibus fratribus . . patriarche Aquilegensi et . . archiepiscopo Mediolanensi et eorum suffraganeis ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris, plebanis, rectoribus et aliis ecclesiarum prelatis earumque capitulis et conventibus ac ceteris personis ecclesiasticis exemptis et non exemptis s. Benedicti et s. Augustini, Cluniacensis, Cisterciensis, Grandimontensis, Premonstratensis 5 et aliorum quorumcunque ordinum ac magistris et preceptoribus Hospitalis sancte Marie Theotonicorum per Aquilegensem et Mediolanensem provincias constitutis.

Cum nos dilectos filios Robertum electum Salernitanum et magistrum Hugonem Geraldi archidiaconum Augen(sem) in ecclesia Rothomagensi capellanos nostros latores presentium ad carissimum in Christo filium nostrum Henricum regem Romanorum illu- 10 strem pro magnis et arduis negotiis rem publicam presertim Italie tangentibus specialiter destinemus, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente per apostolica vobis scripta districte precipiendo mandantes, quatinus eosdem electum et archidiaconem, cum per vos transitum fecerint, benigne recipientes et honeste tractantes eis de securo conductu eundo, morando et reddenndo, si ab ipsis super hoc fueritis 15 requisiti, necnon et in sexcentis florenis auri pro tempore, quo in prosecutione negotiorum huiusmodi fuerint, pro suis et familie sue necessariis providere curetis. Ita tamen quod vos fratres patriarcha et suffraganei tui ac vos filii electi, abbates, priores, decani, prepositi, archidiaconi, archipresbyteri, plebani, rectores et alii ecclesiarum prelati eorumque capitula et conventus ac cetere persone ecclesiastice exempte et non exempte, 20 s. Benedicti, s. Augustini, Cluniacensis, Cisterciensis, Grandimontensis, Premonstratensis et aliorum quorumcunque ordinum ac magistri et preceptores Hospitalis sancte Marie Theotonicorum Aquilegensis civitatis et diocesis ac provincie medietatem, reliquam vero medietatem florenorum predictorum vos fratres archiepiscopi et suffraganei tui ac vos filii electi, abbates, priores, decani, prepositi, archidiaconi, archipresbyteri, plebani, 25 rectores et alii ecclesiarum prelati eorumque capitula et conventus ac cetere persone ecclesiastice exempte et non exempte, s. Benedicti, s. Augustini, Cluniacensis, Cisterciensis, Grandimontensis, Premonstratensis et aliorum quorumcunque ordinum ac magistri et preceptores Hospitalis sancte Marie Theotonicorum Mediolanensis civitatis et diocesis ac provincie dictis electo et archidiacono integraliter persolvatis. Sic igitur mandatum 30 nostrum in hac parte adimplere efficaciter studeatis, quod iidem electus et archidiaconus, cum ad nos redierint, de vobis grata referre valeant nosque devotionem vestram possimus exinde merito comendare. Alioquin sententiam seu sententias, quam vel quas iidem electus et archidiaconus vel eorum alter propter hoc rite tulerint in rebelles, super quo eis et utrique ipsorum plenam tenore presentium concedimus potestatem, ratas habebimus 35 et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Non obstantibus si aliquibus a sede apostolica sit indultum, quod quibuscunque legatis seu nuntiis sedis ipsius procurationes exhibere vel in illis contribuere, nisi ad eos declinaverint, minime teneantur seu quod interdici, suspendi vel excomunicari non possint per litteras apostolicas, que de indulto huiusmodi plenam et expressam non fecerint 40 mentionem, seu quibuscunque privilegiis, indulgentiis et litteris apostolicis generalibus vel specialibus, quorumcunque tenorum existant, de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum in nostris litteris specialis mentio sit habenda et per que effectus presentium impediri valeat quomodolibet vel differri.

Dat. Avinion., II. Kal. Martii, anno sexto. 45

588. *LITTERAE AD HEINRICUM REGEM ALTERAE. Mart. 4.*

Proponimus ex minuta in R *servata; cf. editionem nostram l. c. pag. 8 sqq. (= pag. 225 sqq.) paratam. Textus nonnulla verba, quae evanuerunt, ex arenga simili-*

litterarum a. 1311. Mai. 1 Philippo regi Franciae missarum, quas infra nr. 612 proponemus, suppleri potuerunt. His litteris documenta infra nr. 589—591 interclusa erant.

Autographon Pisis servatum non est; tamen in Indice documentorum a. 1313., de quo v. supra ad nr. 298, hoc modo indicatur: De confederatione facienda cum rege Francie et compromittendo cum eo et dilatione danda comiti Burgondie filio dicti regis sub bulla papali, *in margine adiecto verbo* cur.[1] *(P. deest.)*

Clemens episcopus etc. carissimo in Christo filio Henrico regi Romanorum illustri.

(1) Rex pacificus, filius summi regis, qui nos licet indignos vocari ad sui vicariatus officium sua inscrutabili dignatione concessit, nostris infudit affectibus, ut ab huiusmodi vocationis exordio ponentes quasi viarum nostrarum principium bonum pacis, in sancte matris ecclesie filios et presertim in catholicos reges et principes, qui maiores aliis et in altioribus positi speculis dig[nitatum][a] virtutum inferioribus debent exempla porrigere, totis nisibus illius niteremur derivare fluenta [diffusaque continuis][a] favoribus irrogando fovere. Solet quidem regum et principum unio, ut pauca saltem expo[namus ex multis,][b] obstruere ora iniqua loque[ntium], querentium inter ipsos suis susurriis disseminare discordias et dissensi[onum] accendere incentiva, solet inter Christi fideles guerrarum vitare pericula, quietem subditis et securitatem publicam preparare, conservare solet honores alterutrum et suorum corroborare imposterum iura regnorum. (2) Hanc itaque unionem inter te et carissimum in Christo filium nostrum Philippum regem Francorum illustrem per utriusque solennes procuratores et nuncios super diversis articulis, sicut iam pridem letanter audivimus, initam et iuratam tanta maiori[c] desiderio cupimus perfecta consummatione firmari et firmitate solida stabiliri, quanto[2] ad te et regem eundem precipuos et peculiares ecclesie filios inter ceteros reges et principes orbis terre ferventioris animo[d] caritatis afficimur ac utriusque regis et regni statum felicem et prosperum ac honoris et exaltationis augmentum plenioribus[e] desideriis affectamus, quantoque unionem huiusmodi utilitatis totius rei publice christiane et presertim negocii Terre Sancte efficaciorem speramus et credimus divina favente clemencia promotricem, quanto etiam ad accelerationem promotionis tue, fili carissime, ad imperialis fastigia dignitatis desiderio ducimur ampliori. Huius quippe nostri ferventis desiderii sic urget instancia, ut patenter ostendat in experiencie libro quod legimus: 'Nil satis sitienti animo festinatur, set ei moram ipsa celeritas representat'. Anxia enim mens, presertim quam zelus vere caritatis accendit, ad optatum cogitationibus estuat, curis effluit, meditationibus immoratur, querit remedia, quesitis adicit, quesita et adiecta prosequitur nec solers inquisitio vel adaucta prosecutio efficit, quominus in querendo[f] et prosequendo crescat anxietas, donec quod avide queritur, efficaciter consequatur[3]. Caritas namque torporis occium et occii torporem ignorat[g], nescit occiosa subsistere, sed adeo profectibus in[h]iat, ut defectum estimet ab inceptis quomodolibet substituisse[h].

(3) Huius equidem caritatis fervore succensa paterna clemencia nos inducit, consilium capere pro te filio predilecto in premisso promotionis tue negocio feliciter ac votive Deo auspice dirigendo. Quapropter serenitatem regiam rogamus et hortamur attente, paterno nichilominus tibi suadentes affectu, quatinus diligenter considerans et

588. a) *uncis inclusa evanuerunt R; cf. prooemium.* b) *desunt 15 fere litterae R; nos ipsi nostro Marte supplevimus.* c) *super* ferventiori *delet. R.* d) ferventioris animo *super* ferventissimo zelo *delet. R.* e) *super* plenissimis *delet.; post* augmento *supra lineam add.* plenioribus, *sed item delet. R.* f) *corr. ex* quirendo *R.* g) rat *in loco raso R.* h) sub *corr. ex* in *R.*

1) *Similes litteras hodie deperditas pontificem Philippo regi Franciae misisse, ex Inventario recentiori tabularii Parisini apparet: 'Bulle du dit Pape au Roy touchant le traité d'alliance qui devoit etre fait entre le Roy des Romains et l'hommage que devoit faire le duc de Bourgogne, anno 6 sub plumbo'. Signatae erant 'Carton J. 704' nr. 182. Cf. 'Neues Archiv' XXIX, 637.* 2) *Cf. ad haec quae sequuntur infra nr. 612 cap. 1.* 3) *Cf. ibidem.*

prudenter advertens, quod[i] tua et dicti regis unio auctore Domino prava in directa convertet[k] et aspera in vias planas tuis gressibus preparabit, de servanda unione predicta ac omnibus et singulis eius articulis, prout in litteris inde confectis ac procuratorum et nunciorum predictorum sigillorum impressione munitis plenius et seriosius continentur, per aliquem familiarem tuum te presente in animam tuam prestari facias ad sancta Dei euangelia tacta[l] corporaliter iuramentum, patentes litteras regias tenorem cedule presentibus intercluse de verbo ad verbum expressius continentes super prestatione huiusmodi iuramenti confectas[1] necnon et alias, in quibus dilecto filio nobili viro Philippo nato regis eiusdem comiti Burgundie dilationem seu respectum prestandi tibi homagii de rebus[m] comitatus eiusdem, de quibus predecessoribus tuis Romanorum regibus[n], qui fuerunt pro tempore, a suis consuevit predecessoribus Burgundie comitibus[o] exhiberi, usque ad reditum tuum de Italicis partibus ad citramontanas partes, quem Rex regum altissimus[p] prosperum faciat et felicem, grata liberalitäte concedas[q] iuxta formam alterius cedule[2] presentibus[r] intercluse[s], tuo sigillo munitas eiusdem regis gentibus assignandas per certos et speciales nuncios tuos quamtocius mittere non postponas. Et nichilominus eisdem nunciis per alias regias committas litteras plenariam potestatem compromittendi nomine tuo de alto et basso in personas aliquas; de quibus expediens visum erit, super omnibus[s] articulis, rebus et negociis quibuscunque, quorum occasione inter te et regem eundem posset imposterum cuiusvis scrupulus ingeri aut dissensionis et turbationis cuiuscunque matèria suboriri[3]. (4) Nos enim memoratum regem per alias nostras litteras rogandum attente duximus et hortandum, ut de unione predicta eiusque universis et singulis articulis observandis in animam suam prestari faciat ipso presente consimile iuramentum ac litteras regias inde confectas suoque sigillo munitas tuis nunciis assignandas* per speciales nuncios suos, quibus similem concedat in omnibus et per omnia potestatem, nobis absque cuiuslibet difficultatis et morose dilationis obstaculo destinare procuret, quod eum firmiter speramus et credimus absque repulse vel difficultatis obstaculo effecturum.

(5) [Mittimus eciam[t] tibi[u] copiam note[4], quam mittimus prefato regi Franc(orum), ut secundum eius tenorem de verbo ad verbum tuas patentes litteras eius, ut premittitur, gentibus assignandas mittere non postponas. Estque intencionis nostre, quod[v] cum huiusmodi litteras sub forma predicta a gentibus ipsius regis Francie receperint, tunc et non ante[w] gentes tue tuas èis sub forma premissa litteras[x] vice versa liberent et assignent.][y]

(6) Et ecce dilectis[z] filiis[z] Roberto[a] Salernitano electo[a] et Hugoni[b] Geraldi archidiacono[a] Augi in ecclesia Rothomagensi cappellanis[z] nostris[z], de quorum industria et fidelitate confidimus et scimus te posse confidere, quosque[c] ad celsitudinem tuam propter hoc specialiter destinamus[c], super premissis plenius apperuimus mentem nostram, quibus vel eorum alteri super hiis et ea tangentibus adhibeas plenam fidem.

Dat. IIII.[d] Non. Marcii[e].

*) *In fine documenti signo posito addebatur, sed post deletum:* sub forma cedule sub nomine regis eiusdem confecte presentibus intercluse, cuius copiam de verbo ad verbum mittimus ipsi regi. *Cf. cap. 5.*

588. i) *sequitur* regis prefati *delet. R.* k) *ultima* e *corr. ex* a *R.* l) *supra lineam add. R.* m) de rebus *in loco raso R.* n) Romanorum regibus *in loco raso plurium verborum artius scripta R.* o) Burgundie comitibus *supra lineam R.* p) *sequitur* celi *delet. R.* q) *corr. ex* concedat *R.* r) *sequitur* litteris *delet. R.* s) *sequitur parva rasura R.* t) *atramento pallidiori supra lineam add. R.* u) *sequitur* eciam *supra lineam add., sed delet. R.* v) *sequitur* donec *delet. R.* w) tunc — ante *supra lineam alia ut videtur manu add. R.* x) *sequitur* similiter *delet. R.* y) *cap. 5 signo posito in fine documenti additum est; cf. not. *.* z) is *corr. ex* os *R.* a) o *corr. ex* um *R.* b) i *corr. ex* em *R.* c) quosque — destinamus *infra lineas add. R.* d) *subtus* Dat. IIII *gravis rasura R.* e) *linea dati levissimo stilo cursim alia ut videtur manu scripta R.*

1) *Infra nr. 589.* 2) *Nr. 590.* 3) *Nr. 589 B.* 4) *Nr. 591.*

589—591. *FORMAE LITTERARUM A REGIBUS CONFICIENDARUM.*

Formae nr. 589—591 a pontifice transmissae litteris eiusdem supra nr. 588 inclusae erant; cf. ibidem.

589. *FORMAE LITTERARUM HENRICI REGIS PRIORES.*

5 A *item ex minuta in* R *servata; cf. editionem nostram l. c. pag. 11 sqq. (= 228 sqq.) paratam. Nonnulla, quae cancellata sunt, tamen in textu recepimus uncis quadratis inclusa*[1]. *V. infra ad a. 1311. Mai. 8 et Sept. 23.*

Forma B *procuratorii ad compromittendum exarata non est. Sed v. infra ad a. 1311. Iun. 17.* *(P. deest.)*

10 *A.*

Henricus etc. universis etc.

(1) Noverit universitas vestra, quod cum per dilectos et fideles . . et . . nuncios et procuratores nostros, ad hoc a nobis cum pleno et sufficienti mandato specialiter destinatos, pro nobis ac nomine nostro [et imperio, cuius administrationem gerimus][a] ex 15 una parte ac . . et . . nuncios et procuratores serenissimi principis Ph(ilipp)i regis Franc(orum) illustris amici nostri carissimi, habentes ab ipso rege ad ea que sequuntur sufficiens et speciale mandatum, nomine procuratorio regis eiusdem et pro ipso ex altera habita, inita et contracta fuerint inter nos et dictum regem ac regna nostra [et imperium][a] super multis et diversis articulis ac iurata in animam utriusque unio ac mutue 20 amicicie federa, confederationes, conventiones et pacta, prout in litteris inde confectis ac nunciorum et procuratorum predictorum, nostrorum videlicet et prefati regis, quarum tenores[b] de verbo ad verbum inferius sunt[b] conscripti[b], sigillorum appensione munitis plenius continetur, nos considerantes utilitates et comoda, que non solum nobis et regi prefato [ac imperio][a] ac[c] terris et regnis nostris ac regis eiusdem, verum etiam 25 sacrosancte Romane matris nostre ac universalis ecclesie statui et honori totique rei publice christiane ac precipue negocio Terre Sancte, ad cuius promotionem celerem et felicem desideria nostra suspirant, possunt multipliciter provenire, unionem, federa, confederationes, conventiones et pacta ac omnes et singulos articulos eorundem, sicut in litteris supradictis plenius et expressius continentur, pro nobis, [imperio][a], regno ac terris 30 nostris approbamus, laudamus, volumus, ratificamus et confirmamus expresse ac de ipsis tenendis, attendendis, complendis et inviolabiliter observandis imposterum per . .[d] familiarem nostrum, nobis presentibus ac expresse mandantibus, in animam nostram prestari fecimus ad sancta Dei euangelia tacta corporaliter iuramentum. (2) Tibique notario vice et nomine dicti regis ac pro eo et quibuslibet aliis, quorum interest vel interesse 35 potest aut poterit in futurum, legitime stipulanti sub legitima et solenni stipulatione promittimus, quod infra quatuor[e] menses, postquam nos ad imperialis fastigia dignitatis Deo auspice contigerit esse promotos, unionem, federa, confederationes, conventiones et pacta ac omnes et singulos articulos eorundem, prout in predictis litteris plenius et seriosius exprimuntur, approbabimus, laudabimus, volemus, ratificabimus et auctoritate 40 imperiali curabimus confirmare ac de ipsis in omnibus et per omnia tenendis, attendendis, complendis et inviolabiliter observandis per aliquem de familiaribus nostris,

589. a) *uncis inclusa deleta sunt R; cf. prooemium.* b) es *additum,* sunt *in loco raso,* i *in loco raso R.* c) *supra lineam add. R.* d) *supra lineam hic additur* nominetur *R.* e) *super* duos *delet. alia ut videtur manu scriptum R.*

45 1) *In Indice documentorum a. 1313. sic indicari videtur:* De unione et confederatione domini imperatoris et regis Francie in privatam scripturam *(Doenniges l. c. II, 114).*

nobis presentibus et expresse mandantibus, in animam nostram ad sancta Dei euangelia tacta corporaliter iuramentum prestari nichilominus faciemus ac concedemus super hiis eidem regi, gentibus, nunciis vel procuratoribus suis ad hoc ab eo specialiter constitutis quatuor paria litterarum bulla aurea cum imperialis impressione tiparii munitarum.

(3) Tenores[f] autem litterarum nunciorum et procuratorum predictorum nostrorum 5 et dicti regis super unione, federibus, confederationibus, conventionibus et pactis predictis ut premittitur confectarum tales[f] sunt[f]:

Inserantur[g] tenores[h] de verbo ad verbum[i, 1].

B.

Item[k] mittantur procuratoria ad compromittendum in forma, in qua 10 alia missa fuerunt.

590. *FORMA PROCURATORII EIUSDEM ALTERA.*

Item ex minuta in R *servata; cf. editionem nostram l. c. pag. 13 sq. (= 230 sq.) paratam. V. supra nr. 281 et infra ad a. 1311. Iun. 17.* *(P. deest.)*

Henricus etc. universis etc. 15

Noverit universitas vestra, quod cum inter dilectos et fideles . . et . . nuncios et procuratores nostros, ad hoc a nobis cum pleno et sufficienti mandato specialiter destinatos, pro nobis ac nomine nostro ex una parte ac . . et . . nuncios et procuratores serenissimi principis Ph(ilippi) regis Francorum illustris amici nostri carissimi, habentes ab ipso rege ad ea que sequuntur sufficiens et speciale mandatum, nomine procuratorio 20 regis eiusdem et pro ipso ex altera in tractatibus unionis et federis amicicie mutue inter nos et regem ipsum per procuratores eosdem[a] habitis, concordatis[b], initis et iuratis inter cetera actum fuerit, concordatum et expresse conventum, quod nos spectabilem ac magnificum virum Ph(ilippum) natum dicti regis comitem Burgundie recipiemus ad hommagium[2] nostrum plene et liquide iure suo comitatus Burgundie de rebus comitatus 25 eiusdem, pro quibus predecessores eiusdem comites Burgundie predecessoribus nostris Alemannie regibus retroactis temporibus hommagium prestitisse noscuntur, et quod extunc dictus comes erit[c] et remanebit[d] in sufferencia seu respectu hommagii predicti prestandi usque ad vistam seu mutuam visionem inter nos et regem ipsum certis loco et termino per eosdem procuratores et nuncios hincinde tunc unanimiter concordatis 30 habendam, quodque si vista seu mutua visio supradicta non fieret loco et termino[e] supradictis, prefatus comes in respectu seu sufferencia remaneret usque ad nostre beneplacitum voluntatis ac concederemus eidem ad prestandum nobis predictum hommagium locum et terminum competentes, nosque pro acceleratione negocii promotionis nostre ad imperialis fastigia dignitatis ad partes Italicas properantes, vistam seu mutuam visionem 35 predictam loco et termino supradictis cum rege prefato tunc eciam aliis negociis arduis, prout nobis per litteras et nuncios suos significare curavit, multipliciter occupato nequiverimus celebrare, nos prefato comiti sufferenciam seu respectum huiusmodi

589. f) es *additum*, e *corr. ex* i, sunt *corr. ex* est *R.* g) ā *corr. ex* a; *sequitur* totus *delet. R.* h) es *additum R.* i) de—verbum *mutato ductu alio atramento add. R.* k) *praecedit alia manu add. R.* 40

590. a) *sequitur* concordatis *delet. R.* b) *supra lineam atramento pallidiori add. R.* c) erat *R.* d) i *corr. ex* a *R.* e) terminis *R.*

1) *Supra nr. 353 et 354.* 2) *Cf. l. c. pag. 13 (230) not. 1.*

hommagii usque ad reditum nostrum de Italicis partibus ad ultramontanas partes nobis[f] congruis et competentibus loco et termino per nos antea significandis eidem in eisdem ultramontanis partibus[g] prestandi presencium tenore duximus concedendum.

591. *FORMA LITTERARUM PHILIPPI REGIS.*

5 *Item ex minuta in* R *servata; cf. editionem nostram l. c. pag. 14 sqq. (= 231 sqq.) paratam*[1]. *V. infra ad a. 1311. Iun. 14.* *(P. deest.)*

Philippus etc. universis etc.

(1) Noverit universitas vestra, quod cum per dilectos et fideles[a] . . et . . nuncios et procuratores nostros, ad hoc a nobis cum pleno et sufficienti mandato specialiter desti-
10 natos, pro nobis ac nomine nostro ex una parte ac . . et . . nuncios et procuratores serenissimi principis Henrici regis Roman(orum) illustris amici nostri carissimi, habentes ab ipso rege ad ea que sequuntur sufficiens et speciale mandatum, nomine procuratorio regis eiusdem et pro ipso ex altera habita, inita et contracta fuerint inter nos et dictum regem ac regna nostra super multis et diversis articulis ac iurata in animam utriusque unio ac
15 mutue amicicie federa, confederationes, conventiones et pacta, prout in litteris inde confectis ac nunciorum et procuratorum predictorum, nostrorum videlicet et prefati regis, quarum tenores de verbo ad verbum inferius sunt conscripti, sigillorum appensione munitis plenius continetur, nos considerantes utilitates et comoda, que non solum nobis et regi prefato ac regnis et terris nostris ac regis eiusdem, verum eciam sacrosancte
20 Romane matris nostre ac universalis ecclesie statui et honori totique rei publice christiane ac precipue negocio Terre Sancte, ad cuius promotionem celerem et felicem desideria nostra suspirant, possunt multipliciter provenire, unionem, federa, confederationes, conventiones et pacta ac omnes et singulos articulos eorundem, sicut in litteris supradictis plenius et expressius continentur, pro nobis, regno ac terris nostris approbamus, lauda-
25 mus, volumus, ratificamus et confirmamus expresse ac de ipsis tenendis, attendendis, complendis et inviolabiliter observandis imposterum per . .[b] familiarem nostrum, nobis presentibus ac expresse mandantibus, in animam nostram prestari fecimus ad sancta Dei evangelia tacta corporaliter iuramentum. (2) Tibique notario vice et nomine dicti regis ac pro eo et quibuslibet aliis, quorum interest vel interesse potest aut poterit in futurum,
30 legitime stipulanti sub legitima et solenni stipulatione promittimus, quod infra quatuor menses, postquam regem[c] ipsum ad imperialis fastigia dignitatis Deo auspice contigerit esse promotum, unionem, federa, confederationes, conventiones et pacta et omnes et singulos articulos eorundem, prout in predictis litteris plenius et seriosius exprimuntur, approbabimus, laudabimus, volemus, ratificabimus et auctoritate regia curabimus confir-
35 mare ac de ipsis in omnibus et per omnia tenendis, attendendis, complendis et inviolabiliter observandis per aliquem de familiaribus nostris, nobis presentibus et expresse mandantibus, in animam nostram ad sancta Dei euangelia tacta corporaliter iuramentum prestari nichilominus faciemus ac concedemus super hiis eidem regi, gentibus, nunciis vel procuratoribus suis ad hoc ab eo specialiter constitutis quatuor paria litterarum
40 magno sigillo nostro in[d] cera viridi munitarum.

(3) Tenores autem litterarum nunciorum et procuratorum predictorum nostrorum et dicti regis super unione, federibus, confederationibus, conventionibus et pactis predictis, ut premittitur, confectarum tales sunt:

I n s e r a n t u r t e n o r e s d e v e r b o a d v e r b u m[e.2].

45 **590.** f) *supra lineam pallidiori atramento add. R.* g) *sequitur* nobis *delet. R.*

591. a) *atramento pallidiori alia ut videtur manu super* speciales *delet. R.* b) *supra lineam additum est* n o m i n e t u r *R.* c) *atramento pallidiori alia ut videtur manu additum R.* d) *corr. ex* cum *R.* e) *sic eadem manu sine correctionibus cursim scripta R; v. supra pag. 548 not. g—i.*

1) *In Indice documentorum a. 1313. sic indicari videtur:* Confederatio regis Francie et domini
50 imperatoris in privatam scripturam *(Doenniges II, 115).* 2) *Supra nr. 353 et 354.*

592. 593. *LITTERAE PONTIFICIS POSTERIORES. (Mart. 4. vel post).*

592. *LITTERAE COMITI SABAUDIAE MISSAE.*

Item ex minuta in R *servata; cf. editionem nostram l. c. pag. 16 sqq. (= 233 sqq.) paratam. Nonnulla maioris momenti, quae in minuta cancellata sunt, tamen in textu posuimus, sed uncis quadratis inclusa.* *(P. deest.)* 5

Clemens etc. dilecto filio nobili viro[a] Amedeo comiti Sabaudie [Romani imperii marescallo in partibus Italie][b].

(1) Utilitates et comoda, que ex affinitate ac unanimi voluntate[c] catholicorum regum et principum solent multipliciter provenire, paterna consideratione pensantes, unionem inter carissimos in Christo filios nostros Henricum Romanorum et Philippum 10 Francorum reges illustres per utriusque solennes procuratores et nuncios super diversis articulis, sicut iam pridem letanter audivimus, initam et iuratam tanto[d] maiori desiderio cupimus perfecta[e] consummatione firmari et firmitate solida stabiliri, quanto ad reges ipsos precipuos et peculiares ecclesie filios[f] inter ceteros reges et principes orbis terre ferventiori [imo ferventissimo][b] zelo caritatis afficimur ac utriusque regis et regni statum 15 felicem et prosperum ac honoris et exaltationis augmentum plenioribus [immo plenissimis][b] desideriis affectamus, quantoque unionem huiusmodi utilitatis tocius rei publice christiane et presertim negocii Terre Sancte efficaciorem speramus et credimus divina favente clemencia promotricem, quanto etiam ad accelerationem promotionis eiusdem[g] Romanorum regis ad imperialis fastigia dignitatis desiderio ducimur ampliori. Huius 20 quippe nostri ferventis [immo ferventissimi][b] desiderii nos urget instancia et paternum invitat affectum, consilium capere pro ipso rege Romanorum[h] filio predilecto in premisso promotionis sue negocio feliciter ac votive Deo auspice dirigendo. (2) Ideoque regem ipsum Romanorum per alias nostras litteras[1] rogamus et hortamur attente, paterno sibi nichilominus suadentes affectu, quatinus diligenter considerans et prudenter 25 advertens, quod sua et dicti regis unio auctore Domino prava in directa convertet et aspera in vias planas suis gressibus preparabit, de servanda unione predicta ac omnibus et singulis eius articulis, prout in litteris inde confectis ac procuratorum et nunciorum predictorum sigillorum impressione munitis plenius et seriosius continentur[2], per aliquem familiarem suum ipso rege presente in animam suam prestari faciat ad sancta Dei 30 euangelia tacta corporaliter iuramentum, patentes litteras regias, tenorem cedule nostris quas eidem mittimus litteris intercluse de verbo ad verbum expressius continentes, super prestatione huiusmodi iuramenti confectas, necnon et alias, in quibus dilecto filio nobili viro Philippo nato regis eiusdem comiti Burgundie dilationem seu respectum prestandi sibi homagii de rebus comitatus eiusdem. de quibus predecessoribus suis 35 Romanorum regibus qui fuerunt pro tempore consuevit a prefati comitis predecessoribus Burgundie comitibus exhiberi, usque ad reditum suum de Italicis partibus ad citramontanas partes, quem Rex regum altissimus prosperum faciat et felicem, grata liberalitate concedat iuxta formam alterius cedule dictis nostris litteris intercluse suo sigillo munitas eiusdem regis Francie gentibus assignandas per certos et speciales nuncios 40 suos quantocius mittere non postponat. Et nichilominus eisdem nunciis per alias regias committat litteras plenariam potestatem compromittendi nomine suo de alto et basso

592. a) nobili viro *eadem manu supra lineam add. R.* b) *uncis inclusa deleta sunt R.* c) *sequitur* orth *deletum R.* d) *sequitur* ferventiori desiderio *deletum R.* e) perfe *in loco raso R.* f) *supra lineam add. R.* g) *super* ipsius *deleto R.* h) *alia manu atramento pallidiori supra lineam add. R.* 45

1) *Supra nr. 588.* 2) *Supra nr. 353 et 354.*

in personas aliquas, de quibus expediens visum erit super omnibus articulis, rebus et negociis quibuscunque, quorum occasione inter ipsos reges posset imposterum cuiusvis contentionis scrupulus ingeri aut dissensionis et turbationis cuiuscunque materia suboriri.

(3) Quapropter nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente, tibi nichilominus in remissionem peccaminum iniungentes, quatinus apud eundem Romanorum regem, qui de tue provide circunspectionis industria et experta fidelitate confidens providencie tue consiliis sanis innititur, interponas efficaciter partes tuas ipsumque iuxta datam tibi a Deo prudenciam suggestionibus et persuasionibus attractivis inducas ac[i] omnimode facias et ordines cum eodem[i], ut nostris precibus et exhortationibus in hac parte, que ex intime caritatis, qua eum non indigne prosequimur, affluencia prodeunt [ac desiderio summo, quo ducimur ad accelerationem votive promotionis sui pretacte negocii, revera procedunt][k], absque cuiuslibet repulse et difficultatis obstaculo per effectum operis benignius acquiescat.

(4) Et ecce dilectis[l] filiis[l] . . etc.[m] ad ipsum regem et te etc. quibus etc., sicut in nota, que dirigitur regi Romanorum[1].

Item[n] cons(imiliter) venerabili fratri Henrico episcopo Tridentino.
Item Guidoni de Flandria comiti Zelandie.
Item Odoni de Grandissono[n].

593. *LITTERAE NUNTIIS DIRECTAE.*

Item ex minuta in R *servata; cf. editionem nostram l. c. pag. 18 sq. (= 235 sq.) paratam.* *(P. deest.)*

Clemens etc. dilectis filiis Roberto Salernitan. electo ac Hugoni Geraldi archidiacono Augi in ecclesia Rothomagensi capellanis nostris.

Carissimo filio nostro Henrico regi Romanorum illustri litteras nostras[2] dirigimus, quas[a] vobis latores presencium deferunt[a], per vos presentandas eidem. Quarum necnon trium[b] cedularum interclusarum[3] in eis tenores de verbo ad verbum vobis mittimus presentibus interclusos. Discretioni vestre per apostolica scripta mandantes, quatinus apud regem eundem super promotione negocii in eisdem contenti litteris, quod non mediocriter insidet cordi nostro, iuxta datam vobis a Deo prudenciam sollicitis et efficacibus studiis totisque conatibus insistatis, nobis quantocius rescripturi responsionem regis eiusdem super hiis ac quicquid apud eum feceritis et inveneritis in hac parte.

594—596. *INSTRUCTIONES BERTRANDI CARDINALIS NUNTIIS TRADITAE. (ante Mart. 30)—Apr. 5.*

De diversis manibus, quae documenta nr. 594—596 scripserunt, v. supra in prooemio ad nr. 586—597.

594. *INSTRUCTIO PRIOR. (ante Mart. 30).*

Item ex rotulo R; *cf. editionem nostram l. c. pag. 19 sqq. (= 236 sqq.) paratam. Quae in verso rotuli manu* B *et* C *addita sunt, ea uncis quadratis inclusa in textu ponenda esse duximus. Orthographiam fere omnino servavimus; cf. l. c. pag. 19 (236) not. 1.* *(P. deest.)*

592. i) ac — eodem *supra lineam add. R.* k) *uncis inclusa deleta sunt R.* l) i *corr. ex* o *R.* m) . . etc. *supra lineam alia manu add. R.* n) *omnia haec alia manu variis temporibus addita;* veñ frī Henrico *adhuc alia manu stilo acutissimo et levissimo cursim scripta R.*

593. a) quas—deferunt *alia manu supra lineam add. R.* b) *eadem manu super* duarum *deleto R.*

1) *Supra nr. 588 cap. 6.* 2) *Supra nr. 588.* 3) *Supra nr. 589—591.*

Camerarius pape . .[a]

(1) Dominus[b] noster mittit vobis litteras[1], que diriguntur . . regi Romanorum super unione inter ipsum et . . regem Franc(orum) facienda, quam sicut nostis inter cetera negocia mundi plurimum cordi habet, per vos eidem presentandas, [cum presentaveritis litteras, quas super facto coronacionis portatis[2], et hoc per aliquos dies, paucos tamen][c]. Et mittit vobis transcripta litterarum earundem et nichilominus mittit in dictis litteris tres[d] cedulas interclusas, quarum transcripta etiam vobis mittuntur[3]. Quare ad predictas litteras obtinendas iuxta tenorem dictarum cedularum oportune et importune laboretis, quia pro firmo dominus multum cordi habet habere predictas litteras. Et si . . rex Romanorum sapiens est quantum credimus, multum sibi expedit nec videmus, quod in hoc regiminis sui principio aliter valeat prosperari quoquo modo, cogitatis inconstanciis et aliis, que habent illi, cum[e] quibus expedire habet in partibus, in quibus est. Et dominus noster non solum propter predictam concordiam et unionem, quam mirabiliter cordi gerit[f], set etiam hoc propter ipsius . . regis Romanorum utilitatem [cuius tranquillum statum appetit multum[g]][c] affectat. Mittit etiam vobis quatuor paria litterarum, que diriguntur . . cancellario . . regis, . . comiti Sabaudie, dominis[h] Guidoni de Flandria comiti Zelandie et Oddoni de Grandissono[4] presentandas per vos eisdem, quarum unum[e] transcriptum[5] similiter mittit vobis, et vult dominus, quod dominum Othonem, qui est quasi in itinere vestro[6], adeatis et litteras, que sibi diriguntur, tradatis eidem et ipsum inducatis pro posse, quod ipse per litteras et nuncios suos inducat . . regem eundem, ut pro pace christianitatis et propria utilitate et evitatione periculorum, que sibi iminent infinita, illa, que dictos . . reges contingunt, liberaliter exaudiat. Scientes, quod dominus noster plene credit, quod ipse . . rex Romanorum nichil potest facere in presenti utilius predictis, et ad hoc verba et modos provideatis tam ipsi . . regi et omnibus aliis supradictis utiles ad exponendum premissa, quia pro firmo omnibus cogitatis credit dominus noster, quod ista sint non solum pro pace communi et christianitatis utilia, set etiam pro ipso . . rege Romanorum.

(2) Exponatis etiam ex parte domini nostri loco et tempore et modo convenientibus, quod dominus Ingerannus de Marigniaco, qui nunc est in Romana curia, nunquam aliquid domino nostro dixit nec procuravit cum eo, quod esset contra honorem vel prosperitatem dicti . . regis, immo in quantum idem dominus noster potest perpendere, magna afeccione et devocione ducitur ad honorem et exaltacionem ipsius . . regis Romanorum, et dominus noster ita credit, nec aliquis alius ex parte . . regis Franc(orum) predicti. Immo credit dominus noster, quod supradictis completis gaudebunt omnes predicti de prosperitate et honore ipsius . . regis Romanorum. Et tamen dictum fuit domino Iohanni de Cabilone, prout dominus audivit dici, quod . . abbas Sancti Medardi Suessionensis et aliqui alii nuncii regis non trahebant moram in curia nisi ad impediendum . . regem Romanorum. Et revera nunquam fecerunt verbum domino. Immo dominus Ingerannus predictus multum ostendit se esse devotum et amicum dicti . . regis et[i] quod multum vult promocionem suam, quam diu inter ipsum . . et[e] regem[i] Francie erit unio et amor, sicut credit nunc esse, quia multas familiaritates et amicicias habuit cum eodem ante tempus promocionis sue, et multum commendat ipsum[7]. Unde magnum peccatum faciunt, qui per talia nituntur provocare ad invicem corda ipsorum . . regum.

594. a) Camerarius pape . . *stilo acutiori manu C scripta R.* b) *abhinc manus B.* c) *uncis inclusa manu B in dorso rotuli adiecta.* d) *supra lineam super* duas *deleto R.* e) *supra lineam R.* f) i *corr. ex* e *R.* g) inultum *R.* h) dominis *corr. ex* domino *supra lineam R.* i) et—regem *in loco raso scripta R.*

1) *Supra nr. 588.* 2) *Supra nr. 586.* 3) *Supra nr. 589—591.* 4) *V. pag. 551 l. 14—16.* 5) *Supra nr. 592.* 6) *Cf. l. c. pag. 20 (237) not. 1.* 7) *Sed cf. supra nr. 467 cap. 4.*

(3) Recordatur etiam dominus, quod tempore quo ipse approbavit ipsum . . regem, aliqui malivoli dicebant similia nunciis ipsius . . regis Romanorum, et tamen pro firmissimo falsum erat, quia nec verbo nec epistola nec aliquo modo . . rex Francie nec aliquis de suis domino nostro unquam verbum fecerant contra . . regem predictum nec alicui alii, quod ipse credat. Et hoc satis patuit, quia aliqui . . cardinales, quos vos nostis, qui saltim si . . rex Francie cordi haberet vel ad illud intenderet, etsi non adversati fuissent eidem, non ostendissent se ita voluntarios ad promocionem ipsius, quia ita ostenderunt se voluntarios in consistorio, sicut aliquis potuisset facere, cuiuscunque nacionis esset. Et ista dominus noster dixit comiti Sabaudie bis vel ter et domino Guidoni de Flandria et domino Othoni de Grandissono, ut talibus adinventiciis et pessimis mendaciis animus . . regis non duceretur et quod in corde suo regraciaretur . . rex Romanorum predicto . . regi Francie. Ad ista perficienda omnem laborem et diligentiam, omnem oportunitatem et importunitatem, sicut novimus vos talia scire facere, adhibeatis[k].

(4) Super eo vero, quod dominus noster non vult vos ignorare, videlicet quod uterque . . rex debebat mittere suos nuncios speciales ad dominum nostrum, qui in sui presencia quecunque essent inter eos agenda consummaret, et in hoc quilibet ipsorum consenserat, sicut per eorum litteras vel nuncios domino nostro plene constat, tamen dominus noster nunquam istud significaverat . . regi Romanorum, quia non est diu recepit hoc a . . rege Francie. Set vos respondeatis eidem, quod[l] ipsi[m] regi Francie placebat[n] per eundem modum, per quem eciam placebat ipsi regi Romanorum, videlicet quod infra duos menses[m], [postquam rex Romanorum predictus scivisset diem et locum, ubi placeret domino nostro, quod nuncii sui comparerent coram domino nostro una cum nunciis et procuratoribus regis Francie ad tractandum et complendum omnia supradicta, paratus erat dictos nuncios ad presentiam domini nostri destinare[o], prout Antonius nuncius[1] nuper ab ipso rege Romanorum domino nostro destinatus eidem sub litteris credencie retulit. Et sicut predicitur, idem rex Francie hoc idem concessit, quod eidem regi Romanorum ex parte domini nostri refferatis loco et tempore opportunis, caute tamen][p] iuxta modum superius et inferius scriptum. Verumptamen[q] non est visum domino, quod illa via, licet ipse idem dominus precogitasset eandem, sit utilis, presertim pro . . rege Romanorum, cui negocia in manibus suis se offerunt ultra quam oporteret. Et idcirco dominus attendens bonum commune, quod ex predictis auctore Domino obveniret[r] et dampna, que ex dilacionibus sequerentur, presertim . . regem Romanorum, licet hoc ultimum, videlicet 'presertim etc.' non sit nude exponendum eidem, dominus previdit, quod illud, quod dilaciones multas reciperet in mittendo et redeundo nuncios predictos et interim inter ipsos nulla certitudo vigeret, quod concludatur et firmetur per litteras predictas, per quas finis omnibus imponitur ad plenum.

(5) Quare premissa modis, viis et temporibus, quibus utilius videritis, . . regi Romanorum et aliis supradictis cum omni diligencia et sollicitudine ac utilitate exponatis. Non tamen . . regem Romanorum mordeatis vel eius neccessitates ultra quam deceat exprimatis, quia magni homines ex talibus frequentissime provocantur. Et[s] omnino portetis omnes litteras, de quibus superius est actum[s].

594. k) *sequitur linea; post mutato ductu stilo acutiori scriptum est R.* l) *prius sequebantur* sibi placebat, caute tamen, *quae post deleta sunt R.* m) ipsi — menses *infra lineas addita,* ipsi regi *manu B;* Francie — menses *manu C exarata R.* n) *supra lineam R.* o) *sequitur* Et ide *delet. R.* p) *uncis inclusa signo posito in dorso rotuli manu C adiecta R.* q) *infra lineas manu C additum R.* r) obvēīē *in fine lineae R.* s) Et—actum *manu C addita R.*

1) *Fuisse Antonium de Bardes clericum comitis Sabaudie cogitaverim. Cf. Bonaini l. c. I, 290.*

595. *INSTRUCTIO ALTERA.* *Mart. 30.*

Item ex rotulo R; *cf. editionem nostram l. c. pag. 22 sqq. (= 239 sqq.) paratam et tabulam phototypicam editioni illi adiectam.*

Cum ad formam instructionis (I) *correcta sit e minuta* (M) *litterarum pontificis ad Heinricum regem mittendarum, duas formas hic proponimus. Sed modum correctionum indicare supersedimus, potius ad tabulam illam phototypicam lectores delegantes. De manibus* C *et* B *cf. supra pag. 541 lin. 26 sqq.* *(P. deest.)*

LITTERAE PONTIFICIS AD REGEM. *M.*

Scire[a] etiam te volumus, quod ambaxatores civitatum Floren(tie), Luchane et Senarum et quarundam aliarum comunitatum eisdem civitatibus vicinarum venerunt ad nos ante festum nativitatis Domini proxime preteritum per[b] aliquos dies et inter cetera nobis ex parte suorum comunium retulerunt, quod parati erant ob reverentiam nostri et ecclesie Romane et devotionem, quam ad te et honorem tuum se habere dicebant, velle tibi tantum et plus obedire, sicut umquam fecerant predecessoribus tuis. Verumptamen aliquas gratias petebant, que iudicio nostro, consideratis novitate tua et malitia temporis, satis poterant per te et absque tui preiuditio ipsis concedi[1]. Et

INSTRUCTIO NUNTIORUM. *I.*

Scire etiam vos volumus, quod ambaxatores civitatum Floren(tie), Luchane et Senarum et quarundam aliarum comunitatum eisdem civitatibus vicinarum venerunt ad dominum nostrum ante festum nativitatis Domini proxime preteritum per aliquos dies et inter cetera ei ex parte suorum comunium retulerunt, quod parati erant ob reverentiam domini nostri et ecclesie Romane et devotionem, quam ad ipsum regem et honorem suum se habere dicebant, velle ipsi regi tantum et plus obedire, sicut umquam fecerant alicui de predecessoribus suis. Verumptamen aliquas gratias petebant, que consideratis novitate sua et malitia temporis satis poterant per eum et absque sui preiuditio, prout videbatur domino nostro, ipsis concedi[1]. Et do-

595. a) *Abhinc usque* eidem regi *manu C exarata R.* b) *sequitur* multos *deletum R.*

1) *Quo conveniunt ea, quae Florentini suis ambassiatoribus ad curiam ituris vel Avinione morantibus pluribus vicibus scripserunt. Datae sunt instructiones diebus m. Nov. 10, Dec. 26—29 a. 1310; Ian. 4, Febr. 10 a. 1311. editaeque apud Bonaini 'Acta Henrici VII.' II, 3 nr. 4, 7 nr. 10; 9 nr. 12, 16 nr. 19. Ex quibus nonnulla editionem citatam sequentes hic in adnotatione ponimus.*

Ex litteris Nov. 10 datis, partim elutis: Ambaxatores comunis Florentie ituri ad terram Castri Florentini ad parlamentum caute provideant simul cum aliis ambaxatoribus de ambaxata, que fieri debet ad dominum imperatorem per comunia Luce, Senarum et Florentie, et cum omni onestate verborum et decentia provideant commendationem ipsius imperatoris et inter [quedam alia] inseratur ambaxate predicte, quod comunia predicta letata sunt de ipsius promotione, que processit de assensu et voluntate summi pontificis et ecclesie Romane, et de devotione, quam ipse imperator habuit et habet erga ipsam matrem ecclesiam. Et quod substantia petendorum per ipsa comunia suo loco et tempore sit, quod consideratis conditionibus et statu dictorum comunium[a] ipse imperator confirmet privilegia cuique dictorum comunium concessa ab aliis imperatoribus, et quod ipsas civitates et comunia dimittat cum districtibus et comitatibus et terris, quos et quas tenent in libera iurisdictione et in statu, in quo nunc sunt, et comitatum et districtum et terras, quas tenent [et possident], et concedat eisdem comunibus et cuilibet eorum, prout nunc tenent. Et quodlibet dictorum comunium pro dictis comitatibus et districtibus et terris, quos et quas tenet, in recompensationem predictorum solvat ipsi imperatori quantitatem . . . . vel provideat eidem de militibus, prout convenire videbitur. Et quod, ut predicta melius effectum possint sortiri, assignent causas, quas viderint convenire.

Ex litteris Ian. 4 datis: . . . . ambaxatoribus suis ad summum pontificem destinatis salutem et amorem sincerum. Recepimus vestras litteras datas die pascatis nativitatis Domini in ora vesper-

a) quod *add. ed.*

nos, ut tu liberius posses facere facta tua, obtulimus, quod libenter pro ipsis obtinendis apud te instaremus. Istis vero sic tactis et proloqutis inter nos, supplicaverunt nobis, quod de licentia nostra possent sua comunia consulere super ipsis.	minus noster, ut ipse rex liberius posset facere facta sua, obtulit, quod libenter pro ipsis obtinendis apud eundem regem efficaciter instaret. Istis vero sic tactis et proloqutis inter ipsum dominum nostrum et eos, supplicaverunt ei, quod de licentia sua pos-

tina, die III. mensis huius, et earum tenorem inspeximus diligenter et de gestis et actis per dominum Conradum et alios oratores Lucani comunis et vos cum oratoribus illustris regis Francorum plurimum gaudemus. Et placet nobis tractatus iam ceptus cum ipsis oratoribus, quia si perfectionem recipit, tueri potest nostram libertatem et statum et aliorum comunium Guelfe partis sotietatis Tuscie et aliorum amicorum nostrorum. Propterea ipsis licteris receptis scripsimus comuni Lucano, quod circa predicta incontinenti providere velit et mictat ad civitatem Florentie sapientes suos de melioribus civitatis Lucane, provisuros nobiscum de articulis et aliis omnibus, que expedient in predictis. Et deliberato et comunicato consilio circa predicta vobis respondebimus et ipsi [similiter] eorum oratoribus. Quibus etiam Lucanis scripsimus, quod oratoribus eorum similiter scribant, quod eis tractatus placet predictus. Et propterea placet nobis, quod cum ipsis oratoribus regis Francorum comunicato consilio, cum Lucanis sitis et caute provideatis, que expedient in predictis, nichil tamen firmantes, quousque vobis deliberato consilio cum Lucanis scribemus, quid facere debeatis. Et cum celeritate vobis scribimus ante deliberationem factam cum Lucanis, quia volumus, quod oratores dicti Francorum regis, antequam discederent de curia, sciant predictum tractatum nobis placere, ac etiam si procedat, vellemus ipsum tractatum potius perfici, ubi estis, quam quod oporteret ad alias partes iri. Et ut sciatis, quid caute agere debeatis tam in vobis commissis circa orationem vobis impositam ad summum pontificem quam etiam in predictis, sciatis, quod Mediolanenses ex toto et sine contraditione obediverunt imperatori et credimus, quod Lombardi obedient, et per fidedignos sentimus, quod recepta coronatione die pascatis Epiphanie proxime futura in terra de Moncia, suos properat accessus in Tusciam, sperans ex informatione inimicorum, quod si cito veniat, eandem sibi subiugabit provinciam sine obstaculo, et quod predicta facere intendit, ut nos preveniat in tempore circa ea, que continet vestra oratio penes summum pontificem. Et ne aliqua extrinsecus provisio esse possit et quod taceremus libenter, percepimus, quod procurat, quod tantum differatur responsio per summum pontificem in vobis commissis, quod ipse imperator, qui sic super Lombardos triumphatur, nos pariter cum ipsis supponat servitutis iugo. Nos autem cum nostris fratribus Bononiensibus, Perusinis, Lucanis, Senensibus et aliis amicis nos paramus et providemus nostre saluti et statui et non minus ecclesie Romane ac domini summi pontificis. Cuius imperatoris triumphus de facili potest esse casus[b] et conculcatio eorumdem, non obstante quod Lombardi propter tirannitates que fuerunt in eorum terris et discordias iugo se subiecerint et subiciant servitutis. Et quia credimus, quod ipsi oratores regis Francie sentientes, que acta sunt per Mediolanenses et aguntur per alios Lombardos, non ita prompti sint in tractatu, sicut erant, antequam Mediolanenses obedirent, dicere potestis, quod comunia predicta in eodem sunt voto et unanimi voluntate in eorum libertate, statu et defensione, et quod penitet Lombardos sic propere obedisse et quod non contentantur de actis et gestis per ipsum imperatorem in terris, que obediunt eidem. Et placet nobis et volumus ac vobis mandamus, quod circa summum pontificem insistatis continue circa vobis commissa, et quod responsionem habere curetis, ita quod propter dilationem temporis periculum incurrere non possimus. Sperantes pro certo, quod summus pontifex et benignus nobis pater dominus Arnaldus nos aliosque devotos ecclesie non permictent opprimi vel conculcari, sed sine temporis tarditate providebunt circa nostram salutem et statum, ita quod dicte ecclesie ac summo pontifici et domino Arnaldo devotissime ac magnifice poterimus more solito complacere.

Ian. 3. Ian. 6.

Ex litteris Febr. 10 Senensibus directis: Licteras ambaxatorum nostrorum transmissorum ad dominum summum pontificem responsionem factam vestris et Lucanis et nostris per ipsum dominum summum pontificem continentes recepimus et intelleximus diligenter. Et quia ipsi nostri ambaxatores responsionem nostram expectant et idem de vestris et Lucanis speramus, et quia etiam videtur nobis salutare consilium, quod responsio vestra, Lucanorum et nostra, in qua comune vestrum, eorum et nostrum negotium tangitur, fiat et deliberetur comuniter, providimus supersedere nostre responsioni, quousque vobiscum et cum fratribus Lucanis de ipsa et super ipsa conferamus, et ad vos et ipsos Lucanos ambaxatores nostros informatos de intentione nostra super predictis sine dilatione aliqua mictere post presentes.

Cf. infra nr. 597.

b) carus *ed.*

Quod quidem eis concessimus, assignando eis terminum unius mensis, infra quem nobis responsionem facerent de predictis. Ipsi autem ambaxatores nondum nobis responderunt, licet per nos pluries fuerint requisiti, asserentes et excusantes se, quod nondum responsionem a suis comunibus habuerunt, de quo multum mirantur et ostendunt plurimum se turbatos, set expectant eam de die in diem. Et quia nos sepe et sepius significavimus tibi per nuncios tuos, quod nos credebamus ipsos trahere ad nostram voluntatem et tuam, et adhuc firmiter credimus, ne aliquid tamen tibi incognitum sit, disposuimus tibi hec intimare, ut circa predicta provide deliberes, quid agendum. Cum autem aliquid magis certum sciverimus, illud tibi curabimus intimare.

seu tsua comunia consulere super ipsis. Quod quidem eis concessit, assignando eis terminum unius mensis, infra quem sibi responsionem facerent de predictis. Ipsi autem ambaxatores nondum ei responderunt, licet ex parte domini nostri pluries fuerint requisiti, asserentes et excusantes se, quod nondum responsionem a suis comunibus habuerunt, de quo multum mirantur et ostendunt plurimum se turbatos, set expectant eam de die in diem. Et quia dominus noster sepe et sepius significavit dicto regi per nuntios suos, quod credebat ipsos trahere ad suam voluntatem et dicti regis, et adhuc firmiter credit, ne aliquid tamen incognitum sit dicto regi, disposuit sibi hec intimare, ut circa predicta provide deliberet, quid agendum. Cum autem aliquid magis certum sciverit, illud sibi curabit intimare.

Et ista ex parte domini nostri dicatis eidem regi[a]. Et[c] quod eadem, dum eratis in via veniendi ad ipsum . . regem, recepistis. Bene val(ete).

Dat. Avinioni, penultima die Marcii.

Mart. 31.

Item die crastina mittetur vobis littera[1] super illis sexcentis florenis, quos debetis recipere, per nuncium, qui expectat eandem.

Dat. ut supra[c].

Invenientur[d] nuntii domini nostri in civitate Embredunensi vel in prioratu sancti Laurentii de Ossio dyoc. Taurinen. vel in civitate Taurinensi[d].

596. *INSTRUCTIO TERTIA. Apr. 5.*

Item ex rotulo R; *cf. editionem nostram l. c. pag. 25 sqq. (= 242 sqq.) paratam. Parvi sigilli in cera rubra dorso impressi vestigia apparent. In hac instructionis parte omnes additiones correctionesque manu* C *atramento fusciori exaratae sunt.*

(P. deest.)

(1) It[em credit][a] dominus noster summus . . pontifex et ita[b] pro vero est[b] narratum sibi[b], quod multe civitates et comunitates ultramontane miser[unt][a, c] Parisius nuncios suos[c] ad explorandum et sciendum voluntatem . . regis Francie, si pl[acere]t[a] ei, quod opponerent se . . regi Romanorum, quia dummodo possent scire super hoc intencionem suam, parati erant sibi resistere et inhobedientes esse. Et licet pluries inibi institerint,

595. c) Et quod—ut supra *manu B scripta R.* d) Invenientur—Taurinensi *manu C scripta R.*

596. a) *uncis inclusa eluta sunt R.* b) *additiones omnes manu C scriptae sunt*; ita, est, sibi *supra lineam addita R.* c) *sequitur linea in loco raso scripta R.*

1) *Supra nr. 587.*

quod possent habere accessum ad . . regem et ad dominum Ingerannum[1], et[d] etiam fuerint[e] multi in curia hiis[f] diebus[d], qui intendebant ad id ipsum, et per omnes vias quas potuerunt procuraverint[g.d] loqui super hoc dicto domino Ingerranno hic nunc presenti[h], relatum est domino nostro per tales personas, quibus in hiis adhibet plenam fidem, quod nec ad . . regem nec ad dominum Ingerrannum nec ad aliquem alium de sanguine vel consilio, qui sit magni status, potuerunt[d] pro huiusmodi[i] habere accessum nec locuti fuerunt eis nec ipsi voluerunt[d] eos audire, licet forsan contrarium detur intelligi ipsi . . regi Romanorum. Quare videre potest idem . . rex, quot impedimenta occurrunt et possent occurrere, ubi Gallici voluissent aut[k] vellent eos audire et fovere in malicia sua et assumere verba ipsorum. Unde expedit[l], quod unio et dilectio sint inter ipsum et . . regem Francie, prout sibi et vobis scriptum est, et quod mittat litteras, de quibus sibi scribitur per dominum nostrum, quarum tenores habetis[2]. Et ista captata oportunitate et modo decenti dicatis ex parte domini nostri ipsi . . regi, quando videritis expedire.

(2) Et sciatis, quod videtur domino nostro, quod nichil ita utile possit facere . . rex Romanorum pro honore suo manutenendo et prosperando, sicut habere confederationem et amiciciam cum ipso . . rege Francie et complere, quantum compleri potest in presenti, illam parentelam, que inter ipsum et . . regem Sicilie tractatur, et amiciciam cum eo inire. Et istis duobus completis, presuppositis[m] gratia et favore domini nostri et ecclesie, que ipse plenissime habet[m], videtur domino nostro, quod status ipsius . . regis Romanorum deberet esse in tuto et tranquillo, et sine istis verissimiliter timet dominus, quod infinita . . rex ipse habeat sustinere. Et etiam hoc exponatis sibi, quando vobis videbitur, et etiam . . comiti Sabaudie et aliis de consilio, ad quos litteras domini nostri habetis[3].

(3) Item si vos deficeretis in litteris predictis a dicto . . rege Romanorum habendis, quarum tenores in cedulis[2] ipsis vobis missis continentur, quod absit, nec alicui discreto viro hoc posset faciliter videri, cum constaret vobis, quod omnino . . rex denegaret eas concedere, vos dicetis eidem . . regi et hoc tunc demum, cum nullam spem obtinendi litteras predictas haberetis, modo decenciori quo poteritis ista verba secrete et eadem verba dicatis in secreto aliis, quibus portatis litteras[3]:

'Domine, magna devotio, quam ad[n] personam vestram habemus propter magnam afectionem, quam scimus dominum nostrum habere ad vos et ad honorem et promotionem vestram et propter honores per vos nobis impensos et bonum commune[o] christianitatis[p]. Cum reverentia vobis dicimus, quod cogitavimus multum[q] circa illas litteras, de quibus tociens sumus vobis locuti, quod quantum nostre modice discretioni occurrit, ponitis in summo periculo vos et statum vestrum, quia quando videbit . . rex Francie, quod vos istas litteras non mittetis, constabit sibi, quod vos non diligitis eum nec confiditis de ipso, immo difiditis et cum eo non vultis habere amiciciam vel confederacionem. Nec hoc poterit ipsum latere, quia dominus noster scripsit vobis, quod iam misit ad ipsum pro habendis consimilibus litteris, quas pro firmo credit habere[r]. Ergo cum per . . regem Francie non stabit, constabit sibi, quod per vos stat, nec hoc celari poterit per dominum propter predicta. Et tunc potestis suppo-

596. d) *sequitur linea in loco raso scripta R.* e) *correctiones omnes item manu C scriptae sunt; super* fuit *deleto R.* f) hiis diebus *in loco raso R.* g) *in loco raso R.* h) nunc presenti *in loco raso artius scripta R.* i) pro huiusmodi *in loco raso R.* k) voluissent aut *supra lineam add. R.* l) *sequitur* utilitati . . regis Romanorum *R.* m) presuppositis — habet *supra lineam stilo levissimo cursim scripta R.* n) *sequitur linea in loco raso scripta; prius scriptum erat* personam *R.* o) e *corr. ex* i *R.* p) *anacoluthon in R.* q) *supra lineam R.* r) quas — habere *in loco raso adhuc fere 7 litteris longiori R.*

1) *Cf. supra pag. 552 not. 4 et l. c. pag. 25 (242) not. 2.* 2) *Supra nr. 589. 590.* 3) *Supra nr. 592.*

nere, quod ipse . . rex Francie providebit sibi et suis utilius quo poterit contra ista et quod multi et magni viri exponent domino et dicent[s], quod manifeste sibi patet, quod ex coronatione vestra et favoribus ecclesie vobis impensis pericula et scandala impediencia passagium Terre Sancte, turbativa et scandalosa tocius christianitatis apparent in ianuis et minantur. Et credendum est, quod tunc per ipsos et infinitos alios pulsetur apud dominum incessanter, quod ipse ad predicta non procedat nec predictos favores continuet in tantum periculum universalis ecclesie, tocius christianitatis et passagii Terre Sancte. Et eciam verissimile est, quod sua conscientia ipsum pulset. Quare predicta vobis dicimus, ut plenius et consulcius videatis, si bene facitis in denegando litteras ipsas.'

(4) Frequentissime[t] et celeriter et per diversos et varios nuncios scribatis domino plenissime et clarissime omnia, que facietis, nec exspectetis simul omnia[u] scribere, set super quolibet articulo scribatis[u], sicut vobis respondebit[v], separatim, quia multum expedit, quod dominus frequenter et frequentissime habeat certa[u] nova de istis. Propter multa, que forte vos latent[t].

Bene valetis.

Dat. Avinioni, V.[w] die Aprilis de nocte[x], sub sigillo camere, quia sigillum cardinalatus non habemus ad presens.

597. *LITTERAE CIVITATIS FLORENTINAE AMBASIATORIBUS SUIS DIRECTAE. Apr. 1.*

Hic adiungere liceat Florentinorum litteras Florentiae in tabulario regio 'Signori Carteggio Missive Minutari I Cancelleria nr. 2' nr. 36 asservatas. Edidit Bonaini 'Acta Henrici VII.' II, 18 nr. 20. Cuius editionem hic repetimus.

Cf. alias litteras Florentinorum eodem die variis personis missas l. c. II, 19 sqq. nr. 22—24[1].

Priores artium et vexillifer iustitie civitatis et populi Florentini sapientibus viris domino Gerardo de Posticis, domino Bonifatio de Signa et ser Ianni de Siminettis, ambaxatoribus suis ad curiam destinatis, salutem et amorem sincerum.

(1) Noveritis, quod in civitate Florentie nuper factum est parlamentum et firmata tallia et sotietas inter comunia sotietatis Tuscie et Bononie et per comunia Luce, Senarum et Florentie et ambaxatores ipsorum comunium provisa et deliberata responsio, que fieri debeat summo pontifici per omnes oratores comuniter comunium predictorum,

596. s) et dicent *super* et *deleto R.* t) *cap. 4 signo posito a manu C in fine rotuli adiectum est.* u) *supra lineam R.* v) *super* scribetur *deleto R.* w) *super* IIII[a] *deleto manu C scriptum R.* x) de nocte *supra lineam manu C add. R.*

1) *Ex ultima littera haec subiungere liceat:* Facimus vobis notum et ad gaudium nuntiamus, quod inter comunia Florentie, Bononie, Luce ac Senarum et alia comunia de provincia Tuscie devota ecclesie sotietas et tallia solenniter est firmata in civitate Florentie per sindicos et ambaxatores ipsorum comunium, qui erant in ipsa civitate, et colligatio facta et publicata in ecclesia Sancti Petri Scradii in ampla gentium contione, atque provisio facta, quod vir illustris dominus Philippus Acchaie et Tarenti princeps sit et esse debeat capitaneus dicte tallie, unanimi voluntate, pro tempore et termino cum stipendiis, militibus, peditibus, pactis, modis et conditionibus, que continentur in ordinamentis super hiis concorditer editis, que vobis sub sigillo nostro alligata presentibus destinamus. Et quia, sicut scitis et nos scimus, necessaria est nobis et sotiis et amicis nostris festina executio tractatorum et maxime propter evidentes apparatus regis Alamanie ad processus versus provinciam Tuscie, quos utinam infeliciter esse speramus in proximo, volumus et mandamus vobis, quod omni vigilia, omni studio omnique solicitudine insistatis tam apud serenissimum dominum regem Robertum et dictum dominum principem, quam etiam apud alios, quos videbitis expedire, quod ipse dominus princeps electionem de se factam acceptet et se sine aliqua dilatione paret militibus et aliis oportunis et veniat.

ac etiam petitio comunis, que porrigatur summo pontifici, et ex ipsa petitione colligetis et colligere poteritis, quid respondendum sit ipsi domino summo pontifici. Ecce namque quod consideratis gestis et factis per gentem regis Alamanie contra devotos ecclesie in partibus Lombardie ac etiam suis consiliis et consiliariis, desperant dicta comunia 5 de securitate, que haberi possit ab ipso rege Alamanie. Nam primo dominum Guidonem de Turre et filios, qui eidem regi Alamanie supposuerunt civitatem Mediolani et per consequentiam quasi Lombardiam totam, expulerunt de ipsa civitate, bonis suis omnibus prede suppositis. Nuper autem illos de eadem domo, qui in civitate remanserant sub confinium vocabulo, in exilium dedit, aliquos mittendo ad civitatem Pisarum, aliquos 10 ad civitatem Ianue et aliquos in comitatu Sabaudie. Cumque illi exilio parerent et vellent egredi civitatem Mediolani sotiati a gente vicarii imperatoris Teutonici, in burgis ipsius civitatis hostili more aggressuram fecerunt in ipsos, eosdem vulnerando et occidendo quam plures de illis, qui cum eis erant, et omnia que habebant abstulerunt eisdem. Ipsi vero vulnerati et derobati in civitatem retrocessi sunt, semper tamen 15 persecuti ab ipsis Teutonicis, de quibus ipse rex Alamanie nullam passus est fieri vindictam, set ipsos malefactores exaltat. Posuit etiam in confinibus dominum Mapheum Viscontem et dominum Galassum eius filium et bonos viros quasi omnes expulit de ipsa civitate, et ipsa civitas est in continuo tumultu et rumore, ita quod vere dici potest, quod subiecta sit servituti et morti. Et generaliter dicere possumus, quod ubi- 20 cumque gens sua posse habet, ad nichil aliud intendit quam ad predam et rapinam, cedem, mortem et destructionem Guelforum.

(2) Et scientes et cognoscentes predicta dicta comunia et oratores eorum deliberaverunt infrascripta posse eis securitatem prestare, set non plenam, videlicet quod ipsa comunia remaneant in eo casu, in quo nunc sunt, et etiam terre contente in ipsa 25 supplicatione seu petitione, et quod ipse imperator seu gens sua in dictas terras vel earum districtus non veniant, et quod fiant ea, que in ipsa petitione et supplicatione continentur. Procuretis igitur simul cum aliis ambaxatoribus Luce ac Senarum exponere domino summo pontifici, que evenerunt in partibus Lombardie et quod ex ipsis timor ingeritur devotis ecclesie. Et secundum formam petitionis supplicetis eidem et cum 30 aliis oratoribus insistatis, ut obtineatis que in petitione continentur. Et sciatis pro certo, quod Teutonici ita infesti sunt devotis ecclesie, ut eorum cedem et mortem desiderant et procurant, sicut Francigene retroactis temporibus Gibellinorum.

(3) Nichilominus etiam cum ambaxatoribus regis Francorum procuretis et faciatis omnia, que credideritis expedire et redundare ad statum et salutem nostram et devo- 35 torum ecclesie. Et nobis cotidie nova scribatis. Percepimus etiam, quod ipse rex Alamanie sine mora suos gressus dirigere festinat ad civitatem Pisanam. Nos autem in ipso parlamento reparationem et defensionem ordinavimus simul cum aliis comunibus sotietatis et speramus, quod si exeat provinciam Lombardie, quasi omnes civitates erunt eidem rebelles. De morte insuper excellentis viri domini Pini de Rubeis olim 40 socii vestri ex corde doluimus et dolemus. Et ut omnium in predictis deliberatorum memoriam melius habeatis, ecce copiam et tenorem eorum sub sigillo nostro vobis colligatam presentibus destinamus [1]. Et comunia Luce ac Senarum eandem debent suis oratoribus destinare et eisdem scribere, quod una petitio predicta pro predictis omnibus comunibus porrigatur.

45 Data Florentie, die Kalendarum Aprilis, none indictionis.

Et noveritis quod domino fratri Nicolao Dei gratia Ostiensi et Velletrensi episcopo scribimus, ei de actis et promissis gratias referentes [2].

1) *Quae servata non sunt.* 2) *Cf. Bonaini l. c. II, 19 nr. 21.*

598. NOMINATIO IUDICIS CURIAE.

1311. Mart. 7.

Dedit iam olim J. Ficker ex transsumto a. 1312. Febr. 16 facto tabularii municipalis Albingani 'Pergamene vol. VII nr. 665' signato (= Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 251 nr. 395). (P. deest.) 5

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus sapienti viro Iohanni Iacobi de Urbe fideli suo dilecto gratiam suam et omne bonum.

Magne tue devotionis sinceritas et probitatis merita, per que nostram tibi benevolentiam non immerito vendicasti, digne nos excitant et inducunt, ut personam tuam bene meritam congruis preveniamus honoribus et condignis beneficiis honoremus. Ut 10 igitur affectum nostrum tibi per effectum operis sentias fructuosum, te in iudicem aule nostre regie de specialis benevolentie gratia duximus admittendum, volentes quod de cetero aule nostre iudicum commodo et honore ubique gaudeas et utaris. In cuius rei testimonium presentes litteras nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Dat. Mediolani, Nonis Martii, anno Domini millesimo CCCXI, regni vero nostri 15 anno tertio.

---

599. HOMAGIUM ET INVESTITURA CIVITATIS PISANAE.

1311. Mart. 19.

Denuo accuratissime contulimus M *minutam (vel potius imbreviaturam ut videtur)* 20 *duobus foliis constantem, quae servatur Taurini in tabulario regio inter protocolla et collectanea Bernardi de Mercato 'Diplomi imperiali Mazzo 3 nr. 23' (= Doenniges Ms. IV, cf. 'Acta Henrici VII.' II, pag. VI) fol. 8—9. In verso scriptum est manu Bernardi, iam fere elutum:* Notula fidelitatis Pise. *Exarata est partim Bernardi, partim Leopardi Frenetti manibus, ut infra indicabimus. Edidit Doenniges l. c. II, 4 nr. 2. — Böhmer,* 25 *Reg. Heinr. 375. (P. deest.)*

In[a] nomine Domini amen.

(1) Anno nativitatis eiusdem millesimo tricentesimo undecimo, indic. nona, die XIX. mensis Marcii, pontificatus domini Clementis pape quinti anno sexto ac regni serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti anno 30 tercio, presentibus testibus infrascriptis. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat presentibus et futuris, quod constituti in presentia maiestatis dicti domini regis nobiles viri domini Pellarius Chiccolus de domo Lanfrancorum, Philippus de Capiona miles ac discreti viri dominus Iohannes[b] Fazolus legum professor, Iacobus de Calchi et Leopardus de Morrona notarii, syndici et procuratores et nuncii speciales 35 Pisani comunis[c] ad infrascripta habentes potestatem[d] plenam, generalem et liberam ac

599. a) *incipit manus Bernardi M.* b) *sequitur* fas *delet. M.* c) *sequitur* et pisa *delet. M.* d) *sequitur* et specialem *delet. M.*

speciale mandatum a magnifico viro domino Frederico comite Montisfeltri Pisanorum potestate, capitaneo populi et capitaneo generali Pis(ani) comunis et ab ancianis eiusdem populi nomine eiusdem comunis, prout constat per quoddam publicum instrumentum manu Bartholomei filii condam Gonis de Rillione publici notarii confectum[1] sub anno dominice incarnationis millesimo trecentesimo undecimo, ind. nona, quinto Kal. Marcii, nomine suo ac syndicario et procuratorio nomine omnium predictorum, ex certis scientiis ac voluntatibus suis spontaneis ad instantiam eiusdem domini regis recognoverunt humiliter et devote, ipsum dominum regem esse et esse debere suum, comunis[e], populi, civitatis et districtus Pisani[e] verum, legitimum, naturalem et precipuum dominum[f] ante omnes absque medio. Recognoverunt etiam ipsum dominum regem ibidem habere et habere debere merum et mixtum imperium et iurisditionem omnimodam et exercitium eorundem.

Febr. 25.

(2) Et super omnibus fecerunt et prestiterunt eidem domino regi[g] nominibus quibus supra fidelitatem et iuramentum fidelitatis in modum qui sequitur:

videlicet quod ab hac hora inantea ipsi[h] homines de civitate predicta[i] eiusque districtu universaliter singuli et singulariter universi fideles et obedientes erunt ipsi domino regi et Romano imperio et eius vicariis et officialibus. Non erunt in consilio vel facto, quod ipse dominus rex amittat honorem, statum vel regalia imperii aut recipiat in persona vel rebus aliquam lesionem. Consilium, quod[k] eis per se vel alium crediturus erit, ad dampnum ipsius ipsis scientibus nemini pandent. Regnum et imperium Romanum eorumque regalia adiutores erunt ei ad deffendendum et retinendum contra omnem hominem. Et si aliquid tractari vel procurari cognoverint, quod vergere possit in detrimentum vel diminutionem persone, honoris vel status prefati domini regi[s] seu regni et imperii predictorum, illud pro posse impedient, et si forte impedire non possent, id quam primum poterunt per specialem eorum nuntium ei notificare curabunt. Hec et omnia alia et singula, ad que domino suo tenetur verus fidelis et subditus, servabunt et facient bona fide.

Que omnia et singula supradicta prefati syndici nominibus quibus supra eidem domino regi promiserunt et in animas suas et predictorum omnium, quorum sunt syndici, ad sancta Dei euangelia tacta corporaliter iuraverunt.

(3) Dictus vero dominus rex ipsos syndicos et procuratores et per ipsos omnes et singulos dicti comunis, civitatis et districtus Pisani ut fideles et devotos suos sibi karissimos ad dictam fidelitatem gratiose e[t] letanter admisit et ad sue maiestatis et culminis omnimodam gratiam et amorem[l].

(manus Leopardi)

Actum[m] est hoc in civitate Mediolani in palatio comunis Mediolani, in aula picta dicti palacii, presentibus dominis fratre Iohanne archiepiscopo Pisano, Teobaldo episcopo Leodiensi, Gerardo episcopo Basiliensi, Aimone episcopo Gebennense, Guidone episcopo Astensi, Vallerano fratre domini regis, Henrico de Flandria marescalco[p] domini regis predicti[p], Iohanne de

(manus Bernardi)

Actum[n] Medyolani in veteri palatio comunis Medyolani, in aula picta dicte domus, presentibus dominis Iohanne archiepiscopo Pisano, Theobaldo episcopo Leodiensi[o], Girardo episcopo Basiliensi, Aymone episcopo Geben(ensi), . . episcopo Astensi, Waleranno fratre domini regis, Henrico de Flandria marescalco, Iohanne de Cancellariis de Ianua, Andrea de Guarretis,

599. e) comunis—Pisani *supra lineam add. M.* f) *supra lineam M.* g) *sequitur* syndicario *delet. M.* h) *sequitur* omi *delet. M.* i) *sequitur* univer *delet. M.* k) *sequitur* ab *delet. M.* l) *usque hic manu Bernardi scripta; post haec in eadem linea incipit manus Leopardi M.* m) Actum—vocatis *manu Leopardi scripta M.* n) Actum—Goffineto *a Bernardo in margine superiori exarata M.* o) Theobaldo episcopo Leodiensi *signo posito post* Gebeñ *scripta M.* p) marescalco—predicti *supra lineam add. M.*

1) *Quod servatum non est.*

Cancelleriis de Ianua legum doctore, Andrea de Garectis de Aste legum doctore[q], Goffinecto, Francisco marchione de Crevisciana et[r] magistro Henrico de Geldonia[r] testibus ad hec rogatis et vocatis[m].

magistro Henrico de Geldonia, Francisco marchione de Crevisana et domino Goffineto[n].

Anno[t] die et loco quibus supra, coram eisdem testibus suprascripti syndici et procuratores nominibus quibus supra supplicaverunt prefato domino regi humiliter et devote, quod ipsos recipientes nominibus quibus supra de suis iustis et antiquis feudis investire de benignitate regia dignaretur.

Qui[s] dominus rex eorum iustis et devotis supplicationibus inclinatus ipsosque[v] recognoscens pro suis et imperii devotissimis[w] et fidelibus[x] ac etiam recipientes eosdem nominibus quibus supra, de iustis et antiquis feudis, privilegiis et honoribus, que tenent et tenere debent et soliti sunt tenere ab imperio, per traditionem et dationem ensis evaginati, quem in manu tenebat[a], ut bene meritos investivit[s].

Qui dominus rex[u] eorum iustis et devotis supplicationibus inclinatus ipsos tamquam sui et imperii devotissimos et fideles recipientes nominibus quibus supra de ipsius[y] Pisani comunis[y] iustis et antiquis feudis, que tenent[z] et tenere debent ab imperio, per traditionem et dacionem ensis evaginati retinuit et investivit, salvo iure suo et imperii et salvo iure cuiuslibet alterius persone. Dicti vero syndici et procuratores nominibus quibus supra post receptionem investiture supradicte syndicario et procuratorio nomine quibus supra fecerunt et prestiterunt[b] ipsi[c] domino regi[c] fidelitatem et iuramentum fidelitatis ut supra[t].

600. PROMISSIO DE SERVITIO REGI FACIENDO.

1311. Mart. 27.

Denuo contulimus autographon Pisis in tabulario Roncioniano sub nr. 678 bis asservatum. Cuius sigillum desideratur, foraminibus relictis. Ab homine Germano in cancellaria regia scriptum est. Edidit Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 173 nr. 109. Scriptum regis servatum non est. *(P. deest.)*

Universis presentes litteras inspecturis ego Rud(olfus) de Bellomonte cupio fore notum, quod cum serenissimus dominus meus dominus Heinricus rex Romanorum michi centum sexaginta et octo marcas argenti in festo Pentecostes venturo proxime promi- [Mai. 30.]

599. q) *sequitur* magro Henrico de Geldonia *delet. M.* r) et — Geldonia *supra lineam add. M.* s) Qui — investivit *manu Leopardi scripta M.* t) Anno — supra *a Bernardo exarata post* Qui — investivit *M.* u) *supra lineam add. M.* v) *sequitur* ut bene meritos *delet. M.* w) *ultima* i *ex* o *corr. M.* x) ibus *ex* es *corr. M.* y) ipsius — comunis *supra lineam super* suis *deleto M.* z) *sequitur* et de *delet. M.* a) *sequitur* investivit eosdem *delet. M.* b) prestititerunt *M.* c) ipsi — regi *supra lineam M.*

serit persolvendas, eidem domino meo regi a festo Pasche ad annum cum sex[a] dextrariis magnis et quatuor sagittariis hominibus, equis et armis decenter expeditis in Italia servire promitto per presentes. Apponens eisdem litteris sigillum meum in testimonium super eo. Apr. 11.

5 Dat. Mediolani, VI. Kalen. Aprilis, anno Domini millesimo trecentesimo undecimo.

---

601. PRIVILEGIUM TRIVILIENSIBUS CONCESSUM.

1311. Mart. 31.

Cum autographon deperierit, proponimus inter se collatis editionibus G, *quam paravit* 10 *Giulini 'Memorie di Milano' VIII, 700 ex 'Charta in archivio Trivilliensi', et* B, *quam paravit satis male Barelli loco supra ad nr. 574 citato pag. 55 ex apographo saec. XIV.* (1) *et codice saec. XV. ex.* (2). *Potiores tantum codicum varias lectiones adnotavimus, orthographiae Italicae vestigiis non omnino servatis. — Böhmer, Reg. Heinr. 377.*

(P. deest.)

15 Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

(1) Ad hoc in solio regie dignitatis constituti sumus divinitus, ut cunctis subiectis et fidelibus imperii ad augmentum honoris et commodi sui regalis magnificentie benivolentiam prebeamus. Tunc quoque salubriter et iuste presidere credimus, dum quod iustum 20 et honestum extitit, devote postulantibus largimur et eosdem in suis iuribus favorabiliter conservamus[a]. (2) Prudentes igitur viros . . commune et homines de Trivillio Grasso glaree Abdue in nostram et imperii protectionem recepimus[b] et pro nostra camera terram illam servamus atque tenemus, ita quod de cetero imperpetuum terra eadem nulli preterquam Romano imperio subsit. Quamlibet quoque emptionem seu permutationem 25 per predictos . . commune et homines Trivillii factam et obtentam cum monasterio sanctorum Gervasii et Protasii seu Simpliciani Mediolanensis omnemque liberationem et absolutionem per ipsum monasterium et per alios quorum intererat factas communi et terre Trivillii supradicto, prout rite et provide sunt facte, ratas habentes approbamus et confirmamus eisdem. Dantes et concedentes predictis communi et terre Trivillii honorem, 30 districtum et iurisdictionem ac merum et mixtum imperium excercendum per vicarium, qui pro tempore[c] imperiali auctoritate rexerit in eadem. Omnes quoque predicte terre Trivillii antiquas et bonas consuetudines ac statuta ipsorum iusta necnon quorumcunque privilegia regum seu imperatorum predecessorum nostrorum predicte terre communi et hominibus de Trivillio iuste concessa vel indulta confirmamus. (3) Volumus insuper et 35 iubemus, quod homines dicte terre nostre Trivillii cum eorum victualibus, mercimoniis, rebus suis et negotiationibus quibuscumque secure ire, stare, transire ac redire possint per totum Romanorum imperium et ea libertate gaudeant et gaudere ac potiri possint et debeant, qua homines et fideles aliarum terrarum imperiali camere subiectarum gaudent et potiuntur. (4) Preterea Seriolam et aquam, quam commune et homines

40 **600.** a) *in loco raso or.*

601. a) confirmamus *G.* b) recipimus *G.* c) per tempora *G. B* 1. 2.

predicte terre Trivillii defluere faciunt[d] a flumine Brembii ac derivare[e] Trivillium per territorium eius, quam aquam se asserunt acquisivisse iusto titulo emptionis quamque presentialiter pacifice possident et quiete, prout ipsam aquam iuste et pacifice tenent et possident, eam sic confirmamus eis et communi predicto Trivilli et presentis scripti patrocinio communimus. (5) Nulla ergo civitas, nullus baro, nullum castrum, 5 nulla universitas nullave persona ecclesiastica vel secularis, cuiuscumque conditionis, preheminentie sive status existat, dicte terre Trivillii communi et habitatoribus eius de cetero onus vel condicium aut gravamen aliquod, angariam vel perangariam imponere audeat vel presumat nec fodrum seu collectam aliquam eis impositam hinc retro exigere audeat ab eisdem neque eis aut dicte terre in futurum imponere fodra vel gravamina 10 aliqua quoquomodo presumat preterquam Romanorum rex vel imperator, cui predicti immediate subsint. (6) Omnia vero gravamina eis vel eorum communi aut terre seu hominibus imposita seu inflicta predictis per quodcumque commune vel offitialem aliquem cassamus, irritamus et sint cassa et irrita auctoritate nostre regie maiestatis. Si quis autem hoc violare presumpserit, centum libras puri auri componat, medietatem camere 15 nostre, reliquam medietatem passis iniuriam persolvendam[f].

Huius rei testes sunt: venerabiles Baldewinus archiepiscopus Treverensis germanus noster, Theobaldus Leodiensis, Aymo Gebennensis, Gerhardus Basiliensis ecclesiarum episcopi et spectabilis vir Valramus de Luzelemburg frater noster ac alii quam plures. In cuius rei testimonium presentes litteras scribi et maiestatis nostre sigillo iussimus com- 20 muniri.

Signum domini Henrici Romanorum regis invictissimi[g].

Dat. Mediolani, secundo Kalend.[h] Aprilis, anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, regni vero nostri anno tertio.

Ego frater Henricus Tridentinus episcopus sacre imperialis aule cancellarius vice 25 domini Henrici Coloniensis archiepiscopi per Italiam archicancellarii recognovi.

---

602. 603. MANDATUM DE HOSTE FACIENDA.

1311. Apr. 12.—24.

602. *MANDATUM REGIS. Apr. 12.*

Superest in instrumento Executionis infra nr. 603. Denuo contulimus. Edidit 30 *Doenniges 'Acta Henrici VII.' II, 143 nr. 19a. — Böhmer, Reg. Heinr. 383.*

(P. deest.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus prudentibus viris vicario, conscilio et comuni Pergami fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum.

Quemadmodum alias vos nunciis nostris et literis solicitasse meminimus, sic denuo 35 fidelitatem vestram rogamus et requirimus in fidei debito, quo nobis et imperio astringimini, vos monentes, quatinus omni occasione postposita in octava resurectionis (Apr. 18.) Domini proxima cum comitiva armatorum vestrorum ad procedendum nobiscum contra perfidos Cremonenses et quosdam alios rebelles imperii apud Trivillium comitatus Mediolani sitis certitudinaliter constituti, taliter armatis, dextrariis, victualibus et aliis pro 40 exercitu necessariis muniti, ut ex hoc fides et devocio, quam ad nos et sacrum tenetis imperium, possit merito comprobari. Volumus eciam, ut nuncii nostri, quos nuper vobis

601. d) facient *G.* e) a *add. B* 1. f) persolvat *G. B* 2; persolvatur *B* 1. g) iniustissimi *B* 1. h) Kallendarum *B* 1.

super eo destinavimus, quibus presentes literas per vos ostendi mandamus, apud vos predicta diligencius efficiant et procurent. Tibi vero vicario specialiter iniungimus, ut prelatos et vasallos nostros et imperii constitutos in tuo regimine ex parte nostra requiras et moneas de premissis.

5 Dat. Papie, II. Id. Aprilis, regni nostri anno tercio.

603. *EXECUTIO PER VICARIUM.* *Apr. 15. 24.*

Servatur Taurini in tabulario regio 'Diplomi imperiali Mazzo 3 nr. 9'. Edidit Doenniges l. c., cuius editionem hic repetimus, capitis 4 tantum nova collatione facta[1].

(P. deest.)

10 In Christi nomine.

(1) Die Iovis quinto decimo mensis Aprilis, millesimo trecentesimo undecimo, indictione nona, in palacio episcopali Pergami super lobia seu portichu, que est retro[a] cameram infrascripti episcopi. Presentibus testibus Iohane de Prezate et Oberto Salsa notariis et Pecino de Fossato et Pagano Foresti et Iohane qui dicitur Zenellus omnibus 15 servitoribus comunis Pergami. Lectis et expositis ibi per seriem diligenter coram venerabilli patre domino Cipriano episcopo ecclesie Pergamensis literis excelsi domini Henrici Dei gratia Romanorum regis, quarum tenor talis est: *Apr. 15.*

'Henricus Dei gratia — anno tercio'. *supra nr. 602.*

sapiens vir dominus Guielmus de Camollis de Vercellis iudex domini Petri comitis 20 de Maxino vicarii in regimine Pergami prefati domini regis, nomine eiusdem domini vicarii et eius mandato et ob reverenciam et obedienciam antedicti domini regis, intendens in hac parte predictarum literarum continenciam executioni mandare, et volente prefato vicario pro nostro domino rege absque ulla negligentia dicti domini regis mandata celeriter adimpleri, rogavit prefatum dominum Ciprianum dioccesanum 25 ecclesie Pergamensis et sibi dixit et denonciavit tam eius nomine quam vice et nomine prelatorum Pergamensium imperio subditorum, quatinus quantum imperio sacrosancto convenit et [ad] mandatum regis factum prefato domino vicario per literas antedictas velit et debeat idem dominus episcopus intendere diligenter ad prelatos omnes sibi et imperio sacrosancto[b] tocius ecclesie Pergamensis monendos atque cogendos et cogere 30 modis omnibus tam illos quam comuni totum clerum Pergamensis ecclesie, cum personis, bonis, rebus et armis decentibus prestare sequelam antedicto domino regi nostro in suo exercitu contra Cremonenses et quoslibet rebelles regimini domini regis tam viriliter quam potenter, sicut in prescriptis literis continetur.

(2) Die scripto in palacio comunis Pergami in publico et generali conscilio comunis 35 Pergami more solito convocato et congregato. Lectis ibi in ipso conscilio et publicatis scriptis literis domini regis, predictus dominus Petrus comes de Maxino vicarius in regimine Pergami a dicto domino rege constitutus, volens et intendens dictas literas executioni mandare in hac parte, dixit et precepit, requisivit et amonivit, ut omnes prelati

603. a) redenter? *or.* b) *nonne supplendum* subditos?

40 1) *In alio instrumento eiusdem tabularii a. 1311. Mai. 30—31 confecto idem vicarius praeconi iniunxit,* quod incontinenti vadat ..... ad precipiendum et preconandum ex parte domini vicarii Pergami et amonendum primo, secundo et tercio, quod omnes et singuli principes, episcopi, prelati, marchiones, comites, baroni, nobiles et vasalli imperii constituti infra terminum civitatis et districtus Pergami incontinenti se preparent armis et necessariis et comitiva hominum armatorum et vadant 45 cum dicta comitiva et sint hinc ad tercium diem ad exercitum generalem Brixie factum contra rebelles et civitatem Brixie. Et quod peremptorie sint presentati hinc ad tercium diem in dicto exercitu, sicut de iure tenentur, sub pena ad voluntatem domini regis.

et vasalli dicti domini regis et dicti imperii constituti in regimine dicti domini vicarii et in civitate et districtu Pergami omni occasione postposita in octava resurectionis Domini proxima cum comitiva armatorum ad procedendum contra perfidos Cremonenses et quosdam alios rebelles imperio aput Trivillium districtus Mediolanensis sint certitudinaliter constituti, taliter armati dextrariis, victualibus et aliis pro exercitu necessariis muniti, ut ex hoc fides et devocio eorum, quam ad dictum dominum regem et sacrum tenerentur imperium, possit merito comprobari. Et insuper quod ipsi omnes prelati et vasalli obediant et se preparent obedire dictis literis et preceptis et mandatis dicti domini regis, sub pena et penis ad voluntatem dicti domini regis et imperii eis auferendis.

Apr. 18.

Die scripto Bertolameus Blazzii servitor comunis Pergami retulit ambaxatam coram dicto domino vicario dicens, quod ex eius parte predictam literam et predicta omnia publicaverat et alta voce preconaverat super regio ecclesie domine sancte Marie maioris et alibi in locis consuetis per civitatem et burgia adiacentia civitati Pergami.

Apr. 24.

(3) Die vigesimo quarto Aprilis. Bertolameus Blazii servitor comunis Pergami retulit ambaxatam coram dicto domino vicario dicens, se ex eius parte presentasse literam infrascripti tenoris dominis Bono filio quondam domini Bertolamei, Zorzino quondam domini Persevalli olim filii suprascripti domini Bertolamei, Guielmo et Napino fratribus et filiis condam domini Sozzi Collionum et ad habitationem et familiam domini Raynaldi olim filii suprascripti domini Sozzii et se precepisse predictis, quod sub pena et penis et bannis ad voluntatem infrascripti domini regis attendant et observent ea que in ipsis literis continentur.

(4) Tenor quarum literarum et sigillatarum sigillo comunis Pergami talis est:

'Nos Petrus de Maxino comes vicarius in Pergamo pro serenissimo domino Henrico Dei gratia Romanorum rege Bono quondam domini Bertolamei, Zorzino quondam domini Persevalli olim suprascripti domini Bertolamei, Guielmo, Napino et Raynaldo fratribus et filiis quondam domini Sozzi olim domini Persevalli Collionum salutem et obedienciam mandatorum.

A predicto domino rege literas recepimus inter cetera continentes, quod ex eius mandato requirere deberemus omnes vasallos imperatorie maiestatis et omnes, qui habent, tenent et possident, habuerunt, tenuerunt et possiderunt aliquid iuris feudi vel vasalatici ab imperio et corona, et cum certi simus, vos et antecessores vestros teneri imperio iure beneficii appelat(ionum) civilium causarum in Pergamo, secundum quod statuta comunis Pergami indicant et ostendunt, vos et quemlibet vestrum presentibus amonemus, citamus et districte precipiendo mandamus secundum formam literarum et preceptorum dicti domini nostri regis sub penis et bannis ad eiusdem domini regis liberam voluntatem: Ire debeatis et stare secundum eius mandatum ad exercitum nuperrime ordinatum mandato dicti domini regis contra Cremonenses et alios inobedientes imperio et corone. Sic ad presentiam eiusdem domini regis sitis personaliter presentati ad octavam Pasce cum armis et equis in terra de Trivillio secundum quod decet imperatorie maiestati. Alioquin contra vos acriter procedemus secundum mandatum dicti domini nostri regis. Et de harum presentatione nuncio nostro et comunis Pergami latori presentium dabimus plenam fidem. Cui nuncio reddantur litere, quia eas in registro comunis Pergami ad perpetuam memoriam volumus facere registrari'.[1]

Apr. 18.

(S. N.) Ego Alex(ander) de Amizis notarius et officialis comunis Pergami sub predicto domino vicario interfui et rogatus ad confirmationem me subscripsi.

(S. N.) Ego Girardus Bonaventure de Curte regia notarius rogatu suprascripti Alexandri notarii scripsi.

1) *Eschatocollon harum litterarum exaratum non est.*

604—608. ASSIGNATIO TERMINI CORONATIONIS ROMANAE.

1311. Apr. 17.—(post Apr. 19).

604. *ORDINATIO DE INSTRUMENTIS CONFICIENDIS. Apr. 17.*

5 *Contulimus* B *imbreviaturam, quae servatur Taurini in tabulario regio inter protocolla et acta Bernardi de Mercato 'Diplomi imperiali Mazzo 4 nr. 11' (= Doenniges Ms. VI; cf. 'Acta Henrici VII.' II, pag. IX) fol. 1, ubi etiam imbreviaturae nr. 605. 606 sequuntur. Manu ipsius Bernardi scriptae sunt. In verso legitur:* Assignatio diey ad coronationem. *Edidit Doenniges l. c. II, 6 nr. 3a.* *(P. deest.)*

10 In nomine Domini amen.

Anno nativitatis eiusdem millesimo tricentesimo undecimo, indicione nona, die decima septima mensis Aprilis, pontificatus domini Clementis pape quinti anno sexto ac regni serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti anno tercio, coram nobis Bernardo, Leopardo et Iohanne notariis et testibus infrascriptis. 15 Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat presentibus et futuris, quod cum venerabiles viri dominus Robertus Dei gratia electus Salernacen(sis)[a] et magister Hugo Giraudi auditor palacii domini nostri summi pontificis archidyaconus in ecclesia[a], nuncii sollempnes a sede appostolica deputati, intendant ut dicitur aliquas responsiones et ambaxiatas ex parte domini nostri summi pontificis eidem domino regi favorabiles 20 et benignas oretenus et per litteras appostolicas exponere, hinc est quod idem dominus rex vocavit nos Bernardum, Leopardum et Iohannem notarios infrascriptos in presentia testium subscriptorum et requisivit nos cum instancia et precepit, ut de hiis, que per ipsum dominum regem et per dictos nuncios ex parte domini nostri summi pontificis super electione, assumptione et acceptatione diey ad unctionem, consecrationem et coro- 25 nationem dicti domini regis in Urbe faciendam[b] ordinari debent et die presenti ordinabuntur, faciamus publica instrumenta, ut que acta fuerint possint eterne memorie commendari.

Actum est hoc in civitate Medyolani in palacio veteri, in camera ipsius domini regis, ubi testes fuerunt vocati ad hoc specialiter et rogati: domini Castonus archiepi- 30 scopus Medyolani, Theobaldus Leodiensis, Gerardus Basiliensis, . . Novariensis, Henricus Tridentinus episcopi, Amedeus comes Sabaudie, Nycholaus de Bonsegnoribus et Iohannes de Geinuile[c] milites[d].

605. *APPROBATIO TERMINI PER NUNTIOS. Apr. 17.*

Item collatis B *fol. 1' et* L *imbreviatura, quae superest in Registro Leopardi Fre-* 35 *netti notarii, de quo v. supra ad nr. 470, fol. 28', ubi rubrica:* De lectione litterarum papalium super termino coronationis domini regis. *Edidit ex* B *Doenniges l. c. II, 6 nr. 3b. — Böhmer, Reg. Heinr. 385.* *(P. deest.)*

604. a) *sic scripsit Bernardus.* b) *sequitur* ordinabuntur *delet. B.* c) geimule? *B.* d) *in B sequuntur:* Eodem anno, die et inditione, in aula maiori dicti palacii, presentibus testibus suprascriptis supra- 40 dicti venerabiles viri; *cf. pag. 568 lin. 5.*

In nomine Domini amen.

(1) Anno nativitatis eiusdem millesimo tricentesimo[a] undecimo, inditione nona, die decima septima mensis Aprilis, pontificatus domini Clementis pape quinti anno sexto ac regni serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti anno tercio. Venerabiles viri domini Robertus Dei gratia electus Salernacen(sis)[b] et magister Hugo[c] Giraudi auditor palacii domini nostri summi pontificis archidyaconus in ecclesia[d], a sede appostolica nuncii ad infrascripta specialiter deputati, litteras appostolicas[e] sententialiter primum explicantes, tandem eas predictus venerabilis vir dominus archidyaconus supradictus de verbo ad verbum legit in aula regia coram serenissimo domino rege supradicto et aliis prelatis, principibus, nobilibus et populi multitudine copiosa.

Quarum tenor sequitur in hunc modum:

'Clemens episcopus etc.'[f. 1]

(2) Post que considerato per ipsos dominum regem et nuncios, quod festum Penthecostes instans ad sollempnia unctionis, consecrationis et imperialis dyadematis receptionis tum propter apparatum magnificum regium in huiusmodi negocio oportunum, tum eciam propter motum et accessum ad Urbem dominorum cardinalium ad hoc per summum pontificem mitendorum esset tunc nimis angustum, diem sollempnem ad huiusmodi sollempnia feliciter peragenda regia maiestas, sicut auctoritate predictarum litterarum appostolicarum sibi libere competebat, comoditati et reverentie dictorum dominorum cardinalium a sede appostolica ut premititur mitendorum deferendo, ad honorem Dei et gloriose virginis Marie matris eius advocate nostre diem assumptionis eiusdem beate Virginis proximum ad huiusmodi unctionis, consecrationis et coronationis sollempnia feliciter peragenda auctoritate litterarum apostolicarum predictarum suffultus sibi assumpsit et elegit. Dicti vero domini electus et archidyaconus nuncii prelibati in presencia dicti domini regis personaliter constituti[g] predictas assumptionem et electionem diey ad unctionis, consecrationis et coronationis predictarum sollempnia in Urbe peragenda auctoritate predicta acceptarunt, eciam approbarunt et eisdem vice et nomine dicti domini pape expresse annuerunt, quatenus competebat eisdem.

Actum est hoc in civitate Medyolani in aula regia palatii supradicti, presentibus dominis[h] Castono archiepiscopo Medyolani, Theobaldo Leodiensi, Girardo Basiliensi, Hugucione Novariensi, Henrico Tridentino episcopis, Amedeo comite Sabaudie, Nycholao de Bonsegnoribus et Iohanne de Geinuile[i] militibus[h] et pluribus aliis testibus fidedignis.

Mai. 30. Aug. 15.

606. *INSTRUMENTUM SUPER ASSIGNATIONE TERMINI CONFECTUM.*

Apr. 19.

Proponimus ex A *autographo valde corroso Pisis in tabulario capituli maioris ecclesiae sub nr. 1358 asservato. Satis male edidit Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 174 nr. 110. Nos ipsi denuo accuratissime ea quae adhuc legi poterant contulimus multum insudantes. Lacunas supplevimus ex* B *uncis quadratis indicatas.*

Item contulimus M *minutam a Bernardo scriptam in eodem fasciculo ac* B *servatam fol. 16; sed potiores tantum correctiones adnotavimus; in verso legitur:* de facto coronationis domini.

Itemque B *imbreviaturam eiusdem notarii fol. 2. Ex* B *edidit Doenniges l. c. II, 7 nr. 3c. — Böhmer, Reg. Heinr. 386.* *(P. deest.)*

605. a) *sequitur* de *delet. M.* b) *sic M. L.* c) Vgo *L.* d) archidyaconus in ecclesia *supra lineam add. M.* e) *sequitur* applicas *delet. M.* f) *sic abbreviatum in M; in L litterae integre exaratae sunt.* g) constitituti *M.* h) *loco* dominis—militibus *L:* etc. i) gennule? *M.*

1) *Supra nr. 586.*

In[a] nomine Domini amen.

Anno nativitatis eiusdem millesimo tricentesimo undecimo, inditione nona, die decima nona mensis Aprilis, pontificatus domini Clementis pape quinti anno sexto ac regni serenissimi [principis] domini Henrici D[ei gratia] Romanorum regis semper augusti 5 anno tertio. Coram nobis notariis et testibus infrascriptis. Cum nuper videlicet die Sabbati proxime preterita, que erat decima septima dies huius mensis Aprilis, venera- Apr. 17. biles [viri domini[b]] Robertus electus [Salerni]tanus et Hugo Giraudi cantor ecclesie Petragoricensis[b], supradicti domini pape speciales ad infrascripta nuncii et sollempnes, coram supradicto domino rege ipsiusque prelatis, principibus, nobilibus et populi multi- 10 tudine [copiosa] sententialiter [primum] infrascriptas litteras appostolicas explicassent, ipseque littere ibidem palam et publice de verbo ad verbum perlecte fuissent, quarum tenor talis est:

'Clemens episcopus — anno sexto'. *supra nr. 586.*

considerato per ipsos dominum regem et nuncios, quod festum Penthecostes instans Mai. 30. 15 ad sollempnia unctionis, consecrationis et imperialis dyadematis receptionis tum propter apparatum magnificum regium in huiusmodi negocio oportunum, tum etiam propter motum et accessum ad Urbem dominorum cardinalium ad hoc per summum pontificem mitendorum esset tunc nimis angustum[d], diem sollempnem ad huiusmodi sollempnia feliciter peragenda[e] regia maiestas[f], sicut auctoritate predictarum litterarum appostoli- 20 carum sibi libere conpetebat[g], comoditati et reverentie dictorum dominorum cardinalium a sede appostolica, ut premititur, mitendorum deferendo, [ad] honorem Dei et gloriose virginis Marie matris eius advocate nostre diem assumptionis eiusdem beate Virginis Aug. 15. proximum ad huiusmodi unctionis, consecrationis et coronationis sollempnia feliciter peragenda auctoritate litterarum appostolicarum predictarum suffultus sibi assumpserit 25 et elegerit ac predicti nuncii prefate diey assumptionem et electionem approbassent, freti auctorita[te] predicta,

simili modo hac die presenti, coram nobis notariis et testibus infrascriptis, dicti[h] nuncii in presentia dicti domini regis personaliter constituti[i], predictas assumptionem et electionem diey ad unctionis, consecrationis et coronationis predictarum sollempnia in 30 Urbe peragenda iterum auctoritate predicta acceptarunt et etiam approbarunt et eisdem[k] vice et nomine prefati domini pape expresse annuerunt, quatenus competebat eisdem[k]. Precipientes nobis Bernardo[l], Gerardo, Petro de Griffone et Iohanne de D[yst][l] infrascriptis notariis, ut de predictis omnibus et singulis conficiamus publica instrumenta[l*].

Actum est hoc in ecclesia sancti Ambrosii in civitate Medyolani, ubi testes fuerunt 35 vocati ad hoc specialiter et rogati domini Balduvinus[m] archiepiscopus Treverensis, Theobaldus Leodiensis, Gerardus Basiliensis, Hugutio[n] Novariensis episcopi, Dyastulfus abbas sancti Ambrosii Medyolan(ensis), domini Waleramus[o] frater dicti domini regis, Amedeus comes Sabaudie, Benefosius[p] de Fossatis, [Ebalus de Augusta dominus Montisioveti, Petrus dominus] Altivilarii, Aymarus de Bellovidere dominus Villenove milites, 40 Iofredus de Asperomonte canonicus Verdun(ensis), magister Henricus de Geldognia, Petrus de Via capellanus dicti domini electi, R[aymun]dus Ma[rtini] canonicus Foroiu-

606. a) *initium in M:* Anno Domini etc. In presentia mei notarii et testium subscriptorum etc. Cum nuper *etc.* b) *loco* domini — Petragoricensis *duae lineae vacuae relictae B.* c) *litterae in M sic indicantur:* Clemens etc.; *in B:* Clemens episcopus etc. d) *sequitur* suplicaverint *(corr. ex* suplicaverunt*)* ut 45 alium *delet. M.* e) *sequitur* sibi *deletum M.* f) *sequitur* eligere dignaretur *deletum M.* g) *sequitur deletum:* dictus vero dominus rex volens et petitionem dictorum dominorum nunciorum admittere gratiose et .... comoditati deferre *M.* h) domini *add. B.* i) *sequitur deletum* ad dicti regis requisitionem *M.* k) et eisdem — competebat eisdem *supra lineam add. M.* l) Bernardo — Dyst *deest M. B.* l*) *hic desinit M.* m) Baldovinus *B.* n) . . *B.* o) Waleranus *B.* p) Bonafesius *B.*

lien(sis), dominus Iacobus archidyaconus Placentinus, Henricus de Vriburgo thesaurarius ecclesie Argen(tinensis), Iohannes decanus Treverensis[q] et plures alii fidedigni.

(S. N.)[r] Et ego Bernardus de Mercato de Yenna Bellicen. dyocesis sacrosancte Romane ecclesie ac sacri imperii auctoritate publicus notarius predictas litteras appostolicas vidi et audivi, legi et publicavi, ut supra dictum est, ipsasque de mandato dic- 5 torum dominorum regis et nunciorum transcripsi et in hanc publicam formam redegi de verbo ad verbum, nichil addito vel [minuto] preter [punctum], litteras aut sillabam, quod rei sustantiam non immutat, et supradictis acceptationi et approbationi diey assumpte et electe per dictum dominum regem, ut supra dictum est, una cum Gerardo, Petro et Iohanne [de Dyst] notariis infrascriptis presens fui et hanc cartam manu propria scripsi 10 signoque meo consueto signavi et tradidi de mandato domini regis et dominorum nunciorum predictorum. Constat de vocabulo scripto [in margine], ubi de[erat]: reparentur[s]. Actum ut supra.

(S. N.) Ego Geraldus de Albussaco Lemovicen. dioc. apostolica publicus auctoritate notarius predictis electioni et assumptioni factis per supradictum dominum regem 15 Aug. 15. de instanti die assumptionis beate Marie virginis pro coronationis, consecrationis et inunctionis sue negotio suprascripto, et acceptationi ac approbationi per venerabiles viros dominos Robbertum electum Salernitanum et Hugonem Geraldi cantorem Petragoricensem, domini pape capellanos eiusque nuntios speciales, de ipsa die factis in monasterio sancti Ambrosii Mediolanen(sis), die XIX. mensis April., anno, ind. et pont. 20 predictis, una cum testibus et notariis suprascriptis interfui ideoque presenti publico instrumento me subscripsi et signum meum solitum apposui, ad requisitionem dicti domini regis et testimonium premissorum.

(S. N.) Et ego Petrus Anselmi Treverensis publicus auctoritate sacrosante Romane ecclesie ac imperiali notarius predictis electioni et assumptioni factis per supradictum 25 Aug. 15. dominum regem de instanti die assumptionis beate Marie virginis pro coronationis, consecrationis et unctionis sue negotio suprascripto, et acceptationi et approbationi per venerabiles viros dominos Robertum Salernitanum et Hugonem Geraldi cantorem Petragoricensem, domini pape capellanos eiusque nuncios speciales, de ipsa die factis in monasterio sancti Ambrosii Mediolan(ensis), die XIX. mensis Aprilis, anno, indictione 30 et pont. predictis, una cum testibus et notariis suprascriptis interfui ideoque presenti publico instrumento me subscripsi et signum meum solitum apposui, ad requisitionem dicti domini regis et testimonium premissorum.

(S. N.) Et ego Iohannes de Dyst dictus de Cruce, clericus Leodien. dioc., publicus imperiali[t] auctoritate notarius premissis omnibus et singulis, videlicet acceptationi, 35 electioni et approbationi diei assumpte et electe per supradictum dominum regem presens cum suprascriptis notariis fui et testibus ideoque presenti publico instrumento me subscripsi et signum meum solitum apposui, ad requisitionem dicti domini regis, dictorum [nunciorum] et testimonium premissorum.

Et nos Robbertus electus et Hugo cantor predicti sigilla nostra presentibus duxi- 40 mus apponenda in fidem et testimonium omnium premissorum. [Da]t. anno, die et mense predictis.

607. *ENCYCLICA DE ASSIGNATIONE TERMINI TRANSMISSA. (post Apr. 19).*

Superest nonnisi forma episcopo Argentinensi missa, quam denuo contulimus ex notissimo cod. Vindobon. lat. 410 (Iur. Can. 60), quem iam supra ad litteras nr. 457 et 45

606. q) *hic desinit B.* r) *abhinc diversae manus diversorum notariorum A; in columna sinistra exaratae sunt authenticationes Bernardi, Geraldi, Iohannis; a dextra secundae et tertiae authenticationis subscripsit Petrus; subtus nuntii subscripserunt manu, quae omnino usum cancellariae apostolicae sapit.* s) *exciderat in textu litterarum pontificalium; cf. supra pag. 542 lin. 32.* t) *sequitur* ac imp *subpunctum or.*

458 edendas adhibuimus, fol. 7 nr. 45. Rubrum fol. 24 indicatur: Missiva de coronatione sua. *Edidit Chmel loco supra citato II, 323 nr. 8. — Böhmer, Reg. Heinr. 387.*

(P. deest.)

Heinricus Dei gratia etc. venerabili Iohanni ut supra.

5 Cum sanctissimus in Christo pater dominus summus pontifex ad suplicationem nostram terminum coronationis nostre alias prefixum abrevians, nobis festum assumptionis beatissime Virginis proximum ad recipiendum imperiale dyadema in urbe Romana (Aug. 15.) per patres reverendos dominos cardinales, quos ad hoc mittet, cum ipse propter concilium generale, quod tunc proxime per ipsum celebrari oportet, personaliter interesse 10 non possit, per sollempnes suos nuncios et litteras hiis diebus apud Medyolanum publice caterva sollempni principum, baronum et nobilium presente pro termino, quem etiam elegimus, assignavit, sinceritatem tuam requirimus, monemus et hortamur attente teque peremptorie citamus, ut in huiusmodi coronatione nostra, prout alii principes, barones, nobiles et vasalli imperii a iure teneri dinoscuntur, nobis comitatum facias et ipsi coro- 15 nationi dicto loco et termino decenter studeas interesse nec de dicto concilio excusationem pretendas, cum post predictam coronationem nostram tantum tibi de tempore supersit, quod ad ipsum poteris comode te transferre. De vocatione[a] autem huiusmodi et ipsarum litterarum presentatione, quas de verbo ad verbum in nostro regali registro registrari fecimus ad cautelam, latori presentium nostro nuncio publico et iurato dabi- 20 mus plenam fidem.

Dat. etc.

608. *EPISTOLA AD EPISCOPUM ARGENTINENSEM. (post Apr. 19).*

Ex eodem codice fol. 7 nr. 46 descripsimus. Rubrum est: Item de eodem. *Edidit etiam Rosenkränzer 'Bischof Johann I. von Strassburg' (1881) pag. 108 nr. 6.*

25 *(P. deest.)*

Heinricus ut supra venerabili Iohanni etc.

Quia et certi sumus, quod in tue delectationis cedit augmentum, dum tibi nostre felicitatis prosperos nunciamus eventus, ecce significamus tibi ad gaudium, quod sanctissimus in Christo pater dominus summus pontifex ad suplicationem nostram terminum 30 coronationis nostre alias prefixum abrevians, nobis festum assumptionis beate Virginis (Aug. 15.) proximum ad recipiendum imperiale dyadema in urbe Romana per reverendos patres dominos cardinales, quos[a] ad hoc mittet, cum ipse propter concilium generale, quod tunc proxime per ipsum apud Viennam celebrari opportet, personaliter interesse non possit, per sollempnes suos nuncios et litteras hiis diebus apud Medyolanum publice 35 caterva principum, baronum et nobilium presente pro termino, quem eciam elegimus, assignavit. Ad quem terminum te ac omnes alios principes, comites, nobiles et vasallos imperii tam de Alemania quam de Italia aliis nostris litteris[1] vocavimus, ut prout a iure tenentur, in huiusmodi coronatione nostra imperiali nobis comitivam faciant et eidem decenter studeant interesse. Que omnia tibi significamus ad gaudium, ut sicut in huius- 40 modi nostrorum successuum te avidum fore credimus, sic te volumus esse participem eorumdem.

Datum etc.

607. a) vacatione *c.*

608. a) *sequitur* ipse *deletum c.*

45 1) *Supra nr. 607.*

609. RECEPTIO CORONAE FERREAE.

1311. Apr. 19.

Instrumentum super coronae ferreae receptione confectum, cuius autographon deperiit, repetimus ad editiones A Aresii 'S. Ambrosii abbatum series. Privilegia' p. 93, quae sumpta est 'ex eiusdem monasterii archivio', et M Muratorii 'Anecdota' II, 310, quae item autographo niti videtur. Varias lectiones, quas praebet cod. 1373 (Sessorianus 186) bibliothecae nationalis Romanae fol. 464' 'Ex autographo monastico Ambrosiano iuridice recognito in process. compuls.', utpote minimi pretii adnotare supersedimus[1]. *Cf. Böhmer, Reg. Heinr. 347.* *(P. deest.)*

In nomine Domini.

(1) Anno a nativitate eiusdem millesimo tricentesimo undecimo, die Lune decimo nono mensis Aprilis, indictione nona, in monasterio beati Ambrosii Mediolani in camera reverendi viri domini dopni Astulfi[a] de Lampugniano Dei gratia abbatis prefati monasterii sancti Ambrosii Mediolani, magister Bartholomeus de Varguiana[b] Bononiensis et magister Andreas de Puteo Placentinus, medici serenissimi regis Romanorum domini Henrici septimi, presentaverunt auctoritate et[c] voluntate dicti domini[c] regis prefato domino A(stulfo)[d] abbati coronam ferream lauream, cum qua extitit coronatus in predicta ecclesia beati Ambrosii Mediolani coram altare eiusdem[e] in regem Italie in eodem anno in die epiphanie Domini. (Ian. 6.) Volens dictus dominus rex, ipsam in dicto monasterio ad perpetuam eius memoriam conservari debere. (2) Qui predictus[f] dominus abbas ab eisdem medicis dicti domini regis ipsius nomine cum maxima reverentia recepit et eam conservare promisit, presente magistro Lando de Sennis aurifabro predicti domini regis, qui predictam coronam propriis manibus fabricavit, et Girardino Malaspino de Florentia et Falcutio Tebaldutii de Florentia et dopno Ambrosio de Travedona monacho ipsius monasterii et prespitero Beltramo Donego capellano dicti domini abbatis et Ognibeno[g] de Guarisio de Vincentia et Mamfredino Plato domicello dicti domini abbatis et Beltramollo de Lampugniano et Commollo Biffo ambobus domicellis dicti domini[h] abbatis et me notario infrascripto. Qui rogaverunt[i], ut traderem publicum instrumentum de predictis.

Ego Crescinus de Ladenate notarius filius quondam Venture civitatis Mediolani porte Vercelline parochie sancti Naboris predictis interfui, tradidi et scripsi.

---

610. RECOGNITIO DE CONSIGNATIONE CASTRI.

1311. Apr. 21.

Repetimus editionem, quam ex autographo in archivo comitis Della Torre Ziracci in Foroiulio asservato non sine mendis paravit G. Occioni-Bonaffons 'Archivio storico

609. a) Astulphi *M.* b) Virginiana *M.* c) *deest M.* d) dopno *M.* e) eius *A. M.* f) prefatus *M.* g) Ogniobeno *A.* h) *deest A.* i) rogatus sum *M.*

1) *Cf. Winkelmann 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XVIII, 480.*

Italiano' III. Ser., XIII (1871) pag. 178. Nos ipsi autographon denuo inspicere non potuisse dolemus. *(P. deest.)*

Nos Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus recognoscimus et presentibus profitemur, quod venerabilis Castonus archiepiscopus Mediolanensis princeps 5 noster dilectus titulo et ex causa comoditatis nobis concessit roccham Angerie [1] tenendam [a], muniendam et custodiendam absque expensis dicti archiepiscopi et ecclesie Mediolanensis pro honore et defensione nostri [b] et imperii usque ad unum annum proxime venturum. Promittentes eidem archiepiscopo in fine dicti temporis dictam roccham restituere sine briga et molestia in eo statu in omnibus et per omnia, quo [c] nobis pre-10 sentavit [d] et extitit consignata [e]. Salvo iure nostro et imperii ac predicti archiepiscopi et ecclesie Mediolanensis in dicta roccha. Ita quod ex concessione huiusmodi nulli in iure suo preiudicium fiat, sed quod ius uniuscuiusque [f] integrum reservetur [g]. Presentium testimonio litterarum nostre maiestatis sigi[l]li robore signatarum [h].

Datum Laude, undecimo Kalen. [i] Maii, anno Domini millesimo trecentesimo unde-15 cimo, regni vero nostri anno tertio.

---

611. HOMAGIUM ITERATUM CIVITATIS LAUDENSIS.

1311. Apr. 22.

Repetimus editionem, quam ex autographo tabularii Roncioniani nr. 680 paravit 20 Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 176 nr. 111. In verso legitur manu Iohannis de Dyst scriptum: Laude. *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

(1) Anno nativitatis eiusdem millesimo tricentesimo undecimo, indictione nona, vicesima secunda die mensis Aprilis, regni serenissimi principis ac domini domini Henrici 25 Dei gratia Romanorum regis semper augusti anno tertio. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat presentibus et futuris, quod dicto serenissimo principe ac domino Henrico Dei gratia Romanorum rege semper augusto in ecclesia maiori Laudensi cum suis proceribus, baronibus ac aliis venerandis personis feliciter existente universitateque comunis et hominum de Laude voce preconia campaneque sonitu, prout 30 moris est, in dicta ecclesia congregata, Laurentius de Luviraca iurisperitus, syndicus et procurator comunis et hominum de Laude, prout patet per instrumentum publicum [2] scriptum manu Andree de Crespiactica notarii, syndicario et procuratorio nomine dictorum comunis et hominum de Laude et pro ipsis, recongnovit dictum dominum regem esse et esse debere verum, iustum et precipuum dominum suum sine medio ipsumque 35 dominum regem habere et habere debere in terra de Laude et toto districtu ipsius cum omnibus pertinentiis suis necnon in personis et rebus eorundem merum et mixtum imperium et omnimodam iurisdictionem, et infrascriptum iuramentum fidelitatis prestitit dicto domino regi in modum qui sequitur:

610. a) tenendi *ed.* b) nostre *ed.* c) que *ed.* d) presentabit *ed.* e) consignatum *ed.* 40 f) unuscuiuscumque *ed.* g) resservetur *ed.* h) signatum *ed.* i) calendas *ed.*

611. a) Laviraca *ed.*

1) *Num de arce Angleriae, de qua nonnulla refert Iohannes de Cermenate (ed. Ferrai 'Fonti per la storia d'Italia II' pag. 27), hic agatur, nescio.* 2) *Quod servatum non est.*

(2) Ego notarius Laurentius syndicus et procurator predictus, meo et syndicario et procuratorio nomine dictorum comunis et hominum de Laude, iuro ad hec sancta Dei ewangelia in animam meam necnon in animas dictorum comunis et hominum,

quod ab hac hora inantea usque ad ultimum diem vite nostre ego et ipsi erimus fideles domino nostro Henrico Dei gratia Romanorum regi semper augusto hic presenti 5 et imperio contra omnem hominem. Et quod nunquam scienter erimus in consilio vel facto, quod idem dominus rex amittat vitam vel menbrum aut recipiat in personam vel res aliquam lesionem, iniuriam vel contumeliam aut amittat aliquem honorem, quem nunc habet vel inantea possidebit. Et si sciverimus vel audiverimus de aliquo, qui velit aliquod istorum contra ipsum dominum regem facere, ut non fiat, 10 pro posse nostro impedimentum prestabimus. Et si impedimentum prestare nequiverimus, quam cito poterimus ipsi domino regi intimabimus et contra eum, prout poterimus, eidem domino regi nostrum prestabimus auxilium. Et si contigerit ipsum dominum regem rem aliquam, quam habet in presenti vel habebit in futurum, quocumque casu amittere, eam recuperare iuvabimus et recuperatam omni tempore reti- 15 nere. Et si sciverimus, ipsum dominum regem velle aliquem vel aliquos offendere, et inde specialiter vel generaliter fuerimus requisiti, eidem domino regi secundum posse nostrum prestabimus consilium et auxilium. Et si idem dominus rex aliquit nobis in secreto manifestaverit, illud sine sui licentia nemini pandemus vel faciemus, quod pandatur. Et si consilium idem dominus rex a nobis petierit vel postulaverit, 20 illud consilium dabimus, quod nobis eidem domino magis et melius videbitur expedire. Et quod nunquam in personis nostris aliquod scienter faciemus, quod in ipsius domini regis scandalum vel iniuriam aut contumeliam possit redundare. Et omnia alia et singula, que in forma fidelitatis nova et veteri continentur. Sic me et ipsos iuvet Deus et hec sancta Dei ewangelia corporaliter tacta. 25

(3) Quibus omnibus sic rite completis, in signum fidelitatis perfecte osculatus est dictus syndicus pedes dicti domini regis universitasque dictorum comunis et hominum ibidem existens viva voce clamabat: 'vivat, vivat dominus rex', necnon dictas recongnitionem, fidelitatem, iuramentum et omnia superius gesta per suum syndicum laudavit, approbavit et ratificavit, prout per ipsum factum est. Qui dominus rex dictas recongni- 30 tionem, iuramentum fidelitatis ac omnia alia superius gesta gratiose acceptavit et mandavit michi Iohanni notario infrascripto, ut de hiis facerem publicum instrumentum.

Presentibus reverendis in Christo patribus ac dominis Balduyno archiepiscopo Treverensi, Gerardo Basiliensi, Henrico Tridentino cancellarioque domini regis predicti episcopis, dominis Amedeo comite Sabaudie, Iofredo de Vercellensibus, magistro Henrico 35 de Geldonia, Iohanne de Fasola de Pisis, Nicolao iudice de Burgo et aliis pluribus testibus ad premissa vocatis et rogatis.

(S. N.) Et ego Iohannes de Dyst dictus de Cruce, clericus Leodiensis dyocesis, publicus imperiali auctoritate notarius recongnitioni, fidelitatis iuramento et omnibus aliis superius gestis interfui et hanc cartam in publicam formam redegi et scripsi meo- 40 que signo signavi consueto rogatus.

612—618. TRACTATUUM CUM REGE FRANCIAE CONTINUATIO ALTERA.

1311. Mai. 1.—Iul. 20.

Cf. supra nr. 351—354. 576. 577. 588 sqq. et infra nr. 692 et ad a. 1311. Nov. 29.

5 **612.** *LITTERAE PONTIFICIS AD REGEM FRANCIAE. Mai. 1.*

Repetimus editionem nostram, quam ex autographo tabularii Parisini 'Carton J. 704' nr. 178 iam paravimus 'Neues Archiv' XXIX, 629 nr. 6. Pendet bulla plumbea filo cannabis. Inscriptio est: Carissimo in Christo filio Philippo regi Francie illustri. *In verso legitur:* Clementis secreta XXV, *manu coaeva scriptum. — Böhmer, Reg. 1246—1313* 10 *Päbste 330.* *(P. deest.)*

Clemens episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio Philippo regi Francorum illustri salutem et apostolicam benedictionem.

(1) Rex pacificus filius summi regis, qui nos licet indignos vocari ad sui vicariatus officium sua inscrutabili dignatione concessit, nostris infudit affectibus, ut ab huiusmodi 15 vocationis exordio ponentes quasi viarum nostrarum principium bonum pacis, in sancte matris ecclesie filios et presertim in catholicos reges et principes, qui maiores aliis et in altioribus positi speculis dignitatum virtutum inferioribus debent exempla porrigere, totis nisibus illius niteremur derivare fluenta diffusaque continuis favoribus irrigando fovere [1]. Et licet de singulis Christi fidelibus et precipue regibus principibusque catho- 20 licis nobis sit sollicitudo continua, ut vitatis fomitibus odiorum et discriminibus guerrarum exclusis, in pulcritudine pacis sedeant, in fiducie tabernaculis habitent et in requie opulenta [2] quiescant, ut tamen inter te et carissimum in Christo filium nostrum Henricum regem Roman(orum) illustrem unitatis, caritatis et pacis solide federa perpetuis duratura temporibus vigeant, tanto ferventiori desiderio ducimur, quanto ad te et regem 25 eundem precipuos et peculiares ecclesie filios inter ceteros reges et principes orbis terre maiori zelo dilectionis afficimur ac utriusque regis et regni statum felicem et prosperum ac honoris et exaltationis augmentum predecessorum nostrorum exemplo laudabili votis potioribus affectamus, quantoque tuam et ipsius regis unionem ac conformem et unanimem voluntatem utilitatis tocius rei publice christiane et presertim negotii Terre Sancte 30 efficatiorem speramus et credimus divina favente clementia promotricem. Huius quippe nostri ferventis desiderii sic urget instantia, ut patenter ostendat in experiencie libro quod legimus: 'Amor operatur multa si est, si autem operari renuit, amor non est' [3]. Anxia enim mens, presertim quam zelus vere caritatis accendit, ad optatum cogitationibus estuatur, curis effluit, meditationibus immoratur, querit remedia, quesitis adicit, 35 quesita et adiecta prosequitur nec solers inquisitio vel adaucta prosecutio efficit, quominus inquirendo et prosequendo crescat anxietas, donec quod avide queritur efficaciter exequatur. (2) Attendentes itaque, quod ex donatione, concessione vel translatione regnorum Arelatensis et Viennensis Romani imperii membrorum vel alterius eorundem, si eas per dictum Henricum regem Romanorum in alium seu alios quam in Romanam 40 vel aliam ecclesiam fieri fortasse contingeret, inter te ac regem prefatum et utriusque regis et regni vassallos, fideles et subditos suboriri possent imposterum simultates et

1) *Arengam hanc v. iam supra nr. 588.* 2) *Is. 32, 18.* 3) *Unde sumptum sit, nescio.*

odia, commotiones guerrarum ac periculose dissensiones et scandala multipliciter provenire, ac volentes tot et tantis periculis, malis et scandalis paterne sollicitudinis studio congruis remediis obviare, tibi tenore presentium intimamus, quod ipsi regi super donatione, concessione seu translatione huiusmodi de regnis predictis vel eorum altero per eundem regem in alium seu alios quam in Romanam vel aliam ecclesiam, ut premittitur, faciendas non intendimus nostrum impertiri assensum.

Dat. Avinion., Kal. Maii, pontificatus nostri anno sexto.

613. *INSTRUMENTUM DE IURAMENTO AB HEINRICO REGE PRAESTITO.* *Mai. 8.*

Cum litterae de huius iuramenti praestatione in Memoriali ambassiatae Heinrici regis ad pontificem directae infra nr. 641 edendo memoratae deperierint[1], *proponimus instrumentum de eodem confectum, cuius imbreviatura* J *a Bernardo scripta superest inter Acta eiusdem notarii Taurini in tabulario regio asservata 'Diplomi imperiali Mazzo 3 nr. 23' (= Doenniges Ms. IV, de quo v. supra ad nr. 563) fol. 21. In verso leguntur:* de procur. regis Francie, *manu ipsius Bernardi exarata. Atramentum iam pallidissimum et fere elutum est; tamen ex forma supra nr. 589 omnia supplere licuit. Satis male edidit Doenniges l. c. II, 9 nr. 5.*

Quae ex forma a pontifice transmissa supra nr. 589 petita sunt, typis minoribus excudenda curavimus. (*P. deest.*)

In nomine Domini amen.

(1) Anno nativitatis eiusdem millesimo tricentesimo undecimo, indicione nona, die octava mensis Maii, pontificatus domini C(lementis) pape quinti anno sexto ac regni serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti anno tercio. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat presentibus et futuris, quod cum per spectabilem[a] virum[b] dominum[c] Iohannem de Flandria comitem Namurcensem et discretum virum dominum[d] Symonem de Marvilla thesaurarium ecclesie Methensis nuncios et procuratores tunc temporis ut dicitur prefati domini regis*, cum pleno et sufficienti mandato ab ipso domino rege specialiter ut dicitur destinatos, *nomine ipsius domini regis ex una parte et nuncios et procuratores serenissimi principis domini Philipi Dei gratia regis Francie*, habentes ut dicitur ab ipso rege Francie ad ea que secuntur sufficiens et speciale mandatum, nomine procuratorio eiusdem regis* ex altera habita, inita et contracta fuerint inter ipsas partes* super multis et diversis articulis ac iurata in animam utriusque dominorum regum predictorum unio ac mutue amicitie federa, confederationes[e], conventiones et pacta, prout in litteris inde confectis ac nunciorum et procuratorum predictorum* sigillorum apensione munitis dicitur plenius contineri, hinc est quod prefatus dominus rex Romanorum[f] considerans utilitates et comoda, que non solum sibi et regi Francie prefato*, regnis et terris eorum*, verum etiam sacrosancte Romane matris nostre ac universalis ecclesie statui et honori totique rei publice christiane ac precipue negotio Terre Sancte, ad cuius promotionem celerem et felicem desideria eius suspirant, possunt multipliciter provenire, unionem, federa et confederationes, conventiones et pacta ac omnes et singulos articulos eorundem, sicut in litteris supradictis plenius et expressius continentur, pro se, regno et terris suis approbavit, laudavit,

613. a) *super* nobiles *deleto J.* b) *corr. ex* viros *J.* c) *corr. ex* dnos *J.* d) discretum virum dnm *supra lineam add. J.* e) *sequitur deletum* confed *J.* f) *supra lineam add. J.*

1) *In Indice etiam documentorum a. 1313, de quo v. supra ad nr. 298, sic indicari videntur:* Due littere domini de ratifficandis conventionibus cum rege Francie post coronationem imperii *(Doenniges l. c. II, 116).*

voluit, ratificavit et confirmavit expresse ac de ipsis tenendis, attendendis, complendis et inviolabiliter observandis in posterum per magistrum Henricum de Geldognia consiliarium et familiarem [prefati domini regis, ipso domino rege][g] presente et expresse mandante, in animam eius prestari fecit ad sancta Dei euangelia tacta corporaliter iuramentum. (2) Michique 5 Bernardo infrascripto notario vice et nomine dicti regis Francie ac pro eo et quibuslibet aliis, quorum interest, vel interesse potest aut potterit in futurum, legitime stipulanti sub legitima et solenni stipulatione promisit, quod infra quatuor menses, postquam ipsum ad imperialis fastigia dignitatis Deo auspice contigerit esse promotum et postquam per ipsum regem Francie vel eius certos nuncios ad hoc specialiter destinatos super hoc fuerit requisitus, dum tamen 10 rex Francie tunc vel antea sibi hoc idem fecerit, unionem, federa, confederationes, conventiones et pacta ac omnes et singulos articulos eorundem, prout in predictis litteris plenius et seriosius exprimuntur, approbabit, laudabit, volet, ratificabit et auctoritate imperiali curabit confirmare ac de ipsis in omnibus et per omnia tenendis, attendendis, complendis et inviolabiliter observandis per aliquem de familiaribus suis, ipso domino rege presente et expresse mandante, 15 in animam eius ad sancta Dei euangelia [tacta][h] corporaliter [nichilominus][h] prestari faciet iuramentum ac concedet super hiis eidem regi Francie, gentibus, nunciis vel procuratoribus suis ad hoc ab eo specialiter constitutis* litteras suas bulla aurea cum imperialis impressione tiparii munitas.

(3) Precipiens idem dominus rex Romanorum michi Bernardo infrascripto notario, ut de predictis omnibus et singulis faciam unum vel plura publica instrumenta.

20 Actum est hoc in civitate Cremone in monasterio sancti Laurentii, ubi testes fuerunt vocati et rogati reverendi in Christo patres domini Theobaldus Dei gratia Leodiensis, Gerardus eadem gratia Basiliensis, Henricus eadem gratia Tridentinus, Hugucio eadem gratia Novariensis episcopi, Iohannes decanus Treverensis.

614. *PROTESTATIO REGIS HEINRICI DE IURIBUS IMPERII.* *Mai. 8.*

25 *Ex eadem imbreviatura ut nr. 613 fol. 21', ubi statim sequitur. Edidit Doenniges l. c. II, 10.* *(P. deest.)*

Anno, die et loco quibus supra, coram eisdem t(estibus), serenissimus princeps etc. dixit et protestatus fuit specialiter et expresse, quod[a] infrascriptum sacramentum, quod per[b] magistrum Henricum de Geldognia[c] faciet presentialiter exiberi, ob reveren30 tiam et requisitionem sanctissimi patris domini C(lementis) pape etc.[d] prestare et prestari facere intendit, salvo per omnia sacramento per ipsum dominum regem dudum prestito de conservandis, recuperandis et retinendis[e] iuribus et honoribus sacri imperii.

Set nec per hoc iuramentum vult vel intendit quoquo modo ligari, nisi[f] si et quando rex Francie[g] similem ratificationem et iuramentum per omnia prestiterit et inde 35 dederit eidem domino regi suas predictas litteras et publica instrumenta.

615. *LITTERAE PHILIPPI REGIS DE IURAMENTO PRAESTITO.* *Iun. 14.*

Autographon, quod Taurini in tabulario regio 'Traités anciens Paquet 3 nr. 20' invenimus, iam edidimus 'Neues Archiv' XXIX, 588 nr. 14. Sigillum deest, loro membranaceo relicto. In verso leguntur: Gerentibus reḡ Rom̄ tradantur. *Ex eis documentis* 40 *est, quae Bernardus de Mercato post imperatoris mortem in Sabaudiam regressus cum protocollis, actis, collectaneis suis secum tulit.*

Quae cum forma a pontifice transmissa supra nr. 591 concordant, typis minoribus excudenda curavimus. *(P. deest.)*

613. g) *uncis inclusa evanuerunt J.* h) *uncis inclusa evanuerunt vel fortasse exciderunt J.*

45 614. a) *sequitur* per *J.* b) *supra lineam add. J.* c) *sequitur* facit *delet. J.* d) *non omnino certum J.* e) recuperandis et retinendis *supra lineam add. J.* f) *sequitur* q *delet. J.* g) *sequitur* sit *deletum J.*

Ph(ilippus) Dei gratia Francorum rex universis presentes litteras inspecturis salutem.

(1) Notum facimus, quod cum inter dilectos et fideles Ludovicum primogenitum dilecti et fidelis Roberti comitis Claromontensis carissimi patrui nostri, camerarium Francie, carissimum consanguineum et magistrum Petrum de Latilhiaco archidiaconum Cathalanensem clericum nostros, nuncios et procuratores nostros, ad hoc a nobis cum pleno et sufficienti mandato specialiter destinatos, pro nobis et nomine nostro ex una parte et dilectum consanguineum nostrum Iohannem de Flandria comitem Namurcensem et magistrum Symonem de Marvilla thesaurarium Metensem clericum, nuncios et procuratores serenissimi principis Henrici regis Romanorum illustris amici nostri carissimi, habentes ab ipso rege ad ea que sequntur sufficiens et speciale mandatum, nomine procuratorio regis eiusdem et pro ipso ex altera habita, inita et contracta fuerint inter nos et dictum regem ac regna nostra super multis et diversis articulis ac iurata in animam utriusque unio ac mutue amicicie federa, confederaciones, convenciones et pacta, prout in litteris inde confectis ac nunciorum et procuratorum predictorum, nostrorum videlicet et prefati regis, quarum tenores de verbo ad verbum inferius sunt conscripti, sigillorum appensione munitis plenius continetur, nos considerantes utilitates et comoda, que non solum nobis et regi prefato ac regnis et terris nostris ac regis eiusdem, verum etiam sacrosancte Romane matris nostre ac universalis ecclesie statui et honori totique rei publice christiane ac precipue negocio Terre Sancte, ad cuius promocionem celerem et felicem desideria nostra suspirant, possunt multipliciter provenire, unionem, federa, confederaciones, convenciones et pacta ac omnes et singulos articulos eorundem, sicut in litteris supradictis plenius et expressius continentur, pro nobis, regno ac terris nostris approbamus, laudamus, volumus, ratificamus et confirmamus expresse ac de ipsis tenendis, attendendis, complendis et inviolabiliter observandis in posterum per dilectum et fidelem nostrum Guidonem comitem Sancti Pauli buticularium Francie, nobis presentibus et expresse mandantibus, in animam nostram prestari fecimus ad sancta Dei euuangelia tacta corporaliter iuramentum. (2) Tibique notario vice et nomine dicti regis ac pro eo et quibuslibet aliis, quorum interest vel interesse potest aut poterit in futurum, legitime stipulanti sub legitima et solenni stipulacione promittimus, quod infra quatuor menses, postquam regem ipsum ad imperialis fastigia dignitatis Deo auspice contigerit esse promotum, unionem, federa, confederaciones, convenciones et pacta et omnes et singulos articulos eorundem, prout in predictis litteris plenius et expressius exprimuntur, approbabimus, laudabimus, volemus, ratificabimus et auctoritate regia curabimus confirmare ac de ipsis in omnibus et per omnia tenendis, attendendis, complendis et inviolabiliter observandis per aliquem de familiaribus nostris, nobis presentibus et expresse mandantibus, in animam nostram ad sancta Dei euuangelia tacta corporaliter iuramentum prestari nichilominus faciemus et concedemus super hiis eidem regi, gentibus, nunciis vel procuratoribus suis ad hoc ab eo specialiter constitutis quatuor paria litterarum magno sigillo nostro in cera viridi munitarum.

(3) Tenores autem litterarum nunciorum et procuratorum predictorum nostrorum et dicti regis super unione, federibus, confederacionibus, convencionibus et pactis predictis ut premittitur confectarum[1], continentium tenores procuratoriorum ipsorum, tales sunt:

'A touz ceux — saint Jehan baptiste'. *supra nr. 353.*

Item la teneur des autres lettres des diz procureurs et mesages:

'A touz ceux — mil trois cenz et dis'. *supra nr. 354.*

In quorum testimonium presentibus litteris, quas in formam publicam redigi et signari mandavimus per publicum auctoritate nostra regia notarium infrascriptum, nostrum una cum signo eiusdem notarii fecimus apponi sigillum.

Act. Pissiaci Carnoten. dioc., in abbatia sancti Ludovici dicti loci, presentibus dilectis et fidelibus Ludovico comite Ebroicensi carissimo fratre nostro, Ingueranno de Marrigniaco milite et cambellano, magistro Petro de Latilliaco archidiacono Suessionensi

1) *Hic adnotare liceat, in Indice documentorum a. 1313. supra citato bis indicari* Transscriptum de conventionibus inter dominum et regem Francie *(Doenniges l. c. II, 116).*

clerico, Guillelmo de Nogareto milite et magistro Iohanne Maillardi clerico nostris testibus ad hoc vocatis, XIIII. die mensis Iunii, anno Domini MCCC undecimo.

(S. N.) Et ego Gaufridus Enguelor dictus Chalop clericus Dolensis dioc. auctoritate regia publicus notarius approbacioni, laudacioni, voluntati, ratificacioni, confirmacioni, 5 iuramenti prestacioni et aliis premissis una cum dictis testibus presens fui et ut suprascriptum est stipulatus fui, die et anno predictis, premissa de mandato dicti domini regis scripsi, publicavi et una cum sigillo suo signum meum apposui ad premissorum evidenciam pleniorem.

616. *LITTERAE REGIS HEINRICI DE COMITATU BURGUNDIAE. Iun. 17.*

10 *Denuo contulimus autographon tabularii Bisuntini 'Archives départementales du Doubs. Série B. 44' signatum. Sigillum iam deest, filis sericis rubei flavique coloris relictis. Edidit etiam Böhmer 'Acta imperii selecta' pag. 441 nr. 633. Transsumtum eiusdem tabularii a. 1312. confectum aliudque tabularii Divionensis saec. XV. exaratum omnino neglexiums*[1].

15 *Quae concordant cum forma a pontifice transmissa supra nr. 590, typis minoribus excudenda curavimus. — Böhmer, Reg. Heinr. 404. (P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Noverit universitas vestra, quod cum inter dilectos et fideles nostros Iohannem de Flandria 20 comitem Namurcensem et magistrum Symonem de Marvilla thesaurarium Methensem, nuntios et procuratores nostros, ad hoc a nobis cum pleno et sufficienti mandato specialiter destinatos[a], pro nobis ac nomine nostro ex una parte ac spectabilem virum Ludovicum de Claramonte et discretum virum magistrum Petrum de Latilly, nuntios et procuratores serenissimi principis Philipi regis Francorum illustris amici nostri carissimi, habentes ab ipso rege ad ea que 25 secuntur sufficiens et speciale mandatum, nomine procuratorio regis eiusdem et pro ipso ex altera in tractatibus unionis et federis amicitie mutue inter nos et regem ipsum per procuratores eosdem habitis, concordatis, initis et iuratis inter cetera actum fuerit, concordatum et expresse conventum, quod nos spectabilem* virum Philipum natum dicti regis comitem Burgundie recipiemus ad homagium nostrum plene et liquide iure suo comitatus Burgundie de rebus comitatus eiusdem, pro quibus predecessores 30 eiusdem comites Burgundie predecessoribus nostris Alamanie regibus retroactis temporibus homagium prestitisse noscuntur, et quod extunc dictus comes erit et remanebit in sufferentia seu respectu homagii predicti prestandi usque ad vistam seu mutuam visionem inter nos et regem ipsum certis loco et termino per eosdem procuratores et nuntios hinc inde tunc unanimiter concordatis habendam, quodque si vista seu mutua visio supradicta non fieret loco et termino supradictis, prefatus comes de[b] respectu 35 seu sufferencia remaneret usque ad nostre beneplacitum voluntatis et concederemus eidem ad prestandum nobis predictum homagium locum et terminum competentes, nos* pro acceleratione negocii promocionis nostre ad imperialis fastigia dignitatis ad partes Ytalicas properantes vistam seu mutuam visionem predictam loco et termino supradictis cum rege prefato tunc etiam aliis negociis arduis, prout nobis per litteras[2] et nuncios suos significare curavit, multipliciter occupato nequiverimus cele-40 brare, nos prefato comiti sufferenciam sive respectum huiusmodi homagii usque ad reditum nostrum de Ytalicis partibus ad ultramontanas partes nobis conpetentibus et congruis loco et termino per nos antea significandis eidem in eisdem ultramontanis partibus prestandi presencium tenore duximus con-

616. a) os *corr. ex* i *or.* b) *in loco raso or.; prius scriptum erat:* in.

1) *Cf. 'Neues Archiv' XXVIII, 490 (ubi tamen non omnia recte indicantur; cf. infra nr. 617)* 45 *et 492.* 2) *Quae servatae non sunt.*

cedendum. In cuius rei testimonium presentes litteras scribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum in castris ante Brixiam, quinto decimo Kalend. Iulii, anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, inditione nona, regni nostri anno tercio.

617. *PROCURATORIUM REGIS HEINRICI DE ARBITRIS NOMINANDIS. Iun. 17.*

Denuo contulimus autographon tabularii Parisini 'Carton J. 611' nr. 32bis signatum. Pendet sigillum laesum filis sericis rubei flavique coloris. Exemplavit iam olim Waitz ex nr. 618 cap. 2 (= Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 253 nr. 398).

Forma huius procuratorii a papa transmissa in illo rotulo exarata non est; cf. supra ad nr. 589. — Böhmer, Reg. Heinr. 405. (P. decst.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Noverit universitas vestra, quod nos de fide et legalitate venerabilium Girardi Basiliensis et Hugutionis Novariensis[1] episcoporum ac religiosi viri fratris Iohannis de Lucidomonte ordinis Predicatorum magistri in theologia, consiliariorum, secretariorum ac nunciorum nostrorum ad sedem apostolicam, plenius confidentes, damus eis plenam et liberam potestatem nominandi et eligendi tres personas nomine nostro et pro nobis, que simul cum aliis tribus personis eligendis pro parte magnifici principis Philipi regis Francorum illustris habeant potestatem inquirendi, ordinandi, decernendi et terminandi omnes interprisias, controversias et questiones secundum formam tractatus conventionum et promissionum habiti[a] factarum et iuratarum per nobilem virum Iohannem de Flandria comitem Namurcensem consanguineum et fidelem nostrum et honorabilem virum magistrum Symonem de Marvilla thesaurarium Methensis ecclesie, consiliarios, familiares, procuratores et nuncios nostros, ex parte nostra et nobiles viros Ludovicum de Claromonte et magistrum Petrum de Latilly, procuratores et nuncios eiusdem regis Francie, ex parte sua, necnon ad omnes interprisias, questiones et controversias, que in posterum quod absit inter nos et ipsum regem contingeret suboriri, secundum formam tractatus conventionum et promissionum inmediate predictarum. Et ad predictas nominationem et electionem faciendas et ad omnia et singula necessaria et utilia in predictis nominatione et electione prefatos Girardum, Hugutionem et Iohannem nuncios nostros presentes et recipientes facimus nostros procuratores et nuncios speciales. Ratum et gratum habituri, quicquid in premissis vel aliquo premissorum per eos factum fuerit sive gestum. In cuius rei testimonium presentes litteras scribi et nostre maiestatis sigillo iubsimus communiri.

Datum in castris ante Brixiam, quinto decimo Kalendas Iulii, anno Domini [millesimo][b] trecentesimo undecimo, inditione nona, regni nostri anno tercio.

618. *NOMINATIO ARBITRORUM REGIS HEINRICI. Iul. 20.*

Ineditam proponimus ex autographo eiusdem tabularii l. c. nr. 32 servatam. Pendent tria sigilla parum laesa loris membranaceis. Iam olim exemplavit Waitz.

Nominationem arbitrorum regis Philippi servatam non habemus. Tamen citata est in Indice documentorum a. 1313, de quo v. supra, hoc modo: De nominatione archiepiscopi Rathomagen., comitis Bononie, facta per quosdam nuncios regis Francie ad inquirendum, terminandum etc. et interprisiis etc. *(Doenniges l. c. II, 114).*

Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 304. (P. deest.)

617. a) *ultima i in loco raso or.* b) *excidit or.*

1) *Cf. infra pag. 603 not. 7.*

In nomine Domini amen.

(1) Noverint universi presentes litteras seu instrumentum publicum inspecturi, quod in presentia reverendi patris et domini domini Arnaldi Dei gratia Sancte Marie in Porticu dyaconi cardinalis venerabiles patres Dei gratia domini Gerardus Basiliensis et 5 Hugutio Novariensis episcopi et religiosus vir frater Iohannes de Lucidomonte ordinis Predicatorum magister in theologia, consiliarii, secretarii, procuratores ac nuncii serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti ad infrascriptam nominationem specialiter constituti, prout in litteris seu procuratione regie maiestatis sigillo cereo pendenti cum filis cericis[a] ipsius attentico[a] munitis tenoris et con- 10 tinentie infrascripte plenius continetur, auctoritate et potestate eis ex predictis litteris seu procuratione concessa nominaverunt concorditer ad negotium in dictis litteris et procuratione contentum venerabilem patrem dominum Henricum Dei gratia Coloniensem archiepiscopum ac spectabilem virum dominum Guidonem de Flandria et nobilem virum dominum Ottonem de Grandisono militem ac faciendum et exequendum omnia et sin- 15 gula, que in prefatis litteris seu procuratione regia continentur.

(2) Tenor vero dictarum regalium litterarum seu procurationis de verbo ad verbum per ordinem talis est:

'Henricus Dei gratia — anno tercio'. *supra nr. 617.*

Acta sunt hec apud castrum Bussi Vasionensis dyoc., presentibus discretis viris 20 magistris Fortanerio cantore ecclesie de Sancto Asterio et Guillelmo Lamberti canonico ecclesie sancti Vincentii de Manso ac Reymondo de Rocosello rectore ecclesie de Claromonte Petragoricen., Agenen. et Lodoven. dioc. testibus ad predicta specialiter vocatis et rogatis. Sub anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, indictione nona, die vicesima mensis Iulii, pontificatus sanctissimi patris et domini Clementis divina providentia 25 pape quinti anno sexto. Et ad maiorem cautelam et firmitatem omnium predictorum dicti domini Basiliensis et Novariensis episcopi ac fratres Iohannes de Lucidomonte, nuncii et procuratores prefati, hoc presens instrumentum publicum scribi et publicari mandarunt per me Iohannem de Dyst notarium infrascriptum et magistros Iohannem de Regio et Leonem de Setia notarios infrascriptos et sigillorum suorum appensione muniri.

30 Et ego Iohannes de Dyst dictus de Cruce, clericus dyoc. Leodiensis, publicus imperiali auctoritate notarius ac scriba camere dicti domini regis Romanorum, predicte nominationi ac omnibus et singulis suprascriptis una cum dictis testibus et infrascriptis notariis presens interfui et ea de mandato predictorum dominorum nunciorum et procuratorum fideliter scripsi et publicavi signoque meo con- 35 sueto signavi rogatus et iussus[b].

Et ego Iohannes de Regio camere domini pape clericus, publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius, una cum suprascripto et infrascripto notariis predicte nominationi ac omnibus et singulis suprascriptis presens interfui et de mandato predictorum dominorum nuntiorum et procuratorum huic instrumento 40 publico me subscripsi sub solito signo meo.

Et ego Leo Iohannis Nigri de Setia publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius predicte nominationi ac omnibus et singulis suprascriptis una cum prenominatis notariis presens interfui et de mandato predictorum dominorum nunciorum et procuratorum huic instrumento publico me subscripsi sub solito 45 signo meo.

618. a) *sic or.* b) *abhinc manus diversae or.*

619—621. SCRIPTA AD FIDELITATES SPECTANTIA.

1311. Mai. 3.

619. *HOMAGIUM HOMINUM DE SONCINO.*

Superest J imbreviatura a Bernardo de Mercato scripta inter eiusdem Acta, quae Taurini in tabulario regio 'Diplomi imperiali Mazzo 3 nr. 23' servantur (= Doenniges Ms. IV, de quo v. supra ad nr. 563), fol. 10. Atramentum valde pallidum et fere elutum est. Tamen denuo accuratissime contulimus. In verso manu Bernardi scripta sunt: notule donationis castri de Vegleno *(cf. nr. 621)* et confessionis castri Sunczini. *Edidit Doenniges l. c. II, 8 nr. 4.* *(P. deest.)*

Anno Domini MIII^C XI, indic. nona, die III. mensis Maii, apud Cremonam in monasterio Sancti Laurentii, presentibus dominis Treverensi et Thebano archiepiscopis, Henrico de Flandria, Manifredo marchyone Salutiarum, Andrea de Garretis et magistro Henrico de Geldonia testibus. Martinus de Panaris syndicus et procurator universitatis hominum de Sonczione dyoc. [a], habens ad infrascripta plenam generalem et liberam potestatem et speciale mandatum a dicta universitate, prout constat per quoddam publicum instrumentum manu Dominici de la Lama publici notarii confectum [1], nomine suo et omnium et singulorum de dicta universitate et de posse et districtu dicti castri Sunczini confessus fuit sollempniter et publice recognovit, serenissimum principem dominum Henricum Dei gratia Romanorum regem semper augustum esse et esse debere suum, castri, districtus et iurisdictionis eiusdem castri et habitantium in eisdem natorum et nasciturorum verum, legitimum, naturalem et precipuum dominum absque medio et ipsum castrum, posse et districtum et iurisdictionem, eius habitantes et habitaturos in posterum in eisdem subesse et subesse debere tottaliter eius regie ditioni et imperio. Et ipsum dominum regem habere et habere debere in eisdem merum et mixtum imperium et iurisdictionem omnimodam, sicut verus et naturalis dominus in suos veros, fideles, subditos et devotos. Quare idem syndicus nominibus quibus supra promisit et iuravit fidelitatem domino in omnibus capitulis etc.

Anno, die et loco quibus supra dominus constituit vicarium in castro Sonczini.

620. *RECEPTIO HOMAGII EORUNDEM.*

Autographon eiusdem tabularii l. c. 'Mazzo 3 nr. 10' asservatum denuo contulimus. In verso scriptum est: Fidelitas Soncini. *Edidit Doenniges l. c. II, 146 nr. 20. Cf. etiam infra nr. 694.* *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Anno nativitatis eiusdem millesimo tricentesimo undecimo, inditione nona, die tercia mensis Maii, pontificatus domini Clementis pape quinti anno sexto ac regni serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti anno tercio. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat presentibus et futuris, quod cum hac die presenti Martinus de Panaris sindicus et procurator universitatis, comunis et hominum de Soncino [et plebatus Calsi] [a], syndicario et procuratorio nomine pro ipsis, ad

619. a) *nomen dioceseos exaratum non est J.*

620. a) *uncis inclusa supra lineam addita sunt or.*

1) *Servatum non est.*

instantia mipsius domini regis recognoverit, eumdem dominum regem esse et esse debere suum et dictorum comunis et hominum de Soncino [et plebatus predicti][b] districtus eorundem[c] verum, legitimum, naturalem et precipuum dominum absque medio, et ipsum dominum regem habere et habere debere in dictis castro, [plebatu][b], territorio, 5 districtu, hominibus et habitatoribus eorundem[c] castri [et plebatus][b] merum et mixtum imperium et iurisdictionem omnimodam, feceritque, iuraverit et promiserit idem syndicus et procurator, syndicario[c] et procuratorio nomine quibus supra, eidem domino regi fidelitatem et iuramentum fidelitatis et omnia et singula, ad que verus et fidelis vassallus et subditus vero et legitimo domino suo tenetur et que in forma fidelitatis nova et 10 veteri continentur, prout de predictis constat per quoddam publicum instrumentum manu mei Bernardi infrascripti notarii confectum[1], hinc est quod prefatus dominus rex volens dictos homines et habitatores dictorum[d] castri, [plebatus et][b] territorii et districtus eorundem[e] tamquam fideles et devotos suos et imperii prosequi omni gratia et favore, ipsos homines et habitantes recepit favorabiliter ad sue favorem, pacem et gra- 15 tiam maiestatis. Precipiens idem dominus rex michi Bernardo infrascripto notario, ut eis de predictis facerem publicum instrumentum.

Actum est hoc apud Cremonam in monasterio sancti Laurentii, ubi testes fuerunt vocati et rogati domini Baldovinus archiepiscopus Treverensis, . . archiepiscopus Thebanus, Henricus de Flandria marescalcus dicti domini regis, Manifredus marchyo Salu- 20 ciarum, Andreas de Guarretis, magister Henr(icus) de Geldognia.

(S. N.) Et ego Bernardus de Mercato de Yenna Bellicensis dyocesis sacrosancte Romane ecclesie ac sacri imperii auctoritate publicus notarius hiis omnibus presens fui et rogatus hanc cartam scripsi et tradidi signoque meo consueto signavi.

621. *HOMAGIUM REINALDI [DE RICC]ARDIS.*

25 *Item ex* J *imbreviatura supra ad nr. 619 adhibita.* *(P. deest.)*

Anno, die et loco quibus supra, coram eisdem testibus Renaldus [de Ricc]ardis[a] de Laude dominus castri de Vegleno Brissien. dyoc. donavit donatione inter vivos serenissimo principi domino Henrico Dei gratia Romanorum regi semper augusto castrum predictum, quod ex suo puro et franco allodio tenebat, ut asserebat, cum omni mero et 30 mixto imperio et iurisdictione alta et bassa in dicto castro, mandamento, posse et districtu eius et hominibus habitatoribus eorundem. Qui quidem dominus rex incontinenti supradictum castrum, posse et districtum et merum et mixtum imperium et iurisdicionem predictam et predicta sibi donata ut supra donavit eidem Renaldo recipienti pro se heredibus et successoribus suis in feudum gentile et de ipsis eundem Renaldum reci- 35 pientem ut supra per traditionem baculi, quem in manu tenebat, in gentile feudum corporaliter investivit, salvis iure domini et imperii et iure cuiuslibet alterius persone. Dictus vero Renaldus tam ratione dicte donationis et feudi supradicti quam ratione persone sue Romano imperio de iure [. . . . .][b] confitetur, se esse et esse debere hominem ligium, fidelem et vassallum ipsius domini regis et sacri Romani imperii, et 40 confitetur, se predicta sibi donata ut supra tenere in feudum ligium et gentile ab eodem domino rege et Romano imperio. Et ideo fidelitatem et sacramentum fidelitatis fecit et prestitit eidem domino regi ut supra etc.

620. b) *uncis inclusa supra lineam addita sunt or.* c) *corr. ex* eiusdem *or.* d) *corr. ex* dei *or.* e) *corr. ex* eius *or.*

45 **621.** a) *uncis inclusa evanida sunt J; ita coniecerim.* b) *verbum unum elutum J; an legendum* subiecte?

1) *Cuius imbreviaturam v. supra nr. 619.*

622. 623. MANDATUM DE HOSTE FACIENDA.

1311. Mai. 8.—20.

622. *MANDATUM REGIS. Mai. 8.*

Superest solum exemplar Triviliensibus missum, ad quod edendum contulimus 1) *codicem Monti D. S. IV 21 bibliothceae Ambrosianae Mediolanensis et* 2) *editionem, quam paravit Barelli loco supra ad nr. 574 citato pag. 58 nr. 23. — Böhmer, Reg. Heinr. 390.* 5
(P. deest.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris vicario, consilio et comuni Trivilii[a], fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum.

Scribere vobis cogimur, quod nobis existentibus in Cremona vicarium nostrum 10 Brixiensem transmisimus in Brixiam ad significandum eis, quod ad ipsos venire vellemus et tractare de bono statu ipsorum et terre et quod non intendebamus inferre incommodum aut gravamen. Ipsi vero habito consilio suo[b] temere responderunt, quod non placeret eis nec vellent, quod ad civitatem Brixiensem aliquo modo veniremus. Quo responso nobis, principibus, baronibus, nobilibus et civitatibus Lombardie presentibus 15 publicato, de consilio eorundem, cum premissa sub dissimulatione pertransire non possemus, deliberavimus cum exercitu nostro valido statim[c] procedere contra eos[d]. Unde fidelitati vestre sub obtentu nostre gratie districte precipiendo mandamus, quatinus peditum armatorum de ferro centum necnon vastatores, lathomos, machinas et magistros machinarum cum ayframentis, cordis, lapidibus et aliis instrumentis ad hoc necessariis, 20 quos habere poteritis, ad ipsum exercitum quantocius transmittatis. Ad hec vobis sub pena nostro arbitrio infligenda iniungimus et mandamus, quatinus victualia pro gente vestra necessaria et ultra pro exercitu nostro ad venundandum[e] pro qualibet die, quamdiu durabit exercitus, tres carraturas[f] bladi et unam carraturam[g] panis cum prefatis armatis transmittere nullatenus omittatis[1]. Ubi autem speltam vel avenam habere non 25 potestis, ibi tertiam partem eius in frumento, quod in spelta impositum est, vobis imponimus transmittendum.

Datum Cremone, octavo[h] Idus Maii, regni nostri anno tertio.

623. *PROTECTIO ARCHIEPISCOPI TREVIRENSIS. Mai. 20.*

Item ex 2 pag. 59 nr. 24 hic subiungimus in minutiis correctam. (P. deest.) 30

Nos Balduinus Dei gratia Treverensis archiepiscopus sacri imperii per regnum Arelatensem[a] archicancellarius notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod comune et homines burgi Trivilii Grassi in personis et rebus et omnibus victualibus eorundem durante exercitu serenissimi domini nostri Romanorum regis in veniendo, stando ac etiam redeundo in nostram protectionem recepimus per presentes. Quare 35 vos omnes et singulos tam officiales super exercitu constitutos quam alios quoscumque rogamus, quatinus predictos comune et homines de Trivilio Grasso absque conscientia nostra non offendatis nec perturbetis nec molestetis eosdem. Presentes sigillo nostro secreto signatas eisdem in testimonium concedentes.

Dat. in exercitu supra Brixiam, die vigesimo mensis Maii, none indictionis. 40

622. a) Trivillii *semper* 2. b) suo consilio 2. c) valido statim *exciderunt* 1. d) eosdem 1. e) venundendum 1; vendendum 2. f) carratas 2. g) carratam 2. h) quarto 1.

623. a) Arlathensem 2.

1) *Cf. infra nr. 682. 683.*

624—628. SCRIPTA AD CIVITATEM PADUANAM SPECTANTIA.

1311. Mai. 8.—Iun. 10.

Cf. ad haec omnia ea quae fusius refert Albertinus Mussatus l. III c. VI (apud 5 *Muratori 'Rerum Italicarum scriptores' X, 365 sq.). Tamen Albertini orationem in praesentia regis habitam hic non ponendam esse duximus.*

624. *SYNDICATUS CIVITATIS. Mai. 8.*

Ex autographo proponimus, quod servatur Taurini in tabulario regio 'Diplomi imperiali Mazzo 3 nr. 6'. Notarii subscriptio deleta est. In verso manu Bernardi de Mer- 10 *cato scriptum est:* Sindicatus Padue. *Edidit Doenniges 'Acta Henrici VII.' II, 147 nr. 21. (P. deest.)*

In nomine domini Dei eterni.

Anno eiusdem nativitatis millesimo tricentesimo undecimo, indicione nona, die octavo mensis Maii. Presentibus testibus infrascriptis rogatis et ad hoc specialiter con- 15 vocatis, videlicet dominis Horedico dicto Brexano iudice condam domini Fulconis de Buçacarinis, Petro iudice de Parixio, Petro comite condam domini Papafave, Gerardo iudice condam domini Amadini, Gerardo condam domini Spere de Vila Comitis, Iohanne Çopelo, Dominico dicto Salvatico, Bondi condam domini Leonardi de Malfatis, Laurencio iudice condam domini Facheti de Fachetis, Sauro iudice condam domini Francisci, Gute- 20 fredo de Scrovegnis, Gaboardo condam domini Petri de Scrovegnis, Bonifacio condam domini Bartholomei Friçimelege, Geremia iudice de Montagnone, omnibus civibus Paduanis. Nobilis miles dominus Albertus de Castelo potestas Padue de voluntate et consensu omnium dominorum ancianorum, comunancie et populi Paduani et presentibus et consencientibus consiliariis omnibus dicti comunis Paduani in palacio comunis Padue, 25 ubi congregatur maius consilium dicti comunis, ad sonum campane voce preconum more solito congregatis et omni iuris et statutorum et consuetudinum civitatis Padue ordine et solepnitate servatis, et ipsi ançiani et consiliarii omnes cum auctoritate et decreto dicti domini potestatis nomine et vice comunis seu universitatis civitatis Padue unanimiter et concorditer nemine discrepante fecerunt, constituerunt et ordinaverunt discretum 30 virum dominum Anthonium condam domini Henrici de Vico Argeris civem civitatis Padue ibi presentem et volentem et mandatum sponte suscipientem suum et dicti comunis et universitatis civitatis Padue sindicum, procuratorem et nuncium et quidquid melius esse potest ad comparendum coram serenissimo principe domino Henrico Dei gratia[a] rege semper augusto et ad profitendum in presencia ipsius et ad eius postulationem, 35 quod civitas Paduana, territorium et districtus subsunt sibi et Romano imperio et quod cives Paduani omnes et singuli et illi de territorio et districtu omnes et singuli sunt subditi et fideles ipsius et sacri Romani imperii, et quod ipse dominus rex et imperium habet in dicta civitate et territorio et districtu merum et mixtum imperium et iurisdictionem omnimodam, et ad obediendum ipsi domino regi et mandatis ipsius. Et ad 40 faciendum et iurandum et animas ipsorum et cuiuslibet eorum obedienciam et fidelitatem ipsi domino regi et ipsius catholicis et legittimis in imperio successoribus. Et

624. a) Romanorum *deest or.*

ad promittendum et promissiones, pacta et conventiones, contractus et obligationes tam reales quam personales faciendum, celebrandum et contrahendum et ad prestandum in animas ipsorum et cuiuslibet eorum cuiuslibet generis iuramentum. Et ad impetrandum et obtinendum gratias, privilegia et rescripta et confirmationes privilegiorum et iurium pro comuni Padue facientium ab ipsius clementia et maiestate. Et generaliter ad omnia alia et singula faciendum, que in predictis et circha predicta necessaria fuerint vel utilia, quantumcunque mandatum exigant speciale. Dantes et concedentes ei liberam et generalem administrationem in omnibus et singulis supradictis et pertinentibus ad predicta et quodlibet predictorum, et promittentes eorum propriis nominibus et nomine et vice comunis et universitatis civitatis Padue michi Riceleto notario infrascripto tamquam publice persone stipulanti et recipienti nomine et vice eiusdem domini regis et sacri imperii et omnium et singulorum, quorum interest vel intererit, sese et dictam universitatem et dictum comune Padue rata, firma et grata habere et tenere perpetuo omnia ea et singula, que per dominum sindicum et procuratorem facta, acta fuerint sive gesta. Et contra ipsa vel aliquod eorum nullo modo facere vel venire aliqua ratione vel causa sub obligatione omnium bonorum suorum et dicte universitatis. Que omnia pro sic attendendo et observando michi notario infrascripto tamquam publice persone, recipienti nomine et vice dicti domini regis et sacri imperii et omnium et singulorum, quorum interest vel intererit, pignori obligaverunt[b].

625. *HOMAGIUM CIVITATIS.* *Iun. 6.*

Sistimus ex J *imbreviatura Bernardi in eodem tabulario l. c. Mazzo 3 nr. 23 (= Doenniges Ms. IV, de quo v. supra ad nr. 563) fol. 16. 17 asservata, ubi adhuc aliae imbreviaturae sequuntur (Doenniges l. c. II, 11 nr. 7—10). In verso Bernardi manu scriptum est:* Fidelitas Padue. Item hominum et castri de la Terino Aretine diocesis. *Edidit Doenniges l. c. II, 10 nr. 6.*

Cf. etiam investituram Manfredi comitis Paduani, Doenniges l. c. II, 10 nr. 9.
(P. deest.)

(1) Anno Domini millesimo III[c] XI, ind. IX, die VI. mensis Iunii, discretus vir dominus Anthonius filius quondam domini Henrici de Vico Argeris civis civitatis Padue, syndicus, procurator et nuncius universitatis, comunis, potestatis, anczianorum et consiliariorum civitatis Padue, de quo sindicatu apparet per quoddam publicum instrumentum[1] scriptum manu Richeleti filii domini Liberalis notarii publici civitatis Padue, nomine et vice universitatis, comunis, potestatis, antianorum, consiliariorum et totius territorii et districtus civitatis Padue et pro eis et quolibet ipsorum, ad postulacionem serenissimi domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti confessus fuit et publice recognovit, quod civitas Padue, territorium et districtus, universitas et comune subest eidem domino regi et Romano imperio et quod omnes et singuli de dicta civitate et de territorio et districtu eius sunt subditi et fideles ipsius domini regis et sacri imperii et esse debent, et quod ipse dominus rex et sacrum imperium in eis et in tota civitate et districtu et territorio Paduano habent et habere debent merum et mixtum imperium et omnimodam iurisdictionem.

(2) Eapropter idem sindicus, procurator et nuncius nominibus quibus supra delato sibi sacramento, corporaliter tactis sacris euangeliis in animas dictorum potestatis, anczianorum et consiliariorum et omnium et singulorum de dicta civitate, territorio et districtu fecit et ad sancta Dei euangelia iuravit fidelitatem dicto domino regi et iuravit etiam et promisit nominibus quibus supra dicto domino regi:

624. b) *subscriptio notarii deleta est or.*

1) *Supra nr. 624.*

quod de cetero dicta civitas Paduana, territorium et districtus et omnes et singuli habitantes et qui in futurum habitabunt in dictis civitate, territorio et districtu per sese et eorum heredes erunt fideles et subditi dicto domino regi et sacro Romano imperio et eius catholicis et legitimis successoribus in imperio. Et quod non erunt in aliquo 5 colloquio et tractatu vel opere, ubi tractetur vel fiat aliquid, quod pertineat vel redundet vel redundare possit in detrimentum, lesionem vel dampnum vel aliquam diminutionem persone, honoris, status aut iurium ipsius domini regis vel sacri imperii. Et si ibi fuerint, ubi predicta vel aliqua predictorum tractarentur vel fierent, illa impedient suo posse, et si impedire non possent, eidem domino regi per se, nuncios 10 vel litteras quam citius potterunt notificabunt. Et quod obedient mandatis ipsius et ipsum iuvabunt et deffendent contra omnes personas et universitates suo posse et bona fide tam ad tuendum et conservandum ipsum et gentem suam et honores et bona sua et sacri imperii, quam ad recuperandum ea que non habet, que ad sacrum imperium pertinent. Secretum sibi commissum nemini sine sua licentia revelabunt. 15 Consilium ab eis petitum bonum et utile secundum eorum conscientiam ei dabunt.

Hec et omnia alia et singula, que in sacramento et capitulis fidelitatis tam nove quam veteris continentur, attendere et observare et nullo modo contrafacere vel venire promisit sub obligatione omnium bonorum suorum et dicti comunis et universitatis.

Et preceperunt dictus dominus rex et sindicus nobis etc.

20 Actum est hoc in exercitu ipsius domini regis posito ante civitatem Brixie, in loco quo idem dominus rex habitabat. Presentibus dominis episcopo Leodiensi, episcopo Gebenensi, Ysnardo archiepiscopo Thebano, fratre P(etro) episcopo Bobiensi, comite Sabaudie, Walerano, principe Achaye, Alboyno de Scala, Passarino de Mantua, Hugone et Guydone Delphini, Frederico de S(ca)la, Marvello Malespine, comite Philippo, Symone [de 25 Colu]biano[a], Andrea de Guarretis.

626. *SCRIPTUM REGIS PRIUS.* *Iun. 9.*

Contulimus 1) *codicem A 261 inf. bibliothecae Ambrosianae Mediolanensis saec. XV. fol. 10. Contulit etiam* 2) *codicem Vaticanum lat. 2962 fol. 9' vir d. Henricus Pogatscher. Est rubrum in* 2: forma literarum Romanorum regis super regimine Paduanorum. *Cum* 30 *codicibus editio Muratoriana l. c. X, 368 parata fere omnino convenit. — Böhmer, Reg. Heinr. 398.* *(P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

(1) Tunc fidelium et devotorum imperii multipliciter accenditur devotio, cum muni- 35 ficentiam regiam et in iustitia facilem et in exhibenda gratia senserit liberalem. Hinc est quod sapientum virorum[a] consilii et comunis civitatis Padue[b], dilectorum fidelium nostrorum, tranquillitati favorabiliter prospicere cupientes, concedimus et de benignitate regia indulgemus eisdem, ut singulis sex mensibus quatuor probos viros ydoneos nobis et imperio fideles eligere valeant et eorum electionem noticie nostre suis patentibus 40 litteris sigillatis sigillo dicti comunis intimare, si in partibus Lombardie vel Tuscie aut aliis citra montes Lombardie vel in urbe Romana fuerimus constituti. Nosque de predictis quatuor unum quem volemus dabimus et preficiemus in vicarium et rectorem dicte civitatis Paduane, dumtaxat ad sex menses, nostrisque patentibus litteris sigillo regio munitis . . episcopo Paduano, qui pro tempore fuerit, vel alii persone ydonee 45 Padue commoranti committemus, quod ab eodem vicario sic auctoritate regia prefecto sacramentum recipiat nostro nomine. Qui regimen predicte civitatis et districtus ipsius

625. a) *uncis inclusa illegibilia in J.*

626. a) et *add.* 2. b) Pad. civitatis 2.

bene, legaliter et fideliter ad honorem et utilitatem nostram et imperii exerceat et gubernet. (2) Si vero extra terminos Lombardie ac Tuscie aut alias citra montes Lombardie vel urbis Romane nos existere contingeret, electio predictorum quatuor generali significetur nostro vicario Lombardie. Qui unum ex eisdem preficiat in vicarium civitatis predicte quem voluerit, modum et formam nostram predictam per omnia servaturus. (3) Hanc autem concessionem et indulgentiam a data presentium tantummodo per sex annos immediate sequentes volumus in suo robore permanere, nisi ex uberioris dono gratie dictum terminum deliberaverimus ampliandum. (4) Idem quoque vicarius dictam civitatem et districtum suum, prout iuste tenet et possidet, in statu comuni et pacifico nostro nomine[c] regat ad honorem Dei, nostrum et imperii secundum leges et consuetudines et iuxta statuta et ordinamenta approbata et approbanda. Que statuta, leges et ordinamenta contra Deum non sint nec in preiudicium honoris nostri et imperii memorati. (5) Volentes autem civitatem Padue predictam desiderato tranquillitatis gaudere comodo et ab incomodis per regalem providentiam preservare, ipsam civitatem et districtum, homines et status eius in nostram protectionem et defensionem specialiter duximus assumendos ipsosque ab omni salario presidis nostri[d] provincie eximendos, mediantibus viginti millibus florenorum[1] boni et puri auri annis singulis nostre camere ab eisdem tradendis et etiam applicandis. In cuius rei testimonium presentes litteras scribi et nostre maiestatis[e] sigillo iussimus communiri.

Dat.[f] in castris ante Brixiam, quinto Idus[g] Iunii, indic. nona, anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, regni vero nostri anno tertio.

627. *SCRIPTUM REGIS ALTERUM. Iun. 9.*

Item ex 1 *fol. 10 et* 2 *fol. 10. Cf. Muratori l. c. X, 371. — Böhmer, Reg. Heinr. 399. (P. deest.)*

Henricus [Dei gratia][a] Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

(1) Decet maiestatem[b] regiam causas, que dissenssionum [et] errorum inter fideles imperii producere poterunt discrimina, diligenti sollicitudine removere ac pacifico statui commendare. Nam dum quietis animis ac[c] mentibus sunt conformes, ad nostrum obsequium et imperii devotionem utilius se disponunt. (2) Volumus igitur et ordinamus, quod singulares homines Paduani spoliati suis bonis, iuribus et possessionibus immobilibus per quoscumque homines civitatis et districtus Vicentie die decima quinta mensis Aprilis proxime preteriti, qua die Vicentia resumpta fuit de custodia civitatis Padue, et ab eodem die citra restituantur ad bona immobilia et possessiones suas immobiles sine placito vel querela. Qui[bus] iidem restituti utantur et fruantur absque quolibet onere vel gravamine indebito. Salvo tamen, quod dicti Paduani bona, iura et possessiones huiusmodi comuni Vicencie aut singularibus personis civitatis vel districtus eiusdem iusto precio vendere teneantur, si dictum comune Vicentie vel singulares persone civitatis vel districtus eiusdem voluerint comparare. Reservato omni iure cuilibet, ita quod per predicta nulli in iure suo preiuditium generetur. De mobilibus vero Paduanorum, que habent vel habebant in civitate, territorio vel districtu Vicentino, que ad manus Vicentinorum pervenerunt, eisdem fieri volumus per vicarium Vicencie iusticie complementum. (3) Eodem modo per omnia in restitutione possessionum, iurium et bonorum immobilium et mobilium[d], que Vicentini[e] in civitate et districtu Padue vel alibi per dictos

Apr. 15.

626. c) nomine nostro 2. d) nostre 2. e) magestatis 2. f) Data 1. g) yd. 2.
627. a) *deest* 1. 2. b) magestatem 2. c) et 2. d) et mobilium *exciderunt* 1. e) et *add.* 2.
1) *Cf. infra nr. 628.*

Paduanos occupata in predicto die vel ab eodem citra habuerunt vel habent, sancimus et volumus observari. Ordinantes et dicentes, omnes et singulos cives Paduanos captos in prefata die vel postmodum in ipsa civitate Vicentie per nostros vel per[f] cives Vicentinos vel advenas relaxari. (4) Adiicimus[g] insuper et iubemus, quod[h] comune Vicencie 5 et singulares persone ac universitates ipsius debita, in quibus ipsis Paduanis obligati noscantur[i], ut omnis questionis materia conquiescat, satisfaciant ut tenentur, et Vicentinis per Paduanos modo simili de suis debitis satisfiat. In cuius rei testimonium presentes litteras exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Dat.[k] in castris ante Brixiam, quinto Idus[l] Iunii, anno Domini millesimo trecente- 10 simo undecimo, inditione nona, regni vero nostri anno tertio.

628. *PROMISSIO PADUANA.* *Iun. 10.*

Ex eadem imbreviatura J *ut supra nr. 625 fol. 17'. Edidit Doenniges l. c. II, 11 nr. 10. Cf. supra nr. 626 cap. 4.* *(P. deest.)*

Anno et loco quibus supra, die X. mensis Iunii, presentibus fratre Ysnardo archi- 15 episcopo Thebano, episcopo Leodiensi, episcopo Gebenensi, domino Andrea Guarreti et magistro Henrico de Geldonia. Sindicus Paduanus promisit C[M] florenorum ad terminos infrascriptos, videlicet LX[M] infra unum mensem a die presenti exclusive, numerandum in camera domini. *Iul. 10.*

Item XX[M] flor. prima die mensis Augusti proximi. *Aug. 1.*

20 Item reliquas XX[M] flor. in festo assumptionis beate Marie virginis proximo. *Aug. 15.*

Item dabunt pro salario presidis militum et clientum pro presenti anno usque ad festum nativitatis Domini proximum XX[M] flor. auri. Et deinde quolibet anno eadem de causa et eodem termino XX[M] florenorum. *Dec. 25.*

---

629. 630. COMMISSIO VICARIATUS CIVITATIS 25 TERVISINAE.

1311. Mai. 10.

629. *SCRIPTUM VICARIO DIRECTUM.*

Denuo contulimus codicem saec. XVII. bibliothecae Tervisinae 'Raccolta Scoti tom. IV' pag. 66, ubi sumptum est 'da un Libro di lettere della Cancelleria del Comune segnato 30 1314' hodie deperdito fol. 11 (= Verci, Storia della marca Trivigiana V, 138 nr. 526). — Böhmer, Reg. Heinr. 391. *(P. deest.)*

Henricus[a] Dei gratia Romanorum rex semper augustus strenuo viro Rizardo de Camino vicario Tervisii, fideli suo dilecto gratiam suam et omne bonum.

Quanto nobis est cordi propensius servare iustitiam universis, tanto cogitare debe- 35 mus attentius illius administrationi preficere viros et industria providos et cum votiva fide predicte iusticie amatores. De probitate siquidem, industria, legalitate et fide tua

627. f) *deest* 1. g) Addicimus 2. h) p *add.* 1. i) noscuntur 2. k) Data 1. 2. l) yd. 2.

629. a) *praecedit:* Hoc est exemplum cuiusdam exempli, cuius tenor talis est *c.*

plenam gerentes fiduciam, te ad salarium annuum, de quo concors fueris cum eisdem, in vicarium nostrum civitatis Tervisii, territorii et districtus eiusdem quoad vixeris tenore presentis duximus statuendum, et que sunt meri et mixti imperii ac simplicis iurisdictionis tibi plenarie comittentes ac facientes te ordinarium in premissis, plene confisi quod huiusmodi officium et regimen singulis sine personarum exceptione ministrando iustitiam et neminem gravando rancore vel odio seu relevando iniuste pretio, gratia vel amore prudenter et fideliter exercebis. Ea tamen conditione quod si te ante tuum obitum ab ipso contigerit vicariatus officio, prout fieri potuerit, removeri, promittimus tibi tuisque heredibus XVI^M florenorum auri reddere et restituere integre ante remotionem predictam, omni contradictione et exceptione remota, quas pro quibusdam utilibus imperii Romani negotiis et neccessariis a procuratore tuo de pecunia tua et tuo nomine[b] ex causa mutui in numerata pecunia recepimus[1]. Inter nos et procuratorem predictum hoc facto in ipso[c] contractu mutui et expresse in ipsa numeratione apposito, ut nec nos nec successores nostri, quamdiu vixeris nec fueris remotus ab officio vicariatus civitatis et districtus Tervisii ut supra toto tempore vite tue commisso, ad reddendum illos tibi vel tuis successoribus teneamur[d]. Immo si te mori contigerit in officio vel ante amotionem nostram ab eodem, eo ipso nos et successores nostri sumus ab omni obligatione civili et naturali ipsius debiti seu mutui liberati. In quorum omnium testimonium presentes litteras scribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Dat.[e] Cremone, VI. Idus Maii, anno Domini millesimo trecentesimo, regni vero nostri anno tertio.

630. *SCRIPTUM CIVITATI MISSUM.*

Item pag. 64 sumptum ex eodem Libro fol. 10 (= Verci V, 139 nr. 527). — Böhmer, Reg. Heinr. 392. *(P. deest.)*

Henricus[a] Dei gratia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris consilio et comuni Tervisii necnon universis hominibus territorii et districtus eiusdem, fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum.

Quanto nobis est cordi propensius servare iustitiam universis, tanto cogitare debemus attentius illius administrationi preficere viros et industria providos et cum votiva fide preditos iustitie amatores. De probitate siquidem, industria, legalitate et fide strenui viri domini Rizardi de Camino fidelis nostri dilecti plenam gerentes fiduciam, ipsum ad salarium annuum, de quo concordes fueritis cum eodem, in vicarium nostrum civitatis Ter(visii), territorii et districtus eiusdem ad nostrum beneplacitum tenore presentis duximus statuendum, et que sunt meri et mixti imperii ac simplicis iurisdictionis sibi plenarie comittentes[b] ac facientes ipsum ordinarium in premissis, plene confisi quod huiusmodi officio et regimine singulis sine personarum[c] exceptione[d] ministrando iustitiam et neminem gravando rancore vel odio seu relevando[e] iniuste pretio vel amore prudenter et fideliter exercebit. Quocirca fidelitati vestre damus hoc edicto regio firmiter in mandatis, quatinus predicto Rizardo vicario nostro in premissis et omnibus aliis, que ad statum et regimen huiusmodi spectare noscuntur, toto tempore sui vicariatus pareatis humiliter et fideliter intendatis. Alioquin penas et banna, quas ipse tulerit, latas et firmas tenentes, ipsas faciemus contra transgressores irremisibiliter observari. Presentium testimonio litterarum nostre maiestatis sigilli robore signatarum.

Dat.[f] Cremone, VI. Idus Maii, anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, regni vero nostri anno tertio.

629. b) numeravit *add. c.* c) in ipso *bis scriptum c.* d) teneantur *c.* e) Data *c.*

630. a) *praecedit:* Hoc est exemplum cuiusdam littere, cuius tenor talis est *c.* b) comittendo *c.* c) partium *c.* d) acceptatione *c.* e) revelando *c.* f) Data *c.*

1) *De hac re documenta servata non sunt.*

631. 632. SCRIPTA AD CIVITATEM CREMONENSEM SPECTANTIA.

1311. Mai. 10.

631. *SENTENTIA REGIS CONTRA REBELLES CREMONENSES ET* 5 *GUIDONEM DE LA TURRE.*

Denuo contulimus transsumtum a. 1311. Mai. 28. factum[1], *cuius autographon servatur Taurini in tabulario regio 'Diplomi imperiali Mazzo 3 nr. 11' signatum. Edidit Doenniges 'Acta Henrici VII.' II, 148 nr. 22.*

Sequitur in eodem instrumento etiam ratificatio et homagium civitatis; v. infra 10 *cap. 6. — Böhmer, Reg. Heinr. 393.* *(P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad notitiam presentium et memoriam futurorum.

(1) Ex presenti serie declaramus, quod considerantes gravia et enormia maleficia et delicta, que infrascripti de civitate et districtu Cremone contra nos et in dampnum 15 et iniuriam nostram et totius imperii commiserunt, in eo quod fuerunt principales auctores et factores rebellionis facte contra nos et nostram regiam maiestatem, et in eo quod suis suasionibus et tractatibus et operibus fraudulosis dictam rebellionem tractarunt, committentes etiam crimen lese maiestatis, et etiam in eo et super eo quod seditionem et tumultum fecerunt et fieri fecerunt, incita[n]tes populum Cremonensem ad seditionem 20 et tumultum in dicta civitate Cremone contra vicarium, qui ibi pro nostra regia maiestate erat, ipsum inde tractate, dolose et appensate expellentes et expelli enormiter facientes in grave preiudicium, dampnum et iniuriam nostram et totius Romani imperii, item in eo et super eo quod violatores et fractores fuerunt pacis et concordie facte et etiam sacramento eorum firmate, expellendo de civitate Cremone illos concives suos, qui per 25 sententiam nostram et de voluntate ipsorum in dictam civitatem Cremone fuerant restituti, et etiam in eo et super eo quod disturbatores fuerunt reformationis totius status provincie Lombardie, et etiam in eo quod Guidonem de la Turre rebellem nostrum et imperii et alios similiter rebelles et hostes receptarunt in dicta civitate Cremone, cum eisdem tractantes in grave scandalum regie maiestatis delicta et crimina supradicta et 30 infrascripta, et etiam in eo quod muniverunt civitatem predictam Cremone et vias, pontes

1) *Verba transsumti hic ponere liceat:* Hoc est transsumptum cuiusdam instrumenti publici seu sententie late per serenissimum principem dominum Henricum Dei gratia Romanorum regem semper augustum, cuius tenor talis est:

'Henricus Dei gratia — meoque signo signavi.'

35 Lectum et auscultatum fuit transsumptum predictum cum originali sententia suprascripta coram sapientibus viris dominis Homine de Peretulo decretorum, Ugone de Sancto Audomaro ac Palmerio de Altovitis legum doctoribus, iudicibus et officialibus predicti domini regis, ad hoc interponentibus sua auctoritates et decreta, sub palatio maiori comunis Cremone, presentibus domino Iacomino de Ronco et Michelino de Azanello de Cremona ac magistro Cicco de Imola testibus. Anno Domini millesimo 40 trecentesimo undecimo, inditione nona, die XXVIII. Maii, regni domini regis predicti anno tertio.

(S. N.) Et ego Guidottus quondam Iohannis de Cixero loci de Herba Mediolanensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, prout vidi et inveni in originali sententia supradicta, ita hic de verbo ad verbum nil addito vel mutato preter punctum forte vel silabam, quod sensum mutet vel variet intellectum, lecture, auscultationi ac decretorum sive auctoritatum interpositioni predictis una 45 cum predictis testibus interfui et de mandato predictorum dominorum iudicum fideliter publicavi et scripsi signumque meum apposui consuetum.

et stratas civitatis eiusdem dolose fregerunt ad disturbandum et impediendum nostrum et exercitus nostri felicem adventum, et etiam in eo quod eorum malivolis studiis et exemplis alias civitates, terras et gentes ad rumpendas paces et ad rebellionem contra nos et maiestatem regiam induxerunt, tractantes predicta et alia plura nefanda cum pluribus aliis civitatibus, baronibus et comunitatibus, personis et locis in nostri et totius imperii maximum preiudicium et iacturam, nos etiam et personam nostram verbis, scriptis et factis dolosis et falsis ubique et undique infamantes, super quibus omnibus criminibus et offensis citati et requisiti per vicarium nostrum venire contumaciter contempserunt, eorum delicta et crimina, que tamen notoria sunt et nulla possunt tergiversatione cellari, ipsorum fuga et absentia confitendo et se in bannis incurrere permittendo, que omnia suadente iustitia absque gravi scandalo nostro et totius imperii dissimulare nequimus, cum sint iusticia cohercendi, quos constat gratiam non secutos, quia vitia transmittit ad posteros, qui presentibus culpis ignoscit, et vindicta digni sunt, qui aliis fuerunt causa periculi, ideo Christi nomine invocato, premissa super omnibus predictis et infrascriptis deliberatione solenni, cum consilio et de consilio procerum nostrorum in hiis scriptis sententiamus, pronunciamus et condempnamus contra infrascriptos et bona ipsorum, ut inferius continetur:

(2) (I) In primis quod omnes et singuli infrascripti et eorum heredes ipso iure sint privati omnibus gratiis, privilegiis et immunitatibus, que vel quas a nobis et nostris antecessoribus tam regibus quam imperatoribus Roman(is) hactenus habuerunt, et exnunc omnibus predictis privamus eosdem, ita etiam quod filii dictorum infrascriptorum ab omnibus bonis et successione ipsorum perpetuo sint exclusi.

(II) Item quod dicti infrascripti et quilibet eorum tanquam hostes et rebelles nostri et Romani imperii habeantur et sint infames et intestabiles et ab omnibus actibus legitimis perpetuo sint exclusi.

(III) Item quod omnia bona ipsorum infrascriptorum tam mobilia quam immobilia, iura et nomina debitorum confischentur et laudentur fisco nostro et camere nostre et exnunc dicta bona, iura et nomina dicto fisco et camere confiscamus et applicamus.

(IV) Item quod dicti infrascripti sint extra nostram et totius imperii protectionem et quod impune a quolibet realiter et personaliter possint offendi.

(V) Item quod aliqua persona non debeat eos receptare nec dare eisdem seu alicui ipsorum auxilium, consilium vel favorem et hoc sub pena ad arbitrium nostrum. Et si contingat eos vel aliquem seu aliquos ipsorum infrascriptorum capi vel venire in fortiam vel virtutem nostram seu officialium nostrorum, exnunc eos ultimo supplicio condempnamus.

(3) Que omnia non obstantibus aliquibus legibus vel iuribus, que contrarie viderentur, et maxime illis, que in absentes capitales sententias ferri vetant, ex certa scientia de plenitudine potestatis mandamus et volumus observari.

(4) Nomina vero predictorum sunt hec:

De porta sancti Laurentii Guilelmus [et] Iacobus de Cavalcabobus, Trinchinus de Ponzonibus, Petrus de Ponzonibus, Nicolinus de Gadio cui dicitur Gamaitus, Gerardus de Stephanis, Anzelerius de Malavischis, Dalfinus de Taiabobus, Ponzinus de Ponzonibus, Aloysius de Cavalcabobus, Capra de Guazonibus, Nicolinus de Vighizolo, Massamutus de Belavitis, Zamboninus et Symoninus de Schizis.

De porta Natalis Rubeus de Burgo, Pelegrinus de Picenardis, Croceus, Folchinus, Nigrinus, Thebaldus, Paganus, Ghalioctus, Henriginus, Riciardus, Maninus omnes de Pomponesco, Boninus de Strusiis, Ioh[an]inus de Burgo, Iacobinus filius Martini de Persico, Iacobinus de Persico, Ottolinus de Casamala, Ponczinus Princivallis de Picenardis, Boninus de la Ciria, Octinus de Burgo.

De porta Ariberti Guazinus de Gosalengo, Iacominus de Barcis, Civallus de Mareanis, Gerardus de Cortisiis, Lanzalottus de Vassallis, Frassinus Bastardi de Cortisiis, Ottolinus Gerardi de [Cortisiis], Nicolinus de Cortisiis, Todeschinus de Mareanis, Curadus de Oldoinis, Antoniolus de Cortisiis, Tarintanus de Cappella, Albertinus de Posolis, 5 Octinus [et] Maretinus de Mareanis, Çavallia de Alco, Iohaninus de Pila, Clericus et Bos de Oldovinis, Bernardus de Bartis, Gerardus de Arzemboldis, Bartholinus de Alfiano, Adriolus de Tinctis.

De porta Pertusii Dondeus de Claro, Bernardus de Summo, Uginus de Summo, Polinus de Sancto Sillo, Morettus de Summo, Cembonus et Campionus de Ferrariis, 10 Thomasinus de Caymo, Andriolus de Raymundis, Pinus de Vernatiis, Gregorius de Summo, Lambertinus de Sydolis, Bernardus [et] Morettus de Manno.

(5) Et cum Guido de la Turre de civitate Mediolani et Franceschinus et Symoninus filii dicti Guidonis et alii eorum sequaces de Mediolano rebelles nostri et sacri imperii fuerint radix et origo omnium predictorum malorum et spiritu maligno imbuti 15 nequiter procuraverint, ordinaverint, suasserint et instigaverint predictos et plures alios ad omnes et singulos predictos excessus committendos et alia plura nefanda commiserint contra nos et sacrum Romanum imperium, de quibus alias per nostrum vicarium Mediolanensem requisiti in banno contumaciter existentes condempnati fuerunt, nos ipsam condempnationem factam per dictum nostrum vicarium[1] auctoritate regia confirmamus 20 et ipsos Guidonem, Franceschinum et Symoninum et predictos eorum sequaces nostros et sacri imperii rebelles de civitate Mediolani et quemlibet eorum iterum presenti nostra sententia ex certa scientia in omnibus et singulis articulis et casibus antedictis, in quibus predictos Cremonenses condempnavimus, eos condempnamus et condempnatos fore iudicamus ex nostre plenitudine potestatis.

25 Lata et pronuntiata fuit predicta sententia et ea que in ipsa continentur et facte condempnationes, prout superius continetur, per ipsum dominum regem pro tribunali sedentem in suo palatio maiori Cremone ante maiorem ecclesiam dicte civitatis et presente populo civitatis predicte ibi in platea et presentibus testibus domino Wallerandro fratre dicti domini regis, domino Amadeo comite Sabaudie, domino Iohanne Iacobi de 30 Roma et domino Palmerio de Altovitis de Florentia iudicibus predicti domini regis et pluribus aliis. Sub millesimo trecentesimo undecimo, indic. nona, die X. Madii, hora tertie, regni vero dicti domini regis anno tertio.

---

(6) Anno, die et loco predictis. Noverint universi presens instrumentum inspecturi, quod Fredericus de Archidiaconis syndicus comunis Cremonensis, ut de sindicatu constat 35 instrumento[2] scripto manu Frederici de Advocatis de Cremona notarii, dictam sententiam[3] et quecunque in ipsa continentur et etiam aliam sententiam[4] hodie silicet nunc proxime latam per ipsum dominum regem contra comune et universitatem hominum Cremone et quecunque in ipsis sententiis et qualibet earum continentur, dicto syndicario nomine ratificavit et approbavit et dicto sindicario nomine in presentia et de voluntate 40 populi Cremonensis sacramentum fidelitatis ad sancta Dei evangelia corporaliter tactis evangeliis fecit[5] et interposuit ipsi domino regi sub omnibus illis capitulis et ordinamentis, que sub sacramento fidelitatis novo et veteri continentur, presentibus testibus supradictis.

Et ego Norius de Forolivio publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius 45 predictis omnibus et singulis interfui et ea mandato predicti domini regis scripsi et in publicam formam redegi meoque signo signavi.

1) *De his documenta non supersunt.* 2) *Servatum non est.* 3) *Supra cap. 5.* 4) *Supra cap. 1—3.* 5) *Cf. nr. 632.*

632. *IURAMENTUM FIDELITATIS CIVIUM.*

Ex eodem instrumento hic illic corroso proponimus, ex quo iam supra nr. 532 edidimus. Post verba vocatis et rogatis *verba huius iuramenti statim sequuntur. Edidit Bonaini l. c. Cf. iam supra nr. 631 cap. 6.* *(P. deest.)*

Post predictorum[1] vero omnium complementum, annis Domini millesimo trecentesimo undecimo, indictione nona, decima die mensis Maii, dicto serenissimo principe domino Henrico Dei gratia Romanorum rege semper augusto cum suis proceribus, baronibus, nobilibus ac pluribus aliis venerandis personis supra quoddam palatium magnum, quod dicitur palatium comunis Cremone [maius][a], existente universitateque comunis et populi dicte civitatis subtus dictum palatium voce preconia campaneque sonitu congregata, prout moris est, Fredericus de Archi[diaconis], syndicus et procurator dictorum comunis et hominum civitatis Cremone, ibidem existens in presentia dicti domini regis dictas recognitionem, iuramentum fidelitatis et alia omnia superius gesta [. . . . .][b] prestitit dicto domino regi secundum formam superius expressam per Franciscinum primum syndicum dictorum comunis et populi Cremonensis. Quibus sic omnibus rite completis, in signum fidelitatis perfecte osculatus est dictus syndicus pedes dicti domini regis totaque universitas comunis et populi ibidem existens viva voce clamavit: 'vivat, vivat dominus rex' et dictas fidelitates, recognitiones et omnia alia superius gesta per suos syndicos et procuratores laudavit, ratificavit et approbavit. Qui dominus rex dictas fidelitatem, recognitionem, laudationem, ratificationem, approbationem et omnia alia superius gesta gratiose acceptavit et mandavit michi Iohanni notario infrascripto, ut de predictis facerem publicum instrumentum unum vel plura.

Acta sunt hec anno, die, mense, indictione et loco predictis, presentibus patribus reverendis dominis Theobaldo Leodiensi, Gerardo Constantie episcopis, dominis Walramo fratre domini regis, Lupoldo duce Austrie, Amedeo comite Sabaudie, dominis Andrea Garret de Ast, Iohanne de Roma et Palmerio de Altavitis legum doctoribus et pluribus aliis testibus ad premissa vocatis et rogatis.

(S. N.) Et ego Iohannes de Dyst dictus de Cruce clericus Leodiensis dyocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, premissis recognitionibus, fidelitatibus, iuramentis, laudationi, approbationi et ratificationi ac omnibus aliis superius gestis una cum predictis testibus presens interfui et hanc cartam in publicam formam redegi meoque signo consueto signavi rogatus.

---

633. 634. FIDELITAS CAZULINORUM.

1311. Iun. 7.—Iul. 6.

633. *PROCURATORIUM CAZULINORUM. Iun. 7.*

Denuo inspeximus autographon Taurini in tabulario regio 'Diplomi imperiali Mazzo 3 nr. 13' servatum. Edidit Doenniges 'Acta Henrici VII.' II, 151 nr. 23.

(P. deest.)

632. a) *lacuna unius verbi or.; supplevimus nos.* b) *lacuna 2—3 verborum or.*

1) *V. supra nr. 532.*

In nomine Domini amen.

Domini Petrus Caczolinus filius domini Aycardi Caczolini condam domini castri Rivernate dioc. Albinganensis, Caczola Caczolinus, Vivaldus Caczolinus nepotes ex linea masculina prefati domini Aycardi, videlicet filii domini Ughonis Caczolini filii dicti domini
5 Aycardi condam, Bartholomeus Caczolinus et Bernabos filii domini Leonis Caczolini condam filii dicti condam domini Ughonis, cives Albinganenses fecerunt, constituerunt et ordinaverunt Antonium Ubertum de Zucharello quamvis absentem suum et cuiuslibet ipsorum procuratorem, actorem legitimum, negotiorum gestorem et in locum ipsorum et cuiuslibet ipsorum constituentium possuerunt, prout melius de iure potuerunt, ad
10 presentandum se nomine ipsorum imperatorie magestati et ad iurandum sibi seu eius vicario vel alteri persone, cui placuerit ipsi imperatorie maiestati, fidelitatem et homagium, sicut iurant et iurare debent nobiles feudatarii sive vassalli imperatorie magestati, et quolibet alio modo, qui placuerit ipsi domino imperatori. Et ad requirendum et recipiendum investituram nomine ipsorum Caczolinorum de castro Rivernate et de om-
15 nibus et singulis terris et hominibus, iurisdictionibus et notabilitatibus et feudis omnibus, de quibus dictus dominus Aycardus condam fuit investitus per dominum Manfredum marchionem Lanceam sacri imperii condam vicarium a Papia superius[1] vicarium generalem. Et ad faciendum et administrandum nomine ipsorum dominorum Caczolinorum, que ipsi domino imperatori placuerit et super animas ipsorum et in animabus
20 ipsorum, que ipsi Caczolini et quilibet ipsorum, si presentes essent vel esset, facere possent vel posset. Promitentes predicti Caczolini singulariter singuli et universaliter universi michi notario infrascripto tanquam publice persone stipulanti et recipienti nomine et vice sacri imperii et omnium, quorum interest et interesse poterit, habere perpetuo et tenere firma et rata omnia et singula, que in predictis et descendentibus ex predictis
25 et quolibet predictorum per dictum Antonium facta fuerint iurata, promissa et administracta, ad penam et sub pena dupli totius eius, in quo contra fieret, sub obligatione omnium bonorum ipsorum Caczolinorum et cuiuslibet ipsorum.

Actum Albing(ane), anno nativitatis Domini millesimo tricentesimo undecimo, inditione nona, die septima Iunii. Testes: Gulleracius de Domibus, Petrus de Domibus
30 et Manuel de Podolio, omnes de Arnascho, rogati.

Et ego Manuel de Caro sacri imperii notarius rogatus scripsi.

634. *PRIVILEGIUM REGIS. Iul. 6.*

Cum nec autographi nec apographi copiam habeamus, editionem Lünigianam 'Codex Italiae diplomaticus I, 2215' hic repetendam esse valde dolemus. Orthographiam hic illic
35 *correximus textumque ope formae generalis supra nr. 525 editae restituimus.*

Loco Iunii *potius* Iulii *legendum esse contenderim. — Böhmer, Reg. Heinr. 396.*

(P. decst.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

40 Accedens [ad] nostre maiestatis presentiam providus vir Antonius Uberti de Zucarello, procurator Petri Cazulini filii quondam Azardi Cazulini quondam domini castri Rivernate diocesis Albinganensis, Cazole Cazulini, Vivaldi Cazulini, Bartholomei Cazulini et Bernabonis Cazulini nobilium[a] Albinganensium fidelium nostrorum, recognovit se procuratorio nomine predictorum feuda sua, videlicet castrum Rivernate cum villis Arnaschi,

45 **634.** a) *sic ed.*

1) *Hanc investituram in Regestis imperii V. non inveni. Manfredus inde ab a. 1238. officio illo fungebatur; cf. l. c. V, 2334a.*

Cenesis, Arvelii, Besii et Monosii cum onoribus et iuribus eorum a nobis et imperio tenere, nobis humiliter supplicando, quatinus ipsum de feudis huiusmodi procuratorii nomine predictorum investire de benignitate regia dignaremur. Devotis igitur et instantivis ipsius supplicationibus favorabiliter annuentes ac disponentes unicuique tribuere quod suum est, prefatum Antonium procuratorio nomine predictorum ut supra de iustis 5 et antiquis feudis, que iidem a nobis et imperio tenent et habere debent[b], investimus de regie plenitudine potestatis. Salvo iure [nostro], imperii et quorumlibet aliorum. Recepto ab eodem Antonio procuratorio nomine predictorum ut supra fidelitatis debite iuramento. In cuius rei testimonium presentes litteras nostre maiestatis sigillo iussimus communiri. 10

Datum in castris ante Brixiam, sexta mensis Iulii[c], anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, regni vero nostri [anno] tercio[d].

635—638. CONVENTIO CUM DUCIBUS AUSTRIAE.

1311. Iun. 15.—17. 15

In Indice documentorum a. 1313, de quo v. supra ad nr. 298, invenitur: De quibusdam conventionibus ducis Austrie cum domino *(Doenniges l. c. II, 116). Sed ad quodnam horum documentorum ea verba spectent, in medio relinquamus*[1].

635. *SCRIPTUM REGIS SUPER MARCHIONATU MORAVIAE. Iun. 15.*

Autographon (1) *tabularii Vindobonensis denuo contulit socius noster H. Hirsch.* 20 *Pendet sigillum fere illaesum loro membranaceo.*

Contulimus nos ipsi apographon (2) *omnino coaevum cancellariae regiae*[2], *exaratum in quodam folio membranaceo, quod servatur Pisis in tabulario capituli maioris ecclesiae nr. 1350. Praecedit in eadem membrana infra nr. 637 et sequitur nr. 636. Scriptura hominis Germani est. De litteris ducis, quae servatae non sunt, v. infra nr. 638 cap. 1 et notas.* 25 *Cf. etiam supra nr. 319 et 320. — Böhmer, Reg. Heinr. 400. (P. deest.)*

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum[a].

Ut inter illustres Iohannem Bohemie et Polonie regem primogenitum nostrum karissimum et Frider(icum)[b] ducem Austrie principes nostros dilectos amplioris amicicie 30 federa perseverent, tractatus seu comportacionem inter eosdem super marchionatu Moravie nuper ordinatos apud Egram[3] approbamus, laudamus et eisdem expressum consensum nostrum et benivolum adhibemus. Si vero per litteras et legacionem venerabilis

634. b) *sic correxi ad formam generalem;* dicunt *ed.* c) Iunii *ed.* d) decimo *ed.*

635. a) *protocollon in* 2: H. universis etc. d) Frid 2. 35

1) *Ad documentum infra nr. 637 verba spectare, opinatus est Kopp 'Geschichtsblätter aus der Schweiz' I, 245.* 2) *Cf. ea quae animadvertit Ficker loco supra ad nr. 237 citato pag. 92 (= 228) nr. 72 in nota. Tamen non omnia ab eo recte indicantur.* 3) *Tractatus m. Martio tam Egrae quam Pataviae habiti sunt; ex documentis tamen solae litterae Friderici ducis Austriae Pataviae Mart. 30 datae servantur, quas cum ceteris actis quae praecedunt infra in Appendice Actorum vicariatus generalis per Germaniam proponemus.* 40

P(etri)[c] archiepiscopi Moguntini principis nostri dilecti, quas nobis diriget, compertum fuerit, quod per sentenciam seu diffinicionem arbitrorum per regem Bohemie et ducem Austrie communiter electorum de triginta milibus marcarum, pro quibus marchionatus Moravie eidem duci[d] per nos obligatus extiterat, pars aliqua resecta seu diminuta est, 5 ut idem dux et fratres sui regalis benivolencie plenitudinem clarius senciant nostrisque serviciis forcius astringantur, super eo dicto et ordinacioni nobilium virorum Iohannis de Brunshorn magistri curie nostre, quem pro nobis ad hoc eligimus, et Theobaldi de Hasemburg[e] per illustrem[f] ducem Lupoldum fratrem[g] dicti Frid(erici) ducis Austrie[g] electi stabimus et quidquid iidem pro arbitris arbitratoribus ad hoc constituti in con- 10 scienciam suam infra duos menses, postquam legacio predicti Moguntini archiepiscopi ad nos venit, quem terminum ad hoc pronunciandum statuimus, dixerint et ordinaverint, nos et idem dux Lup(oldus)[h] facere tenemur et inviolabiliter observare. In cuius rei testimonium[i] presentes litteras nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Datum in castris ante Brixiam, XVII. Kalen. Iulii, anno Domini millesimo trecen- 15 tesimo undecimo, regni vero nostri anno tercio.

636. *SCRIPTUM SUPER BONIS DUCUM.* *Iun. 15.*

Sistimus litteras regis ex duobus apographis omnino coaevis cancellariae regiae, quorum 1) *servatur Pisis in eodem tabulario nr. 1366 in quodam folio, ubi praecedunt quatuor documenta a. 1312. ad hos tractatus spectantia* [1]; 2) *iam supra ad nr. 635 sub* 2 *nota-* 20 *tum est. Nos ipsi* 1 *et* 2 *denuo contulimus. Ex* 1 *edidit Kopp loco in Regestis imperii citato; cuius notam adiectam conferas.*

Litterae ducis, quae olim exstabant, iam deperditae in Indice documentorum a. 1313. sic memorantur: Littera conventionis habite inter dominum et duces Austrie super quibusdam bonis in Alsacia et vallibus Switz sub sigillo ducis *(Doenniges l. c. II, 116).*

25 *Böhmer, Reg. Heinr. 651 (Addit. II).* *(P. deest.)*

H(enricus) Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum[a].

Decet maiestatem regiam, principum et[b] devotorum imperii commodis[c] sereno vultu respicere[d] ac[e] eosdem in suis iuribus favorabiliter confovere. Cum igitur per 30 illustrem Liupoldum[f] ducem Austrie et Styrie[g] principem nostrum dilectum in nostris serviciis in Italia constitutum nostre clemencie supplicatum extiterit, ut ipsum et[h] fratres suos in possessione bonorum et iurium, que in Alsacia, in vallibus Switz et Urach et hominibus liberis in eisdem[i] vallibus degentibus ac in bonis et opidis, que vulgariter Waldstet[k] dicuntur, sibi et fratribus suis pertinere asserit, reponere dignaremur, quia[l] 35 de iure sibi et imperio in premissis[m] competenti nondum plenarie nobis constat[n], ex parte nostra nobili viro Eberhardo de Burgelon[o] et ex parte predicti Liupoldi[p] Friderico[q] comiti de Tokkenburch, qui duo terciam seu communem personam, si eis oportunum[r] videbitur, eligent et assument[s] et[t] sub iuramento prestito apud vicinos et notos super predictis bonis inquisitionem facient diligentem, est commissum[u]. Qua inquisitione

40 **635.** c) Petri 2. d) *deest* 2. e) *loco* Th. d. H. *in textu* . . , Theobaldi de Hasenburg *eadem manu atramento pallidiori supra lineam add.* 2. f) dictum 2. g) fratrem — Austrie *deest* 2. h) L. 2. i) *reliqua desunt* 2.

636. a) *protocollon in* 2*:* H. universis etc. b) ac 2. c) comodis 2. d) prospicere 2. e) et 2. f) L. 2. g) Stirie 2. h) ac 2. i) eisdem *deest* 1. k) Waltstet 2. l) *loco* reponere dignare- 45 mur quia 2*:* cum *reliquis omissis.* m) in premissis *supra lineam add.* 2. n) constet 2. o) *loco* Eb. de B. *in textu* . . , Eberh(ardo) de Burgelon *supra lineam add.* 2. p) Lup̄ 2. q) *supra lineam* 2. r) oport. eis 2. s) assument et eligent 2. t) ac 2. u) est commissum *deest* 2.

1) *Apud Ficker l. c. pag. 95 sqq. (= 231 sqq.) nr. 78. 79. 81. 80.*

legaliter facta per tres personas predictas aut duas, si tercia assumpta non fuerit, et nobis plenius exposita, prefatum ducem Liupoldum[v] et fratres suos in possessione[w] omnium bonorum et iurium predictorum, que dicti duces et progenitores eorum hereditarie tenuerunt ab antiquo et in quorum possessione pacifica clare memorie quondam rex Rudolfus, cum adhuc comes existeret, et Albertus rex Romanorum existens dux Austrie 5 ratione comitatus et hereditatis fuerunt et que iidem reges et duces Austrie qui nunc sunt iusto emptionis titulo possederunt, reponere et relocare volumus et tenemur. Ita tamen quod si nobis aut successoribus nostris in imperio in eisdem bonis ius aliquod competere videbitur, idem Liupoldus[v] et fratres sui, dum ex parte nostra actio sibi mota fuerit, nobis et successoribus nostris in imperio facere tenebuntur, quod dictaverit 10 ordo iuris. In cuius rei testimonium[x] presentes litteras nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Datum in castris ante Brixiam, XVII. Kal. Iulii, anno Domini MCCCXI, regni vero nostri anno tercio.

637. *SCRIPTUM DE PECUNIA SOLVENDA. (Iun. 15).* 15

Apographon signo chronologico carens superest in sola membrana, quam iam supra ad nr. 635 sub 2 adhibuimus. Huic certe tempori adiudicandum est. Edidit Ficker l. c. pag. 91 (= 227) nr. 71.

Litterae ducis servatae non sunt. — Böhmer, Reg. Heinr. 652. (P. deest.)

H. universis etc. 20

Ad universitatis vestre noticiam volumus pervenire, quod quia Lup(oldus) illustris dux Austrie et Styrie nobis servire promisit in partibus Italie cum C dextrariis et C Dec. 6. sagitariis decenter expeditis usque ad festum sancti Nycolai venturum proxime, nos eidem duci sex milia marcarum argenti propter huiusmodi servicium hiis terminis tra- Iun. 25. dere ac assignare promittimus et tenemur. Primo videlicet infra decem dies proximas 25 MD marcas, deinde in mense Iulii sequenti M marcas, in Augusto M marcas, in Sep- Dec. 6. tembre M marcas, in Octobre M marcas, in Novembre D marcas, ita quod in dicto festo sex milia marcarum argenti prenotata plenarie sint soluta. Insuper dampna, si qua dictum ducem in huiusmodi servicio nostro fortasse sustinere contingeret, secundum modum et consuetudinem curie nostre eidem volumus resarcire. In cuius rei testi- 30 monium.

638. *EPISTOLA AD ARCHIEPISCOPUM MOGUNTINUM. Iun. 17.*

Documenti gravis autographon adhuc servatur Monaci in tabulario generali regni Bawarici 'Kaiserselekt Nachtrag' nr. 179 signatum, quod nos ipsi denuo descripsimus. Scriptum est in cancellaria regis ab homine Germano. Inscribitur: Vener. P. archiepo 35 Magunt. principi et secretario suo krmo. *Sigilli dorso impressi fragmenta adsunt. — Böhmer, Reg. Heinr. 403. (P. deest.)*

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus venerabili P(etro) Mogunt(inensi) archiepiscopo principi et secretario suo karissimo graciam suam et omne bonum. 40

(1) Noveris, quod illustris Frid(erici) ducis Austrie nuncii, videlicet Eberh(ardus) de Walsse et Dieth(ericus) de Pilhdorf, tractatus habitos inter karissimum filium nostrum Iohannem regem Bohemie et eundem ducem de triginta milibus marcarum, quas idem dux de marchionatu Moravie requirit, libenter revocassent, set intencio nostra fuit, quod

636. v) Lup̄ 2. w) possessione 2. x) *reliqua desunt* 2. 45

huiusmodi tractatus stabiles perseverent, ex quo tandem hoc fine recesserunt a nobis, quod idem compromissum in suo robore permanebit. Unde litteras quas habemus super eodem negocio a duce predicto[1] tibi per exhibitorem presentium destinamus, quas expeditis negociis restitues, cum oportunum videris, resumptis litteris, quas idem dux super
5 factis eisdem a nobis[2] vel ab aliis quibuscunque dinoscitur obtinere. (2) Scias etiam, quod per prefatos nuncios tractatus nobiscum sunt habiti de parentela inter dictum ducem et sororem nostram karissimam contrahenda, quorum tractatuum continenciam[3] tibi similiter transmittimus in scriptura. Que parentela dictis placet nunciis, estimantes eandem parentelam non modicum duci competere, et ad consumacionem ipsius intendunt et pro-
10 miserunt fideliter laborare. Placet etiam huiusmodi matrimonium votis nostris, unde ad ipsius perfectionem intendere studeas cum effectu. (3) Rogamus itaque dilectionem tuam presentibus studiose, quatinus ab eodem filio nostro nullatenus te separes, set absque tedio sibi conmanere studeas, quia melius et conmendabilius obsequium nobis impendere non valeres, quo eciam tibi ac tuis et ecclesie Mogunt(ine) acceptabilem
15 honorem et comodum vendicabis. Indubitanter enim credimus, quod per summum pontificem ad instanciam nunciorum nostrorum, quos dudum ad sedem apostolicam transmisimus[4], a visitacione concilii releveris[5], quod in instanti, postquam dicti nuncii nostri reversi fuerint, tibi curabimus intimare.

Dat. in castris ante Brixiam, XV. Kal. Iulii, regni nostri anno tercio.

20

639. RECEPTIO CASTRENSIUM.

1311. Iun. 16.

Ineditam descripsimus ex autographo, quod servatur Monaci in tabulario generali regni Bawarici 'Kaiserselekt Nachtrag' nr. 178½ signatum. Scriptum est manu Germanica ut videtur. Sigillum fere illaesum pendet loro membranaceo. Cf. infra nr. 673 et 674. —
25 *Böhmer, Reg. Heinr. 402.* *(P. deest.)*

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus nobilibus viris Cunrado seniori et Cunrado eius patruo comitibus de Chirchberch dilectis suis fidelibus graciam suam et omne bonum.

Ut ad nostra et imperii servicia constringamini debito forciori et regalibus bene-
30 placitis vestra devocio fervencius se studeat conformare, vos in castrenses nostros in castro Chirchberch nobis et imperio pertinenti motu liberalitatis regio duximus assumendos. Dantes vobis trecentas libras Hallensium, pro quibus pignora vobis remanere volumus, que per dive memorie Adolfum regem Romanorum antecessorem nostrum suis litteris[6] vobis extiterint obligata, tenenda cum suis usibus et tam diu possidenda, quo-
35 usque de predictis trecentis libris Hallensium vobis per nos aut successores nostros in imperio fuerit satisfactum. Quas cum perceperitis, convertetis in predia a nobis et imperio in castrense feodum possidenda. In cuius rei testimonium presentes litteras nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Dat. in castris ante Brixiam, XVI. Kalend. Iulii, anno Domini millesimo trecente-
40 simo undecimo, regni vero nostri anno tercio.

1) *Cf. supra pag. 596 lin. 25. Praeter litteras regis supra nr. 635 reliquae nec Pisis exstant, nec Monaci aut Viennae usque huc inventae sunt.* 2) *Supra nr. 635.* 3) *Servati non sunt.* 4) *Diversa est haec legatio ab illa, in cuius instructionis infra nr. 641 edendae cap. 15 similia tanguntur.* 5) *Cf. ibidem et pag. 603 not. 7.* 6) *Quae servatae non esse videntur.*

640. SYNDICATUS CIVITATIS ARETINAE ITERATUS.

1311. Iun. 17. Iul. 19.

Repetimus editionem, quam ex autographo tabularii regii Taurinensis 'Diplomi imperiali Mazzo 3 nr. 6' signato paravit Doenniges 'Acta Henrici VII.' II, 154 nr. 25. In verso legitur manu Bernardi scriptum: Syndicatus Aretii. *In margine inferiori ad calcem imbreviatura brevissima de homagio praestito partim a Leopardo, partim a Bernardo scripta adiecta est*[1]*; cf. infra.*

Cf. syndicatum a. 1311. Ian. 26. confectum supra nr. 566. *(P. deest.)*

In nomine eterni Dei amen.

Ad honorem et reverentiam omnipotentis Dei et beate Marie virginis matris eius et beati Donati patroni et defensoris civitatis comunitatis et districtus Aretii. Ad honorem et reverentiam sacri Romani imperii et ad laudem, exaltationem et reverentiam serenissimi principis domini Herrici Romanorum regis semper augusti. Ad statum pacificum et tranquillum predicte civitatis, comunitatis et districtus Aretii. Convocatis et congregatis generalibus consiliis quattuorcentum virorum et populi dicte civitatis et omnibus aliis hominibus et personis dicte civitatis ad dicta consilia venire volentibus ad sonum campane et vocem preconis de mandato nobilis viri Tilis de Filipensibus de Urbeveteri potestatis et capitanei dicte civitatis et comunis Aretii in palatio populi dicte civitatis ut moris est, ipsi quidem homines et consiliarii choadunati cum auctoritate, licentia et decreto dicti domini potestatis et capitanei et ipse dominus potestas et capitaneus cum eisdem consiliariis et hominibus omnes simul in plena et comuni concordia suo nomine et nomine omnium aliorum concivium suorum Aretinorum et districtualium eiusdem civitatis unanimiter fecerunt, constituerunt et ordinaverunt suum certum, verum et indubitatum procuratorem, sindicum, negotiorum gestorem et nunptium specialem discretum virum Balducium condam Frederici de Cenciis Aretii civem, licet absentem tamquam presentem, ad offerendum serenissimo domino Herrico Dei gratia Romanorum regi semper augusto tamquam suo vero, naturali, legiptimo et precipuo domino civitatem Aretii et eius districtum civesque, habitatores et districtuales eiusdem omni subiectioni, obedientie et mandatis ipsius domini regis, et ad recognoscendum et confitendum pure et libere ipsum dominum regem habere et habere debere in predictis civitate, districtu, civibus, habitatoribus et districtualibus merum et mixtum imperium et omnem regaliam et omnimodam iurisdictionem. Et ad faciendum et prestandum et iurandum in animas eorum et cuiuslibet ipsorum eidem domino regi fidelitatem et iuramentum fidelitatis et subiectionis et omnia et singula, que in forma fidelitatis et subiectionis nova et veteri[a] continentur et que eidem domino regi et eius consilio circha hec opportuna vel necessaria videbuntur. Et ad ipsam civitatem et cives et comune ipsi domino regi ad eius omnimodam voluntatem realiter et personaliter obligandum et subiciendum, et ad petendum et implorandum ab eodem domino rege ratificationem pacis sive compositionis inter ipsos cives et districtuales nuperrime celebrate[2], et ad dandum et concedendum eidem

640. a) vetera *or.*

1) *Cf. similes imbreviaturas, si ita dici possunt, ad calcem instrumentorum exaratas apud Doenniges l. c. pag. 152 sqq. nr. 24, 26, pag. 165 nr. 33a, pag. 170 nr. 37.* 2) *Quae servata non esse videtur.*

domino regi omnimodam potestatem et bailiam ipsam pacem in singulis capitulis, quotienscunque sibi placuerit et videbitur expedire, interpretandi, declarandi, corrigendi, addendi et diminuendi et de novo etiam pronuntiandi et ordinandi ad suam omnimodam voluntatem penamque in eadem, qualem et quantam sibi placuerit, addiciendi et apponendi. Et ad postulandum ab eodem domino rege dicte civitatis et districtus eius vicarium et rectorem. Et generaliter ad omnia et singula alia faciendum, promictendum et iurandum, que de ipsius domini regis processerint voluntate. Dantes et concedentes dicto sindico et procuratori in omnibus et singulis supradictis et ea tangentibus plenam, generalem et liberam potestatem et administrationem ac speciale mandatum in omnibus illis casibus, in quibus desideratur a iure speciale mandatum, proinde acsi nominatim et expresse dicti casus essent expressi.

Acta et celebrata sunt hec in palatio populi civitatis Aretii, currentibus anno Domini a nativitate eiusdem MCCCXI, indictione nona, domino Clemente papa residente, die XVII. mensis Iunii. Presentibus sapientibus viris dominis Marino de Spoleto, Iohanne de Pisis et Blaxio de Bulseno iudicibus et assessoribus predicti domini potestatis et capitanei et ser Petro de Castro Plebis et ser Nerio de Bulseno sotiis dicti domini potestatis et capitanei et ser Iohanne Nutii de Viterbio notario et officiali cancellarie dicti comunis Aretii et aliis pluribus testibus ad hoc vocatis, habitis et rogatis. Iun. 17.

(S. N.) Ego Symon olim Pucii Grassi de Aretio imperiali auctoritate notarius omnibus et singulis predictis interfui et ea rogatus de mandato dictorum consiliariorum scripsi et publicavi.

In[b] hospitio domini, die XVIIII. Iulii, presentibus dominis T(heobaldo) episcopo Leodiensi, Homo de Peretulo, Henrico de Geldonia, Francisco domino Qirino de Toscanella iudice, Isnardo comite Camixane[c] et Petro Boncontis de Pisis t(estibus) etc.[b] Dictus[d] syndicus fecit fidelitatem[d]. Iul. 19.

641—652. LEGATIO AD PONTIFICEM ALTERA.

1311. (post Iun. 17.)—Sept. 30.

641—643. *ACTA LEGATIONIS.* *(post Iun. 17.)*

641. *INSTRUCTIO LEGATORUM.*

Documentum gravissimum omnino manu Bernardi de Mercato exaratum servatur Taurini in tabulario regio 'Diplomi imperiali Mazzo 4 nr. 9' signatum. In verso folii chartacei leguntur: Memoriale[a] domini Henrici imperator[is] missum domino nostro pape quod non est registratum. *Nos ipsi denuo accuratissime contulimus. Numeros arabicos adiecimus nos. Edidit Doenniges 'Acta Henrici VII.' II, 219 nr. 1.*

Legati erant illi, quorum nomina in procuratorio regis supra nr. 617 indicantur. Mittebantur ad curiam pontificis necnon regis Franciae; quo cum convenit Instructionis cap. 17. Portabant scripta regis Heinrici supra nr. 616 et 617 die 17. m. Iun. data

640. b) In—etc. *a Leopardo scripta sunt; cf. prooemium.* c) Camisaane *ed.* d) Dictus—fidelitatem *adiecit Bernardus; cf. prooemium.*

641. a) *sequitur* reg *deletum.*

(cf. etiam infra nr. 642 sub nr. 4 et 6); itaque non est dubium, quin statim post hunc diem Avinionem profecti sint. Contra quae allegari non potest, quod nonnullae gratiae ab Heinrico rege in Instructione nostra petitae iam paucis diebus post a pontifice concessae leguntur. Sic in Instructionis cap. 4 et 5 tractatur de modo coronationis fiendae, de qua litterae papales editae infra nr. 644 iam die 19. m. Iun. datae sunt. Sic in cap. 8 nonnulla ad legationem cardinalis cuiusdam spectantia petuntur, de qua re litterae pontificis item die 19. m. Iun. emanaverunt[1]. *Veruntamen die 8. m. Iulii, post adventum legatorum ut videtur, papa ad regem de hac legatione denuo scripsit (infra nr. 649). Ad hoc etiam facit, quod saepius litterae papales, cum de negotiis gravioris momenti tractaretur, iam in promptu erant, dum litterae vel legationes eorum, qui precibus instabant, adhuc exspectabantur*[2]. *(P. deest.)*

Hec est ambaxiata eorum in curia:

1. Primo agent gratiarum actiones domino pape super omnibus gratiis impensis domino usque in hanc horam.

2. Secundo proponent pape, qualiter dominus rex elegit certam diem scilicet festum Assumptionis pro coronatione[3]. Supplicetur pape, quod ipsam diem publicet in consistorio et acceptet et fiat littera papalis super hoc[4]. (Aug. 15.)

3. Item proponatur domino pape, quod dominus rex intendit coronari in Roma et eundem locum appropincare ante dictum terminum. Si autem aliud impedimentum superveniret, quod Deus avertat[a], vult dominus rex, quod huiusmodi coronatio possit fieri, ubi sibi magis videbitur expedire. Non dicatur nisi in secretorio[b] domini pape.

4. Item petantur duo episcopi cardinales ad minus pro huiusmodi coronatione facienda, quibus addantur alii episcopi et alii prelati, secundum quod decenter et sollempniter fieri possit huiusmodi coronatio[5]. Et suplicetur domino pape, quod celeret adventum ipsorum propter multa, que possent intervenire, scilicet infirmitas vel alia, per que posset coronatio retardari.

5. Item petatur a papa, quod faciat constitutionem et declarationem de hoc, quod huiusmodi coronatio possit fieri per commissarios, et nominentur in constitutione illi cardinales, quibus commitetur modo, et episcopi cardinales habeant super hoc litteras[c] bullatas[6].

6. Item petatur, quod dominus coronatus in imperatorem habeat potestatem ponendi in qualibet ecclesia cathedrali, collegio et conventu unam personam ydoneam, non obstante si habeat plura beneficia, et hoc pro honore domini et imperii in toto imperio.

7. Item investigetur in curia a dominis cardinalibus de hiis, que spectant ad sollempnitatem coronationis et decentiam persone imperatoris, scilicet qualiter incedat, qualibus vestiatur, qualiter in ecclesia, qualiter in mensa se habeat et de omnibus, que precedent vel concomitantur coronationem vel quid sibi fieri debeat a Romanis[5].

8. Item petatur legatus dominus Arnaldus de Pelagrua nepos domini pape vel dominus Sabinensis, vel si hii haberi non possint, quod sit alius coniunctus pape. Et caveatur de Gallicis vel Apulis et de Columpnensibus. Et petatur, quod idem legatus habeat potestatem cohercendi rebelles domino[d] per censuram ecclesiasticam, omnem

641. a) advertat *Bern.* b) *sic Bern. pro* secretario. c) super hoc *etiam hic add.* d) *scriptum* domino rebelles *signo posito.*

1) *Erronea sunt ea quae de his rebus adnotat O. Masslow 'Zum Romzuge Heinrichs VII.' I (Diss. Tubing. 1888) pag. 35 not. 3.* 2) *De quo v. H. Denifle 'Specimina palaeographica Regestorum Romanorum pontificum' (Romae 1888) pag. 13 not. 33: 'Itaque responsio iam erat in promptu epistolae, quam ad se eum missurum papa sciebat'.* 3) *Supra nr. 606; cf. infra nr. 642 sub nr. 1.* 4) *Cf. infra nr. 644 cap. 5. 6.* 5) *Cf. ibidem cap. 7 sqq.* 6) *Nr. 644.*

personam, cuiuscunque status sit aut conditionis sive universitatis vel comunis, sive patriarcha, sive archiepiscopus, sive episcopus vel quicunque, eciam usque ad depositionem[1].

9. Item exponatur domino pape, qualiter dominus rex vult complacere quantum
5 potest in confederatione ipsius et regis Francie, sicut patet in iuramento prestito per magistrum Henricum[2], licet ex multis causis alias esset sibi grave. Et eciam hoc patet ex dilatione homagii super comitatu Burgundie et in nominando III personas.

10. Item petatur a papa, quod ad honorem domini det auctoritatem cancellario suo faciendi octo notarios publicos[4].

10 11. Item petatur a papa, quod scribat terris et civitatibus ecclesie Romane, quod inimicis et rebellibus domino regi non dent auxilium vel favorem nec impediant transeuntes ad dominum nec prohibeant victualia afferri domino et exercitu[i] suo nec recipiant bannitos a domino rege, sicut econtra dominus rex ista vult eisdem conservare.

12. Item petatur a domino papa, quod ad quemcunque locum dominus pervenerit
15 suppositum interdicto, quod ipsum interdictum, quamdyu dominus ibi fuerit, suspendatur et etiam ecclesiastica sacramenta recipi possint ibidem[5]. Et idem fiat pro domina regina.

13. Item petatur a domino papa, quod suam coronationem factam in ecclesia sancti Ambrosii in Mediolano et sollempnia ibidem facta et quia in missa coronationis accepit corpus Christi, si ex interdicto loci ibidem propter hoc aliquem reatum con-
20 traxit, dispensetur cum eodem.

14. Item[e] quod dominus rex in Medyolano et alibi fecit legi coram se missas[6], utens quodam privilegio dato sibi a domino papa, cum esset comes, de quo non est usus ultra tempus dicti privilegii, expiraverit vel non, cum ipsum privilegium non habeat secum, set manserit in Alamania, petit dominus rex, si in hoc aliquid deliquid[f], quod
25 secum dispensetur et cum tota sua familia et regina.

15. Item petatur a papa, quod dominus rex possit XII archiepiscopos et episcopos ad suum servicium assumere, qui quamdyu sunt secum vel servicio suo, sint excusati de veniendo ad concilium generale[7] et in aliis eciam ministeriis non occupentur. Si non dat pro XII, sit pro X vel saltim pro octo.

30 **641.** e) *abhinc mutato ut videtur ductu.* f) *sequitur* s *delet.*

1) *Cf. infra nr. 645.* 2) *Supra nr. 613; cf. infra nr. 642 sub nr. 5.* 3) *Supra nr. 616 et 617; cf. infra nr. 642 sub nr. 6 et 4.* 4) *In Regesto Clementis V. rescriptum non inveni; ad cancellarium spectant in eiusdem editione supra ad nr. 298 citata rescripta nr. 7015. 7125. 7137. 7138. 7152. 7153, omnia Iun. 21 data.* 5) *Cf. privilegia pontificis, quae in Indice documentorum a. 1313, de quo v. supra ad*
35 *nr. 298, notantur (Doenniges l. c. II, 114).* 6) *Cf. etiam ea quae refert Nicolaus Botrontinensis (ed. Heyck) pag. 20 et notam nostram praecedentem.* 7) *Cf. epistolam ab episcopo Novariensi archiepiscopo Moguntino de his rebus directam, quam 'ex autographo' edidit J. P. Schunk 'Beyträge zur Mainzer Geschichte' III, 207 nr. 17. Cuius editionem, cum autographon Monaci reperiri non possit, hic repetimus:*

Venerabili in Christo patri ac domino domino Petro Dei gratia archiepiscopo Magontino domino
40 suo et amico karissimo Hugutio eadem gratia Novariensis episcopus et comes cum recommendatione se ipsum.

Quamquam pro[a] multis prelatis excusandis apud dominum papam a concilio generali [a] domino nostro rege nos et nostri socii mandatum receperimus speciale, tamen pro vobis et pro domino Tridentino[b] domini nostri regis cancellario et pro nullo alio prelatorum excusationem petitam potuimus
45 obtinere. Vos licet invisum ex familiaritate bone memorie domini Paulini fratris vestri, dilecti familiaris nostri, dum in Romana curia auditoris contradictarum officio fungeremur, dileximus puro corde, vestra et sua negotia promovendo. Nunc autem vos et vestra et diligimus ac etiam reveremur. Diligentiam et sollicitudinem discretorum virorum magistri Bertoldi thesaurarii Vuleburgensis ecclesie et Michaelis clericorum et nuntiorum vestrorum in vestris agendis expertorum[c] commendare
50 vobis multipliciter possumus et debemus.

Datum Malausan(e), XXIII. Iulii.

Cf. etiam litteras Clementis V. infra nr. 651 et 652.

a) per *ed.* b) Friderico *ed.* c) experti *ed.*

16. Item fiat collatio cum domino cardinali de Pelagrua de rege Roberto, qualiter tenet civitates imperii scilicet Alexandriam et alia loca. Et quod dominus cardinalis in Ast dixit domino regi, quod vellet de hoc scribere regi Roberto, quod desisteret. Et quod propter hoc miratur dominus rex Romanorum, quominus papa duas bullas sibi miserit pro domino Roberto. Et eciam proponatur domino pape [1]. 5

17. Item caute fiat mentio de matrimonio regis Cecilie cum domino Pelagrue et domino Lagaretoni [g] secrete et etiam cum domino papa et quod expedit et [h] formam [i] responsionis domini [2] ad notulam pape.

18. Item petatur a papa, quod commitat domino Magontino inquisitionem contra episcopum Herbipol(ensem), Olmien(sem) [k], qui destruunt ecclesias suas et suis dominis 10 sunt infideles.

19. Item petatur a papa, quod absolvat illos de Boemia, qui iuraverunt comiti de Tirol, qui se nominare voluit regem Boemie et ducem Karinthie.

20. [Item caute] cum domino Hostiensi, si videatur expedire, habeatur collatio de iure, quod vendicat [sibi] papa [in terra] Polonie, que est ab antico regis Boemie. 15

21. Item informetur papa de statu Lumbardie et Tuscie, prout continetur in memoriali [3] facto in Medyolano, et qualiter se habet absque omni partialitate ad Guelfos et Guibellinos et de facto Guydonis [4]. Et qualiter ad placendum Guelfis posuit vicarium generalem comitem Sabaudie [5]. Et de omnibus regulariter exprimantur, que spectant ad ista. 20

22. Item ostendatur, quod dominus miratur, quod tantam moram contrahunt ambaxiatores Tuscie et Florentie et alii ambaxiatores Lumbardie apud papam. Et quod propter hoc videtur accedere favor et suspicantur multi multa et datur occasio multis machinandi mala contra bonum comune [6].

23. Item petatur, quod confessor domini habeat camdem auctoritatem super famili- 25 liam quam habet super dominum.

24. Item petatur, quod possit uti quibuscunque religiosis in suis negociis et mitere eosdem, ad quecunque loca habuerit necesse, et eciam a curia Romana.

25. Item quod illi qui sunt in sua curia possint carnes comedere.

642. *NOTITIA DE DOCUMENTIS PORTANDIS.* 30

Manu Bernardi exarata praecedit eodem folio Instructionem nr. 641. Edidit Doenniges l. c. Numeros arabicos adiecimus nos. *(P. deest.)*

1. Instrumentum [a] electionis diey ad coronationem domini cum tenore littere papalis simul [7].
2. Instrumentum procurationis ad petendum card(inales) pro coronatione domini [8]. 35
3. Procuratorium ad petendum legatum [8].
4. Procuratorium ad nominandum tres personas pro compromisso regis Francie [9].

641. g) *sic Bern. pro* Nogareto. h) *nonne legendum* ad? i) *sequitur* notule *delet.* k) *an* Olmucensem?

642. a) *nr. 1—8 praecedunt puncta eodem atramento facta.* 40

1) *Cf. infra nr. 642 sub nr. 8.* 2) *In Indice documentorum a. 1313. citato sic notari videtur:* De tractatu matrimonii de filia domini cum filio Roberti, *addito verbo:* cur. *(Doenniges l. c. II, 116). Ad notulam papae cf. nr. 642 sub nr. 10.* 3) *Quod servatum non esse, valde dolemus.* 4) *Cf. supra nr. 582.* 5) *Cf. supra nr. 550—553.* 6) *Cf. iam supra 596 cap. 1.* 7) *Supra nr. 606.* 8) *Documenta sub nr. 2 et 3 notata servata non sunt.* 9) *Supra nr. 617.* 45

5. Duo paria litterarum et duo instrumenta de iuramento prestito per magistrum Henricum de Geldognia[1].

6. Item litteras super dilatione homagii prestandi pro comitatu Burgundie[2].

7. Item tria paria litterarum domini ad papam de credencia[3].

8. Item transcriptum duarum litterarum papalium super terris occupatis per regem Robertum[4].

9. Item XXIIII paria litterarum clausarum ad cardinales[5].

10. Item transcriptum notularum super matrimonio contrahendo etc.[6].

643. *SERIES CARDINALIUM.*

Membranam manu cancellariae papalis conscriptam, quae servatur Pisis in tabulario Roncioniano nr. 599bis signata, hucusque ineditam nos ipsi descripsimus. Quinquies quatuor foramina parva litteris claudendis apta apparent. In magna parte a muribus adesa est neque omnia suppleri posse dolemus. Numeros arabicos adiecimus nos.

Ad hanc legationem (cf. supra nr. 642 sub nr. 9 et praesertim nr. 641 cap. 8: Et caveatur de Gallicis vel Apulis et de Columpnensibus*) certe spectat, quia inter dies Febr. 24 et Sept. 12 a. 1311. scripta est. Desideratur enim nomen Guilelmi card. presb. tit. S. Pudentianae († Febr. 24) et adhuc enumeratur camerarius papae († Sept. 12). (P. deest.)*

Episcopi [cardi]nales[a].

1. Dominus[b] Leonard[us Albanensis episcopus]. Iste est de [. . . . . factus per dominu]m[c] Bonifatium.

2. Dominus Iohann[es Portuensis episcopus]. Iste est de [. . . . . factus per dominum B]onifatium.

3. Dominus frater [Nicolaus Ostiensis et Ve]lletrensis episcopus[d].

4. Dominus Petrus [Penestrinus episcopus]. Iste est [. . . . . factus][e] per presentem papam[7].

5. Dominus Ber[engarius Tusculanus episcopus]. Iste est[f]

6. Dominus Arnald[us Sabinensis episcopus]. Iste est qui f[uit . . . . factus][g] noviter per presentem papam[8].

P[resbiteri card]inales.

7. Dominus Iohannes tit. Sanctorum Petri et Marcellini presbiter cardinalis. Iste est dominus I. Monach[us . . . . .][h] factus per dominum Celestinum.

8. Dominus frater Gentilis tit. Sancti Martini in Montibus presbiter cardinalis. Iste est de Marchia Anc[onit]ana factus per dominum Bonifatium.

9. Dominus Arnaldus tit. Sancti Marcelli presbiter cardinalis. Iste est dominus A. de Cantalupo Guasco factus per presentem papam.

643. a) *uncis inclusa adesa sunt.* b) *praecedit signum paragraphi semper.* c) *circiter 22 litterae desunt.* d) *hic nihil notatur.* e) *25 litterae.* f) *ita desinit.* g) *22 litterae.* h) *9 litterae.*

1) *Litterae servatae non sunt. Instrumentum v. supra nr. 613; cf. prooemium ibidem.* 2) *Supra nr. 616.* 3) *Documenta sub nr. 7 et 9 notatae servata non sunt.* 4) *Servatae non sunt. Tamen in Indice documentorum a. 1313, de quo v. supra ad nr. 298, notantur haec:* Quod dominus non faciat in terris, quas Robertus tenet in Lombardia, novitatem sub bulla papali, *itemque:* Quod dominus faciat restitui Roberto castrum Fibini districtus Alexandrie, quod occupat marchio Montisferrati sub bulla papali *(Doenniges l. c. II, 115). Harum duarum litterarum papae apographa supra citari videntur.* 5) *Servatae non sunt; cf. autem nr. 643, ubi nomina 26 cardinalium exhibentur. Sed duo ex his quasi in itinere versus Brixiam iam erant.* 6) *Servatum non est. Cf. supra pag. 604 l. 8.* 7) *In promotione a. 1305. Dec. 15 habita.* 8) *In promotione a. 1310. Dec. 18/19 habita.*

10. Dominus frater Nicolaus tit. Sancti Eusebii presbiter cardinalis. Iste est[i], qui fuit confessor regis Francie, factus per presentem papam.

11. Dominus Stephanus tit. Sancti Ciriaci presbiter cardinalis. Iste est dominus S. de Brugis Gallicus factus per presentem papam.

12. Dominus Bertrandus tit. Sanctorum Iohannis et Pauli presbiter cardinalis. Iste est camerarius pape factus noviter per presentem papam[1].

13. Dominus Arnaldus tit. Sancte Prisce presbiter cardinalis. Iste est vicecancellarius pape factus noviter per presentem papam.

Diaconi cardinales.

14. Dominus Neapoleo Sancti Adriani diaconus cardinalis[k].

15. Dominus Landulfus Sancti Angeli diaconus cardinalis. Iste est dominus L. de Neapoli factus per dominum Celestinum.

16. Dominus Guillelmus Sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconus cardinalis. Iste est dominus G. de Pergamo factus per dominum Celestinum.

17. Dominus Iacobus Sancti Georgii ad Velum aureum diaconus cardinalis. Iste est dominus I. Gaietanus de Urbe factus per dominum Bonifatium.

18. Dominus Franciscus Sancte Marie in Cosmedin diaconus cardinalis. Iste est nepos domini Bonifatii.

19. Dominus Franciscus Sancte Lucie in Silice diaconus cardinalis. Iste est de Ursinis de Campofloris factus per dominum Bonifatium.

20. Dominus Ricciardus Sancti Eustachii diaconus cardinalis. Iste est dominus R. de Senis factus per dominum Bonifatium.

21. Dominus Lucas Sancte Marie in Via lata diaconus cardinalis. Iste est dominus L. de Flisco factus per dominum Bonifatium.

22. Dominus Iacobus } de Columpna sacrosancte Romane ecclesie diaconi cardi-
23. Dominus Petrus } nales.

24. Dominus Arnaldus Sancte Marie in Porticu diaconus cardinalis. Iste est dominus A. Pelagrua Guasco factus per presentem papam.

25. Dominus Raymundus Sancte Marie Nove diaconus cardinalis. Iste est nepos presentis pape factus noviter per eum[2].

26. Dominus[l] Bernardus Sancte[m] Agathe diaconus cardinalis[m]. Iste est nepos dicti domini A. Pelagrua factus noviter per presentem papam[2].

644—652. *SCRIPTA PONTIFICIS. Iun. 19.—Sept. 30.*

Litteras Clementis V. inter dies Iun. 19 et Sept. 30 emissas omnes Actis legationis adiungere liceat.

644. *COMMISSIO CORONATIONIS ROMANAE. Iun. 19.*

Proponimus ex 1) *autographo hucusque inedito, quod servatur Pisis in tabulario capituli maioris ecclesiae nr. 1362 signatum. Membrana in margine superiori et inferiori circumcisa est. Bulla desideratur. Sub plica in margine sinistro legitur:* .J. F.[cccc] *In verso manu Bernardi de Mercato scriptum est:* Commissio pape facta cardinalibus de coro-

643. i) *supra lineam add.* k) *hic nihil notatur.* l) .d. *postea ante* Bernardus *additum.* m) Sancte—cardinalis *alio atramento stilo acutiori scriptum.*

1) *In promotione a. 1310. Dec. 18/19 habita. Obiit a. 1311. Sept. 12.* 2) *In promotione a. 1310. Dec. 18/19 habita.*

nando imperatore *(cf. Indicem documentorum a. 1313. confectum apud Doenniges 'Acta Henrici VII.' II. 112, ubi adduntur:* sub bulla papali*). Nos autographon denuo accuratissime contulimus.*

Transsumti die coronationis in cancellaria imperatoris facti autographa duo (2 A 5 *et* B*), quae servantur in tabulario Vaticano, contulit vir cl. Paulus Kehr; de quibus cf. infra ad a. 1312. Iun. 29. Sed iam hic varias eorum lectiones ponendas esse duximus, quia infra Commissionem papae non repetemus.*

Omnino negleximus varias lectiones Registri Clementis V. papae (in editione supra ad nr. 298 citata sub nr. 7181), quo ceterae editiones tam antiquiores quam Theineri 'Codex 10 *diplomaticus dominii temporalis s. sedis' I, 442—447 nr. 617 redeunt; itemque apographi, quod paravit Bernardus de Mercato in Actis suis Taurini in tabulario regio 'Diplomi imperiali Mazzo 4 nr. 11' servatis (= Doenniges Ms. VI; cf. supra ad nr. 604) fol. 5—8, ubi eius manu notatur:* Registrat(um) *(ed. Doenniges l. c. II, 42—48 nr. 20); itemque variorum codicum saec. XIV.*

15 *Nonnulla, quae in autographo valde corroso legi non poterant, ex transsumtis petita uncis quadratis inclusimus. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Päbste 331.*

(P. 529 lin. 32—535 lin. 7.)

Clemens episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus Arnaldo Sabinensi apostolice sedis legato ac Leonardo Alban[ensi] et Nicolao Ostiensi[a] episcopis ac 20 dilectis filiis Francisco Sancte Lucie in Silice et Luce Sancte Marie in Via lata diaconis cardinalibus, nunciis eiusdem sedis salutem et apostolicam benedictionem.

(1) Rex regum et dominus dominantium[1], Dei clementissimus filius Ihesus Christus honore multiplici reginam prefulgidam sibi in vestitu deaurato circumamictam varietate[2] adsistentem a dextris, sanctam videlicet ecclesiam sponsam suam, quam suo preciosis- 25 simo[b] sanguine redimitam clementer sibi inseparabili federe coniungi[c] voluit, honore primatus multiplicis ac multipharie preeminentie insignivit. Sed in eo potissime ipsam honorabilem et felice ac precellenti reddidit dignitatis statu[d] fulgentem, quod eidem tantam tribuit plenitudinem potestatis, ut personis quantumcumque conspicuis, quantumcumque[e] solennitate insignibus et preclaris in hiis possit sibique competat adesse 30 magnifice, per que ipse clari nominis titulum et famose consequantur potentie culmen et etiam incrementum. Dominator enim celi, qui solus Altissimus potestatem habet in regno hominum et quemcunque voluerit suscitat super illud[3], potestatem dedit ei et honorem et regnum, potestatem inquam eternam que non aufertur et regnum quod non corrumpitur[4], ut imperatores et reges in ipsa et per ipsam doctrina salutari intelligant 35 et erudiantur iudices orbis terre eidem servire et obsequi in timore, qui imperat ventis et mari[5]. Cuncta namque, que in celo sunt et in terra, sua sunt, suum est regnum, ipse est super omnes principes, sue sunt divicie, sua gloria, qui dominatur omnibus, et in manu eius virtus et potencia, magnitudo et imperium omnium[6], sub quo curvantur qui portant orbem[7]. Per eum enim reges regnant et principes et legum conditores 40 iuxta decernunt[8], qui habet in femore suo scriptum Rex regum et dominus dominancium[1], ad cuius preceptum elevabitur aquila et ponet in arduis nidum suum[9].

(2) Sane dudum post electionem carissimi in Christo filii nostri Henrici regis Romanorum illustris celebratam concorditer per regni Alamanie principes in electione Romanorum regis habentes vocem, cum iminet facienda, solennibus dicti regis ambassia- 45 toribus ac nunciis ad nostram presenciam accedentibus et nobis eiusdem electionis pre-

644. a) et Velletrensi *add.* 2 *B.* b) precioso 2 *B.* c) i *in loco raso trium litterarum* 1. d) stutu 1. e) quantacumque 1; quantumcumque, um *corr. ex* a 2 *B.*

1) *Apoc. 19, 16.* 2) *Ps. 44, 13.* 3) *Dan. 5, 21.* 4) *Dan. 7, 14.* 5) *Ps. 2, 11. Luc. 8, 25.* 6) *1. Par. 29, 12.* 7) *Iob 9, 13.* 8) *Prov. 8, 15.* 9) *Iob 39, 27.*

sentato decreto ad eorum instantem et devotam supplicationis instanciam coram nobis et fratribus nostris iteratis vicibus et per interstitia temporum repetitam prefatum regem, quia per decreti prefati et conditionis persone ipsius non levi notitia antea nobis et fratribus nostris note examinationem coram nobis et eisdem fratribus habitam diligenter, in quantum fieri potuit eodem absente, sufficientem ipsum, ydoneum et habilem invenimus ad prefatum imperium obtinendum ac electionem predictam canonicam extitisse, de eorundem fratrum nostrorum consilio ipsum reputavimus, nominavimus, approbavimus, denunciavimus et declaravimus Romanorum regem, iustitia exigente, ac fore ydoneum, sufficientem et habilem ad dignitatem imperialis celsitudinis obtinendam, pronunciantes insuper et etiam decernentes, sibi per nostras manus loco et tempore oportunis debere concedi unctionem et ipsius imperii diadema, certum ad hoc ei terminum assignantes. (3) Cumque postmodum rex prefatus Italie partes fuisset potenter ingressus et a Lombardie civitatibus aliisque locis insignibus, ad que declinaverat, honorifice et pacifice iam receptus, alii prefati regis ambassiatores et nuncii ad apostolice sedis presenciam accesserunt, qui cum multa nobis instancia inter cetera supplicarunt, quod cum ipsi patenter adverterent, sicut eis iam per nos super hoc responsum extiterat, quod propter generale concilium, quod in Kal. Octobris proxime venturis (Oct. 1.) disposueramus dante Domino et disponimus celebrare, aliaque multa et ardua plurimumque urgentia, que necessario in citramontanis partibus expedienda nobis negotia incumbebant tunc temporis et incumbunt, predictam unctionem et imperii diadema aliaque solennia per nostras manus regi non poterant memorato concedi, terminum ipsum sub spatio temporis brevioris concludere ipsamque unctionem et imperii diadema ceteraque solennia per aliquos de fratribus supradictis in festo Pentecosten tunc proxime secuturo (Mai. 30.) impendi facere dignaremur. (4) Nos vero[f] predictis nunciis receptis mansuetudine consueta et hiis et aliis, que coram nobis voluerunt proponere, diligenter auditis, eis certo modo duximus respondendum, eiusdem regis, super hoc cum predictis fratribus nostris diligenti deliberatione prehabita, nichilominus desideriis annuere intendentes, et quia propter temporis nimiam brevitatem in dicto festo Pentecosten (Mai. 30.) solennitatem unctionis et coronat[ioni]s huiusmodi non posse fieri credebamus nec rex ipse in festo prefato sibi, ut eius decebat honorem, de apparatu ad hoc necessario potuisset forsitan providisse, significavimus ei per nostras litteras speciales, ut tanti arduitate negocii diligenter inspecta et considerata prudenter temporis qualitate, aliquem certum et solennem diem, prout crederet convenire, post festum predictum eligere ipsumque nobis significare illius deliberatio non differret, ut infra diem ipsum, aliquos de fratribus supradictis, de quibus apostolica deliberatio provideret, qui ei unctionis eiusdem munus impenderent et imponerent vice nostra prefatum diadema imperii et alia inibi agenda solennia peragerent, mitteremus, dilectos filios magistros Robertum electum Salernitan(um) et Hugonem Geraldi cantorem Petragoricen(sem) capellanos nostros ad eundem regem super hiis cum eisdem nostris litteris destinantes, per quos sibi paterne sinceritatis affectum et mentis apostolice puritatem, quos ad status ipsius et exaltationem magnificam habebamus, mandavimus clarius aperiri[1]. (5) Verum rex prefatus super hoc matura deliberatione prehabita festum assumptionis beate Virginis (Aug. 15.) proxime venturum pro termino ad recipiendum in basilica principis apostolorum de Urbe more solito unctionem huiusmodi et ipsius imperii diadema aliaque inibi solennia peragenda recepit, prout nobis per solennes suos[g] ambassiatores ac[h] nuntios per speciales litteras intimavit suo regali sigillo pendenti munitas[2], cum multa devotionis instantia supplicans per eosdem, ut ad eum aliquos micteremus de fratribus memoratis pro impendenda unctione huiusmodi et imponendo sibi eiusdem imperii diadema aliisque solennibus peragendis. Porro si desuper

644. f) igitur 2 *A*; *in rasura* 2 *B*. g) suos solennes 2 *B*. h) et 2 *B*.

1) *Supra nr. 586.* 2) *Quae servatae non sunt. Instrumentum v. supra nr. 606.*

datum esset, ut circa tanti celebritate negotii exhiberi posset nostra presentia corporalis, ut ubi mente vigilanter intendimus, ibi presentialiter nostrum desiderium panderemus, ad quod etiam eiusdem regis concurrunt, ut pro certo novimus, cum promptitudine multiplicis devotionis affectus, gauderemus in Domino et plurimum satisfieret votis nostris.
5 Verum quia ex causis predictis non possumus in hac parte affectibus satisfacere mentis nostre, predicti regis frequentibus et devotis supplicationibus inclinati et ad personas vestras apostolice mentis oculos fiducialiter dirigentes vobis, quorum nobis sunt note virtutes quasque in magnis et[i] arduis dicta sedes diversis vicibus est[k] experta et de quorum operibus fructus uberes provenisse[l] conspicimus, super hoc nostre solicitudinis[m]
10 onus duximus imponendum, sperantes quod tamquam viri virtute magnifici opus huiusmodi viriliter assumetis ad divini nominis laudem et gloriam effectualiter exequendum.

(6) Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus vos ad dictam Urbem die assumptionis predicta personaliter conferentes ac ibidem convenientes Aug. 15. in unum, tu frater . . Ostiensis episcope missam celebres et regem inungas eundem vosque
15 fratres Albanensis, Ostiensis et Sabinensis episcopi vosque filii Francisce et Luca diaconi cardinales vel illi vestrum qui presentes fuerint eisdem regi et regine mitras et diademata[n] imperii, regi quoque sceptrum, pomum et gladium et alia solennia, prout infra patentius et distinctius vobis iniungitur, tribuatis eorumque vertices inclitos reddatis illorum insigniis cum solitis solennitatibus decoratos, in nomine et virtute Altissimi pru-
20 denter, honorifice ac etiam diligenter, prout decet tam[o] arduum et solenne negotium que vobis committimus nostris vice et nomine exequentes, in dicto festo Assumptionis Aug. 15. si poteritis comode vel alio certo convenienti die, quem idem rex ad hoc pro qualitate negotiorum inminentium duxerit eligendum, quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, quatuor, tres, duo aut unus ex vobis ea nichilominus exequatur[p]. Et ne quis
25 in agendis solennibus antedictis error quod absit intervenire valeret, modum et formam et locum agendorum et ubi et per quas personas agenda fuerint, particulariter et distincte[q] duximus presentibus inserenda, prout in archivo ecclesie et in pontificali ordinario continetur.

Quorum forma talis est:

30 *(ORDO CORONATIONIS)*

(7) Cum rex in imperatorem electus pervenerit ad portam Collinam, que est iuxta castellum Crescentii, recipiatur honorifice a clero Urbis cum crucibus et turribulis et processionaliter deducatur usque ad gradus basilice sancti Petri, cantantibus universis: 'Ecce micto angelum meum etc.', camerariis eius missilia spargentibus ante ipsum et
35 pr[efecto Urbi]s gladium preferente. Cum autem pervenerit ante basilicam in plateam, que cortina vocatur, destrandus est a senatoribus usque ad gradus predictos, ubi eo descendente tradendus est equus, cui rex insederat, illis. Interim summus pontifex cum omnibus ordinibus suis preparet se in secretario tamquam celebraturus divina et processionaliter exiens usque ad [suggestum] aree superioris, que est in capite graduum
40 super faldestorium, ibi sedeat, considentibus super gradus a parte dextera episcopis et presbiteris, a sinistra vero diaconis cardinalibus et in proximiori gradu subdiaconis et acolitis, primicerio et cantoribus astantibus circa illos cum magnatibus et nobilibus, officialibus et ministerialibus aule papalis. Tunc rex cum [archi]episcopis et episcopis, principibus et magnatibus suis ascendens ad summum pontificem reverenter obsculetur
45 pedes ipsius et offerens ei aurum, quantum sibi placuerit, benigne recipiatur ab eo ad

644. i) *in nova linea mutato atramento* 1. k) vicibus est *in loco raso artius scripta* 1. l) *deest* 2 *A*; pervenisse 2 *B*. m) solici *in loco raso* 1. n) dyademada 1. o) prout decet tam *in loco raso* 1. p) exequantur 2 *B*. q) apte 1.

osculum et amplexum. (8) Quo demum surgente rex ipse a parte dextera ac prior diaconorum[r] a parte sinistra deducant eum usque in ecclesiam sancte Marie in Turribus, ubi [ant]e altare, subdiacono evangelii textum tenente, rex super illum corporaliter prestet huiusmodi iuramentum:

'Ego Henricus rex Romanorum futurus annuente Domino imperator promicto, spondeo et polliceor coram Deo et beato Petro, me de cetero protectorem et defensorem fore summi pontificis et sancte Romane ecclesie in omnibus necessitatibus et utilitatibus suis, custodiendo et conservando possessiones[s], honores et iura eius, quantum divino fultus adiutorio fuero, secundum scire et posse meum recta et pura fide. Sic me Deus adiuvet et hec sancta etc.'

Forma autem iuramenti prestiti in Avinione per procuratores et nuntios predicti regis Romanorum tempore sue coronationis renovandi talis est:

'Nos Sifridus Curiensis — personaliter renovabit'. *supra nr. 296.*

(9) Deinde summus pontifex cum ordinibus suis ad altare procedit et facta ibi oratione ad sedem ascendit, rege cum suis et tribus episcopis, videlicet Ostiensi et Portuensi et Albanensi, in ecclesia sancte Marie in Turribus remanente, ubi a canonicis Sancti Petri receptus in fratrem imperialibus induatur insignibus, dato ipsius pallio camerario domini pape. Qui precedentibus illis canonicis et cantantibus: 'Petre amas me etc.', cum ad hostium basilice principis apostolorum pervenerit, que porta argentea nuncupatur, deducentibus eum hinc inde[t] comite Lateranensis palatii et primicerio iudicum Romanorum, Albanensis episcopus ante ipsam portam argenteam hanc super eum benedictionem effundat: 'Deus, in cuius manu corda sunt regum etc.' Cum autem intra ecclesiam in medio rote pervenerit, Portuensis episcopus hanc orationem super eum decantet: 'Deus inenarrabilis auctor mundi etc.' Qui cum ad confessionem beati Petri pervenerit, prosternat se pronus in terram et prior diaconorum super eum faciat letaniam. Qua finita prior presbiterorum dicat orationem dominicam cum capitulis istis: 'Salvum fac servum tuum Domine', 'Micte ei auxilium de sancto', 'Domine salvum fac regem'. Ac deinde dicat orationem istam: 'Actiones nostras quesumus Domine etc.' Post hec procedant ad altare sancti Mauritii, ubi Ostiensis episcopus ungat ei de oleo[u] exorcizato brachium dextrum et inter scapulas, hanc orationem dicendo: 'Domine Deus omnipotens, cuius est omnis potestas etc.' Item aliam orationem dicat: 'Deus Dei filius Ihesus Christus etc.' Hiis ita peractis ascendit rex ad altare beati Petri, ubi summus pontifex facta confessione recipiat eum ad osculum sicut unum ex diaconibus ipseque procedat ad pulpitum vel ambonem, ubi thalamus constructus de lignis et ornatus de palliis debet ei esse paratus, cum suis archiepiscopis et episcopis, principibus et magnatibus secundum capacitatem loci consistat. Primicerius autem et scola cantorum in choro ante altare decantent introitum et post kyrieleyson et ymnum angelicum decantatum summus pontifex dicit orationem, que competit illi diei, et hanc orationem pro ipso imperatore: 'Deus regnorum omnium etc.' Item aliam orationem: 'Suscipe Domine preces etc.' Item aliam orationem: 'Deus qui ad predicandum etc.' Cumque lecta fuerit epistola et graduale decantatum, imperator ascendat processionaliter ad altare, ubi summus pontifex imponit ei mitram clericalem in capite ac super mitram imperatorium diadema, dicens: 'Accipe signum glorie etc.' Deinde sceptrum et pomum aureum tradit ei et post cetera gladium, ita dicens: 'Accipe gladium ad vindictam etc.' Qui coronatus incedens portet in dextra manu pomum, in sinistra sceptrum et sic ad thalamum redeat. Ipsoque ibi cum principibus suis consistente, prior subdiaconorum cum subdiaconibus Romane curie et capellanis aule imperialis ad pectorale dextrum ante

644. r) et *add.* 1. 2 *B.* s) et *add.* 2 *A. B.* t) hinc inde *deest* 2 *A.* u) ungat—oleo *in loco raso artius scripta* 1.

crucifixum argenteum laudem imperatori alta voce decantet hoc modo: 'Exaudi Christe'. Scriniarii vero Urbis sereceis[v] capis induti ante pectorale consistentes in choro respondeant: 'Domino Henrico invictissimo Romanorum imperatori et semper augusto salus et victoria'. Qua laude tertio repetita prior subdiaconorum cum suis tribus vicibus dicat: 5 'Salvator mundi'. Et scriniarii vicissim respondeant: 'Tu illum adiuva'. Deinde iste cum suis duabus vicibus dicat: 'Sancta Maria'. Et illi vicissim respondeant: 'Tu illum adiuva'. Et sic deinceps: 'Sancte Michael', 'Sancte Gabriel', 'Sancte Raphael', 'Sancte Iohannes Baptista', 'Sancte Petre', 'Sancte Paule', 'Sancte Andrea', 'Sancte Stephane', 'Sancte Laurenti', 'Sancte Vincenti', 'Sancte Silvester', 'Sancte Leo', 'Sancte Gregori', 'Sancte 10 Benedicte', 'Sancte Basili', 'Sancte Saba'. 'Tu sancta Agnes', 'Sancta Cecilia', 'Sancta Lucia'. Quibus finitis isti bis dicant: 'Kyrieleyson' et illi vicissim respondeant: 'Christeleyson' ac deinde simul omnes: 'Kyrieleyson'. Post hec euangelio decantato imperator corona et manto depositis accedat ad summum pontificem et offerat ad pedes eius aurum, quantum sibi[w] placuerit. Ipsoque pontifice descendente pro perficiendis missarum 15 misteriis ad altare, imperator more subdiaconi offerat ei calicem et ampullam et stet ibi, donec pontifex ad sedem reversus communicet sacramque communionem de manu eius suscipiat cum osculo pacis, et sic ad thalamum rediens in ambone resumat mantum pariter et coronam. Missaque finita pontificalem benedictionem reverenter accipiat et statim procedat ad locum, ubi debet summus pontifex equitare, ut cum ipse pontifex 20 equum ascenderit, teneat stapedium selle eius et arrepto freno aliquantulum ipsum adextret. Moxque suum equum ascendens procedat iuxta summum pontificem usque ad ecclesiam sancte Marie in Traspadina[x], ubi dato sibi osculo ad invicem non corde, sed corpore separentur.

(10) Si vero regina fuerit coronanda, debet super lectorium ex opposito thalamus 25 preparari, ubi cum duabus ad minus puellis et aliquibus ex principibus imperii tam ecclesiasticis quam mundanis resideat, et post coronationem imperatoris deducatur ad altare ante summum pontificem amicta regalibus indumentis. Cui summus pontifex mitram imponat, ita quod cornua mitre sint a dextris et a sinistris, et super mitram imponat[y] coronam, ita dicendo: 'Accipe coronam imperialis excellentie etc.' Coronata 30 vero regina reducatur ad thalamum. Et post euangelium ducatur ad oblacionem summo pontifici[z] exhibendam stetque in gradibus iuxta absidam versus altare sancti Leonis, donec de manu summi pontificis post imperatorem sacram communionem accipiat, et tunc ad thalamum reducta permaneat usque ad finem misse.

(11) Consuevit autem imperator larga presbiteria omnibus ordinibus exhibere, 35 quibus ea, cum coronatur, summus pontifex elargitur, videlicet episcopis, presbyteris et diaconis cardinalibus, primicerio et cantoribus, subdiaconis, basilicariis et regionariis et universitati cleri Romani, capellanis et ceteris officialibus et ministerialibus curie, prefecto Urbis, senatoribus, iudicibus, advocatis et scriniariis ac prefectis navalium.

(12) Consuevit etiam rex, quando descendit de monte Gaudii et venit ad ponti- 40 cellum, prestare hoc iuramentum Romanis:

'Ego Henricus rex futurus imperator iuro me servaturum Romanis bonas consuetudines suas. Sic me Deus adiuvet et hec sancta etc.'

(13) Quia vero propter nostram absenciam nonnulla solennia ex predictis personam nostram tangentia expedit intermicti, volumus atque decernimus, quod non obstantibus 45 hiis, que superius describuntur, in gradibus scalarum dicte basilice principis apostolorum idem rex Romanorum solennitate et honorificentia debitis recipiatur ad osculum per vos

644. v) sericis 2 *A. B.* w) aurum, quantum sibi *in loco raso* 2 *B.* x) Transpadina 2 *B.* y) *sequitur rasura 6 litteras longa* 1. z) pontifice 1.

episcopos et diaconos cardinales stantes in ordinibus vestris, indutos tamen omnes pluvialibus, processionaliter obviantes eidem cum subdiaconis[a] et acolitis, primicerio et cantoribus, astantibus circa vos magnatibus et nobilibus, officialibus et ministerialibus aule nostre. Aurum vero, quod rex coronandus in eisdem gradibus apostolico consuevit offerre post genuflexionem et deosculationem pedum, omissis illis, quas nulli vestrum faciat idem rex, quia soli Romano pontifici competunt et debentur, in eodem loco per eundem regem vobis humiliter offeratur ita dicentem:

'Si[b] sanctissimus pater[c] dominus noster dominus Clemens summus pontifex esset hic presens, sibi offer[r]em aurum istud presentialiter. Sed propter eius absentiam offero sibi, vobis dominis cardinalibus eiusdem domini pape vice et nomine recipientibus, aurum istud'.

Quo facto idem rex existens in medio vestrum, vobiscum veniat ad altare sancte Marie in Turribus, et cum ibidem fuerit, publice in vestra presentia recipientium nostro et ecclesie Romane nomine prestet idem rex sacramentum suo expresso proprio nomine de verbo ad verbum, prout superius continetur. Renovet autem sacramentum per procuratores suos prestitum sue approbationis tempore coram nobis secundum tenorem supra descriptum. Et si in adventu suo in gradibus, ubi eidem obviabitis, renovationem predictam facere preelegerit[d], contentamur. Tu frater Ostiensis ut premictitur missam celebres et regem predictum inungas, prout in ordinario continetur, quod si te impediri contingat, hoc tu facias Albanensis, et si ambo impediremini, hoc facias Sabinensis episcope[e]. Letanias dicas [tu] Francisce si potes, pluviali tamen indutus, quod si te impediri contingat, tu Lucas hoc in eodem habitu exequaris. Orationem autem, quam dicere debet prior presbiterorum cardinalium, tu dicas episcope Sabinensis, quod si te impediri contingat, tu facias Albanensis, quod si ambo impediremini, tu facias Ostiensis episcope. Prestito autem in capella predicte sancte Marie in Turribus iuramento, omnes remaneatis cum rege predicto preter illum, qui missarum solennia celebrabit. Tu vero Albanensis orationem, que tibi dicenda competit, dicas loco et tempore debitis. Orationem vero, quam deberet dicere Portuensis episcopus, si adesset, dicas tu Sabinensis, quod si te impediri contingat, tu suppleas Ostiensis. Receptio autem ad osculum inter diaconos cardinales post confessionem in altari beati Petri factam, quia soli Romano pontifici competit et concurrit cum osculo pectoris, omictatur. Vos autem universi imponatis mitras suo modo regi suoque regine, prout in dicto ordinario de summo pontifice continetur, et diademata[f] regi et regine predictis. Verba vero dicenda in impositione diadematum, scilicet 'Accipe signum glorie' quoad regem, item 'Accipe coronam imperialis excellentie' quoad reginam, dicas tu Sabinensis. Licet enim ratione prioratus hoc tibi non competat, quia tamen in legatione nostram representas personam, hoc per te volumus adimpleri. Verba autem predicta dicas alte atque sonore, ita quod ab assistentibus audiantur. Omnes vero vos alii verba eadem voce submissa dicatis, sic ut nequaquam audiri possitis, sicut in consecrationibus prelatorum fieri consuevit per coassistentes principaliter consecra[n]ti. Verba autem competentia in assignatione gladii, post sceptrum et pomum aureum ipsumque gladium per te Albanen(sem) ac vos alios tradita, scilicet 'Accipe gladium ad vindictam malefactorum etc.', tu idem alta et sonora [voce di]cas et proferas Albanensis, reliquis submissa voce eadem verba dicentibus, prout in verbis impositionum mitrarum et diadematum superius est expressum. Decantato autem euangelio rex coronandus offerat aurum, quod ad pedes Romani pontificis consuevit offerri, ad pedem maioris altaris, quod vos omnes nostro recipiatis nomine [cardinales]. Cetera vero solennia peragantur cum omni solennitate et honorificentia, prout in ordinario continetur. Oblatio vero calicis et ampulle per imperatorem iam coronatum decantato

644. a) subdiaconibus 2 *B.* b) *in loco raso* 1. c) et *add.* 2 *B.* d) -igeret *corr. ex* -egerit 1; -egerit 2 *A. B.* e) epi 1. f) mata *in loco raso artius scriptum* 1.

euangelio, corona et manto depositis, more subdiaconi Romano fienda[g] pontifici et assistentia eidem fienda[h] per imperatorem, don[ec Romanus] pontifex ad sedem propriam revertatur, quia[i] soli Romano pontifici competunt, omictantur. Idem tamen imperator, si voluerit, sacram communionem de manu recipiat celebrantis, osculo tamen omisso.
5 Quibus peractis ad thalamum rediens in ambon(e) resumat mantum pariter et coronam. Processus autem eiusdem im[peratoris a]d locum, ubi summus pontifex equitare deberet, et detentio stapedii selle eius et arrepto freno equi, cui Romanus pontifex insid[eret], adextratio officiique stratoris exhibitio, quia soli Romano pontifici competunt et presenciam ipsius exigunt corporalem, omictantur omnino. Reliqua autem solennia, prout ex-
10 primun[tur in ordi]nario, solenniter et honorifice compleantur.

(14) Quia autem, ut ex predictis apparet, multe observancie multaque solennia multeque reverentie et honorificentie Romano pontifici competentia propter nostram absenciam omictuntur, protestamur[k] et volumus et apostolica auctoritate decernimus, nullum ex hoc iuris vel facti Romane ecclesie ac [nobis nostrisque su]ccessoribus preiu-
15 dicium generari, quin cum casus regis Romanorum[l] in imperatorem coronandi occurreret, omnia exhibeantur et fiant per coronandos Romanis pontificibus, sicut in forma, que in archivo ecclesie et pontificali ordinario continetur, superius descripta sériosius est expressum. Ad eiusdem autem e[cclesie Romane, nostr]am et successorum nostrorum conservationem iuris atque cautelam volumus per vos ab eodem tam rege coronando
20 quam imperatore coronato expresse hiis nostris protestationi et decreto consentiente recipi patentes litteras quadruplicatas de verbo ad verbum tenorem presentium continentes, suo regali prim[um sigillo ac] postmodum sua imperiali bulla aurea communitas[1], quas vos Albanensis, Ostiensis, Lucas, duo aut alter vestrum, nobis aut camere nostre fideliter assignetis.

25 Dat. in prioratu de Grausello prope Malausanam Vasionen. dioc., XIII. [Kal.] Iulii, pontificatus nostri anno sexto.

645. *COMMISSIO LEGATIONIS.* *Iun. 19.*

Repetimus ad editionem Regesti Clementis V. supra citatam sub nr. 7548. Ex eodem Registro edidit Theiner l. c. I, 447 nr. 618, cuius editionis ope pauca correximus.
30 *Superest etiam apographon cancellariae papalis, quod Henrico regi missum est, servatum Pisis in tabulario regio 'Primaziale', quod olim fuit tabularii capituli maioris ecclesiae. Membrana est valde corrosa, hic illic iam exsecta, lectu difficillima; quam conferre supersedimus.*

Cf. litteras pontificis omnes ad hanc legationem spectantes in Regesto Clementis V.
35 *nr. 7549—7581.* *(P. deest.)*

Clemens[a] episcopus servus servorum Dei[a] venerabili fratri Arnaldo episcopo Sabinensi apostolice sedis legato salutem et apostolicam benedictionem.

(1) Delectatur animus noster et secura tranquillitate quiescit, dum tibi ecclesie universalis onera supportanda tamquam ipsius ecclesie laudabili membro confidenter
40 imponimus, et in nobis gaudii plenitudo resultat, cum illa pro divina nominis gloria supportas viriliter in robore fortitudinis et virtutis. Propter diversa igitur et ardua negotia, que in partibus Lombardie et Tuscie imminere noscuntur, ac honorem Dei et sancte matris ecclesie conservandum et, prout Dominus dederit, augmentandum ibidem et manutenendam ecclesiasticam libertatem ac pacis et tranquillitatis spargenda semina,
45 te tanquam pacis angelum, commisso tibi in eisdem Lombardie et Tuscie partibus,

644. g) facienda 2 *A. B.* h) facienda 2 *B.* i) qui 2 *A. B.* k) *in loco raso artius scriptum* 1. l) Romani 2 *B.*

645. a) Clemens—Dei *posuimus ex apographo Pisano.*

1) *Cf. infra ad. 1312. Iun. 29.*

terris ecclesie Romane subiectis temporali dominio ubicumque positis prorsus exceptis, necnon et in Marchia Tervisina, Aquilegensi et Gradensi patriarchatibus, Ianuensi, Pisana et Iadrensi patriarche Gradensi metropolitico iure subiecta provinciis ac Sardinie et Corsice insulis et in illa parte provincie Ravennatis, que in terra imperii dinoscitur constituta, et Placentina ac Papiensi civitatibus et diocesibus plene legationis officio, 5 ut evellas et destruas, disperdas et dissipes, edifices et plantes[1] in nomine Domini, prout gratie celestis infusio et tua tibi providentia ministrabit, de fratrum nostrorum consilio destinamus, tibi nichilominus faciendi et exercendi auctoritate nostra, quecumque ad Dei et apostolice sedis honorem cultumque divini nominis ampliandum ac fidelium partium earundem statum prosperum et tranquillum, observantiam ecclesie 10 sanctionis, integritatem ecclesiastice libertatis, relevationem pauperum, animarum salutem et tranquillitatem corporum pertinebunt, facultatem plenariam tribuentes[2].

(2) Preterea ad missionem huiusmodi illa precipue ratio nos inducit, quod dudum post electionem carissimi in Christo filii nostri Henrici regis Romanorum illustris celebratam concorditer per regni Alamanie principes in electione Romanorum regum 15 vocem habentes, cum iminet facienda, solennibus dicti regis ambasciatoribus et nuntiis ad nostram presentiam accedentibus et nobis eiusdem electionis presentato decreto, ad eorum instantem et devotam supplicationis instantiam coram nobis et fratribus nostris iteratis vicibus et diversis temporibus repetitam prefatum regem, quia per decreti predicti et conditionis persone ipsius non levi notitia antea nobis et fratribus nostris note 20 examinationem coram nobis et eisdem fratribus habitam diligenter, in quantum fieri potuit eodem absente, sufficientem ipsum, ydoneum et habilem invenimus ad prefatum imperium obtinendum ac electionem predictam canonicam extitisse, de ipsorum fratrum consilio ipsum reputavimus, nominavimus, approbavimus, denunciavimus et declaravimus Romanorum regem iustitia exigente ac fore ydoneum, sufficientem et habilem ad dig- 25 nitatem imperialis celsitudinis obtinendam, pronuntiantes insuper ac etiam decernentes, sibi per nostras manus loco et tempore oportunis debere concedi unctionem et ipsius imperii diadema, certum ad hoc ei terminum assignantes. (3) Cumque postmodum rex prefatus Italie partes fuisset potenter ingressus et a Lombardie civitatibus aliisque locis insignibus, ad que declinaverat, honorifice et pacifice iam receptus, alii prefati regis 30 ambasciatores et nuntii ad apostolice sedis presentiam accesserunt, qui cum multa nobis instantia inter cetera supplicarunt, quod cum ipsi patenter adverterent, sicut eis iam per nos super hoc responsum extiterat, quod propter generale concilium, quod in Kalendis Octobris (Oct. 1.) proximo venturis disposueramus dante Domino et disponimus celebrare, aliaque multa et ardua plurimumque urgentia, que necessario in citramontanis partibus expe- 35 dienda nobis negotia incumbebant tunc temporis et incumbunt, predictam unctionem et imperii diadema aliaque solempnia per nostras manus regi non poterant memorato concedi, terminum ipsum sub spatio temporis brevioris concludere ipsamque unctionem et imperii diadema ceteraque solempnia per aliquos de fratribus supradictis in festo Penthecostes (Mai. 30.) tunc proximo secuturo impendi facere dignaremur. (4) Nos vero pre- 40 dictis nuntiis receptis mansuetudine consueta et hiis et aliis, que coram nobis voluerunt proponere, diligenter auditis, eis certo modo duximus respondendum, eiusdem regis, super hoc cum predictis fratribus nostris diligenti deliberatione prehabita nichilominus desideriis annuere intendentes, et quia propter temporis nimiam brevitatem in dicto festo Penthecostes (Mai. 30.) solempnitatem unctionis et coronationis huiusmodi non posse fieri crede- 45 bamus nec rex ipse in festo prefato sibi, ut eius decebat honorem, de apparatu ad hoc necessario potuisset forsitan providisse, significavimus ei per nostras litteras speciales[3], ut tanti arduitate negotii diligenter inspecta et considerata prudenter temporis quali-

1) *Ierem. 1, 10.* 2) *Cf. supra nr. 440 cap. 1.* 3) *Supra nr. 586.*

tate, aliquem certum et solempnem diem, prout crederet convenire, post festum predictum eligere ipsumque nobis significare illius deliberatio non differret, ut infra diem ipsum aliquos de fratribus supradictis, de quibus apostolica deliberatio provideret, qui ei unctionis eiusdem munus impenderent et imponerent vice nostra prefatum diadema imperii ac
5 alia inibi agenda solempnia peragerent, mitteremus, dilectos filios magistros Robertum electum Salernitanum et Hugonem Geraldi cantorem ecclesie Petragoricensis capellanos nostros ad eundem regem super hiis cum eisdem nostris litteris destinantes, per quos sibi paterne sinceritatis affectum et mentis apostolice puritatem, quos ad status ipsius exaltationem magnificam habebamus, mandavimus clarius aperiri. (5) Verum rex
10 prefatus super hoc matura deliberatione prehabita festum assumptionis beate Virginis Aug. 15. proxime venturum pro termino ad recipiendum in basilica principis apostolorum de Urbe more solito unctionem huiusmodi et ipsius imperii diadema aliaque inibi solempnia peragenda recepit, prout nobis per solempnes suos ambassiatores et nuntios et speciales litteras intimavit suo regali sigillo pendenti munitas[1], cum multa devotionis instancia
15 supplicans per easdem, ut ad eum aliquos de fratribus memoratis pro impendenda unctione huiusmodi et imponendo sibi eiusdem imperii diademate aliisque peragendo solempniis mitteremus. Verum quia ex causis predictis non possumus in hac parte affectibus satisfacere mentis nostre, predicti regis frequentibus et devotis supplicationibus inclinati et ad te ac venerabiles fratres Leonardum Albanensem et Nicolaum Ostiensem
20 episcopos et dilectos filios nostros Franciscum Sancte Lucie in Silice et Lucam Sancte Marie in Via lata diaconos cardinales apostolice mentis oculos fiducialiter dirigentes, te et eos ad impendendam eidem regi sacram unctionem et imponendum imperii diadema et alia insignia imperialia tradendum eidem duximus destinandos sub certis modis et tenoribus, qui in litteris commissionis nostre[2] super hoc tibi et ipsis facte plenius et
25 seriosius continentur.

(6) Cum itaque nos, qui regem ipsum ob precelse devotionis sinceritatem eximiam, quam ad Romanam ecclesiam matrem suam habere dinoscitur, in intimis dilectionis apostolice gerimus, desiderabiliter cupiamus, ut tua delectabili comitiva munitus iocundetur successibus eiusque solium votivis eventibus fulciatur et prosperetur in omnibus,
30 ad que divina dispositio mittit illum, fraternitatem tuam monemus, rogamus et hortamur attentius per apostolica tibi scripta mandantes, quatinus impositum tibi onus laboris huiusmodi pro divina et apostolice sedis reverentia devote suscipiens et personaliter ad partes illas accedens, illud sollicite, viriliter et laudabiliter iuxta datam tibi a Deo prudentiam exequaris et alias dicto regi tue presentie gratum et delectabilem comitatum,
35 prout dicte sedis honorem et tanti principis magnificentiam decet et officii tui requirit auctoritas, ferventer exhibeas et assistas favoribus, consiliis et directionibus oportunis. Et nichilominus per te ipsum et alios sollicite cum eodem ad conservationem ecclesiastice libertatis et ecclesiarum ac terrarum eiusdem Romanorum regis dominio subiectarum statum pacificum et tranquillum labores instanter et studia tue sollicitudinis, ut eiusdem
40 fideles regni ei, in quibus tenentur, pareant ac ea, que sibi debentur per eos, promptis animis exhibeant, efficaciter interponas[3].

(7) Speramus enim, quod cum eodem rege ac tecum Domino faciente virtutem[4], per hoc populorum eiusdem imperii universitas copiosa a longis retroactis temporibus cruciatibus vastabilium guerrarum afflicta restituetur, ut pie speratur et creditur, ad
45 quietis et pacis delectabilis ubertatem, ipsumque imperium, plaga dissensionis odibilis per angelos malos, ut cernitur, peccatis exigentibus immissa proh dolor in eodem subducta radicitus, recipiet auctore Domino antique nobilitatis gloriam et decorem et statum

1) *Quae servatae non sunt.* 2) *Supra nr. 644.* 3) *Cf. supra nr. 440 cap. 4.* 4) *Cf. Ps. 117, 16.*

resumet quietis et pulcritudinis primitive, ipsisque pacis et tranquillitatis amabilis desiderata serenitas illucescat[1], tuque per diligencie tue ministerium studiosum illam, que pias causas gerentibus pro retributione rependitur, palmam glorie feliciter consequeris. (8) Indefessa quoque sollicitudine studeas laborare, quod idem rex sui recognoscat humiliter, sicut pro certo speramus, beneficia creatoris, dirigat vias suas in semitis mandatorum eius, Romanam ecclesiam matrem suam et ipsius ministros honoret, nec ipsum pretereat, quam gratiosam eandem ecclesiam ante assumptionem suam ad culmen huiusmodi et in ipsa et post ipsam favorabilius adinvenerit. Ideoque tam eam quam ecclesias alias, quarum ipsa mater est et magistra, studeat condignis honoribus et favoribus honorare, earum iura diligere, protegere, conservare et toto corde et animo defensare, attendens quod ad hoc est divina providentia evocatus, pacem in terris amare studeat et sit regis pacifici imitator, firmetur iustitia thronus eius et illa ante ipsum precedat et gressus eius dirigens in viam rectam sibi ab invio precavebit, et apud Regem regum retributionem debitam ex hiis merito consequatur et apud universos Christi fideles dignis in Domino preconiis attollatur[2].

Dat. in prioratu de Grausello prope Malausanam Vasionen. dioc., XIII. Kal. Iulii, pontificatus nostri anno sexto.

646. *LITTERAE DE IURAMENTO RATIFICANDO REGI MISSAE.* *Iun. 22.*

Ex eodem Regesto sub nr. 7179. Edidit etiam Theiner l. c. I, 449 nr. 620. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Päpste 332. *(P. deest.)*

Carissimo in Christo filio Henrico regi Romanorum illustri salutem etc.

(1) In humilitatis spiritu[3], que virtutum comprobatur origo, sicut matris ecclesie filius a Domino benedictus, tue devotionis ac fidei zelum nobis et ipsi ecclesie dudum offerens reverenter, iuramentum, quod tenor infrascriptarum litterarum pendenti munitarum sigillo continet seriose, olim in manibus dilecti filii magistri Iohannis de Molans scolastici Tullensis capellani nostri de mandato per nos ei facto nostro et ecclesie predicte et apostolice sedis nomine recipientis per te sacrosanctis evangeliis, sicut per easdem litteras plene constat, tactis corporaliter prestitisti, promittens teque firmiter obligans cum omni efficacia et effectu, quod post imperialis dyadematis a te coronationem susceptam omnia in iuramento et litteris contenta predictis ratificares, confirmares, recognosceres, faceres, servares atque iurares et de hiis omnibus infra octo dies post coronationem huiusmodi ad perpetuam rei memoriam ac nostram et successorum nostrorum et ecclesie ac sedis predictarum securitatem atque cautelam patentes quadruplicatas imperialis maiestatis typario communitas concederes litteras, huiusmodi litterarum tuarum seriem continentes. Quare magnificentiam regiam paterno rogamus et hortamur affectu, quatinus ut devotionis et fidei ac reverentie fervorem huiusmodi cum tue promotionis et exaltationis augmento per clara tue celsitudinis gesta erga nos et prefatam ecclesiam crevisse demonstres, in manibus venerabilium fratrum nostrorum Arnaldi Sabinensis legati et Nicolai Ostiensis episcoporum nuntii apostolice sedis vel alterius eorumdem, quos ad tui presentiam duximus destinandos quibusve et cuilibet eorumdem in solidum iuramenti et aliorum predictorum omnium et singulorum receptionem per nostras litteras speciales[4] commisimus, post susceptum per te, ut premittitur, ipsius imperii dyadema omnia in iuramento et litteris contenta predictis ratifices, confirmes, recognoscas, facias, serves ac prestes de novo simile iuramentum nobisque super hiis omnibus et singulis iuxta tuam promissionem et obligationem easdem predictas litteras quadruplicatas eiusdem imperialis maiestatis typario communitas, in eis tenore pre-

1) *Cf. nr. 440 cap. 5.* 2) *Cf. ibidem cap. 6.* 3) *Cf. Dan. 3, 39.* 4) *Nr. 647.*

dictarum tuarum litterarum inserto, concedas illasque nobis per eosdem episcopos vel alterum eorundem transmittas.

(2) Tenorem autem predictarum litterarum tuarum, ut de ipsis plenam certitudinem habeas, de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus, qui talis est:

5 'Sanctissimo in Christo patri — anno secundo'. *supra nr. 454.*

Dat. in prioratu de Grausello prope Malausanam Vasionen. dioc., X. Kal. Iulii, anno sexto.

647. *LITTERAE DE EODEM CARDINALIBUS DIRECTAE. Iun. 22.*

Ex eodem Regesto sub nr. 7180. Edidit etiam Theiner l. c. I, 450 nr. 621.

10 *(P. deest.)*

Venerabilibus fratribus Arnaldo Sabinensi legato et Nicolao Ostiensi episcopis nuntiis apostolice sedis.

(1) In humilitatis spiritu[1], que virtutum comprobatur origo, carissimus in Christo filius noster Henricus rex Romanorum illustris, sicut matris ecclesie filius a Domino 15 benedictus, devotionis et fidei zelum etc. ut in proxima superiori mutatis mutandis usque[2] continentes, propter quod prefatum regem affectu paterno per alias nostras litteras[3] rogandum duximus et etiam exhortandum, ut regie devotionis, fidei ac reverentie fervorem huiusmodi etc. ut in eadem superiori usque[4] transmittas mutatis mutandis. (2) Cum igitur de nostro et ecclesie ac sedis predictarum honore tamquam ipsius 20 ecclesie membra nobilia, sicut pro certo tenemus, credimus et speramus, vos attentior et continua cura sollicitet nosque in hiis et aliis, que ipsius ecclesie contingunt honorem, in vobis cum securitate plenissima quiescamus, volumus et discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus vos vel alter vestrum ratificationem, confirmationem, recognitionem ac iuramentum predicta et premissa omnia et singula a rege pre-25 dicto, quem super premissis et quolibet eorundem requirimus per presentes et etiam exhortamur in filio Dei patris, post susceptum predictum dyadema imperii ab eodem et quadruplicatas litteras, in eis tenore predictarum litterarum inserto, imperialis maiestatis typario, ut predicitur, communitas per eum super predictis omnibus concedendas prudenter petere, requirere, recipere et habere curetis ipsasque nobis vos vel alter vestrum 30 deferatis. Nos enim ratificationem, confirmationem, iuramentum et predicta omnia et singula petendi, requirendi, recipiendi et habendi a rege predicto et omnia alia, que circa predicta et quodlibet predictorum agenda fuerint, faciendi, gerendi et exercendi plenam vobis et cuilibet vestrum in solidum concedimus auctoritate presentium facultatem.

(3) Tenorem autem predictarum litterarum nobis super iuramento per eum in 35 manibus dicti scolastici, ut premittitur, prestito concessarum, ut de ipsis plenam certitudinem habeatis et procedere valeatis cautius in premissis, de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus, qui talis est:

'Sanctissimo in Christo patri etc.' ut in superiori[5].

Dat. ut supra[6].

40 **648.** *LITTERAE REGI MISSAE DE FACTO BRIXIENSIUM. Iul. 4.*

Denuo contulimus autographon Pisis in tabulario capituli maioris ecclesiae nr. 1363 servatum. Bulla deest. In verso leguntur: Carissimo in Christo filio Henrico regi Romanorum illustri, *itemque manu Bernardi de Mercato scripta:* quod agat misericorditer

1) *Cf. Dan. 3, 39.* 2) *Supra pag. 616 lin. 22—34.* 3) *Nr. 646.* 4) *Pag. 616 lin. 35—617* 45 *lin. 2.* 5) *Nr. 646 cap. 2.* 6) *Nr. 646.*

cum Brixiensibus; *cf. Indicem documentorum a. 1313, ubi fere eadem verba inveniuntur, adiectis:* sub bulla papali *(Doenniges l. c. II, 115). Edidit Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 183 nr. 117. Cf. infra nr. 653 et 688—691. (P. deest.)*

Clemens episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio Henrico regi Romanorum illustri salutem et apostolicam benedictionem. 5

Sicut Dominator omnium seculorum gressus tuos, quos dudum per virtutum semitas dirigebas, clementi benignitate respiciens te ad regalis solii principatum misericordi pietate provexit, sic dilectissime fili, si eius recognoscere velis, prout tui honoris ac salutis expedit commodis, misericordie largitatem, decet regie benignitatis clementiam, ut cum subditis tuis, quos erroris cecitas a fidelitate regia deducit in devium, miseri- 10 cordiarum exerceas ubertatem. Sane licet civitas Brixiensis eiusque comunitas contra te, sicut audivimus, calcaneum rebellionis erexerint, sunt tamen nonnulli ex eis super temeritate rebellionis huiusmodi, sicut accepimus, innocentes et multi etiam, qui sola simplicitate ducti corruerunt in illius precipitium imprudenter. Cum igitur nos ab intimis cupiamus, ut per misericordie opera acceptus et gratus in cospectu Altissimi presenteris 15 et premium celestis glorie tibi compares apud eum, celsitudinem regiam paterno rogamus affectu et hortamur attentius in filio Dei patris ac obsecramus per viscera misericordie Dei nostri, quatinus premissis tui alti consilii provida consideratione pensatis et considerato pia meditatione prudentius, quod universi de comunitate predicta ad nostri formati sunt ymaginem Redemptoris et sacri baptismatis unda renati quodque nullus 20 seculum presens ingrediens a lapsu peccatorum secernitur, pro divina et apostolice sedis ac nostra reverentia tuique salutis et honoris augmento agas misericorditer cum eisdem et sic erga eos affluentiam tue pietatis exerceas, quod singuli de comunitate predicta tue clementie cognita veritate de tribulationum profundo se liberatos fore letentur ac ipsi et alii regali ditioni subiecti spe concepta infallibili de habundantia regie pietatis 25 ad integritatem fidelitatis continue regali celsitudini conservandam alliciantur quasi ad epulas invitati, cunctisque principibus orbis terre tue benignitatis exemplo laudabili in augmentum delectationis adveniat in subditos exercere miserationum preclaras et laudabiles actiones. Preterea super hiis, que venerabilis frater Arnaldus episcopus Sabinensis apostolice sedis legatus circa premissa tibi ex parte nostra retulerit, adhibeas 30 plenam fidem.

Dat. in prioratu de Grausello prope Malausanam Vasionen. dioc., IIII. Non. Iulii, pontificatus nostri anno sexto.

649. *LITTERAE EIDEM DIRECTAE DE MISSIONE LEGATI ET CARDINALIUM. Iul. 8.* 35

Denuo contulimus autographon eiusdem tabularii nr. 1364. Bulla deest. In verso legitur eadem inscriptio ac supra nr. 648, additis manu Bernardi his verbis: significando quod mittit sibi legatum et cardinales alios pro coronatione imperiali; *cf. eadem fere verba in Indice documentorum a. 1313. additis:* sub bulla papali *(Doenniges l. c. II, 115). Edidit Bonaini l. c. I, 186 nr. 119. Cf. supra nr. 645 et pag. 602 lin. 7 sq.* 40 *(P. deest.)*

Clemens episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio Henrico regi Romanorum illustri salutem et apostolicam benedictionem.

Gloriamur in Domino, carissime fili, et sincera mentis nostre precordia letanter exultant, quod tui status alta conditio augmentis magnificis Deo propinante dirigitur et 45 dilatatur regalis potentie principatus, nec immerito exultationis eiusdem ubertate reficimur, cum in nostre considerationis examine spes firma resideat, quod ipsius potentie

ministerio virtuoso nomen Domini laudum preconiis attolletur assiduis, Romana ecclesia mater tua bonorum fecunditate letabitur et felicitatis uberrime suscipiet incrementa. Dum enim in nostri pectoris intimis hec perscrutatione sollicita recensemus, solertem operam libenter impendimus et apostolice diligentie studium adhibemus, ut tue celsi- 5 tudinis status exaltationis augmenta Domino largiente suscipiat et consilii providi cautela suffultus arduitatem gravium agendorum incumbentium tue fortitudinis robori salubri ordinatione dirigas et disponas, semper gratis fulciaris eventibus et successibus prosperis iocunderis. Verum ut intentionis apostolice puritas circa hec celsitudini regie clarius innotescat, ecce quod venerabilem fratrem nostrum Arnaldum episcopum Sabinensem 10 apostolice sedis legatum, tui zelatorem honoris, cui plene constat, quod multum nobis est cordi exaltatio status tui, in Lombardie ac Tuscie et certis aliis Italie partibus ei commisso plene legationis officio, ad partes ipsas una cum venerabilibus fratribus Leonardo Albanensi et Nicolao Ostiensi episcopis ac dilecto filio nostris Luca Sancte Marie in Via lata diacono cardinali nuntiis dicte sedis, quos pro impendenda eidem sacra unc- 15 tione et imperii diademate aliisque vice nostra imperialibus insigniis concedendis, dilecto filio nostro Francisco Sancte Lucie in Silice diacono cardinali, qui Rome dicitur commorari, eisdem adiuncto, transmittimus, quamvis ipsorum legati, episcoporum et cardinalis[a] consiliis egeamus, duximus destinandos, ut tu eiusdem legati grato ac fructifero velut Tobias iunior comitatu sociatus angelico salubribusque consiliis et favoris utili 20 promptitudine communitus in viam pacis, salutis et prosperitatis a Domino dirigaris. Ipse quidem legatus a longis retroactis temporibus nutritus nobiscum gressus suos direxit continue per semitas veritatis, se iustitie fervidum amatorem constituit pacisque promotorem et bonorum operum sectatorem ostendit, propter que semper a nobis affectione [mu]lta dilectus gradatim in domo Domini status eius honoris augmentum ex 25 nostra promotione suscepit, ex quibus certitudinaliter credimus eum nunquam a nostris beneplacitis discessurum. Quare celsitudinem regiam paterno rogamus affectu et hortamur attentius in domino Ihesu Christo, quatinus legatum et episcopos ac cardinales prefatos, immo potius nos in ipsis, pro divina et sedis predicte ac nostra reverentia honorificentia condigna recipiens et pertractans, eiusdem legati salubribus consiliis 30 acquiescas, ut omnipotentia Regis regum, cuius imperio vivis et regnas, tecum faciente unitatem, ante faciem tuam prava procedant in directa et in vias planas aspera convertantur ac in solio imperialis dignitatis excelso, quod in proximo te in nomine Domini confidimus ascensurum, longitudine dierum regnes feliciter et [velud] triumphator magnificus glorieris.

35 Dat. in prioratu de Grausello prope Malausanam Vasionen. dioc., VIII. Id. Iulii, pontificatus nostri anno sexto.

650. *LITTERAE EIDEM DIRECTAE DE REBELLIBUS FERRARIAE.* *Aug. 10.*

Etiam has litteras hic subiungimus, quarum autographon servatur ibidem nr. 1365. 40 *Bulla deest. In verso legitur solita inscriptio, additis manu Bernardi his verbis:* quod faciat forbanniri de Lombardia rebelles suos Ferrarienses; *cf. eadem fere verba in Indice documentorum a. 1313., additis:* sub bulla papali *(Doenniges l. c. II, 115). Edidit Bonaini l. c. I, 191 nr. 122.* *(P. deest.)*

Clemens episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio Henrico regi 45 Romanorum illustri salutem et apostolicam benedictionem.

Dudum ad regie serenitatis notitiam credimus pervenisse, qualiter nonnulli cives Ferrarienses per nos una cum civitate nostra Ferrariensi non absque multis laborum

649. a) et cardinalis *in loco raso.*

oneribus multisque profluviis expensarum de iugo servitutis erepti et ad tranquille pacis gaudia divina favente clementia restituti, errantes in devium per ingratitudinis orribilis cecitatem, moliti sunt civitatem ipsam proditionis temeritate nepharia a nostra et apostolice sedis fidelitate divertere et aliorum subicere dicioni. Et tandem cum ad actum proditionis huiusmodi eorum prodiret impietas, in officiales et alios fideles nostros ad[a] 5 eiusdem civitatis regimen et custodiam deputatos ac palatia nostra civitatis ipsius, que mira quodammodo speciositas decorabat, hostiliter irruerunt et eisdem palatiis incendio concrematis ac nonnullis de fidelibus et proditoribus ipsis hinc inde gladio interemptis, quam plures ex civibus ipsis duces proditionis huiusmodi per officiales et fideles eosdem capti, fuerunt Dei iusto iudicio et demum ultimo supplicio traditi pro demeritis 10 eorumdem. Plures vero ex proditoribus ipsis, videlicet Franciscus de Menabobus miles, Salinguerra de Ferrara, Rambertus de Rambertis et quidam alii a civitate ipsa se per fuge subsidium absentarunt, qui se ad[b] diversa loca partium Lombardie personaliter transferentes, nunc contra officiales ac fideles et civitatem eosdem cum Mantuanensi, Veronensi, Mutinensi et Reginensi comunitatibus[c], sicut a certis personis solennibus 15 nuper accepimus, nove proditionis dispendia machinantur et nituntur nequitie solite dolores pristinos iterare, ad invasionem civitatis eiusdem virium suarum molimina preparantes, quamvis propter sinceritatem devotionis, quam in comunitatibus[c] ipsis reperimus, hoc credere non possimus. Cum igitur, carissime fili, ea te credamus nostrum et eiusdem sedis honorem puritate diligere, quod semper ipsius te participem reputes et quod[d] 20 expers nostrorum ac sedis eiusdem sinistrorum que absint eventuum esse non posset regia celsitudo, magnificentiam tuam paterno rogamus et hortamur affectu, quatinus proditores predictos, ne contra officiales ac fideles et civitatem prefatos possint concepte nequitie venena diffundere, tanquam nostros et prefate sedis hostes manifestos et publicos de dicta provincia Lombardie et aliis terris tue dictioni subiectis pro nostra et dicte sedis 25 reverentia facias forbanniri. Et nichilominus Mantuanensi, Veronensi, Mutinensi et Reginensi comunitatibus[c] supradictis sub penis, de quibus expedire videris, districtius inhibeas et iniungas, quod nullam cum proditoribus antedictis societatem, confederationem seu colligationem facere vel inire presumant aut eos in aliquo loco recipiant vel receptent sive contra officiales, fideles et civitatem Ferrariensem predictos prestent eis publice 30 vel occulte auxilium, consilium vel favorem, ut sic colligatione impietatis huiusmodi tuo ministerio dissoluta et proditoribus ipsis dictarum comunitatum auxilio destitutis, tam nephandum propositum in actum producere nequeant, nosque magnitudinem tuam, quam liberalem et promptam in hac parte credimus invenire, commendare dignis gratiarum actionibus valeamus. 35

Dat. in prioratu[e] de Grausello prope Malausanam Vasionen. dioc., IIII. Id. Augusti, pontificatus nostri anno sexto[e].

651. *LITTERAE EXCUSATORIAE PRO ARCHIEPISCOPO MOGUNTINO.* *Aug. 15.*

Denuo contulimus autographon tabularii generalis regni Bawariei 'Mainz Erzstift' 40 *fasc. 54 asservatum. Pendet bulla plumbea. Sub plica in margine sinistro legitur:* ꝯ: *in plica ad dextram nomen scriptoris:* L. Synibaldus. *In verso leguntur:* .℞. C. CXVIIII *(cf. Reg. Clem. V. l. c.), itemque manu diversa:* Quod dn̄s P. archiep̄s Magunt. fuit supportatus a concilio dn̄i Clementis pape V. *Cf. Regestum Clementis V. sub nr. 7610 et supra pag. 603 cap. 15 cum nota 7. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Päbste 333.* 45 *(P. deest.)*

650. a) *in linea post add. or.* b) se ad *in loco raso artius scripta or.* c) cōitatibus *ex* comitatibus *corr. or.* d) et quod *in loco raso artius scripta or.* e) rioratu — sexto *alio atramento mutato ductu scripta sunt or.*

Clemens episcopus servus servorum Dei venerabili fratri . . archiepiscopo Maguntino salutem et apostolicam benedictionem.

Carissimi in Christo filii nostri Henrici regis Romanorum illustris precibus inclinati te super adventu tuo ad instans concilium per nos auctore Domino celebrandum excu-5 satum habemus de gratia speciali, fraternitati tue mandantes, quatinus aliquos discretos viros procuratores tuos cum pleno et sufficienti mandato, qui etiam in negotio Templariorum tibi apostolica auctoritate commisso sint plene et sufficienter instructi, ad dictum concilium studeas destinare, cum in provinciali concilio per te super ipso negotio in tua provincia celebrato multa per te minus bene habita predicentur[1].

10 Dat. in prioratu de Grausello prope Malausanam Vasionen. diocesis. XVIII. Kal. Septembr., anno sexto.

652. *LITTERAE EXCUSATORIAE PRO ARCHIEPISCOPO TREVERENSI ET CANCELLARIO REGIS.* *Sept. 30.*

Ex Regesto Clementis V. sub nr. 7618. *(P. deest.)*

15 Carissimo in Christo filio Henrico regi Romanorum illustri.

(1) Per tue celsitudinis litteras[2], quas nuper affectione paterna recepimus, nobis inter cetera supplicasti, quod cum tibi pro gravibus agendis et arduis regie celsitudinis incumbentibus humeris tueque coronationis solemniis, que in brevi recipere largiente Domino disponebas, venerabilis fratris nostri Balduini archiepiscopi Treverensis germani 20 tui consilium existeret oportunum et alias presentie[a] ipsius, qui solus tibi post obitum quondam Galeyrandi fratris tui connexus fraterna compagine remanserat, gratus aspectus mentem regiam delectabili recreatione reficeret, eum super adventu suo ad concilium instans per nos auctore Domino celebrandum, ad quod vocatus extiterat, excusatum habere de benignitate apostolica dignaremur. (2) Profecto, dilectissime fili, alta tue 25 deliberationis debuit considerare prudentia, qualiter nos exaltationis regalis incrementum magnificum plenis affectibus cupientes honoremque tuum comoditatibus nostris volentes in hoc preferre, venerabiles fratres Arnaldum Sabinensem apostolice sedis legatum et Leonardum Albanensem ac Nicolaum Ostiensem episcopos et dilectum filium[b] nostros Lucam Sancte Marie in Via lata diaconum cardinalem, ecclesie Romane membra nobilia, 30 nuntios apostolice sedis, quorum presentia propter eminens consilium[c] eorundem nobis in prefato concilio fructuosa et necessaria multipliciter reddebatur, ad te pro eiusdem tibi coronationis solemniis impendendis duximus destinandos. (3) Et demum receptis litteris tuis[2], per quas venerabilem fratrem nostrum . . archiepiscopum Maguntin(um) super adventu suo ad prefatum concilium, ad quod per litteras nostras specialiter fuerat 35 evocatus, excusatum per nos supplicabas haberi, et insuper intellecto per serenitatis tue nuntios[3], quod si eundem archiepiscopum a carissimo in Christo filio nostro . . rege Boemie illustre primogenito tuo, cui in gubernatione regni sui Boemie diligenter assistit, recedere forte contingeret, grave sibi per recessum huiusmodi super eiusdem regni statu posset periculum i[m]minere, eum super eodem adventu suo ad prefatum concilium ad 40 huiusmodi tue supplicationis instantiam reddidimus excusatum[4]. Propter quod eiusdem archiepiscopi Treverensis et aliorum, quos fecunditate virtutum scientiarumque donis Altissimus insignivit, in eodem concilio, ad quod personas dumtaxat notabiles nominatim fecimus evocari, necessarium nobis erat consilium et etiam oportunum. (4) Verum quia petitiones tuas tanquam nostri et eiusdem ecclesie filii predilecti libenter quantum 45 cum Deo possumus ad exauditionis effectum introducimus liberalem, tuis supplicationibus

652. a) presentia *ed.* b) dilectos filios *ed.* c) concilium *ed.*

1) *Cf. supra nr. 514 cap. 9 et Mansi 'Conciliorum collectio' XXV, 297 sqq.* 2) *Quae servatae non sunt.* 3) *Cf. supra pag. 603 not. 7.* 4) *Cf. nr. 651.*

inclinati prefatum archiepiscopum Treverensem necnon et venerabilem fratrem nostrum Henricum episcopum Tridentinum cancellarium tuum, cuius presentiam ratione presertim officii cancellarie curie regie quod exercet tibi credimus fructuosam, super eorum adventu ad prefatum concilium haberi volumus excusatos.

Dat. Vienne, II. Kal. Octobris, anno sexto. 5

---

653. SENTENTIA MORTIS CONTRA TEBALDUM BRUSATUM LATA.

1311. Iun. 20.

Denuo contulimus imbreviaturam ut videtur Registri Leopardi Frenetti notarii, de quo v. supra ad nr. 470, ubi sola servatur fol. 27 inscripta. Est rubrum: Sentencia lata 10 contra Tebaldum de Brixia. *Edidit Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 179 nr. 115. Cf. supra nr. 648 et Böhmer, Reg. Heinr. 399a.* *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Nos Henricus Romanorum rex semper augustus.

(1) Cum Tebaldum de B[r]usciatis de Brixia, sicut publicum et notorium est, cul- 15 pabilem invenerimus super omnibus et singulis infrascriptis, videlicet quod cum ipse Tebaldus esset expulsus et extrinsecus civitatis Brixie, quando venimus in partibus Lombardie et ante per magnum tempus, comparuit in civitate de Ast petens humiliter et devote, ut ad civitatem Brixie reducere dignaremur, de qua asseruit se expulsum iniuste, et nobis fidelitatem iuravit. Cuius suplicationibus inclinati pacem fieri fecimus 20 tunc cum intrinsecis civitatis predicte, quam pacem ipse Tebaldus servare promisit et iuravit perpetuo et se obligavit ad penam contra ipsam pacem non venire. Et ut ipsa pax perpetuo servaretur, ipsum reduximus et reduci fecimus in civitatem predictam in pristinum statum suum, restituentes eumdem nichilominus ad bona et iura sua, comoda et honores. (2) Quibus beneficiis ingratus existens et sequens vestigia Dei et hominum 25 inimici contra nos ausus fuit tractare, facere et ordinare et plura commisit et fecit ut proditor, per que commisit contra nostram regiam maiestatem. Nam contra iuramentum fidelitatis et ipsam pacem venit tractando et ordinando in ipsa civitate, quod pars tunc intrinseca dicte civitatis, cum qua ipsa pax firmata extiterat, iurata atque promissa, violaretur in totum et quod ipsa pars tunc intrinseca expelleretur de civitate predicta. 30 Et cum ipsa parte ad prelium veniens proditorio modo ipsam expulit de ipsa civitate, homicidia plurima conmictendo ac etiam robbarias, ita etiam quod homines plurimi et in maxima quantitate interfecti fuerunt. (3) Quibus omnibus volentes resistere et ipsam civitatem et cives ipsius ad concordiam et pacem et unionem reducere et de salute et statu pacifico ibidem providere et ut tantis malis obviaremus, que occurrerant 35 et occurrere poterant, ad ipsam civitatem nuntios nostros transmisimus, volentes ad eam accedere. Ipse autem Tebaldus[a] dedit operam efficacem, quod dicte civitatis nobis denegaretur ingressus, et eius opera et tractatu nobis ingressus iam dicte civitatis extitit denegatus. Cuius tantam audaciam volentes reprimere, cum nostro victorioso exercitu venimus super ipsam civitatem Brixie. (4) Et ipse Tebaldus[a] continuo tractavit et 40 instituit, quod ipsa civitas nobis ex toto rebellis existeret, et eius opera et tractatu nobis

653. a) Thebaldus *hic c.*

fuit et est rebellis, receptando nostros bannitos, rebelles et condemnatos quam plures, tam de Cremona quam etiam de Mediolano, et precipue Passarinum de la Turre de Mediolano, Pinum de Vernacciis et Guillelmum de Cavalcabobus de Cremona[1], nostros eorum exigentibus meritis bannitos et condempnatos atque rebelles. Item fecit fieri
5 machinam in ipsa civitate Brixie, per quam contra nos fecit prohici plures grossos lapides, volens nos vel gentem nostram offendere, plures de gente nostra continue offendendo. Tractavit etiam et ordinavit, postquam fuimus in dicto exercitu, quod gentes intrinsece dicte civitatis Brixie venirent et pugnarent contra gentem nostram, exeundo de ipsa civitate et contra ipsam gentem nostram pugnando, in qua pugna multa homi-
10 cidia sunt commissa ac etiam robbarie. Et ipse idem Tebaldus exivit ad pugnam, contra gentem nostram pugnando, in qua pugna ipse Tebaldus Deo annuente propter eius iniqua opera fuit captus. Et etiam tractavit et ordinavit in pluribus civitatibus et partibus Lombardie contra nos, invocando gentes et populos et speciales personas contra nos et tractando, quod ipse civitates contra nos rebelles fierent, et etiam quam plures
15 alios invocando, quod in ipsa civitate Brixie venirent et facerent contra nos. Item plura alia tractavit et ordinavit contra nos et gentem nostram, que notoria sunt et que per ordinem scribere longum esset. Propter que omnia certum est et notorium, quod ipse Tebaldus commisit et fecit contra nostram regiam maiestatem et quod incidit in crimen legis Iulie maiestatis et legis Cornelie de siccariis et aliarum plurium legum et
20 iurium comunium, per quas et earum quamlibet dignus est morte. (5) Quapropter ne tanta delicta enormia commissa per ipsum Tebaldum remaneant impunita, set ad eternam rei memoriam conserventur et divulgentur, volentes tanta peccata punire ut decet et [ut][b] de cetero eius pena aliis transeat in exemplum, predictum Tebaldum, quod ipse propter proditiones per eum commissas et factas trainetur per castra nostri exercitus et postea
25 suspendatur ad furcas, ita quod penitus moriatur, et propter homicidia per eum et eius opera et consilio commissa caput amputetur eidem, et propter alia commissa, facta et perpetrata et attentata per eum corde et animo eius interiora comburantur ad ignem, et etiam propter alia commissa per eum contra nos et gentem nostram bustus eius dividatur in quactuor partes, quarum quelibet pars ponatur ad rotam in quatuor et diversis
30 partibus nostri exercitus, et quod bona eius mobilia et immobilia et sese moventia, iura et actiones et nomina ad fiscum nostrum perveniant, ea nostre camere totaliter confiscantes[c], et quod filii et filie eius et posteri perpetuo sint privati et private omni successione et hereditate et ceteras alias penas iuridicas patiantur usque ad quintam generationem, in hiis scriptis sententialiter dicimus et pronumptiamus.

35 (6) Precipientes tibi Leopardo Frenecti de Pisis notario nostro, quod de predictis omnibus et singulis conficias publicum instrumentum. Retenta videlicet et reservata nobis omnimoda potestate predicta omnia interpretandi, declarandi, supplendi et corrigendi et super aliis pronumptiandi, ubi, quando et quotiens videbitur expedire.

Actum est hoc et data et lecta et publicata est dicta sententia et a dicto domino
40 rege sedendo pronumptiata et firmata in castris dicti exercitus ante Brixiam positi, super balatorio cuiusdam domus, in qua in dicto exercitu habitat idem dominus rex. Presentibus etc. A(nno) Domini a nativitate MCCCXI, ind. VIIII, die XX. mensis Iunii ac regni predicti domini regis anno tertio.

653. b) *deest c.* c) confiscamus *c.*

45 1) *Cf. supra nr. 631 cap. 4.*

654. 655. MANDATA VICENTINIS DIRECTA.

1311. Iun. 22.—Aug. 18.

654. *MANDATUM DE CASTRO VICENTINO. Iun. 22.*

Cum autographon deperierit, repetimus editionem, quam iam olim paravit Verci 'Storia della marca Trivigiana' V, 142 nr. 530 'ex archivo comitis Fabii Arnaldi Vicentini'. In dorso scriptum erat: Consilio et comuni Vincencie fidelibus nostris dilectis. — *Böhmer, Reg. Heinr. 406.* *(P. deest.)*

Henricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus consilio et comuni civitatis[a] Vincencie fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum.

Ex parte Aymonis episcopi Gebenensis et Gratonis de Clariaco[b] militis fidelium, consiliariorum et nunciorum nostrorum dilectorum nobis significatum extitit, quod vos stipendia per nos ordinata dari castellano nostro castri Vincencie solvere recusatis quodque ipsum castrum muniri et aptari non permittitis. De quo quam plurimum et merito admiramur, cum nos ipsam munitionem et custodiam dicti castri pro utilitate et securitate vestris et pro pacifice statu vestro bona fide fieri faciamus. Quare vobis expresse mandamus firmiter iniungendo, quatinus dicta stipendia castellani predicti et sociorum eius, prout per dictos nuncios nostros ex parte nostra vobis relatum extitit, absque aliquo facti vel verbi obstaculo pacifice persolvatis ipsumque castrum muniri et reaptari premittatis ad dicti castellani vel vicarii nostri omnimodam voluntatem. Taliter in predictis vos habentes, quod de fideli devotione ac obedientia vestris possimus merito contentari et quod dictum castellanum non oporteat propter hoc ad nos recurrere iterato.

Datum in castris ante Brixiam, X. Kalend. Iulii, regni nostri anno tertio.

655. *MANDATUM DE ABSOLUTIONE BANNITORUM. Aug. 18.*

Proponimus item ad editionem, quam paravit Verci l. c. V, 146 nr. 535 'dal Preliminare di alcune Dissertazioni del Dottor Vigna' pag. 42. — Böhmer, Reg. Heinr. 416. *(P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris vicario, consilio et comuni Vincentie fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum.

Delicta hominum, que ex animi levitate procedunt, nonnunquam cum mansuetudine preterimus, rigori iustitie misericordiam preferentes. Hinc est quod cum Sabbato proximo post festum beate Agnetis nunc transactum *(Ian. 23.)* Petrum et Fredericum fratres filios quondam Henrici de Seratico, Guandulfum Alberti et Palayum Yvani de Seratico de Vincencia, qui propter homicidium commissum in personam Leonardi de Meda banniti fore dicuntur, una cum aliis bannitis civitatis eiusdem per generalem gratiam[1] ex regali nostra clementia factam duximus absolvendos, statuimus et fidelitati vestre committimus per presentes, quatinus prefatos Petrum, Fredericum, Guandulfum et Palayum ad statum et honores suos pristinos resumatis et sine contradictione qualibet admittatis ipsosque faciatis de libris bannitorum comunis Vincentie cancellari, nullum ipsis deinceps occasione predicta gravamen vel obstaculum inferendo. In cuius rei testimonium presentes litteras nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Datum in castris ante Brixiam, XV. Kal. Septembris, anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, regni vero nostri anno tertio.

654. a) sue *add. ed.* b) declarati *ed.; cf. supra pag. 434 lin. 19.*

1) *Cf. supra p. 563.*

656. REFORMATIO CIVITATIS PAPIENSIS.

1311. (Iun.)

Arbitrium pacis per commissarios reformatae, quod signo chronologico caret, servatur autographum ut videtur in membrana omnino coaeva Pisis in tabulario Roncioniano 5 *nr. 616 signatum. Denuo nos ipsi accuratissime contulimus. Edidit Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 182 nr. 116. De tempore constat infra e lin. 38. (P. deest.)*

In nomine Domini et ad honorem sacri Romani imperii amen.

Super reformacione status civitatis et districtus Papie inter reverendum in Christo patrem dominum fratrem Isnardum divina permissione archiepiscopum Theban(um) et 10 generalem vicarium summi pontificis in spiritualibus in urbe Romana et principem et consiliarium incliti principis domini Henrici divina favente clemencia Romanorum regis et semper augusti, assistente sibi viro discreto domino Iohanne domini Iohannis Iacobi de Roma magne curie iudice ex una parte et dominum Flamenchum de Lando militem pro ipso domino rege vicarium in Papia et sapientes civitatis et comunis Papie ex altera 15 tractatus sunt habiti, qui inferius describuntur:

C In primis tractatum est, quod super reformacione status dicte civitatis et districtus Papie et ut ipsa civitas esse possit in pace ad honorem sacri Romani imperii et ut non formidentur scandala in eadem, quod omnes illi de prole illorum de Beccaria et de prole illorum de Curte stent et habitent et stare et habitare debeant extra civi- 20 tatem Papie in eorum villis et super eorum possessionibus et bonis, que possessiones et bona gaudere et possidere valeant, sicut prius, et ad civitatem Papie et burgos civitati adiacentes venire non debeant nec possint.

C Item tractatum est, quod omnes homines, qui notari possent esse vel fuisse sediciosi in civitate Papie et ex quorum operibus et tractatibus possent scandala merito 25 formidari contra partem intrinsecam, que hodie terram tenet, et omnes rixosi et pacis turbatores et omnes infamati de robariis et violenciis omnesque alii, qui manus iniecissent vel adtroces[a] iniurias seu contumelias intulissent in aliquos homines civitatis seu districtus Papie dicte partis intrinsece, de quibus videretur dicto domino archiepiscopo et domino Iohanni ac etiam domino vicario predicto et sapientibus comunis Papie, stent 30 et habitent et stare et habitare teneantur et debeant extra civitatem et burgos Papie ipsi civitati adiacentes in locis statuendis eisdem per vicarium predictum et sapientes comunis Papie superius memoratos. Hoc adiecto premissis, quod si aliqui ex predictis superius nominatis vel nominandis per vicarium et sapientes predictos in districtu Papie possessiones reperirentur habere et terras, quod in villis et terris ipsorum et possessio- 35 nibus[b] stare et habitare debeant et ipsis possessionibus et terris et ceteris rebus suis gaudere et possidere libere, sicut prius.

C Item tractatum est, quod omnes alii homines, qui exiverunt de civitate Papie seu districtu occasione novitatum, que in ipsa civitate de presenti mense Iunii noviter (Iun.) contingerunt, veniant et venire possint ad habitandum et standum in civitate et districtu 40 Papie ad eorum voluntatem et libere, sicut prius.

C Item tractatum est, quod familie predictorum omnium et singulorum veniant et venire possint ad standum et habitandum in civitate seu districtu Papie libere et secure, sicut eis placuerit et sicut ante faciebant.

656. a) *sic or.* b) *sequitur* et *deletum or.*

C Item tractatum est, quod omnes, qui exiverunt burgum Viquerie noviter, possint libere et secure reddire ad standum et habitandum Viquerie cum familiis suis et eorum bona et possessiones gaudere et possidere et utifrui, sicut prius. Eo salvo quod illi de Codebovibus et de Manginis non intrent, vadant vel stent ad presens in ipso burgo Viquerie, fructus tamen et bona et res ipsorum possint ducere extra dictum burgum et territorium, ubi voluerint in terram et districtum Papie, et eo salvo quod familie ipsorum possint stare et habitare in dicto burgo Viquerie, sicut prius, libere et secure.

C Item tractatum est, quod comune et homines Viquerie teneantur et debeant ad presens solvere gabellaturas et fodra hinc retro inpositas et inposita et omnes alias inpositiones inpositas hinc retro per comune Papie.

C Item tractatum est, quod omnes homines Viquerie possint ire, stare et reddire per civitatem et districtum Papie libere et secure in personis et rebus, et eodem modo homines et persone civitatis et districtus Papie possint ire, stare et habitare in burgo Viquerie, sicut antea poterant et faciebant, libere et secure.

C Item tractatum est, quod predicta omnia et singula sorciantur effectum, salva semper in omnibus et per omnia auctoritate, reverencia et voluntate regie maiestatis.

---

657. MANDATUM IN FAVOREM NOTARII REGII.

1311. Iul. 1.

Ineditum descripsimus ex autographo Karlsruhae in tabulario generali 'Selekt der Kaiser- und Königsurkunden nr. 164' asservato libenter nobis transmisso. Apparent vestigia sigilli maiestatis dorso impressi. Cf. etiam infra ad a. 1313. Ian. 22.

(P. deest.)

Heinr(icus) Dei gracia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris . . ministro, magistro civium, . . consulibus et civibus Constanciensibus fidelibus suis dilectis graciam suam et omne bonum.

Grata familiaritatis obsequia honorabilis viri magistri Herm(anni) de Stoka canonici Constanciensis aule nostre notarii dilecti merito nos inducunt, ut non solum eiusdem precavere dispendiis, sed eciam intendere suis commodis et profectibus affectemus. Eundem igitur magistrum Herm(annum) et quelibet sua negocia vobis recommittimus studiose, fidelitati vestre dantes firmiter in mandatis, quatinus eundem in canonicatu et prebenda ecclesie Constanciensis predicte ac in ecclesia sua in Hagenowe[1] auctoritate regia defendatis, non permittentes ipsum in eisdem beneficiis vel fructibus, redditibus et iuribus ipsorum a quoquam gravari vel aliqualiter molestari. Premissa autem, eciam si non esset mandatum regium, vos exequi studiose convenit, cum et ipsum magistrum Herm(annum) in curia nostra habeatis vestrum et vestrorum concivium sedulum promotorem.

Dat. in castris ante Brixiam, Kalen. Iulii, regni nostri anno tercio.

1) *Cf. indultum pontificis ad hanc ecclesiam spectans a. 1313. Mart. 29. datum in editione 'Regesti Clementis V.' supra ad nr. 298 citata sub nr. 9459.*

658. MANDATUM DE COMMISSIONE CAUSAE IUDICI CURIAE DIRECTUM.

1311. Iul. 5.

Repetimus editionem, quam e codice tabularii Vindobonensis Suppl. 383 tom. 32 5 *fol. 285' saec. XVIII.*[1] *paravit R. Thommen 'Urkunden zur Schweizer Geschichte aus oesterreichischen Archiven' I (1889) pag. 123 nr. 209. Hic illic correximus, praesertim in nominibus propriis valde corruptis, quorum in illa editione cura minime habita est; cf. infra pag. 629 lin. 46 sq. — Böhmer, Reg. Heinr. 653 (Addit. II). (P. deest.)*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus honorabili viro Salvo[a] 10 de Pelacano[b] canonico Parmensi, aule sue iudici gratiam suam et omne bonum.

Ne causa, quam Ulricus sindicus monasterii Disertinensis Curiensis diocesis sindicario nomine movet Thomasio Esculo, procuratori Paganini[c], Adoardi, Moschini et Napini fratrum, filiorum quondam domini Musche[d] de la Turre, nomine procuratorio eorundem, propter absentiam honorabilis viri magistri Hominis[e] de Peretulo, coram quo ipsa causa 15 antea vertebatur, ultra debitum prorogetur, habentes de tua legalitate et prudentia fiduciam specialem, eandem causam tibi duximus committendam, discretioni tue per regia scripta mandantes, quatinus eandem causam, non obstante quod in ea ad litis contestationem et productionem testium est processum, vocatis qui fuerint evocandi, iuxta retro acta summarie et sine strepitu ordinis iudicarii, sine tamen lesione partium audias et 20 examines diligenter ipsamque fine debito decidas. Faciens quod decreveris auctoritate regia firmiter observari. Presentium testimonio litterarum.

Datum in castris ante Brixiam, III. Non. Iulii, anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, regni vero nostri anno tertio.

---

659. RATIHABITIO OBLIGATIONIS CIVITATIS 25 IMPERII.

1311. Iul. 5.

Proponimus ex autographo Karlsruhae in tabulario generali 'Selekt der Kaiser- und Königsurkunden nr. 165' asservato libenter nobis transmisso. Pendet sigilli fragmentum loro membranaceo. In verso scriptum est manu cancellariae regiae: R̷ *(=* Registratum*). —* 30 *Böhmer, Reg. Heinr. 408. (P. deest.)*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

658. a) Salva *ed.* b) Pelacono *ed.* c) Pagani *ed.* d) *loco* domini Musche *ed.:* Dusche. e) Hommon *ed.*

35 1) *V. Böhm 'Die Handschriften des K. und K. Haus-, Hof- und Staatsarchivs' Supplement (1874) pag. 94.*

Ad universitatis vestre noticiam volumus pervenire, quod cum nobilis vir Cunradus de Winsperg advocatus noster provincialis opidum nostrum et imperii Heydolfesheim nobilibus viris[a] Cunrado comiti de Vehingen pro octingentis libris et marchioni de Badem clerico pro mille libris Hallensium pro serviciis nobis et imperio factis et faciendis nostro nomine duxerit obligandum, nos eidem obligacioni seu obligacionibus, 5 sicut rite et provide facte existunt, consensum nostrum adhibemus benivolum et expressum. Presencium testimonio litterarum nostri sigilli robore signatarum.

Dat. in castris an[te][b] Brixiam, III. Non. Iulii, anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, regni vero nostri anno tertio.

660—660a. SCRIPTA AD REFORMATIONEM MEDIOLANI ITERATAM SPECTANTIA. 10

1311. Iul. 13.—15.

660. *COMMISSIO VICARIATUS CIVITATIS. Iul. 13.*

Denuo descripsimus ex 1) *Rotulo tabularii Parisini 'Carton J. 611' nr. 34, qui processum de officio vicariatus post imperatoris obitum exequendo die 20. m. Sept. 1313.* 15 *habitum continet. Nonnulla quae in* 1 *eluta sunt, supplevimus ex* 2) *codice Parisiensi latino 4115 fol. 20, ubi fragmentum tantum insertum est.*

Ex 1 *ediderunt tam Th. Sickel 'Das Vicariat der Visconti' (= Wiener Sitzungsberichte. Philos. histor. Classe XXX. 1859) pag. 82 sq., quam Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 189 nr. 121. — Böhmer, Reg. Heinr. 410. (P. deest.)* 20

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

(1) Gerentes de fide, legalitate ac industria strenui viri Mathei Vicecomitis fidelis nostri dilecti fiduciam pleniorem, sibi vicariatus officium civitatis Mediolani et districtus ipsius, terra Modoetie ac castro Trivilio dumtaxat exceptis [ad cameram regiam imme]- 25 diate[a] spectantibus, fiducialiter duximus concedendum, exercendum per se vel [per][b] alium seu alios, nostros tamen [et][b] imperii fideles, quos ad hoc [duxerit deputandos][a], dantes et concedentes eidem in ipsis civitate et districtu merum et mixtum imperium et omne id quod est simplicis iurisdictionis[c]. (2) [Sub condicionibus et][d] modis infrascriptis, videlicet quod dictus Matheus solenni stipulatione interveniente promisit et con- 30 venit nobis pro huiusmodi officio dare et solvere [quinqua]ginta milia florinorum auri, quadraginta inquam milia nobis, decem vero milia Margarite Rom(anorum) regine illustri conthorali nostre karissime terminis infrascriptis: quartam partem huiusmodi peccunie Iul. 27. infra quindenam a data presentium computandam, aliam quartam partem intra aliam Aug. 10. quindenam proxime[e] subsequentem, quartam partem aliam intra tres septimanas, reli- 35 Aug. 31. Sept. 21. quam vero partem aliam infra alias tres septimanas extunc inmediate sequentes, sub pena duplici quarte partis in singulis terminis et perditionis eius, quod fuerit persolu-

659. a) nobilibus viris *corr. ex* nobili viro *or.* b) *foramen or.*

660. a) *uncis inclusa eluta sunt* 1. b) *deest* 1. c) *hic iam desinit* 2. d) *desunt circiter 9 litterae omnino elutae* 1; *sic nos coniecimus;* in locis ipsis et *male coniecit Sickel.* e) prosime 1. 40

tum, nichilominus ratis manentibus omnibus supradictis. (3) Cumque eidem Matheo quadraginta milia florenorum auri restituerimus, eundem Matheum ab huiusmodi vicariatus officio revocare et alium, quem maluerimus, statuere licebit, ipseque Matheus huiusmodi officium absque difficultate[f] qualibet dimittere teneatur. Si vero idem Ma-
5 theus medio tempore mori contingerit, nos ad nullius peccunie restitutionem tenebimur successoribus vel heredibus eius. Al(ias) enim quam diu vixerit, ipsum ab huiusmodi officio amovere non debebimus nec licebit, nisi restitutione precedente quadraginta milium florenorum predictorum. (4) Pro redditibus autem et proventibus qualibuscumque in ipsis civitate et districtu ad nos et imperium spectantibus, quos ei concessimus
10 secundum infrascripta et concedimus per presentes, bonis banitorum nostrorum et imperii totaliter exclusis, dabit et solvet ipse Matheus annuatim camere nostre ad vitam tamen nostram vigintiquinque milia florenorum auri in quatuor anni terminis singulis, hoc est tribus mensibus quantitatis predicte quartam partem sub pena duplici cuiuslibet quarte partis pro singulis terminis et perdicionis tocius eius, quod fuerit persolutum.
15 Nobis autem huiusmodi redditus et proventus ad manus nostras revocare volentibus, eundem[g] Matheum a prestatione peccunie prelibate volumus liberari. (5) Promittens idem Matheus nobis, quod civitatem ipsam et eius districtum, terra et castro predictis exceptis, fideliter et legaliter reget et gubernabit ad nostri et imperii exaltationem et comodum, non sectando partialitatem neminique iniuriam irrogando, set exhibendo cui-
20 que ius suum prece, pretio, amore vel odio omnino remotis. Monita et mandata nostra efficaciter adimplebit, imperii iura recuperabit et conservabit, taleam vel collectam, fodrum vel aliam quamcumque exactionem non imponet civibus aut incolis civitatis aut districtus eorundem nec imponi permittet sine nostro speciali et expresso mandato, per quam exactionem et fodrum merito possit querela[h] deferri. (6) Si enim dictus Matheus
25 aliquid notabile in nostrum et imperii damnum vel iacturam comitteret vel in ipso officio forefaceret vel delinqueret, ipsum Matheum ab huiusmodi offitio amovere possimus nulla sibi restituta peccunia ac idem Matheus offitium ipsum omni difficultate[f] sublata relaxare tenetur sub pena duarum milium librarum auri boni et puri camere nostre solvendarum. In cuius rei testimonium presentes litteras scribi et nostre mayestatis
30 sigillo iussimus comuniri.

Dat. in castris ante Brixiam, tertio Idus Iulii, [anno Domini millesimo CCCXI][i], regni vero nostri anno tertio.

660a. *ARBITRIUM PACIS INTER PARTES. Iul. 15.*

Repetimus editionem, quam ex J *imbreviatura Bernardi de Mercato paravit Doen-*
35 *niges 'Acta Henrici VII.' II, 12 nr. 11. Duobus foliis consistens superest Taurini in tabulario regio inter Protocolla et acta Bernardi 'Diplomi imperiali Mazzo 4 nr. 1' (= Doenniges Ms. V; cf. l. c. II, pag. VIII) post fol. 12 adsuta. In verso manu eiusdem notarii scripta leguntur:* Convenciones habite inter domino[s] archiepiscopum Medyol. et Mafeum Vicecomitis. — *Böhmer, Reg. Heinr. 411.* *(P. deest.)*

40 In nomine Domini amen.

(1) Anno nativitatis eiusdem millesimo tricentesimo undecimo, inditione nona, die XV. mensis Iulii, pontificatus domini Clementis pape quinti anno sexto ac regni serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti anno tercio. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat presentibus et futuris, quod
45 cum varie et diverse questiones, odia et rancores dyu viguissent inter venerabilem in Christo patrem dominum Castonum Dei gratia archiepiscopum Medyolani, Paganinum,

660. f) dificultate 1. g) eondem 1. h) querella 1. i) *uncis inclusa exciderunt* 1.

Odoardum, Musquinum et Napinum fratres eius, filios domini Musce de Turre de Mediolano quondam, ex una parte et dominum Maffeum Vicecomitem civem Medyolani et dominum Galeacium eius filium et alios eius filios ex parte altera, tandem hac die presenti in presentia prefati domini regis et de tractatu eius ipse partes, videlicet dictus archiepiscopus et fratres sui predicti pro se et aliis amicis et secacibus suis, fidelibus videlicet, devotis et obedientibus dicti domini regis et sacri imperii, super predictis questionibus, odiis et rancoribus ad bonam, veram et firmam pacem et concordiam ex certis scientiis et voluntatibus suis spontaneis in modum qui sequitur devenerunt:

(2) (I) Videlicet quod pro bono pacis et concordie dictus Paganinus de Turre promisit dare Gentilem filium suum in virum et sponsum Richardine filie dicti domini Gualeacii et facere et curare cum effectu, ita quod per ipsum et dictum filium suum non stabit, quod idem Gentilis contrahet sponsalicia cum dicta Richardina, si sancta mater ecclesia consentiat et nisi sit aliud canon quod obsistat. Et eodem modo dicti domini Maffeus et Galeacius promittunt dare dictam Richardinam in uxorem dicto Gentili et facere et curare cum effectu, ita [quod] per ipsos vel dictam Richardinam non stabit, quod ipsa Richardina nubet cum dicto Gentili, quam cito convenientis etatis fuerit ad nubendum. Acto et expresse in pactum deducto inter ipsas partes, quod dicti domini Maffeus et Galeacius debeant et teneantur dictam Richardinam tradere et deliberare dicto Paganino vel dicto Gentili, quam cito fuerit etatis septem annorum, ad habendam, nutriendam et edocendam in domo sua, sicut decet, ad requisitionem ipsorum Paganini et filii sui vel alterius eorundem. Et pro dicto matrimonio sic contrahendo prefati domini Maffeus et Galeacius debent et promiserunt dare eidem Richardine et solvere dicto Gentili vel mandato suo pro dote et nomine dotis eiusdem Richardine iuxta consuetudinem civitatis Medyolani septingentas libras imperialium, quando ducetur ad domum dicti Paganini vel filii sui predicti. (II) Preterea cum avus dictorum domini archiepiscopi et fratrum suorum olym ut dicitur acquisiverit quasdam possessiones ab abbate Sancti Celsi Medyolani sive ex causa venditionis sive permutationis vel alia quacunque de causa, actum est inter ipsas partes et in pactum deductum, quod idem dominus[a] Maffeus de ipsis non se debeat amodo intromittere, sed exnunc dimitat questionem ipsis archiepiscopo et fratribus et monasterio supradicto, salvo sibi omni iure et occasione suis contra dictum monasterium, non tamen in dampnum vel detrimentum iuris ipsorum archiepiscopi et fratrum. (III) De omnibus vero aliis questionibus, querelis et controversiis ortis vel oriendis inter ipsas partes, de quibus non possent inter se amicabiliter concordare, compromittunt exnunc ipse partes nominibus quibus supra alte[b] et basse in prefatum dominum regem. Dantes et concedentes dicte partes nominibus quibus supra dicto domino regi plenam, generalem et liberam potestatem super ipsis questionibus, querelis et controversiis, dependentibus et emergentibus ex eisdem ordinandi, statuendi et pronunciandi, dicendi et sentenciandi semel et pluries, quicquid ipso domino regi placuerit et videbitur faciendum. Ipse vero partes nominibus quibus supra promiserunt sibi ad invicem ac dicto domino regi, attendere, facere, complere et invyolabiliter observare, quicquid per ipsum dominum regem super predictis omnibus et singulis et ea tangentibus ordinatum, statutum, pronunciatum, dictum fuerit vel sententiatum, et in nullo contra facere vel venire. (IV) Que omnia et singula supradicta dicte partes nominibus quibus supra promittunt dicto domino regi et sibi ad invicem per pacta expressa sollempnibus stipulationibus vallata et per corporalia iuramenta, impositis coram dicto domino archiepiscopo et tactis ab aliis euuangeliis sacrosanctis et sub obligatione omnium bonorum suorum, ea sic attendere, facere, complere bona fide et

660a. a) dn̄i *J.* b) alto? *J.*

invyolabiliter observare et nullo modo facere vel fieri [facere][c], quod predicta vel aliquid predictorum impediantur vel quomodolibet perturbentur, in pena et sub pena viginti milium florenorum auri puri, cuius pene medietas camere dicti domini regis et alia medietas parti obtemperanti et non contravenienti applicetur et committatur
5 per partem contravenientem et non obtemperantem. Et commissa intelligatur totiens, quotiens contraventum fuerit contra predicta vel aliquod predictorum, et exigatur et possit exigi cum effectu. Et ipsa pena commissa vel non, ipsa exacta vel non, nichilhominus omnia et singula supradicta valeant et teneant et perpetuam habeant roboris firmitatem.

10 (3) Quibus sic peractis dicte partes nominibus quibus supra ex certis scientiis et voluntatibus suis spontaneis in presentia dicti domini regis pepercerunt et remiserunt sibi ad invicem omnem iram, omnem rancorem et omne odium omnesque iniurias et offensas, que inter ipsos hucusque quavis de causa viguissent, et promiserunt sibi ad invicem, esse amodo boni amici et fideles et alter utilitatem et honorem alterius ubique
15 fideliter procurare et dampnum pro viribus evitare.

(4) Pro predictis vero universis et singulis attendendis, complendis et observandis constituerunt se fideiussores pro parte dictorum domini archiepiscopi et fratrum suorum et ad requisitionem et preces eorum: videlicet domini Philipus comes de Langusco de Papia, Guilelmus de Brusati de Novaria, Symon de Colubiano de Vercellis, Fulquinus
20 de Cavaliciis de Novaria, Gualbrius de Lavezariis de Cumis, Babo de Pigociis de Cumis, Tachius de Lavezariis de Cumis, Guilelmus dictus Rubeus de Turre de Mediolano, Montinus de Turre de Mediolano, Franciscus de Quinto de Vercellis, Iacominus Guatus de Novaria. Ex parte vero dictorum dominorum Mafei et Galeacii et ad preces et requisitionem eorum et pro ipsis constituerunt se fideiussores: videlicet domini Iacobus
25 de Burgaro de Vercellis, Francisquinus de la Mirandula de Mutina, Maginus de Mandello, Villanus Crivellus, Cressonus Crivellus, Ortholanus de Castelleto, Maffeus de Lunino, Richardus de Pirono, Bonifacius de Casate, Alquerius de Pusterla, omnes de Medyolano, Henricus de Ticzionibus de Vercellis et Paganinus Gotuerius de Ast.

(5) Qui fideiussores predicti quilibet eorum pro illa parte, pro qua se constituit
30 ut supra, promitunt alteri parti et etiam dicto domino regi per pacta et per corporalia iuramenta, tactis a quolibet ipsorum euangeliis sacrosanctis et sub obligatione omnium bonorum suorum, facere et curare pro posse, quod predicta omnia et singula adimpleantur et firmiter observentur. Et si forte quod absit partes predicte deficerent in predictis et singulis predictorum attendendis et complendis, promittunt eodem modo penam
35 [eandem][c] solvere cum effectu. Renunciantes tam partes predicte quam fideiussores omni exceptioni doli, quod metus causa, et in factum a[ctioni][d], conditioni sine causa vel ex iniuxta causa, iuri dicenti principalem prius esse conveniendum quam fideiussores, et omni alteri [exceptioni vel defensioni] . . . . . .[e] etc.

Acta sunt hec in castris ante Brixiam, in loco quem inhabitat dictus dominus rex,
40 ubi testes fuerunt [vocati et rogati][f] domini B(alduvinus) archiepiscopus Treverensis, Theobaldus episcopus Leodiensis, H(enricus) episcopus Tridentinensis, A(medeus) comes Sabaudie, Iohannes de Ie[nuile[g], Salvus][f] de Pelacano, Passarinus de Mantua, Alboynus de Scala et Favonus de Trezo de Laude.

660 a. c) *lacuna in J.* d) *uncis inclusa desunt J.* e) *lacuna in J; partim supplevimus nos.*
45 f) *lacuna in J; supplevimus nos.* g) *nomen omnino incertum; coniecimus nos.*

661. MANDATUM ADVOCATO PROVINCIALI DIRECTUM.

1311. Iul. 15.

Repetimus editionem nostram, quam iam olim paravimus 'Neues Archiv' XXIII, 47 nr. 22 ex autographo tabularii secreti domus regiae Bawaricae. Supersunt vestigia sigilli secreti cerae rubrae dorso impressi. In verso leguntur: Nobili viro Georḡ comiti Veldencie advocato nostro provinciali. *(P. deest.)*

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus nobili viro Georgio comiti Veldencie advocato Spirkowie fideli suo graciam suam et omne bonum.

Volumus fidelitati tue mandantes, quatinus obsides de Bohemia, quos tibi conservandos commisimus, illustri Iohanni regi Bohemie primogenito nostro karissimo aut venerabili P(etro) Mogunt(ino) archiepiscopo principi nostro karissimo, cum eorum patentes litteras receperis, studeas presentare.

Dat. in castris ante Brixiam, Idus Iulii, regni nostri anno tercio.

---

662. ORDINATIO PACIS INTER COMITEM SABAUDIAE ET IOHANNEM DELPHINUM.

1311. Iul. 17.

Repetimus editionem nostram 'Neues Archiv' XXIX, 590 nr. 15 paratam ex autographo tabularii Taurinensis 'Traités anciens Paquet 3 nr. 19'. Sigillum deest loris membranaceis relictis. In cancellaria comitis Sabaudiae scriptum esse videtur. In verso leguntur: lr̄a treugarum datarum per imperatorem Henr. inter dominum com̄ et Delph. *(P. deest.)*

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

(1) Tenore presentium volumus omnibus esse notum, quod cum questiones et discordie, guerre et iniurie diucius fuerint inter potentes et magnificos viros principes et fideles nostros Amedeum comitem Sabaudie et Iohannem Dalphynum Vianne et Albonis comitem dominumque de Turre, nos cupientes dictos fideles nostros ad bonam pacem, tranquillitatem et concordiam reducere, de voluntate dicti comitis et venerabilis et religiosi ac honesti viri fratris Petri prioris Sancti Valerii decretorum doctoris et nobilis viri Guigonis de Bellovidere domini dicti loci et sapientis ac discreti viri magistri Andree Bonivini utriusque iuris periti nunciorum et procuratorum dicti Dalphini, de qua procuracione nobis fidem plenam fecerunt per instrumentum publicum sigillo dicti Dalphini sigillatum [1], ordinamus et disponimus super questionibus predictis et eventuris et dependentibus ex eisdem in hunc modum:

1) *Quod servatum non esse videtur.*

(2) Primo videlicet quod treuge sint inter predictos comitem et Dalphinum pro se et pro eorum hominibus, vasallis, valitoribus et coadiutoribus ipsorum et firme et rate permaneant, et easdem treugas prorogamus et de novo damus, ordinamus et facimus inter ipsos a festo assumptionis beate Marie Virginis proxime venturo in unum annum *Aug. 15.*
5 continuum et completum sub eisdem pactis, formis, clausulis, condicionibus, obligacionibus et aliis quibuscunque contentis in treuga et forma treuge olim facte inter predictos comitem et Dalphinum per excellentem dominam Agnetam ducissam Burgundie. Item volumus, precipimus et mandamus, quod omnes baillivi ac eciam castellani dictorum comitis et Dalphini, qui nunc sunt et qui pro tempore fuerint in marchiis et
10 locis contenciosis et vicinis ipsorum, iurare super sancta Dei ewangelia teneantur, dictas treugas inviolabiliter observare et contra eas nullatenus facere nec contrafacienti aliquatenus prebere consensum et dampna que fient incontinenti facere emendari. (3) Secundo quod cum tractatus pacis olim habitus fuerit inter predictos comitem et Dalphinum iuratus ab utraque parte, ut dicitur, per venerabilem virum fratrem Aym(onem) abbatem
15 Sancti Antonii in Vienna et nobilem virum Guig(onem) Alamandi dominum de Valboneys militem ac religiosum virum fratrem Willelmum preceptorem Sancti Antonii de Chamberi apud Hospitale sancti Iohannis situm inter Voy(rer) et Moyre(n)us, quod dictus tractatus inspiciatur et per eosdem ad memoriam reducatur, ut citius et comodius fieri poterit per tractatores predictos. Et si concordes fuerint de tractatu, procedatur in
20 ipso tractatu et per predictos comitem et Dalphinum ad effectum perducatur, in quantum eis erit possibile, data diligenti opera sine fraude. Et de relacione dicti tractatus fideliter facienda primo prestent dicti tractatores corporaliter iuramentum, et si concordes fuerint de relacione et tractatu predictis et ipse tractatus fuerit perductus ad effectum secundum modum et formam dicti tractatus, volumus, ordinamus et precipimus, quod
25 sit et esse debeat bona pax et concordia inter ipsos perpetuo durature. (4) Et si super predictis dicti tractatores essent in discordia vel eciam si concordes essent de ipso tractatu et ipse tractatus non posset ad effectum perduci usque ad carnisprivium novum *Febr. 9.* proxime venturum, tunc volumus et ordinamus atque precipimus, quod extunc infra quindecim dies proxime subsequentes infrascripti pro parte dicti comitis, videlicet
30 reverendus in Christo pater Berhtr(andus) Thar(antasiensis) archiepiscopus, Aymarus de Bellovidere dominus Villenove, religiosus vir frater Willelmus preceptor domus Sancti Antonii de Chamberi, Antonius de Barg(iis), Hugo de Chamdeya et Hugo de Rupecula milites[a], et infrascripti pro parte dicti Dalphini, videlicet predicti frater Aymo[b] abbas Sancti Antonii, Guido Alemandi, Petrus prior Sancti Valerii, Guigo de Bellovidere
35 dominus dicti loci, magister Andreas Bonivini et Alemandus de Podio miles intrent et intrare debeant civitatem Vienne iurentque et iurare debeant, quod facient et procurabunt bona fide, quod bona pax et concordia erit et fiet inter partes predictas, querendo omnes modos et vias, per quos et per quas melius poterint ad bonam pacem et concordiam reducere dictas partes. Et super hoc procedent concorditer, prout eis videbitur
40 melius expedire. Iurentque et iurare teneantur, quod dictam civitatem vel extra ultra unum miliare non exeant, nisi demon[c] dicte treugue tempore finito quousque bonam pacem et concordiam adinvenerint[d], declaraverint et ordinaverint inter partes predictas. Volumus eciam et ordinamus, quod declaratio et ordinatio super ipsa pace facta per ipsos perpetuam pacis et concordie obtineant firmitatem. (5) Volumus tamen, ut si
45 aliquis vel aliqui predictorum positorum et nominatorum pro parte predicti comitis et Dalphini evidentem necessitatem haberet vel haberent, quare dictam civitatem intrare non possent vel post introitum ibidem morari, quod in eo casu dicte partes et partium quelibet possint et debeant alium vel alios loco ipsius vel ipsorum substituere inconti-

662. a) *supra lineam or.* b) *sequitur parva rasura or.* c) *sic pro* demum *or.* d) adin-
50 venierint *or.*

nenti, qui substituti et[iam] simili sacramento modo et forma quibus supra in omnibus astringantur. (6) Item volumus et ordinamus, mandamus et precipimus, quod predicti comes et Dalphinus iurent et iurare teneantur predicta omnia et singula servare, attendere et complere et nullo tempore contra per se vel per alios facere vel venire aliqua ratione vel causa nec alicui contraire volenti in aliquo consentire et contrafacientes punire. 5 Et quod predicti comes et Dalphinus per bonos et ydoneos fideiussores teneantur et Sept. 29. debeant fideiubere infra festum beati Michahelis proxime venturum alter alteri per se vel per alium recipienti efficaciter usque ad summam viginti milium florenorum nomine pene, quod predicta omnia et singula adtendent, facient et complebunt, prout superius continetur. Que pena solvi debeat parti observanti et attendenti predicta per partem 10 non observantem predicta vel aliqua de predictis et tociens committetur, quociens contra predicta vel aliqua de predictis actum fuerit sive gestum. Paccionibus, ordinacionibus, declaracionibus nostris et predictorum ut supra nichilominus in sua firmitate et robore duraturis. (7) Qui predictus comes incontinenti in nostra presencia iuxta mandatum et ordinacionem nostram predicta universa et singula iuravit super sancta 15 Dei ewangelia corporaliter manu tacta servare, attendere et complere et non contravenire per se vel per alium aliqua ratione vel causa vel contravenire volenti prebere consilium vel assensum. Et predicti procuratores procuratorio nomine dicti Dalphini super animam et in animam dicti Dalphini iuraverunt modo et forma, quibus iuravit dictus comes, et se facturos et curaturos, quod predictus Dalphinus infra quindecim 20 dies, postquam dicti procuratores ad ipsum accesserint, predicta iurabit, faciet et complebit [1] modo et forma, quibus predictus comes promisit et iuravit.

(8) Et nos Heinricus rex predictus in predictis omnibus ex certa scientia auctoritatem nostram interponimus et decretum. Si quis autem contra predicta vel aliqua de predictis fecerit, indignationem nostram perpetuo se noverit incursurum. Et ad maiorem 25 roboris firmitatem hanc presentem paginam sigilli nostri munimine iussimus roborari.

Dat. in castris ante Brixiam, XVI. Kal. Aug., indictione nona, anno Domini millesimo CCC undecimo, regni vero nostri anno tertio.

---

663. MANDATUM DE CIVIBUS AD IUDICIUM CURIAE NON VOCANDIS. 30

1311. Iul. 17.

Denuo contulimus autographon tabularii civitatis Villingen benivolenter transmissum, quod manu Italica scriptum est. Sigillum deest, fasciis sericis flavi coloris relictis. In verso manu cancellariae regiae diversa ab illa, quae textum exaravit, scriptum legitur: R (= Registratum) est. *Edidit minus recte J. E. Kopp 'Geschichtsblätter aus der Schweiz'* 35 *I, 247 nr. 3. — Böhmer, Reg. Heinr. 588 (Addit. II) et 654 (Addit. II). (P. deest.)*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Volentes providos viros . . cives de Vilingen prevenire gratia speciali, indulgemus eisdem, quod pro dampnis illatis vel que inferentur imposterum Eberh(ardo) comiti de 40 Wirtemberg et adiutoribus suis nobis rebellantibus tempore pacis generalis vel extra illud tempus per eosdem cives occasione servicii nobis et imperio facti, ad iudicium

1) *Iuravit m. Aug. die 19; cf. 'Neues Archiv' l. c. pag. 590 not. 2.*

curie nostre trahi non valeant seu vocari. Firmiter inhibentes, ne quis prefatos cives contra nostrum indultum huiusmodi vexare[a] audeat vel gravare. In cuius rei testimonium presentes litteras maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Dat. in castris ante Brixiam, XVI. Kal. Augusti, anno Domini millesimo trecen-5 tesimo undecimo, regni vero nostri anno tercio.

664—667. SCRIPTA AD STIPENDIUM VICARII GENERALIS LOMBARDIAE SPECTANTIA.

1311. Iul. 20.—Sept. 11.

664. *MANDATUM REGIS PRIMUM.* *Iul. 20. Iul. 23.*

10 *Mandatum civitatibus Lombardiae generaliter directum esse videtur. Sed sola superest forma Placentinis missa in transsumto die 23. m. Iulii Placentiae confectum, quod servatur Taurini in tabulario regio 'Diplomi imperiali Mazzo 3 nr. 15'. Denuo accuratissime contulimus.*

Transsumtum hoc postea a magistro Guilelmo ad cancellarium vicarii generalis 15 *transmissum est. Cf. ea quae sub asterisco notavimus.*

Edidit satis male Doenniges 'Acta Henrici VII.' II, 157 nr. 27. — Böhmer, Reg. Heinr. 414. *(P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus . . vicario, consilio et comuni de Placencia dilectis fidelibus[a] suis gratiam suam et omne bonum.

20 Ex parte Amedei comitis Sabbaudie affinis et fidelis nostri dilecti, vicarii nostri generalis Lombardie nobis significatum extitit, quod vos de parte sallarii sui vos contingente sibi satisfacere h[uc]usque complete minime curavistis. Quocirca cum intentionis nostre et dicti comitis non existat, quod vos nec [al]ii Lombardi de dicto sallario solvatis nisi pro tot gentibus quot tenuit et pro terminis ordinatis, mandamus vobis, 25 quatinus infra quindecim dies mitatis ad nos aliquem syndicum seu syndicos, qui nomine vestro de gente quam tenuit et de tempore et de solutionibus sibi factis audia[n]t rationem et hiis factis de rexiduo quod sibi debebitis satisfationem, promissionem et securitatem de solvendo pro tempore futuro faciant competentem. Quod nisi feceritis, substinere non poterimus patienter, quin ipsi comiti secundum quod nobis iustum videbitur, satis-30 fieri faciamus.

Dat. in castris ante Brixiam, XX. die mensis Iulii, anno Domini MCCCXI, regni nostri anno tercio.

Et has litteras presentavit dominus magister Guillelmus fixicus dicti domini comitis die XXIII. Iulii domino vicario et sapientibus et assidentibus negotiis comunis Placentie *Iul. 23.* 35 in capella dicti comunis congregatis. De quibus rogavit Octonem de Octobellis notarium conficere publicum instrumentum, presentibus Tedischo de Tedischis notario, Petro de Pontenutio et Bernardo Travino notario.

Et ego Iacobus Spatamorbia notarius hanc cartam per Octonem de Octobellis notarium breviatam eius vice et mandato finii et scripsi.*

40 *) *In margine inferiori huius transsumti leguntur manu ut videtur magistri Guilelmi scripta, partim evanida, ita ut lineas indicare decreverimus:* Dicatis vicario Lumbardie generali, quod custodiat

663. a) ni *super* xa *corr. esse videtur or.*

664. a) fidell. *semper tr.*

665. *CONCESSIO REPRESSALIARUM.* *Sept. 4.*

Proponimus ex autographo hic illic corroso eiusdem tabularii l. c. nr. 16 asservato. Quod denuo accuratissime contulimus. Sigillum deest, loris membranaceis relictis. Manu Bernardi de Mercato scriptum est. In verso leguntur manu eiusdem notarii scripta: Littera represaliarum Lombardie. *Edidit Doenniges l. c. II, 158 nr. 29, qui sigillum adhuc vidit. — Böhmer, Reg. Heinr. 421.* *(P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint, gratiam suam et omne bonum.

Per has nostras patentes litteras omnibus facimus manifestum, quod cum nos dilectum fidelem, principem et affinem nostrum karissimum Amedeum comitem Sabaudie ad requisitionem sapientum syndicorumque specialium civitatum provincie Lumbardie fecerimus, constituerimus et ordinaverimus nostrum presidem et vicarium generalem in dicta provincia Lumbardie nosque ordinaverimus de voluntate et consensu expresso syndicorum predictorum, ipsum comitem supradictum habere[a] debere certam pecunie quantitatem, taxatam per syndicos supradictos cuilibet marchioni, comitti, civitati seu ville pro rata, nomine salarii persone sue et stipendio gencium suarum equitum cum armis et peditum nomineque certorum iudicum[b], solvendam certis terminis iam elapsis, ad que predicta syndici civitatum se obligationibus et iuramentis eorum unanimiter et concorditer astrinserunt[c] obligaveruntque syndici supradicti omnes et eorum quillibet nomine civitatum, per quos ordinati fuerant ad predicta, s[e solutu]ros[d] pro rata id quod una vel plures civitatum, villarum predictarum vel singularium personarum recusarent[1], dicteque civitates et sapientes et cons[ules eorum][e] pluries per prefatum comitem vel ipsius certos nuncios fuerint requisiti nosque etiam scripserimus civitatibus et villis pro predictis[2] ipseque civitates et [ville] eidem minime satisfecerint in totum et alique in nichilum, ipseque comes predicta recuperare velit, habita ratione tantum gencium cum armis equitum et peditum et iudicum, quos secum tenuit, nos considerantes ipsarum civitatum, villarum et singularium personarum negligenciam in solvendo, attendentes etiam necessitatem, quam gentes ipsius comitis, quas de longinquis partibus venire fecit, graviter et intollerabiliter paciuntur, damus, tribuimus et concedimus comiti supradicto potestatem per se vel procuratores vel nuncios speciales arrestandi, saysiandi[f], detinendi et arrestari, saysiri et detineri facere[f], ubicunque in nostro regno vel imperio de bonis et rebus civitatum et villarum Lumbardie, marchionum, comittum et singularium personarum dictarum civitatum et villarum, donec eidem comiti fuerit per civitates predictas, villas, marchiones ac comites supradictos, prout convenerunt eidem comiti, plenarie satisfactum de predictis cum dampnis et interesse, quod sustinuit vel sustineret pro

bene taliam et scripturas, quas dedi sibi. Debuit ipsas mittere | ad Bardum et ad vicarium Ma[ntue][g] et V[erone][g], set dedit hospite[h] sue Placencie, ubi sunt et non possum eas habere |[i] nisi cum dictis litteris miteretis illis[k] de Alberto. de quarto essemus securi de pacha[l] eorum | domini[m] regis

In verso transsumti eadem manu exarata sunt:

Nobili viro domino Petro de Claromonte canzellario illustris comitis Sabaudie.

665. a) ere *in corr. or.* b) *abhinc mutato stilo acutius scriptum or.* c) *abhinc iterum mutato stilo itemque acutius scriptum or.* d) *foramen in or.* e) *foramen; desunt 8 fere litterae or.* f) *sic or.* g) *uncis inclusa eluta sunt.* h) *sic.* i) *sequitur linea in spatio vel rasura exarata.* k) *sic legendum esse videtur.* l) *sic pro* paga. m) *praecedit spatium vacuum relictum; quid sibi velint verba* domini regis, *nescio.*

1) *Supra nr. 553 cap. 3.* 2) *Nr. 664.*

predictis. Dantes tenore presentium in mandatis universis nostris vicariis et aliis quibuscunque cuique iurisdictioni presidentibus, quatinus ad requisitionem comitis supradicti vel eius certi nuncii vel procuratoris de bonis civitatum predictarum et cuiuslibet ipsarum ac etiam singularium personarum earundem detineant, saysiant et arrestent ipsumque 5 comitem vel eius nuncios de bonis saysitis et arrestatis gaudere faciant, donec eidem fuerit plenarie satisfactum.

Datum in castris ante Bressiam, die IIII. mensis Septembris, anno Domini MCCCXI, regni vero nostri anno tercio.

666. *MANDATUM REGIS ITERATUM ASTENSIBUS MISSUM.* *Sept. 4.*

10 *Damus ex transsumto Sept. 20. confecto eiusdem tabularii l. c. nr. 17 asservato. Sed transsumti verba hic ponere supersedimus, ad editionem Doennigesii l. c. II, 159 nr. 30 lectores potius referentes. — Böhmer, Reg. Heinr. 422.* *(P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus vicario, consilio, sapientibus et comuni Astensi gratiam suam et omne bonum.

15 Alias et pluries requisiti fuistis per nobilem virum Amedeum comitem Sabaudie dilectum fidelem, principem nostrum et affinem karissimum, Lombardie vicarium generalem, ut satisfaceretis eidem de illa pecunie quantitate, in qua sibi tenemini nomine vicariatus sui predicti et stipendii et gencium suarum cum armis equitum et peditum, quas secum tenuit. Nos etiam alia vice vobis scripsimus[1] pro predictis, quod adhuc 20 non fecistis complete. Propterea fidelitati vestre tenore presentium precipimus et mandamus, quatinus omni dilatione et occasione postpositis et remotis incontinenti de eo quod superest satisfaciatis eidem. Aliter vos volumus non latere, quod eidem dedimus auctoritatem atque licentiam, quod de bonis vestris, ubicumque fuerint inventa, saysire, detinere et arrestare possit et facere saysiri, detineri et arrestari, donec eidem fuerit 25 integre satisfactum.

Dat. in castris ante Brix(iam), die IIII. Setembris, regni vero nostri anno tertio.

667. *LITTERAE VICARII GENERALIS EISDEM DIRECTAE.* *Sept. 11.*

Ex eodem transsumto ut supra nr. 666. Cf. Doenniges l. c. II, 160.

De stipendio vicarii generalis cf. etiam conventiones cum domino de la Scala a. 1312. 30 Ian. 3 et 22 habitas, quas hic non ponimus, apud Doenniges l. c. II, 178 sqq. nr. 42a et b. *(P. deest.)*

Amedeus comes Sabaudie sacri imperii preses et vicarius generalis in Lombardia dilectis suis vicario, consilio, sapientibus et comuni Astensi salutem et dilectionis augmentum.

35 Quam pluries vobis scripsimus per nostros nuncios speciales, quatinus nobis satisfactionem faceretis de iis, in quibus tenemini nomine et occasione vicariatus nostri tam pro salario nostro quam pro stipendiis gentium nostrarum equitum et peditum, quas nobiscum tenuimus et tenemus. Quod tamen nundum complete fecistis. Super quibus a serenissimo domino nostro Romanorum rege mandata specialia[2] recepistis, propter 40 que mandata nobis nundum extitit satisfactum ad plenum, quamvis vobis significatum fuerit, quod nichil petebamus a vobis nec petimus nisi tantum habita ratione gentium equitum et peditum, quas nobiscum tenuimus et tenemus. Super quibus exigente vestra contumacia a prefato domino rege contra vos represalias duximus impetrandas, quibus

1) *De mandato supra nr. 664 cogitare licet.* 2) *Nr. 664 et 666.*

licet invitus ob vestri defectum contra vos uti volentes, vobis significamus, quod nisi nobis satisfactionem incontinenti feceritis vel nuncio nostro presentium portitori, quod nos supradictis represaliis utemur ac etiam contra vos modis quibus poterimus procedemus, donec satisfactionem a vobis habuerimus completam. Credentes tam super predictis quam super aliis, in quo nobis tenemini, dilecto nostro nuncio speciali et procuratori in iis, que vobis ex parte nostra duxerit exponenda, et exposita effectui mancipantes. 5

Datum in castris ante Brixiam, XI. die Setembris.

668. INHIBITIO MISSIONIS QUAE DICITUR ANLEITE.

1311. Aug. 3. 10

Denuo contulimus autographon tabularii civitatis Sletstadensis. Scriptum est in membrana Italica. Sigillum quod loro appendebat membranaceo, iam abscissum est. — Böhmer, Reg. Heinr. 415. (P. deest.)

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris . . sculteto, consulibus et civibus in Sletstat fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum. 15

Significastis nobis, quod nulla missio fieri debeat in possessionem bonorum vestrorum in civitate existentium seu in banno ratione consuetudinis approbate. Volentes autem huiusmodi consuetudinem, de qua proponitis, vobis non diminuere, set ipsam pocius stabilire, universis iudicibus provincialibus per Alsaciam constitutis firmiter inhibemus, ne aliquam missionem que vulgariter dicitur anleite ad possessionem bonorum in civitate 20 Sletstat vel in banno ipsius civitatis existentium contra predictam vestram consuetudinem faciant vel attemptent.

Dat. in castris ante Brixiam, IIe. Non. Augusti, anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, regni vero nostri anno tercio.

669. CONSTITUTIO MAGISTRI MONETARUM IN ITALIA FACIENDARUM. 25

1311. (Aug. 10).

Documenti gravis, quo status monetarum Italicarum reformatio a rege initiatur, minuta M superest Taurini in tabulario regio inter Protocolla et acta Bernardi de Mercato 'Diplomi imperiali Mazzo 3 nr. 23' (= Doenniges Ms. IV, de quo v. supra ad 30 nr. 563) post fol. 22. Ipsius notarii manu duobus foliis diligentissime scripta est, correctionibus omnibus satis clare exaratis. In fine nonnulla, quae ad m. Aug. diem 10. spectant, ad modum imbreviaturae adiecta sunt; cf. infra. Singula capita etiam in

M *fere omnia nova linea incipiunt. Capita 2—6 et 11. 12 praecedit* †, *capita 7—10 et 13—19* b†; *tamen quid haec signa sibi velint, quod explicare non possumus, dolemus.*

Edidit Doenniges l. c. II, 96 nr. 3. Denuo diligentissime contulimus et praeter modum nonnulla verba gravioris momenti, quae in M *cancellata sunt, non in adnotatione* 5 *posuimus, sed potius in textu retinuimus uncis* ⟨ ⟩ *inclusa.*

Conferenda sunt varia edicta nomine regis in civitate Mediolanensi super monetis eodem anno die 29. Sept.—6. Oct. publicata apud Doenniges l. c. II, 161 sqq. nr. 31 edita, quae omnia hic ponere supersedimus.

Cetera edicta ad res monetarias spectantia v. infra nr. 697. 698 et ad 1312. Ian. 13.

10 *(P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis suis fidelibus, ad [quos] presentes littere pervenerint, gratiam suam et omne bonum.

1. Ad universitatis vestre noticiam volumus pervenire, quod nos constituimus et ordinamus dilectum fidelem nostrum Habiczonem filium Dy Tani[a] Hugueti civem Florentie 15 factorem monetarum nostrarum infrascriptarum[b], quas facere fieri intendimus de novo in Ytalia, in modum infrascriptum. Primo idem Habizo faciet monetam minutam blancham[c] sive denarios parvos qui vocabuntur imperiales. Qui debent esse[d] quelibet marcha ad marcham nostram Medyolani de pondere XXII solidorum. Et erunt[e] de lege ad duos denarios et tres pictas ad argentum ita bonum, sicut ⟨sunt grossi Turo- 20 nenses de tempore sancti Ludovici⟩[f] esset[g] argentum ad undecim denarios et obolum de argento fino[g]. Et debent scidi taliter, quod in qualibet marcha non possint esse[h] plus quam duodecim denarii fortes et duodecim denarii debiles. Et erunt dicti denarii fortes de XIX s(olidis) VIII d(enariis) ad dictam marcham et dicti denarii debiles erunt de XXIIII s(olidis) VIII d(enariis) ad dictam marcham. Et si contingeret quod 25 in una deliberatione, que fieret de dicta moneta per custodem nostrum, inveniretur dicta moneta fortior vel debilior uno denario imperiali[i] de suo iusto pondere viginti duorum solidorum, propter hoc non stabit quin dicta moneta deliberetur. Set in subsequenti deliberancia, que fiet per custodem nostrum, recompensabitur id quod plus vel minus repertum fuerit in prima, videlicet si fortior fuerit reperta uno denario pro 30 marcha de suo iusto pondere, in sequenti deliberancia recompensabitur dicto Habizoni. Et si debilior reperiatur, idem Habitzo illud quod debilius repertum fuerit, in sequenti deliberancia reficere et restituere teneatur. Et de qualibet deliberancia, que fiet, mittentur in boista decem denarii de singulis centum marchis et dicta boista custodietur per custodem nostrum et per magistrum dicte monete comuniter. Et dabit dictus 35 magister in argento de billione basso a sex denariis inferius quatuor libras et quatuor solidos dicte monete pro marcha ad marcham predictam. ⟨Et pro segnoria nostra⟩[f] Et debet nobis reddere dictus magister pro qualibet marcha denariorum predictorum novem denarios francos.

2. Item dictus magister debet facere monetam fortem argenteam sive denarios 40 fortes de argento qui vocabuntur imperiales grossi. Et erunt de pondere sex solidorum ⟨decem⟩ octo[k] denariorum et oboli[e] quelibet marcha ad marcham predictam et ad decem denarios de lege ad argentum predictum. Et nullus predictorum denariorum debet elongari de suo iusto pondere ultra unum granum plus vel minus. Et si contingeret, quod in una deliberancia, que fiet per custodem nostrum, repperiretur dicta 45 moneta fortior vel debilior dimidio denario, videlicet quod ubi debent esse in marcha

669. a) dytani *hic scripsit Bernardus; cf. infra nr. 697.* b) -arum *corr. ex* -as *M.* c) *supra lineam add. M.* d) *sequitur* de pondere *delet. M.* e) *sequitur* ad *delet. M.* f) *uncis* ⟨ ⟩ *inclusa rursus cancellata sunt semper M.* g) esset — fino *supra lineam super* sunt — Ludovici *M; cf. not. f.* h) *sequitur* de *delet. M.* i) *sequitur* qu *delet. M.* k) *supra lineam super* decem *delet. M.*

sex solidi ⟨decem⟩ octo[l] denarii et obolus, reperirentur sex solidi et ⟨undecim⟩ IX[m] denarii vel sex solidi et ⟨decem⟩ octo[l] denarii, quod propter hoc non staret quin dicta moneta deliberaretur, ita quod in sequenti deliberancia, que fieret per custodem nostrum, fiet restitutio sive recompensacio de maioritate vel pluritate, ut supradictum est de denariis minutis. Et dabit dictus magister in argento in plata et in argento de billione de sex denariis de lege vel de sex denariis supra quatuor libras octo solidos imperialium monete nostre supradicte. Et debet nobis reddere pro qualibet marcha dicte monete grosse ⟨septem⟩ quinque[n] solidos imperialium minutorum predictorum de franco, deductis omnibus expensis. Et ponentur in boista predicta de singulis centum marchis, qui[o] deliberabuntur per custodem nostrum[o], octo denarii dicte monete grosse. Et[p] si contingeret, quod dictus magister haberet argentum pro minori precio quam supra dictum sit, utilitas illa erit nostra[p].

3. Item dictus magister faciet monetam auream sive denarios de auro, qui erunt de quadraginta ⟨tribus denariis et dimidio⟩[q] duobus denariis[r] pro marcha ad marcham predictam. Et erunt de lege viginti karattis ad aurum finum pro marcha. Et debent scidi tali modo, quod nullus denarius elongabitur de suo iusto pondere plus quam ⟨dimidio grano⟩ uno grano in alto vel in basso. Et si contingeret quod in una deliberancia, que fiet per custodem nostrum de dicta moneta, reperiretur plus vel minus de[s] iusto pondere quarta pars unius denariorum predictorum in marcha, propter hoc non stabit quin dicta moneta deliberetur, ita quod in proxime[t] sequenti deliberancia, que fieret per dictum custodem, fiat recompensatio[u] de maiorita[te] vel minoritate, sicut dictum est supra in[v] minu[ti]s denariis supradictis. Et ponetur[w] in boista predicta ⟨de centum denariis unus denarius⟩ de singulis centum marchis quatuor denarii. Et dabit in marcha auri fini ad marcham predictam XLV denarios aureos et tercium unius denarii de moneta nostra predicta ⟨LXIIII libr. X sol. imperialium parvorum monete nostre predicte⟩[x]. Et reddet nobis pro qualibet marcha dicte monete, que fuerit deliberata, ⟨VI⟩ IIII[y] libr. imperialium parvorum predictorum. Et[z] si continguat dictum magistrum habere aurum pro minori precio quam supra dictum est, utilitas erit nostra[z].

4. Et tenebitur dictus magister computare[a] presente custode nostro [cum][b] gentibus nostris, quas ad hoc ordinabimus, ⟨quater in anno⟩[q] quolibet mense[c] super tottali facto monetarum nostrarum predictarum.

5. Et si contingeret in examinatione sive assaio boistie, quod dicte monete, videlicet denarii parvi et denarii grossi de argento reperirentur debiliores de lege ⟨et pondere⟩ usque ad tres granos pro marcha, quod idem magister illud quod deerit de iusta[d] lege, in sequenti[e] moneta que cudetur restituere teneatur. Et si reperirentur debiliores dicte monete tribus granis de lege in marcha, tunc dictus magister ⟨et socii⟩ vel alius, qui pro ipso dictam monetam fecisset, esset de persona et here ad misericordiam[f] et voluntatem nostram puniendus.

6. Item[g] si contingeret in examinatione sive assaio dicte boiste, quod moneta aurea sive denarii de auro predicti reperirentur debiliores de lege octavam partem

669. l) *supra lineam super* decem *delet. M.* m) *supra lineam super* undecim *delet. M.* n) *supra lineam super* septem *delet. M.* o) qui—nostrum *supra lineam add. M.* p) Et—nostra *atramento pallidiori stilo acutiori post addita M.* q) *uncis* ⟨ ⟩ *inclusa rursus cancellata sunt semper M.* r) duobus denariis *supra lineam super* tribus—dimidio *delet. M.* s) *sequitur* pon *delet. M.* t) *supra lineam add. M.* u) *punctis suppositis corr. ex* recompensatione *M.* v) *sequitur* p *delet. M.* w) *sic M.* x) *haec verba supra lineam exarata, sed post deleta sunt M.* y) *supra lineam super* VI *delet. M.* z) Et — nostra *atramento pallidiori stilo acutiori post addita M.* a) *sequitur* cu *delet. M.* b) ita *addendum esse putaverim; sequitur* et aliis *delet. M.* c) quolibet mense *supra lineam super* quater in anno *delet. M.* d) a *corr. ex* o *M.* e) *sequitur* monetam *in fine lineae delet. M.* f) *sequitur* nostram *delet. M.* g) *sequitur* sin *delet. M.*

unius caracte in marcha predicta, dictus magister tenetur emendare sive recompensare illud quod deerit de sua iusta lege in sequenti moneta aurea que fabricabitur. Et si debilior reperiretur octave partis unius caracte ut supradictum est, tunc magister in persona et here esset in misericordia nostra et voluntate nostra puniendus. Si vero 5 fortior reperiretur dicta moneta octavam partem unius caracteris pro marcha, tunc magister de illo pluri recompensationem habere debet in sequenti moneta aurea que fabricabitur.

7. Item in singulis locis, in quibus monete nostre predicte cudentur sive fabricabuntur, nos debemus habere continue[h] unum custodem et unum clericum et unum 10 assayatorem ad expensas in victualibus dicti magistri et ad salarium nostrum sive remunerationem nostram.

8. Et custos noster debet facere deliberanciam de monetis predictis, quotiens per magistrum fuit requisitus.

9. Nos vero debemus magistro monetarum predictarum deliberare et facere 15 deliberari in singulis locis, in quibus ipsas monetas fabricare voluerit, domos et plateas convenientes[i] et aptas[k] ad[k*] fabricandas ipsas monetas, si[l] quas ibidem habemus[l], et idem magister ipsas domos sustinere debet in bonum statum ad expensas suas. Si vero domos et plateas ibidem non habemus, faciemus sibi habere iusto et convenienti precio ad expensas eius. Et nos faciemus eas semel preparari, sicut pertinet ad dictum offi-20 cium, et magister ipsas suo statu conservabit. Item nos faciemus deliberare eidem magistro omnia utensilia et instrumenta[m] nostra, que reperiri poterunt in Ytalia, cum quibus moneta imperialis extitit fabricata.

10. Item nos faciemus cridari parvam monetam nostram supradictam imperialium et compellemus sive compelli faciemus subditos nostros ad capiendum duos denarios de 25 moneta predicta pro tribus denariis vocatis imperialibus monete nunc currentis.

11. Item faciemus cridari et publicari[n] supradictam monetam nostram argenteam et compelli faciemus omnes subditos nostros ad hoc, ut unumquemque denarium grossum de argento monete predicte quilibet recipiat pro duodecim denariis parvis monete nostre predicte fabricande ⟨et pro decem [et] octo denariis imperialium monete nunc 30 currentis⟩. Et quod tres denarii dicte monete nostre argentee recipiantur pro duobus grossis Turonensibus.

12. Item faciemus cridari et publicari supradictam monetam nostram auream et cursum dari ad hoc, ut quilibet recipiat duos de denariis nostris aureis pro tribus parvis florenis de Florentia, de Ianua et de Veniciis.

35 13. Item nos faciemus cridari et deffendi, ne aliquis sit ausus portare billionem, argentum vel aurum nisi ad monetas nostras predictas et hoc ad eam, que sibi magis propinqua erit.

14. Item faciemus, iubebimus et deffendemus cum effectu, ne alie monete fiant vel cudantur per totum posse nostrum Ytalie preterquam monete nostre supradicte.

40 15. Item[o] faciemus compelli prelatos et barones, nobiles et innobiles nostri imperii, qui recipiunt pedagia in quibusvis locis nostri imperii, quod tres de nostris denariis grossis supradictis argenteis recipiant pro duobus [Turonensibus][p] grossis.

16. Item faciemus cridari et sic firmiter observari, quod omnes apportantes ad dictas monetas nostras billionem, argentum et aurum possint venire salvi et securi, 45 solvendo ubique pedagia [solita et][q] consueta.

669. h) *supra lineam additum M.* i) *sequitur* si quas ibidem habemus *delet. M; cf. not.* l. k) et aptas *supra lineam additum M.* k*) et *M.* l) si—habemus *supra lineam addita M.* m) *sequitur* q̄ *delet. M.* n) *sequitur* dca *delet. M.* o) *abhinc omnia quae sequuntur usque* Flandria *atramento pallidiori stilo acutiori post addita M.* p) *corrosum M.* q) *corrosum M; sic legendum esse puto.*

17. Item quod omnia necessaria circa dictas monetas nostras faciendas et circa victum fabricantium [dictas monetas][r] possint apportari et adduci ad ipsas monetas nostras libere absque prestatione pedagii vel alterius exactionis[s] cuiuscunque.

18. Item faciemus cridari, quod omnes operarii et monetarii nostri imperii, quos magister recipere voluerit ad dictas monetas nostras fabricandas, veniant et operentur, sicut debent, sub pena amissionis privilegiorum concessorum et concedendorum. Et venientibus ac operantibus ad dictas monetas nostras sicut d[ecet[t] conce]demus[r] libertates et privilegia consueta.

19. Item magistrum monetarum nostrarum predictarum manutenebimus ad bonos usus, consuetudines, libertates et privilegia consueta dari operariis et monetariis et per nos eis concedenda.

C Die X. mensis Augusti Richardus Hugueti de Florentia filius condam domini Hugueti et Abizzo predictus[1] iuraverunt etc. et fecerunt fidelitatem. Presentibus cancellario, comite Sabaudie et domino Guydone de Flandria[u].

670. 671. SCRIPTA PRO CIVITATE ESSLINGENSI.

1311. Aug. 27.

670. *SCRIPTUM PRIUS.*

Denuo accuratissime descripsimus autographon tabularii regii Stuttgardiensis. Scriptum est manu Italica. Pendet sigillum fere illaesum loro membranaceo. In medio dorsi manu cancellariae regiae scriptum est: R̷ (= Registratum). — *Böhmer, Reg. Heinr. 420*[2]. *(P. deest.)*

Heinr(icus) Dei gratia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris . . sculteto et . . consulibus et universis civibus in Ezzelingen fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum.

Decet maiestatem regiam fidelium et subiectorum nostrorum et inperii labores et expensas, quos constanter et fideliter pro honore nostro et inperii, rei publice ac bono statu terre sustinuerunt et a[d]huc sustinent continue, sollerter intendere ipsisque regalibus subsidiis, ne propter oppressiones huiusmodi deficiant, subvenire. Considerantes igitur, quot et quales expensas et labores in guerra, quam una cum aliis civitatibus nostris et dicti inperii geritis contra nobilem virum Eberh(ardum) comitem de Wirtenberg inimicum nostrum et inperii publicum, pacis et boni[a] status[b] partium vestrarum et reipublice turbatorem[c], sustinuistis hactenus et inantea forsitan sustinere contingat, regalis excellentia dignum et congruum arbitratur, ut vos propter hoc prosequamur

669. r) *corrosum M; sic legendum esse puto.* s) exauctionis *M.* t) *num* decet *aut* debemus, *nescio.* u) *cf. not.* o.

670. a) *corr. ex* bonū *or.* b) *corr. ex* statum *or.* c) *corr. ex* turbatum *or.*

1) *In Constitutione de monetis altera die 17. m. Octobr. edita infra nr. 697 Richardus* magister et ordinator et provisor omnium . . . monetarum, *Albizzo* magister monetarum *dicitur.* 2) *Cf. 'Urkundenbuch der Stadt Esslingen' I, 182 nr. 411.*

prerogativa favoris et gratie specialis. Quare nos volentes, ut labores et expensas huiusmodi eo libentius et eomodius tollerare possitis[d] dietamque guerram eontra prefatum comitem tam laudabiliter inehoatam ad finem perducere eoneupitum, gratiam[e] facere specialem, medietatem ungelti, que nobis et inperio in civitate Esselingensi 5 pertinere dinoscitur et que obligata extitit Eberh(ardo) eomiti de Wirtenberg et propter eiusdem demeritis ad nos esse dinoseitur iuste et legitime devoluta, vobis auetoritate regia[f] eoneedimus et donamus recipiendam et colligendam per deeem annos eontinuos a data presentium numerandos dietamque partem ungelti vestris et civitatis prediete usibus et utilitatibus applieandam. In euius rei testimonium presentes litteras seribi 10 et maiestatis nostre sigillo iussimus eommuniri.

Datum in castris ante Brixiam, VI. Kalen. Septemb., anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, regni vero nostri anno tertio.

671. *SCRIPTUM ALTERUM.*

Item deseripsimus ex autographo eiusdem tabularii. Ab eadem manu ac supra 15 *nr. 670 seriptum est. Pendet sigillum laesum loro membranaeeo. In verso item legitur:* ℞. *Editum est 'Urkundenbuch der Stadt Esslingen' I (= Württembergische Geschichtsquellen IV) pag. 181 nr. 410. Cf. infra ad a. 1312. Mart. 31. — Böhmer, Reg. Heinr. 419. (P. deest.)*

Heinr(icus) Dei gratia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris . . 20 seulteto . . consulibus et universis civibus in Esselingen fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum.

Ut labores et expensas gravissimas, quibus propter guerram motam per vos et alias eivitates nostras et inperii nobili viro Eberh(ardo) eomiti de Wirtenberg inimico nostro publico et inperii, paeis et boni status pareium vestrarum ac rei publice turbatori, 25 plurimum estis pregravati, eo libentius et comodius tollerare ipsamque guerram tanto diutius et faeilius eontra prefatum eomitem tenere possitis viriliter et constanter, vobis hane de liberalitate regia duximus gratiam faciendam, ut vos et universi ac singuli eives Ezzelingenses ae fideiussores vestri ad solutionem debitorum, usurarum et dampnorum quorumeumque debitis ipsis asseriptarum, in quibus Iudeis nostris et inperii tam 30 in Esselingen quam alibi ubieunque locorum residentibus sitis ad presens obligati, usque ad duos annos continuos a data presentium numerandos minime teneamini et ad id a quoquam artari non possitis aliqualiter vel conpelli. Nec infra prefatum terminum usuras aliquas sive dampnum per obstagium vel alios modos quoseunque debitis huiusmodi conputari volumus vel asseribi, a quibus, si secus fuerit, vos penitus auetoritate 35 presentium quitos esse dicimus et solutos. Statuimus tamen[a], quod debita, usuras et dapna predieta iidem Iudei, quibus ea tenemini, post lapsum dicti termini possunt petere eo modo et forma, quibus nune ipsa possent exigere presenti gratia non obtenta. Volumus eeiam, quod premissa gratia se extendat ad monasteria . . sororum in Willer et in Sancta Cruee ordinis Predieatorum et ad monasterium Sancte Clare propter dapna 40 et ineomoda, que eadem in dicta guerra sustinuerunt et eontinue sustinent, quibus dicta gratia per omnia observetur. In cuius rei testimonium presentes litteras seribi et nostre maiestatis sigillo iussimus eommunire[b].

Datum in eastris ante Brixiam, VI. Kal. Septemb., anno Domini MCCC undeeimo, regni nostri anno tertio.

45 **670.** d) *secunda* s *corr. super* c *or.* e) *hic* vobis *excidisse videtur or.* f) *in loco raso septem litterarum or.; prius* impiali *scriptum erat.*

671. a) *in loco raso or.; prius scriptum erat* eciam, *ut videtur.* b) *sic or.*

672. MANDATUM DE INQUISITIONE SUPER BONIS FEUDALIBUS FACIENDA.

1311. Aug. 28.

Denuo contulimus autographon tabularii Argentinensis, quod dicitur 'Bezirksarchiv des Unterelsass', benivolenter nobis transmissum. Signatum est 'Série G. 116. 8'. Sigillum secretum eerae rubrae dorso impressum erat. Edidit Mone 'Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins' XII (1861) pag. 204 nr. 62. (P. deest.)

Heinr(icus) Dei gracia Romanorum rex semper augustus nobili viri Joffr(ido) de Liningen advocato provinciali consanguineo suo dilecto graciam suam et omne bonum.

Indignamur non immerito, quod licet iam dudum nostris tibi litteris[1] dederimus in mandatis, ut inquisitionem de quibusdam bonis in Kogenheim et in Sermersheim haberes diligentem, utrum videlicet eadem bona ad illos de Bercheim titulo feodi pertineant, an ad venerabilem . . abbatissam et conventum Monasterii inferioris monasterii iure proprietatis spectare noscantur, tu tamen in hoc te hucusque exhibuisti[a] penitus negligentem, dicte abbatisse multos labores et expensas in statutis ad placita habenda terminis faciendo. Volentes igitur, ut finis eiusdem questionis negocio debitus imponatur, fidelitati tue denuo committimus sub obtentu nostri favoris et gracie precipientes districte, quatinus de hoc inquisitionem adhuc sine protractione habeas diligentem et si inveneris huiusmodi bona non esse feodalia predictorum de Bercheim, set abbatisse et monasterio predictis proprietatis titulo pertinere, ipsos in eisdem manuteneas efficaciter et defendas. Testes autem ad hoc necessarios ad dicendum veritati testimonium arceas strictius et compellas.

Dat. in castris ante Brixiam, V. Kalen. Septembr., regni nostri anno tercio.

---

673. 674. RECEPTIONES CASTRENSIUM.

1311. Aug. 31.—Sept. 6.

Cf. supra nr. 639.

673. *RECEPTIO GEORGII DE RANDECK. Aug. 31.*

Repetimus editionem, quam ex Copiario saec. XVII. Wisbadeni in tabulario regio asservato nuper publici iuris fecit E. Schaus 'Mittheilungen des Instituts' XXVI, 550 nr. 8. — Böhmer, Reg. Heinr. 589. (P. deest.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Grata et fidelia servitia, que vir strenuus Georgius de Randekke dilectus noster fidelis nobis exhibuit et imperio in partibus Italie et exhibere poterit in futurum, merito nos inducunt, ut ipsum favore benevolo prosequamur. Hinc est quod eundem

672. a) uisti *in loco raso or.*

1) *Quae servatae non sunt.*

Georgium in nostrum et imperii castrensem apud Oppenheim duximus conquirendum, dantes sibi propter hoc decem et octo libras Hallensium, quas sibi et heredibus suis apud Iudeos nostros de Oppenheim de [stura][a] per eos solvenda in festo beati Martini annis singulis colligendas presentibus deputamus, percipiendas tam diu et habendas, quousque sibi aut heredibus suis per nos vel nostros in imperio successores centum et octoginta libre Hallensium plenarie fuerint persolute. Quibus solutis convertent in predia et ea vel saltem de suo allodio tantum ipse et heredes sui titulo castrensis feodi iuxta morem et consuetudinem aliorum castrensium feodorum, que vulgariter ledik burchleben dicuntur, deserviendi perpetuo possidebunt[b]. In cuius rei testimonium presentes litteras maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Nov. 11.

Datum in castris ante Brixiam, II. Kalendas Septemb., anno Domini M trecentesimo undecimo, regni vero nostri anno tertio.

674. *RECEPTIO SIMONIS DE GIMCHEIM.* *Sept. 6.*

Autographon propter rasuram ut videtur non confectum, olim inter reliquia archivi Heinrici VII. exstans, iam servatur Florentiae in tabulario regio. Apparent foramina sigillo appendendo adaptata. Scriptum est manu hominis Germani. In verso nihil exaratum est. Male edidit Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 199 nr. 126. *(P. deest.)*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Grata et fidelia servicia, que vir strennuus Symon[a] de Gimcheim fidelis noster dilectus nobis et Romano imperio exhibuit et exhibere poterit in futurum, favorabiliter attendentes, ipsum in castrensem nostrum in Odernheim duximus conquirendum. Dantes sibi propter hoc redditus quindecim libr(arum) Hallensium de ungelto [nostr]o[b] in Odernheim, quas annis singulis in festo beati Martini percipiet et tam diu pacifice et quiete tenebit, quousque sibi aut heredibus suis per nos vel successores nostros in imperio centum et quinquaginta lib(re) Hallensium fuerint persolute. Quas cum percipiet, convertat in predia nomine predicti castrensis feodi a nobis et dicto imperio possidenda. In cuius rei testimonium presentes litteras scribi et nostre mayestatis sigillo iussimus communiri.

Dat. in castris ante Brixiam, VIII. Idus Septembr., anno Domini millesimo CCCXI, regni nostri anno tercio.

---

675. 676. RECEPTIONES ECCLESIARUM IN PROTECTIONEM IMPERII.

1311. Sept. 8.

675. *RECEPTIO NOVI COLLEGII IN SPALT.*

Ineditam descripsimus ex autographo tabularii generalis regni Bawarici 'Stift Spalt fasc. 13' asservato. Sigillum desideratur, fasciis sericis viridis rubeique coloris valde

673. a) *deest c; supplevit Schaus.* b) possidendum *c; coniecit Schaus.*

674. a) *praecedit rasura or.* b) *foramen in or.*

longis relictis. In verso leguntur: Defensio imperatoris Heinrici de Lůtzelburch. — *Böhmer, Reg. Heinr. 423.* *(P. decst.)*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Prodesse nobis non ambigimus et pro temporalium prosperitate successuum et ad 5 eterne pervenire felicitatis augmentum, cum ecclesias et personas ecclesiasticas, maxime tamen illas, que nostre gubernationis tempore originale sumunt et laudabile instaurationis exordium, ne malignorum ledantur incursibus, in umbram nostre protectionis suscipimus ipsasque in suis iuribus et libertatibus regie defensionis presidio confovemus. Honorabiles itaque viros magistrum Ulricum prepositum, Marquardum decanum et 10 capitulum collegii novelle plantationis in Spalt Eysteten. dioc. devotos nostros dilectos et quoslibet eorum in eodem collegio successores una cum eorum familia, rebus, possessionibus, libertatibus, iuribus et honoribus, que ad presens obtinent vel futuris temporibus dante Domino poterunt adipisci, in nostram et sacri Romani imperii protectionem recipimus et recepimus spetialem. Precipientes nobilibus viris fidelibus nostris 15 dilectis Friderico burcgravio de Nuremberg necnon Alberto de Hohenloch nunc advocato provinciali et omnibus sibi in eodem officio succedentibus et . . nunc sculteto eiusdem civitatis Nurembergensis aut qui pro tempore fuerit et cuilibet eorum sub obtentu regii favoris et gratie firmiter et districte, ipsis nichilominus necnon universis et singulis advocatis seu officiatis nostris, quibus presentes exhiberi contigerit, per hec regia scripta 20 mandantes, quatinus prepositum, decanum et capitulum predictos in omnibus premissis, familia videlicet, rebus, possessionibus, iuribus, libertatibus et honoribus turbari vel impediri aliquatenus non permittant, sed ipsos potius a quarumlibet oppressionum turbationibus, gravaminibus et iniuriis auctoritate regia manuteneant efficaciter et defendant, quando et quociens iidem nobiles [au]t scultetus et quilibet eorum ex parte 25 memorati collegii aut eiusdem nunciis super hoc fuerint requisiti, prout gravem nostre indignationis offensam voluerint evitare. Harum testimonio litterarum nostre maiestatis sigilli robore signatarum.

Dat. in castris ante Brixiam, VI.[a] Id. Septembr., anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, regni vero nostri anno tertio. 30

676. *FORMA RECEPTIONIS.*

Signo chronologico carentem et ad formularii modum variatam et decurtatam hic subiungimus e codice Monacensi lat. 21242 (Ulm. 42) membr. saec. XIV. in fol. 84. De cuius codicis indole alio loco fusius disseremus. Edidit Guilelmus Meyer Spirensis 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XIX, 82 nr. 1. Nos denuo contulimus. 35

Ad tempus, quo rex Ianuae morabatur, documentum spectare videtur.

(P. decst.)

Regum regi, cuius ineffabili clemencia in specula dignitatis regie constituti Romani imperii molimina gubernamus, prestare obsequium arbitramur, cum hominibus et locis Deo dicatis pacem et commodum preparamus et eorum iustis peticionibus nostrum 40 impertimur assensum. Sane accedens ad nostre maiestatis presenciam dominus Otto rector ecclesie in Openheim talis et talis ex parte talis monasterii nobis humiliter supplicavit, quod talem ecclesiam vel monasterium, personas, possessiones, homines et bona ipsorum, ut eo liberius Deo deserviant, in nostram et imperii protectionem recipere ipsisque specialis favoris nostri gratiam impertiri de benignitate regia dignaremur. 45 Nos itaque dicti talis propter grata et fidelia, que nobis hucusque et imperio impendit

675. a) I *corr. ex* d.

servicia et in futurum impendere poterit gratiora, necnon dictorum talis decani et[a] capituli supplicacionibus humilibus, ut ipsorum orationum suffragiis adiuvemur aput Altissimum, favorabiliter inclinati, predictos . . decanum, capitulum, ecclesiam, homines, possessiones et bona ipsorum in nostram et imperii protectionem suscipimus specialem 5 omnesque possessiones et bona, que legitimo empcionis titulo seu quovis alio modo iusto consecuti sunt vel imposterum Deo dante adipisci poterint, approbamus et auctoritate regia vel imperatoria confirmamus ecclesie memorate. Tenore presencium firmiter inhibentes, ne nulla deinceps persona alta et cet.

---

677. MANDATUM DE PECUNIA SOLVENDA.

10 1311. Sept. 10.

Autographon Mantuae in tabulario regio B. I. 21 asservatum denuo contulimus. Sigillum secretum cerae rubrae dorso impressum erat. Inscriptionem praebet: Strenuo viro vicario de Mantua dilecto suo fideli. *Scribentis ductus usum cancellariae non sapit, itaque in camera regis mandatum scriptum esse contenderim. Cf. infra nr. 699.* 15 *Minus recte edidit Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 200 nr. 127. — Böhmer, Reg. Heinr. 424. (P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus . . strenuo viro vicario Mantuano dilecto suo fideli gratiam suam et omne bonum.

Tempore iam elapso dicto Esclate de Florencia vel eius sociis viginti milia 20 florenorum tradere et deliberare promisistis nostro nomine et pro nobis. Quos dum expeteremus ab eisdem, excusationem pretenderunt, quod sibi de eis fuerat minime satisfactum, mille quingentis dumtaxat florenis exceptis, quos a vobis receperant. Quocirca fidelitati vestre districte precipimus et mandamus per presentes, quatinus dictam pecunie summam nobis dictove Esclate aut eius sociis, ut in nostras utilitatem et 25 commodum convertatur, in integrum deliberetis et tradatis indilate, ea nullatenus omissuri.

Dat. in castris nostris ante Brixiam, quarto Id. Septembr., regni nostri anno tercio.

678—681. SCRIPTA IN FAVOREM EPISCOPI EISTETENSIS.

1311. Sept. 11.—26.

30 *Documenta nr. 678. 680. 681 hucusque inedita descripsimus e* C *Copiario Eistetensi saec. XIV. tabularii generalis regni Bawarici, quem iam supra ad nr. 206 edendum adhibuimus.*

678. *MANDATUM DE DEFENSIONE BONORUM. Sept. 11.*

Ex C *fol. 26', ubi rubrum:* Rex Heinricus scribit domino Moguntino, ut ecclesiam 35 Eystetensem manuteneat et defendat in villa Celle prope Hirzperch et piscariis. *(P. deest.)*

676. a) *supra lineam add. c.*

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus venerabili P(etro) archiepiscopo Moguntino principi nostro karissimo graciam suam et omne bonum.

Multorum nobilium militum et aliorum fidedignorum nobiscum in exercitu manentum sufficienti testimonio cognovimus esse probatum, quod villa Celle prope Dietfürte et due piscarie in Tegningen quondam ad nobilem virum quondam[a] Gebhardum comitem de Hirzperch et ad ipsum castrum Hirzperch pleno iure spectabant. Et quia idem castrum ad venerabilem Phyl(ippum) Eystetensem episcopum principem et secretarium nostrum dilectum cum omnibus suis pertinenciis devolutum esse dinoscitur et per consequens villa et piscarie predicte, nos volentes unicuique reddere quod suum est, villam ipsam una cum iudicio, villano et quibuslibet suis utilitatibus ac piscarias easdem eidem episcopo et ecclesie sue restituimus et de plenitudine regie potestatis eas sibi de novo donavimus ex certa sciencia et de gracia speciali. Propter quod sinceritati tue precipimus et mandamus seriose volentes, quatinus illustrem Iohannem Bohemie[b] et Polonie regem nostrum vicarium generalem per Alemaniam principem et primogenitum nostrum karissimum incontinenti sine dilacione eidem episcopo et ecclesie sue facias litteras dare neccessarias super eo. Preterea ipsum episcopum, quem propter sue devocionis et meritorum suorum obsequia sincere diligimus, tibi attencius commendamus rogantes, quatinus tanta eum benivolencia in cunctis sibi ne[c]cessariis prosequaris, quod ex hoc a nobis debeas non immerito commendari.

Datum in castris ante Brixiam, III. Idus Septembr.[c], regni nostri anno tercio.

679. *MANDATUM DE CASTRO WARTPERCH.* *Sept. 24.*

Denuo contulimus autographon propter rasuras non confectum eiusdem tabularii, quod iam edidit minus recte Weller 'Hohenlohisches Urkundenbuch' II, 19 nr. 21. In cancellaria regis scriptum est. Linea dati partim in loco raso scripta omnino corrupta est; cf. not. d. — *Böhmer, Reg. Heinr. 430.* *(P. deest.)*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus nobili viro Alberto de Hohenloh advocato provinciali in Nurmberg fideli suo dilecto gratiam suam et omne bonum.

Quia, prout ex certa plurimorum fidedignorum insinuacione didicimus[a], ex condempnationis sententia contra personam et res Chunradi quondam dicti comitis de Ötingen per nos iam dudum iusticia mediante prolata castrum Wartperch prope Herriden cum omnibus suis[b] pertinentiis vacare cepit venerabili Ph(ilippo) Eystetensi episcopo principi et secretario nostro dilecto et ecclesie sue, a quibus ipsum ante latam in eum condempnacionis sentenciam in feodo tenuit et possedit, cumque nonnulli sui vicini idem castrum in grave eiusdem episcopi preiudicium occupaverint et adhuc violenter detineant occupatum, nos qui universis, precipue tamen ecclesiis et personis ecclesiasticis iura sua et bona conservare desiderabiliter affectamus illesa, fidelitati tue precipimus et mandamus volentes precise, quatinus dicto episcopo et ecclesie ad recuperandum idem castrum et de manibus illorum ipsum contra iusticiam occupantium eruendum tue cooperationis et promotionis auxilium adhibeas ipsique episcopo adhereas fideliter et assistas.

Datum in Brixia[c], VIII. Kalen. Novembr.[d], regni nostri anno tercio[c].

680. *ABSOLUTIO AB USURIS ET DAMNIS.* *Sept. 26.*

Ex C *fol. 26, ubi rubrum deest.* *(P. deest.)*

678. a) *sic C.* b) Pohemie *C.* c) Semptembr. *C.*

679. a) *sequitur rasura sex litterarum or.* b) *supra lineam add. or.* c) Brixia — tercio *in loco raso eadem ut videtur manu, sed stilo latiori et atramento fusciori post scripta sunt; forsitan prius scriptum erat:* castris ante Brixiam. d) *sic loco* Octobr. *or.*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Affectantes de regali benivolencia venerabilis Phylippi Eystetensis episcopi principis et consiliarii nostri dilecti et ecclesie sue propter grata sue devocionis merita
5 precavere dispendiis et suis comoditatibus et profectibus ubilibet providere, universis usuris et dampnis, que eidem episcopo et ecclesie sue apud Iudeos quoscunque a festo beati Michahelis proxime preterito, quo illustris Iohannis Bohemie et Polonie[a] regis (1310. Sept. 29.) principis et primogeniti nostri karissimi intravit obsequium, quod quidem obsequium ad nostrum beneplacitum et mandatum ad presens subintrabit iterum, accreverunt et
10 que eidem ab instanti festivitate dicti beati Michahelis ad annum continget accrescere, (1311. Sept. 29.) absolvimus et absolutum esse volumus de plenitudine regie potestatis. Nobili viro Alberto de Hohenloch advocato provinciali in Nůrmberg aut eius substituto et . . sculteto ac civibus ibidem necnon universis aliis officiatis, civibus et fidelibus nostris, quibus presentes exhiberi contigerit, hoc edicto regio precipientes et mandantes districte,
15 quatinus episcopum et ecclesiam sepedictos, ut huiusmodi gratie ampliorem consequantur effectum, auctoritate nostra manuteneant efficaciter et tanta fidelitate defendant contra Iudeos predictos, ut a nobis reprehendi non debeant, sed propter hoc pocius commendari.

Datum Brixie, VI. Kalen. Octobr., anno Domini millesimo CCC undecimo, regni vero nostri anno tercio.

20 **681. *MANDATUM CONTRA OBSTAGIA. Sept. 26.***

Ex C *fol. 26', ubi rubrum:* Rex Heinricus mandat civitatibus, ne permittant obstagia et commessaciones[a] fieri in dampnum ecclesie Eysteten. *(P. deest.)*

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris . . in Nůrmberg, . . Wizzenburg, . . Nordelingen, . . Rotenburg, . . Hallis, . . Aufkirchen et
25 omnium aliarum civitatum et oppidorum, quibus presentes exhiberi contigerit, . . scultetis, . . ministris, . . officiatis, consulibus et civibus universis, fidelibus suis dilectis graciam suam et omne bonum.

Cordi nobis est et re vera regalis sollicitatur intencio, qualiter Eystetensis ecclesia non mediocriter menti nostre serenitatis impressa a dispendioso obstagiorum
30 voragine et intollerabilibus usurarum dispendiis, quibus ut accepimus dampnabiliter premitur et gravatur, nostro mediante iuvamine valeat respirare. Propter quod universis vobis ac singulis sub obtentu nostri favoris et gracie precipiendo mandamus et iniungimus seriose, quatinus abhinc usque ad instans festum Pasche, quem (1312. Mart. 26.) terminum dicte ecclesie Eystetensi de benignitate regia duximus favorabiliter indulgen-
35 dum, nullum de fideiussoribus ipsius ad domos vestras vel hospicia in eiusdem ecclesie dispendium aliqualiter admittatis nec eos ad obstagiorum observanciam medio tempore moneatis. Prout indignacionem regiam et penam sive dampnum, quod exinde accrescere continget, volueritis evitare, quod in vestrum in hoc casu dispendium volumus retorqueri.

Datum Brixie, VI. Kalen. Octobr., anno Domini millesimo CCCXI, regni vero
40 nostri anno tercio.

680. a) Bolonie *C.*

681. a) commessacionibus *C; contra modum, quem supra pag. 306 not.* a *secuti sumus, sic etiam in textu scribendum est; saec. enim XIII.—XIV. hanc orthographiam ubique in usu fuisse, e. gr. ex Denifle-Châtelain 'Chartularium universitatis Parisiensis' tom. I, 540 nr. 470 evincitur.*

682. 683. SCRIPTA AD TRANSMISSIONEM VICTUALIUM SPECTANTIA.

1311. Sept. 13. — (Oct.—Dec.)

682. *MANDATUM DE VICTUALIBUS TRANSMITTENDIS.* *Sept. 13.*

Superest solum exemplar Triviliensibus directum, ad quod edendum contulimus 1) *codicem Monti D. S. IV 21 bibliothecae Ambrosianae Mediolanensis et* 2) *editionem, quam paravit Barelli loco supra ad nr. 574 citato pag. 60 nr. 25. — Böhmer, Reg. Heinr. 425.* *(P. deest.)* 5

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris vicario, consilio et comuni de Trivillio fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum. 10 Ob defectum victualium, quem noster ad presens exercitus sustinet, vos redarguere merito possumus et vestra exigente negligentia corrigere vos tenemur. Quapropter fidelitatem vestram requirendam duximus et monendam, quatinus saltem adhuc victualia vobis imposita ad nostrum exercitum transmittatis[1]. Alioquin pro certo penas et condem[p]nationes desuper impositas a vobis irremissibiliter extorqueri[a] volumus et maiores 15 etiam, si culpa vestra exegerit, vobis nichilominus infligemus.

Dat. in castris ante Brixiam, Idibus Septemb., regni nostri anno tertio.

683. *ABSOLUTIO A CONDEMNATIONE.* *(Oct.—Dec.)*

Scriptum regis, quod de eisdem rebus tractat, signo tamen chronologico caret, superest in solo codice Monacensi lat. 21242 (Ulm. 42) membr. saec. XIV. in. fol. 84', de 20 *quo v. iam supra nr. 674. Edidit Guilelmus Meyer Spirensis l. c. XIX, 84 nr. 4. Nos denuo contulimus.*

Cum in codice inter alia scripta Heinrici VII. exaratum sit, quae eo tempore emanaverunt, quo rex Ianuae morabatur, mensibus Oct.—Dec. a. 1311. vindicandum esse putavimus. *(P. deest.)* 25

Merita devocionis ac fidelitatis vestre laudabiliter nobis exhibita recenter in nostra memoria collocata multipliciter nos inducunt, quod regalis ad vos benivolencie graciam convertere delectamur. Ut igitur ad nostra et imperii servicia quelibet in posterum

682. a) exequi 1.

1) *Cf. iam supra nr. 622. 623.* 30
In adnotatione ponere liceat scriptum cancellarii die 10. m. Aug. datum, quod item ad hostem contra Brixienses faciendam spectat. Autographon ubi iam inveniatur nescimus. Edidit Verci 'Storia della marca Trivigiana' V, 144 nr. 532 'ex archivo comitum de Arcu nr. 237', cuius editionem hic repetimus:

Frater Henricus Dei et apostolice sedis gratia Tridentinus episcopus, sacre imperialis aule cancellarius strenuo viro domino Ulrico de Arco fideli suo salutem et omne bonum. 35
In presentia regie maiestatis estis, ut intelleximus, graviter accusatus super eo quod Brixiensibus intrinsecis exhibeatis per vestros homines armatos auxilium ac ipsis prebeatis vestrum consilium et favorem. Verum cum vos tanquam vasallum ecclesie nostre Tridentine fidelem diligamus purissimo ex affectu ac honori vestro intendere et dispendiis precavere ubilibet delectemur, vobis consulimus bona fide, quatinus ad expurgandum huiusmodi nephandam accusationem et sibi serviendum serenis- 40 simi domini nostri Henrici Romanorum regis presentiam sine dilacionis medio cuilibet accedatis, in quo adipisci poteritis perfectum commodum et honorem.
Datum in castris ante Brixiam, X. mensis Augusti.

prompcioribus animis assurgatis, debitum iusticie per innatam nobis clemenciam temperantes, ab omnibus penis et condempnacionibus in vos latis per nos vel quoscunque nostros . . officiales, ex eo quod ad exercitum nostrum ante Brixiam victualia presentare seu traducere neglexistis, vos auctoritate regia favorabiliter absolvimus et quitamus.

5 Datum etc. tali[a] loco tali die.

---

684. MANDATUM VICARIO MEDIOLANENSI DIRECTUM.

1311. Sept. 15.

Denuo descripsimus autographon, quod Mediolani in tabulario regio asservatur. 10 *Inscriptionem non praebet. Sigillum secretum cerae rubrae dorso impressum erat. In verso leguntur manu Italica scripta:* Concessio facta per dominum Anrichum imperatorem de molandino. *Edidit etiam Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 384 nr. 203.*
(P. deest.)

Henricus Romanorum rex semper augustus strenuo viro Matheo Vicecomiti in 15 civitate et districtu Mediolani dilecto vicario suo gratiam suam et omne bonum.

Volumus et fidelitati tue presencium pagina precise mandamus, quatinus quoddam molendinum cum edifficiis et aqua seu aqueductu per benificenciam nostram privilegiate concessum monialibus et monasterio sancti Apolinaris de Mediolano ordinis sancte Clare super quodam ramo Ticineli comitatus Mediolani de libris et capitularibus comunis 20 Mediolani cancellari taliter facias et deleri, quod imperpetuum ab eo comuni Mediolani nullum condicium paciatur, immo molendinum ipsum cum omnibus suis pertinenciis, sicut per privilegium nostrum[1] concessimus, ipsius monasterii dominio libere relinquatur. Itaque fidelitas tua hoc mandatum nostrum procuret taliter adimplere, quod scribendi tibi super eodem nobis materia non occurrat.

25 Dat. in castris ante Brixiam, die XV. Septembr., regni vero[a] nostri anno tercio.

---

685. MANDATUM ARCHIEPISCOPO MOGUNTINO MISSUM.

1311. Sept. 15.

Denuo descripsimus autographon tabularii generalis regni Bawarici 'Mainz Erzstift 30 *2. Nachtrag' fasc. 314 asservatum. Inscriptionem praebet:* Venerabili P. archiepiscopo Moguntino principi et secretario nostro dilecto. *Foramina sex parva adhuc videntur litteris claudendis apta. Sigillum secretum cerae rubrae dorso impressum erat. — Böhmer, Reg. Heinr. 426.* *(P. deest.)*

683. a) *sequitur* die *deletum* c.

35 684. a) *sic or.*

1) *Quod servatum non est.*

Heinr(icus) Dei gratia Romanorum rex semper augustus venerabili P(etro) archiepiscopo Moguntino principi et secretario suo dilecto gratiam suam et omne bonum.

Absolutionem Iacobi Wolflini civis Pragensis, quem propter etatis sue senium in vinculis deficere credimus, tibi et illustri Iohanni filio nostro karissimo duximus committendam. Volentes, ut de absolutione huiusmodi, de qua tempus esse dinoscitur, facias 5 et ordines, que tibi et eidem filio nostro videbitur expedire.

Dat. in castris ante Brixiam, XVII. Kalen. Octobr., regni nostri anno tertio.

---

686. 687. SCRIPTA AD EPISCOPUM GEBENNENSEM SPECTANTIA.

1311. Sept. 17. 10

686. *PRIVILEGIUM REGIS.*

Supersunt duo autographa: 1) *tabularii reipublicae Genevensis, quod iam olim descripsit Jaffé b. m.; pendet sigillum fere illaesum fasciis sericis;* 2) *inter reliquias archivi Heinrici VII. Pisis exstans in tabulario capituli maioris ecclesiae nr. 1366 signatum; sigillum desideratur, foramina adsunt; in cancellaria episcopi scriptum, propter menda* 15 *quaedam scribentis confectum non esse videtur. Nos ipsi* 2 *denuo contulimus. Edidit ex* 2 *Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 200 nr. 128. — Böhmer, Reg. Heinr. 655 (Addit. II). (P. deest.)*

Heinricus[a] Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum. 20

Nutu divino regali prefecti fastigio favoris prerogativam debemus ecclesiis et earum ministris ac ipsarum incrementa profectuum in honorem Dei, qui est caput ecclesie, totis affectibus ampliare, presertim ubi communis boni et rei publice comoda procurantur, quia tractantibus ista libenter annuimus et gerentibus talia non immerito[b] assentimus. Considerantes igitur grandia, grata et accepta servitia, que venerabilis[c] Aymo Gebennensis 25 episcopus princeps et secretarius noster carissimus maiestati nostre in partibus Italie[d] fideliter prestitit hactenus et devote prestat assidue ac prestare poterit in futurum, ac debita meditatione pensantes commune bonum, ad quod idem episcopus intendit, videlicet constructionem[e] unius pontis lapidei ultra Rodanum prope castrum insule Gebennensis ad communem et publicam utilitatem transeuntium, quem facere promisit suis 30 sumptibus et expensis, nos premissorum intuitu eidem episcopo suisque successoribus Gebennensis ecclesie episcopis instituendi, exigendi, levandi et recipiendi unum tholoneum, videlicet de qualibet octava frumenti duos denarios, de octava alterius cuiuslibet bladi unum denarium et de somata vini duos denarios Gebennenses, sive predicta per terram vel aquam extra civitatem Gebennensem ducantur, plenam et liberam conce- 35 dimus tenore presentium auctoritate regia potestatem. Iniungentes earundem rerum ductoribus, ut huiusmodi theloneum[f] sine contradictione[g] qualibet dent pariter et persolvant. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre concessionis paginam infringere vel ei ausu temerario contraire. Quod qui facere presumpserit, gravem nostre maiestatis

686. a) HENIRICUS 2. b) inmerito 2. c) venene|rabilis 2. d) Ytalie 2. e) con- 40 strutionem 2. f) tholoneum *et hic* 2. g) contraditione 2.

offensam se noverit incursurum. In cuius rei testimonium presens privilegium conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum in castris ante Brixiam, XV. Kal. Octobr., anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, regni vero nostri anno tercio.

5 ## 687. *PETITIONES EPISCOPI.*

Signo chronologico omnino carent. Sed quamvis non sit dubium, quin privilegium super ponte construendo praecedant, tamen hic subiungere liceat.

Documentum memorabile iam apud Bethmann 'Archiv' XII, 739 indicatum descripsimus ex R *rotulo, qui olim Pisis inter reliquias archivi Heinrici VII. exstans nunc* 10 *in tabulario archiepiscopali Pisano servatur nr. 61 (olim nr. 2799) signatus*[1]. *Verba petitionum dorso rotuli inscripta sunt. Numeros arabicos adiecimus nos.*

Privilegiorum, quae petebantur, ne unum quidem servatum est.

(P. deest.)

Peticio episcopi[a] Geben(ensis).

15 1. Inprimis quod fiat renovacio et confirmacio privilegiorum. Et ad cautelam declaretur, quod solus episcopus Gebenensis in sua diocesi habeat ius cudendi monetam.

2. Item quod nullus in dicta diocesi preter suam licenciam potest vel debet tenere vel exercere nu[ndinas][b] vel forum et illi, qui eas vel ea iam habent vel exercent, d[ebent eas v]el[b] [ea te]nere[b] et recognoscere [in][b] feudum et[c] propter[d] hec fideli- 20 tatem facere.

3. Item quod ad eum solum spectant in dicta diocesi regalia, sub quibus specialiter continentur aurifodine, argentifodine et mine aliorum mitellorum, salmarie, vie pu(blice), cursus aquarum et fluminum publicorum, arpes, iures nigre et alia sub regaliis conprehensa.

25 4. Item quod ad eum spectant in solidum, ita quod ad nullum alium, merum[e] et mistum inperium et omnimoda iurisdicio in civitate et subburbio Gebenensi et infra bana ipsius civitatis. Mandantes et precipientes omnibus illis, qui aliqua tenent vel posident vel quasi de predictis, qui adhuc ea a dicto episcopo non recognoverunt, [ut][f] recognoscant ea ab ipso et pro hiis fidelitatem faciant indilate.

30 5. Item quod inperator dominus scribat universis subditis, quod eidem episcopo eunti cum eo pro coronacione[g] sua conferant[h] et contribuant in expen(sis) secundum determinacionem legis Frederici inperialem[i] prope finem[2].

686. h) *loco* ante Br. 2: Brixie.

687. a) Peticio episcopi *stilo acutiori, atramento pallidiori, alia manu ante* gebñ *scripta R.* b) *uncis* 35 *inclusa evanida sunt R.* c) etc *scriptum esse videtur R.* d) preter *R.* e) m *prima corr. ex* di *R.* f) *sic addendum esse videtur R.* g) conoracione *R.* h) conferent *R.* i) *sic R.*

1) *In hoc rotulo cancellariae regis porrecto, ut denuo confirmarentur, transsumta sunt haec documenta: privilegia Friderici I. a. 1162. Sept. 7 (Stumpf 3967) et a. 1154. Ian. 17 (Stumpf 3680), Friderici II. a. 1235. Nov. 19 (Regesta imperii V deest); arbitrium archiepiscopi Viennensis a. 1184 (apud Spon 'Histoire* 40 *de Genève' II, 36).* 2) *Cf. supra tom. I, 208 nr. 149 cap. 3.*

688—691. SCRIPTA AD OBSIDIONEM BRIXIAE SPECTANTIA.

1311. Sept. 21.—Oct. 1.

688. *ENCYCLICA SUPER DEDITIONE CIVITATIS.* *Sept. 21.*

Servatum est solum exemplar filio Iohanni regi Bohemiae missum in Chronico Aulae regiae. Quod ad editionem a Loserth 'Fontes rerum Austriacarum. Scriptores' VIII, 343 paratam hic repetimus. Codicum B *Iglaviensis saec. XIV. ex. et* C *Fuerstenbergensis saec. XV. ex. lectiones potiores tantum adnotavimus*[1]. — *Böhmer, Reg. Heinr. 427.*

(P. deest.)

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus illustri Iohanni Bohemie regi primogenito et principi suo carissimo gratiam suam et omne bonum.

(1) In omnem terram sonus noster[a] exivit ut credimus et in fines orbis terre[2], postquam ad partes Italie venimus, opera nostra pervenerunt magnifica, pacem iustitia comitante. Licet quorundem rebellium et presertim Guidonis de la Turre nitentis in aquilone ponere sedem suam[3], ut similis videatur Regi regum, ac Cremonensium perfidia iustitie et pacis emula, latitans in abditis, ut perderet innocentem[4], preconceptum virus ausu nefario in partum prodierit et molita fuerit telam pacis et unitatis, quam nostris texueramus manibus, diripere, reddens nobis pro benignitate contemptum, pro gratia contumeliam ac illa stipendia, que mus in pera, serpens in gremio et ignis in sinu iuxta vulgare proverbium suis hospitibus largiuntur[5]. Ad quorum tamen nequitiam edomandam dextra Domini, per quam regnamus et vivimus, nobis propitia affuit et leo noster fortissimus[6] vindictam sumpsit de inimicis[7] pro libitu voluntatis. (2) Novissime

688. a) non *add. B.*

1) *Hic in adnotatione ponere liceat verba quaedam syndicatus extrinsecorum Brixiae, dati* die Mercurii XXII. mensis Septembris, in castris domini inperatoris prope portam sancti Nazarii civitatis Brixie: ...... omnes et singulli suprascripti extrinseci Brixienses pro sese et omnibus adherentibus sibi et suis sequacibus, pro quibus se et sua obligaverunt curare et facere, quod omnia habebunt firma et rata, vice et nomine partis extrinsece Brixiensis et pro ipsa parte fecerunt, constituerunt et ordinaverunt Dagninum Belezencum de Leno iudicem suum certum sindicum, nuncium, actorem et procuratorem, specialiter ad conpromitendum in omuibus et per omuia, sicut ei videbitur, se modo et nomine suprascripto in serenissimum dominum Henricum Dei gratia Romauorum inperatorem de omnibus iniuriis, offensionibus, dampnis, lesionibus, contencionibus personalibus et realibus cuiuscumque maneriey seu conditionis, quas habent, haberent seu habere possent, substinuissent seu illata sibi vel data dici possent per intriusecos Brixienses seu partem intrinsecam Brixiensem, et etiam cum quibuscunque, qui secum conpromitere vellent seu cum ipsis venire ad conpromissum, et etiam ad transferendum in ipsum dominum inperatorem omne quicquid transferre possunt, per quod melius idem sacratissimus dominus inperator tractare, disponere [et] ordinare valeat civitatem Brixie et districtum, et de ipsis gerere et facere ad suam plenissimam et liberam voluntatem tanquam sacratissimus, verus et plenissimus dominus eorumdem. Et ad omues obligationes faciendum personales et reales bonorum suorum, et forme seu maneriey cuiuslibet sacramentum plenissime faciendum ad prefati domini iuperatoris liberam voluntatem, et ad penas apouendum et in omnibus renuntiandum ad [executionem] predictorum et voluntatis prefati domini inperatoris, et ad obediendum omnibus mandatis domini inperatoris ad ipsius voluntatem, et ad faciendum pacem et concordiam ad ipsius voluntatem de omnibus et singulis supradictis et quibuscunque aliis cum omnibus et quibuscunque personis et cum omnibus obligationibus, quibus voluerit et melius crediderit couvenire, ad maioris predictorum roboris firmitatem. Dando et concedeudo .... *(ed. Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 201 nr. 129 ex autographo tabularii Roncioniani nr. 683).* 2) *Ps. 18, 4. Rom. 10, 18.* 3) *Cf. Dan. 11.* 4) *Ps. 16, 12; 9, 28.* 5) *Cf. Egberti Leodiensis 'Fecunda ratis' ed. Ernestus Voigt v. 347 et 488 et ea quae ibi in notis ex Phaedro et Romulo allegantur.* 6) *Cf. Prov. 30, 30.* 7) *Ierem. 46, 10.*

autem Brixiensibus[b] tanti sceleris non ignaris, quorum adeo incaluerat duritia, ut fere illud moralis philosophi dictum impleretur in eis: 'hec est humani cordis duritia, ut non alios periisse existiment, nisi perire conspiciant et se ipsos'[1], ad cultum nostrum redire nolentibus, cesar magnanimus ad Brixiensium ipsorum oppida aquilas direxit invictas et
5 nonnullis ex eis ferro et igne demolitis, tandem civitatem Brixie, que nonnullas rebellium suorum tam Mediolanensium quam etiam Cremonensium et Tuscorum reliquias continebat, cum suo felici et glorioso circumsedit exercitu et post nonnullos insultus habitos hinc et inde et capitanei sui captionem et interitum demum Brixienses memorati fossis cesareis circumsepti, ut unus quidem manus eius effugere minime posset, quos horrida
10 fames stimulabat, proxima die Sabbati festum beati Mathei apostoli precedenti ad nostra Sept. 18. et imperii mandata funes tenentes in collis coacti venere, reatum suum palam tam coram nobis quam reverendis patribus dominis Sabinensi apostolice sedis legato, Albanensi et Ostiensi episcopis ac Luca de Flisco Sancte Marie in Via lata diacono cardinali profitentes ipsamque civitatem, personas ipsius ac bona in nostris manibus libere omni condi-
15 tione cessante posuerunt, veniam de commissis humiliter implorando. Quibus tantummodo ob[c] apostolice sedis [reverentiam][d] et ad eorum cardinalium exactivam instantiam vitam benigne duximus indulgendam, eis in exilium, qui huiusmodi rebellionis principales fuerant, relegatis, fossas autem impleri et muros aliaque tuguria civitatis ipsius, in quibus habebant fiduciam, funditus demoliri iubemus, ad eorum memoriam sempiternam et ut
20 alii contra nos de cetero talia committere perhorrescant. Hiis rite expeditis ad Urbem una cum predictis cardinalibus pro diademate imperii suscipiendo indilate profecturi. (3) Suscipe itaque cum tripudio hunc regalem triumphum et vocem iocunditatis[2] extolle[e], ut procul audiatur, quoniam princeps Romanus super aspidem et basiliscum ambulat et conculcat leonem pariter[f] et draconem[3].

25 Dat.[g] Brixie, undecimo Kalendas Octobris, regni nostri anno tertio.

689—691. *SENTENTIA CONTRA BRIXIENSES LATA. Oct. 1.*

689. *FORMA PROMULGATA.*

Denuo accuratissime contulimus 1) *minutam quatuor foliis constantem a scriptore incognito exactius exaratam, partim a Bernardo, partim manu ab aliis diversa correctam*
30 *vel auctam, quae servatur Taurini in tabulario regio inter Acta et collectanea Bernardi 'Diplomi imperiali Mazzo 4 nr. 1' (= Doenniges Ms. V, de quo v. supra ad nr. 660a); edidit Doenniges l. c. II, 16 nr. 13a. Eschatocollon desideratur.*

Item 2) *transsumtum ex Protocollis et actis Leopardi Frenetti notarii*[4] *Pisis a. 1339. Sept. 28. confectum, quod superest Cremonae in tabulario civitatis 'Caps. Brixiae nr. 2285'*
35 *signatum*[5]. *Hic illic corrosum est. Edidit Böhmer 'Acta imperii selecta' pag. 442 nr. 635 ad exemplar non omnino exactum, quod praebuerat vir d. I. Cereda Cremonensis.*

688. b) Brixianis *similia semper ed.;* Brixinnorum *hic B.* c) ab *B. C.* d) *deest ed.* e) extollere *C.* f) similiter *B.* g) Data *B. C.*

1) *Unde sumptum sit, nescio.* 2) *Baruc 2, 23.* 3) *Ps. 90, 13.* 4) *De Leopardi Actis cf.*
40 *iam supra ad nr. 470; nos ipsi etiam alio loco de his fusius disseremus.* 5) *Verba transsumtus potiora hic in adnotatione ponimus:* (S. N.) Ego Hubaldus filius condam Frenecti notarii de Sancto Pietro Vallis Here civis Pisanus imperiali auctoritate notarius atque iudex ordinarius autentichum huius sententie scripte in Actis et gestis dicti serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti per Leopardum Frenecti de Pisis notarium cammere dicti domini regis non vitiatum,
45 non corruptum, non abrasum nec in aliqua parte sui abolitum vel cancellatum vidi et legi una cum infrascriptis notariis de verbo ad verbum coram nobile et sapiente milite domino Tebaldo de Guarinis de Fabriano Pis(anorum) potestate et una cum infrascriptis notariis et testibus fideliter adscultavi et

Numeros capitum adiecimus nos. Cap. 5 in solo 2 servatur. Cf. Böhmer, Reg. Heinr. 426 a. *(P. deest.)*

Henricus[a] Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad certitudinem presentium et memoriam futurorum.

1. Regimini sacri Romani imperii disponente Domino presidentes pacem et iustitiam dulcedine clementie limitatam in cunctis nostris actibus libenter amplectimur ac sic pacem ipsam singulis eiusdem imperii fidelibus sollicitis studiis impertimur, ut ea que agimus in recta statera iudicii et in libra equitatis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum[1] semper mitigato rigore prout expedit appendamus. Nam iustitia et pax, misericordia et veritas adeo insimul amplexe sunt et tam perfecte caritatis gluctino copulate tamque[b] nexu individue unionis astricte, quod scissure cuiusvis materiam non agnoscunt nec divisionis incommoda patiuntur. Dissipentur igitur eiusdem imperii inimici et hostes, et sicut cera fluit a facie ignis, sic pereant pertinaces in malo, exultent iusti et fideles in sinu eiusdem imperii et in letitia delectentur[2], ita quod pro culpa supplicium et pro virtute premium singulis tribuatur.

2. Dudum siquidem, postquam ad Ytalie partes Deo duce pervenimus, ad hoc studia nostra convertimus et ad hoc precipue regalis sollicitudo providit, ut quibuscunque partialitatum et discordiarum erroribus, quos per totius Lombardie partes dispendiose pululare conspeximus[c], falce rectitudinis et mansuetudinis quasi totaliter amputatis, in ipsis Lombardie partibus auctore Deo bonum pacis, karitatem, unitatem et concordiam nutriremus, extrinsecos cum intrinsecis ad unitatis et tranquillitatis federa more patris et mediatoris pacifici reducendo. Sicque eiusdem Lombardie civitates castra et terre huiusmodi salutiferos actus nostros salubriter cognoscentes ac pensantes ex hiis eis posse fructum honoris et comodi provenire, votiva pace et tranquillitate preceptis nostris ac dicti imperii mandatis et beneplacitis, sicut etiam debuerunt, se totaliter submiserunt, de parendo huiusmodi mandatis et beneplacitis nostris per sollempnes procuratores et nuntios seu personas legitimas nobis fidelitatis debite prestito iuramento

689. a) In nomine Domini amen *praecedunt in* 2. b) tanteque 2. c) conspessimus 1.

ipse idem dominus Pis(anorum) potestas una mecum predictam sententiam cum dicto auctenticho adschultavit et vidit non abolito vel vitiato in aliqua parte sui, ut supradictum est. Ideoque de verbo ad verbum nichil addito vel diminuto, decreto et auctoritate predicti domini Pis(anorum) potestatis et mandato pro tribunali sedentis in hiis interpositis, fideliter ut dictum est supra exemplavi. Et quia dictus dominus Pis(anorum) potestas una mecum predictam sententiam cum dicto autenticho in omnibus concordare invenit et dictum autenticum esse sine aliquo vitio, eius mandato, decreto et auctoritate ipsam sententiam publicavi et autentichavi et ad futuram rei memoriam signum et nomen meum apposui. Que adschultatio, lectura, visio et exemplatio et autenticatio, decreti et auctoritatis interpositio facte fuerunt in presentia suprascripti domini Pis(anorum) potestatis et eius decreto et auctoritate, ipso pro tribunali sedente in presentia infrascriptorum notariorum et testium, videlicet domini Barthali de Saxoferrato iurisperiti et Antonii notarii quondam Antonii de Fabriano officialium predicti domini Pis(anorum) potestatis ad hec vocatorum et rogatorum.

Actum Pisis in palatio Pis(ani) comunis, ubi presidet predictus dominus Pis(anorum) potestas. Presentibus infrascriptis notariis et presentibus suprascriptis domino Barthalo et Antonio testibus ad hec vocatis et rogatis. Dominice incarnationis anno millesimo trecentesimo quadragesimo, indict. octava, quarto Kalendas Octubris secundum cursum Pisanorum.

Et[a] suprascripta verba supra signata videlicet utilem indict. eo modo ut supra continetur mea manu propria scripsi ipsaque signa cum eadem manu signavi[a].

Sequuntur authenticationes ceterorum notariorum. De his omnibus cf. 'Neues Archiv' XXX, 432 sqq.

1) *1. Petr. 2, 14.* 2) *Ps. 67, 3. 4.*

a) Et—signavi *atramento fusciori addita sunt. Verbum* utilem *quaere infra pag. 657 lin. 8*, indict. *pag. 660 lin. 24.*

et inter ceteros hoc cives, comune et populus Brixiensis pro nostro et imperii honore ac sui utilitate fecerunt[1]. Nam cum dicti cives civitatis Brixie in multitudine numerosa essent et diu fuissent exules, vagi et profugi et proprie patrie honoribus et beneficiis destituti et etiam eorundem bonis et possessionibus spoliati, de mansuetudinis nostre 5 provisione solita eosdem extrinsecos proposito pacis et sacramenti federe magnisque penarum promissionibus et appositionibus cum aliis concivibus suis tunc intrinsecis ad pacem et unitatem reduximus et ad bona omnia eorundem necnon officia et honores plenarie et equaliter reformavimus cum eisdem[2]. Set post huiusmodi utilem reconciliationem ipsorum dicta Brixiensis civitas et cives ipsius in elationis et superbie ver- 10 ticem conscendentes ac huiusmodi beneficiorum nostrorum et gratiarum immemores et ingrati et debite fidelitatis obliti, non sunt veriti crudeliter persequi tam iustum et naturalem, gratiosum et benivolum benefactorem ipsorum. Nec etiam metuit illorum dampnata temeritas in eorum specialem dominum sevissime insilire, sibi pro bono malum nefande retributionis officio rependendo. Ipsi namque civitas Brixiensis et cives, ut 15 preconceptum virus evomerent et quam gerebant nequitiam interius, exterius revelarent, contra nos et dictum imperium publice rebellare iuramentum ab eis prestitum violando ausu temerario presumpserunt, concives eorum, qui in adventu nostro dominabantur ibidem, ceperunt[d], domos, possessiones et bona ipsorum invadendo auctoritate propria ac etiam funditus[e] destruendo, de civitate expellendo, disrobando[f] et occidendo et 20 aliquas personas ipsorum carceribus captivando. Quos etiam captivos et carceratos cum per litteras[3] et sollempnes nunctios nostros ab eisdem fecissemus requiri, hoc a principio facere totaliter contempserunt. Nos autem paterno more volentes ipsos ab ipsorum erroribus clementer et misericorditer revocare, ad eosdem plures misimus nunctios nostros sollempnes, quorum monita indurati in nequitia contempserunt. Nec 25 hiis contempti, cum ad civitatem predictam nobis et Romano imperio subiectam venissemus volentes ipsam ingredi pro reformatione et reparatione eiusdem, dicti cives et civitas nos et gentem nostram nullatenus admiserunt, set potius contra nos et dictum imperium rebellarunt et munierunt eandem continue, contra nos et gentem nostram diversimode preliando, personam nostram et reverende regine consortis nostre in domo 30 habitationis nostre trabuccis et machinis in quantum poterant offendere moliendo, gentes nostras continuis preliis invadendo, disrobando[f], vulnerando et occidendo et etiam magnam quantitatem hominum ad muros civitatis in conspectu castrorum nostrorum suspendendo, rebelles, bannitos etiam et hostes nostros et imperii receptando et de ipsis in nostram et imperii iniuriam aliquos ipsorum rectores et capita faciendo, falsis litteris 35 et ambassiatis[g] frequentibus rescribentes et tractantes cum pluribus civitatibus et locis Ytalie, que ad infamiam, lexionem nostram et imperii ac rebellionem concitandam crediderant redundare. Et nedum predicta omnia et singula, set iniurias et temeritates alias diversas et varias, quas etiam difficile esset seriatim describi, nichilominus committere actemptarunt in nostram et sacri imperii gravem offensam, iniuriam et contemp- 40 tum ac magnum scandalum totius Ytalie et pernitiosum exemplum. Demum vero prefati civitas Brixiensis et cives, postquam ad eorum superbiam edomandam cum exercitu nostro et aliarum civitatum Lombardie illarum comunicato consilio et assensu iuste processimus contra eos et in ipsorum obsidione per menses quatuor et ultra ante ipsam civitatem ipsorum indurata nequitia stetissemus, suum recognoscentes reatum de 45 personis et rebus in dispositione et voluntate nostra sese libere totaliter submiserunt.

3. Nos autem sollicita meditatione pensantes, quod etsi excessus huiusmodi, iniurie et offense usque adeo graves, atroces et deformes extiterint, quod facti circumstantiis

689. d) ceceperunt? 1. e) ac etiam funditus *supra lineam add.* 1. f) derobando 2. g) *sequitur* fres *deletum* 1.

50 1) *Cf. Doenniges I, 27 sq. nr. 35. 38.* 2) *Ib. I, 30 nr. 44.* 3) *Servatae non sunt.*

universis matura consideratione discussis, penis compensari quibuslibet non valerent, volentes tamen certis piis moti considerationibus clementer et misericorditer, quod semper in corde gerimus, agere cum eisdem ac benigne contra illos censure temperare rigorem, debita super hiis meditatione premissa et habita cum proceribus, principibus et aliis consiliariis nostris deliberatione sollempni, de ipsorum consilio et assensu ad honorem et reverentiam Dei et gloriose virginis Marie et totius celestis curie necnon et sanctissimi patris et domini nostri domini Clementis summi pontificis, a quo preces recepimus pro eisdem [1], et reverendorum patrum dominorum cardinalium [h], s[c]ilicet dominorum [i] Arnaldi Sabinensis episcopi apostolice sedis legati, Leonardi Albanensis, Nicolai [k] Ostiensis et Veletrensis episcoporum et Luche Sancte Marie in Via lata diaconi cardinalis [h], qui pro ipsis apud nos ut clementia flecteremur, multotiens instîterunt, Christi sequentes vestigia in hiis scriptis sedendo pro tribunali sententiamus, declaramus et sententiando decernimus et pronunctiamus, ut infra:

4. (I) Inprimis de habundantia regalis clementie, cuius est proprium misereri, et predictorum precibus et requisitionibus ad infrascripta libentius inclinati indulgendo decernimus, quod dicti Brixienses cives et districtuales eiusdem [l] propter predicta iam commissa facinora non moriantur, set de benignitate regia vitam retineant sine carceribus et mutilatione membrorum. Et [m] eadem ducti clementia volumus, quod nec ipsos nec filios eorundem comitetur infamia ac testamenti factionem non perdant [n], active etiam [m] et passive, et contrahendi habeant potestatem.

(II) Item de innata nobis clementia indulgemus [o], quod bona et res ipsorum, que et quas cives predicte civitatis Brixie et districtus singulariter quisque ipsorum habet seu habent seu habebant ante rebellionem predictam in [p] civitate et districtu Brixie vel alibi, dicti cives et districtuales habeant et sibi remaneant, et bona predicta ipsis restituimus et dimictimus et in statu pristino conservamus. Salvis iuribus imperii, prout erant ante rebellionem predictam, et universitatum et singularium personarum.

(III) Item de eadem clementia indulgemus, quod civitas predicta, que propter dictas enormes offensas aratro totaliter destrui meruit, non destruatur. Salvis semper infrascriptis. Et [q] ne tanta facinora remaneant totaliter impunita, dicimus et pronunctiamus, quod muri murorumque [r] turres et porte civitatis predicte totaliter funditus destruantur et quod fosse seu fossata, que sunt extra dictos muros, impleantur et explanentur. Et predicta fiant expensis dicte hominum civitatis, in quibus expensis non contribuant, qui extra ipsam civitatem ad nostram hobedientiam morabantur. Nec unquam reficiantur sine nostra vel Romanorum regis seu imperatoris licentia speciali. Nec ibi vel alibi in civitate vel districtu predictis alique fortellitie fiant absque nostro vel successorum nostrorum in imperio speciali mandato. Et si secus fieret, exnunc comune et civitatem predictam et quemlibet contrafacientem et quotiens contrafieret, in mille libr(is) puri [m] auri nostre camere [s] condempnamus.

(IV) Civitatem predictam et comune ipsius omnibus privilegiis, frankitiis [t] et libertatibus a nobis vel predecessoribus nostris regibus vel imperatoribus Romanorum concessis eisdem necnon et omnibus statutis et consuetudinibus, quocunque iure seu titulo eis conpetant vel sint quesita, ac mero et mixto imperio, si quid habuerunt seu consueverunt exercere hactenus vel facere exerceri, et omni iurisdictione tam in

689. h) cardinalium—cardinalis *in spatio a Bernardo vacuo relicto alia manu stilo acutissimo exarata; Bernardus primitus scripserat* legati et cardinalium, *quae postea deleta sunt* 1. i) cardinalium silicet dominorum *supra lineam manu illa diversa post add.* 1. k) *sequitur* ho *delet.* 1. l) *sic* 1. 2. m) *supra lineam add.* 1. n) *sequitur rasura trium fere litterarum* 1. o) iudulgelmus 1. p) *sequitur* dis *delet.* 1. q) *alinea in* 1. r) que *supra lineam add.* 1. s) *sic* 1. 2. t) franchiseis 2.

1) *Cf. supra nr. 648.*

dicta civitate Brixie quam eius suburbiis et districtu perpetuo privamus iustitia suadente. Et similiter omnia privilegia et[u] regalia, que aliqui ex illis civibus Brixie et districtus, qui tempore dicte rebellionis in dicta civitate Brixie vel districtu in rebellione nostra morabantur, habebant, adimimus, revocamus, cassamus, irritamus et
5 nullius momenti de cetero fore per presentem sententiam declaramus. Salvis tamen illis privilegiis regalibus vel imperialibus eis concessis super bonis eisdem per nostram clementiam superius[u*] conservatis.

(V) Et tam predicta quam omnia pedagia, tollonea, gabellas, redditus[v] et proventus et cetera alia bona et iura, que dictum comune seu civitas Brixie[u] recipere
10 vel colligere seu recipi vel colligi facere consueverunt temporibus retroactis, necnon castra, villas, burgos, munitiones, fortellitias, redditus[v] et proventus, palatia que appellantur de comuni et turrim iuxta palatium et montem infra ipsius civitatis muros[w] constitutum, prout muri ipsius civitatis eum ab extrinsecus[x] et alii muri, qui[x*] eundem montem a parte civitatis cingunt et[y] muniunt, et quecunque alia bona et iura, que
15 civitas Brixie et comune ipsius intra[z] et extra civitatem ipsam habent et possident seu tenebant et possidebant ante dictam rebellionem, cum eorum iuribus et iurisdictionibus, mero et mixto imperio, nobis et Romano imperio confiscamus. Ac nichilominus civitatem[a] et comune[b] predictos[c] et homines dicte civitatis in septuaginta[d] millibus florenorum auri condempnamus nostre camere persolvendis. In quibus non
20 contribuant, qui extra civitatem predictam ad nostram hobedientiam persistebant*.

(VI)[e] Et etiam[f] omnes notarios civitatis Brixie et districtus, qui in nostra rebelione[g] fuerunt, a tabelionatus officio et iudices et advocatos, qui similiter in dicta rebelione fuerunt, iudicandi et assidendi officio et honore suspendimus, quousque[h] auctoritate nostra eis vel eorum singulis alliud specialiter de gratia concedatur[1].

25 (VII)[i] Salva[k] et reservata nobis ballivia et potestate addendi, minuendi, corrigendi, declarandi[l] et interpretandi in omnibus et singulis supradictis, prout et quando nobis videbitur expedire.

5. Data, lata et pronuntiata est dicta sententia per predictum dominum regem et lecta et publicata per magistrum Bernardum de Mercato notarium regalis camere
30 in presentia mei Leopardi Frenecti de Pisis item notarii dicte camere, quibus ipse

*) *post* persistebant *primitus post spatium unius lineae manu Bernardi scripta sequebantur haec, quae postea cancellata sunt:*
Item ut similes a similibus arceantur, sententiamus quod omnes illi, qui fuerunt consiliarii seu officiales ipsius civitatis in civitate predicta dicta rebellione durante, inposterum
35 de consilio nec ad aliquod[m] officium in dicta civitate et districtu aliquatenus admittantur.
Confirmamus[n] etiam sententiam actenus per nos latam et eam rata mhabemus et volumus permanere contra iudices et notarios dicte civitatis in eo tant(um), quo[d] eos privamus iudicandi et assidendi honore ac potestate conficiendi publica instrumenta, nisi a serenitate nostra eis vel eorum singulis aliud specialiter concedatur. Vitam tamen eis, membra, famam et
40 alia a predictis, ut in aliis supra fecimus, de magna misericordia conservamus[n]. 1.

689. u) *supra lineam add.* 1. u*) us *corr. ex* oribus 1. v) *secunda* d *supra lineam add.* 1. w) os *corr. ex* ū 1. x) *sequitur* eius *delet.* 1. x*) *sic per errorem* 1. 2. y) cingunt et *stilo acutiori post addita in* 1 *manu illa diversa, de qua v. supra pag. 658 not.* h. z) inter 1. a) ipsam *supra lineam additum, sed deletum* 1. b) *sequitur in margine* ipsius, *sed deletum* 1. c) *super* pdc̄os *delet.* 1. d) *super* LX *vel*
45 LII? *deleto supra lineam manu illa diversa acutissime scriptum* 1. e) *cap. VII. cum omnibus correctionibus et additionibus in* 1 *manu illa diversa intra spatium unius lineae vacuae relictae stilo acutissimo additum est, signo paragraphi praecedente; cf. not.* *. f) *sequitur* ut sit ceteris imposterum in exemplum, *sed delet.* 1. g) qui — rebelione *supra lineam* 1. h) suspendimus quousque *supra lineam super* privamus *deleto* 1. i) *cap. VIII. manu Bernardi scriptum est* 1. k) *sequitur* nobis *deletum* 1. l) *deest* 2. m) *sequitur*
50 consili *deletum* 1. n) *praecedit verbum* Confirmamus *sillaba* va, *sequitur post* conservamus *sillaba* cat 1.

1) *Cf. infra ad a. 1312. Apr. 1.*

pominus rex mandavit, quod de predictis omnibus et singulis faceremus et d[ar]emus cuicunque petenti totaliter vel particulariter unum et plura publica instrumenta. in Brixia, in publico parlamento hominum dicte civitatis Brixie convocato voce preconia et sono campanarum in platea dicte civitatis ante palatium ipsius domini regis, super ballatorio ipsius palatii, ubi idem dominus rex sedebat et sedit pro tribunali. Presentibus venerabili patri domino Baldovino archiepiscopo Treverensi, dominis Amideo comite Sabaudie, Guidone de Flandria, Roberto de Flandria, Guillielmo de Ianuilla, Henrico de Boes, Alardo de Robbaia, Amideo de Vallaris, Thoma de Septem Fontanis, Fulche de Sigariis[o], Petro de Anibaldis de Roma, Stefano de Columpna, Iohanne de Cancelleriis de Ianua professore legum, Petro de Tuderto legum professore, Andrea Calandrino de Roma iudice, Roberto de Orgions, Ianne de Artaldo, Ferri de Branchenem, Ferri de Burseto, Guidone archipresbitero Aretino, Gerardo de Orons, Henrico de Rapusten, Vermileo de Alfanis de Florentia, Simone Filippi de Pistorio, Francischo iudice domini Guidonis de Flandria, magistro Nicola de Spira et Simone Bandi de Sancto Miniate testibus ad hec rogatis et vocatis. Sub anno Domini ab eius nativitate millesimo trecentesimo undecimo, indictione decima, die Veneris prima Octubr., ac regni ipsius domini regis anno tertio.

690. *RATIFICATIO PER PROCURATOREM CIVITATIS.*

Item ex solo 2, ubi haec ratificatio verba sententiae ultima regis anno tertio *statim sequitur. Edidit Böhmer l. c. pag. 445.* *(P. deest.)*

Dominus Lanfranchus de Bagnolo iuris utriusque peritus certus et legiptimus sindicus, actor, procurator et nuntius specialis comunis et universitatis hominum et civitatis Brixie supradicte constitutus ad hec et alia facienda, prout apparet per cartam publicam scriptam[1] manu Corradini de Ochis notarii in millesimo trecentesimo undecimo, indictione nona, die Iovis ultimo Septembris, sindicario et procuratorio nomine dicti comunis et hominum ipsius comunis Brixie, visa et audita dicta sententia et omnibus in ea contentis, incontinenti in eodem predicto loco et die et testibus supradictis presentibus ex certa scientia et non per errorem ratificavit et approbavit et emologavit dictam sententiam et quecunque in ipsa continentur et promisit eam et ea ratam et rata et firmam et firma habere et tenere et contra non facere vel venire.

691. *FORMA UT VIDETUR REIECTA.*

Formam alteram, quae longissima narratione abundans ad modum encyclicae potius de sententia lata publicandae concepta esse videtur, proponimus ex eisdem Actis Bernardi, quae iam supra ad nr. 689 adhibuimus. Item quatuor foliis constans, sed manu omnino diversa nobis incognita accuratissime exarata, sententiam nr. 689 l. c. statim sequitur. Edidit Doenniges l. c. II, 19 nr. 13b. Denuo exactissime contulimus.

Numeros capitum adiecimus nos. Cf. etiam processus contra vicarium et civitatem Brixienses m. Dec. a. 1311. habitos apud Doenniges l. c. II, 24—29 nr. 15. Quos hic ponere longum est. Cf. Böhmer, Reg. Heinr. 426a. *(P. deest.)*

1. Occupatis nobis circa tocius imperialis nostre rei publice curas, ad quas fideli animo et sollicito exercendas divine providentie miseratio nos licet inmeritos est vocare dignata, propensioris est studii, ordinationi invigilare et regimini subiectorum, quoniam maxima in omnibus hominibus dona Dei a superna collata clementia, sacerdotium et imperium,

689. [o]) Sigarius? 2.

690. [a]) *in margine add. 2; cf. supra pag. 656 lin. 50 sq.*

1) *Quae servata non est.*

illud quidem divinis ministrans, hoc autem humanis presidens[a] ac diligentiam exibens, ex uno eodemque principio utraque procedentia humanam regunt et ordinant vitam. Duo namque sunt, quibus hic mundus regitur principaliter, auctoritas sacra pontificum et regalis sive imperialis exellentia potestatis. Ad firmamentum enim celi, hoc est 5 universalis ecclesie, fecit Deus duo magna luminaria[1], id est duas predictas instituit dignitates, per quas genus humanum, ut honeste vivat, alterum non ledat, ius suum unicuique tribuat[2], informatur bonique non solum metu penarum, verum etiam premiorum exortatione effici procurantur, ac dum per has potestates malorum temeritas coercetur, bonis quies et subiectis iocunda unitas dinoscitur provenire, in quibus predictarum dig- 10 nitatum ac pacis auctor devotius colitur, bonis operibus peramplius honoratur, laudumque preconiis extollitur gloriosis, quia nonnisi in pace bene colitur pacis auctor.

2. Verum quantumlibet vigilet disciplina regentium, inimico hominum superseminante zizaniam, nova plerumque scandala suscitantur, per que fedus humane societatis et civilitatis extinguitur et presidentibus debita obedientia et reverentia denegatur. Dumque 15 mens potentie[b] avida nec abstinere sciens a vetitis nec gaudere concessis extollitur, Romani principis communionis desiderat tenere dissidium, ut ab eius auctoritate et potestate seu ditione divisa impune usurpationes exerceat sceleratas. Sane cum nos ad apicem imperialem electi ad ipsius dignitatis suscipiendas infulas in ecclesia basilice principis apostolorum de Roma, prout moris est, proficisceremur ad Urbem Ytalieque 20 partes, Lombardiam nostri iuris ingressi, ipsam multis dissentionibus[c] volutam et scandalis non tantum infectam, sed iam etiam coquassatam dolentes invenimus ipsiusque provincie civitates non tantum civilibus, sed plus quam civilibus bellis et stragibus ubilibet lacessitas, ad quas pacifice quietandas, sicut ex debito dignitatis regie tenebamur, sollicite nostre mentis aciem convertentes et operose nostros conatus efficaciter 25 summis vigiliis indefessisque laboribus exercentes, divina nobis assistente clementia, in qua spem nostram omnimodam ponimus, ut debemus, perduximus ad quietem, solvendo multorum vincula captivorum et quos seva bellorum calamitas de civibus non tantum peregrinos patriarum sedium, sed hostes effecerat divitesque bonis et honoribus spoliarat duraque cogebat inedia laborare, nostra diligenti cura sollicita sectando iustitiam 30 suarum cives efficimus civitatum suorumque bonorum utique possessores. Inter quos dampnate memorie T(ebaldum) B(russatum) militem et Brixienses alios, quos iam longum de Brixia exilium pauperes fecerat et despectos speque carentes non tantum redditus, sed exilii[d] . . . . ad nostre maiestatis ut subditos accedentes, receptis ab eis fidelitatis debito sacramento[3], in civitatem introduximus Brixiensem, que nobis ut imperio 35 nostro subiecta fidelitatis prestiterat per personam seu personas legitimas debitum sacramentum, eosdemque suorum bonorum, pace inter eos et illos, qui tempore, quo ingressi partes Ytalie fueramus, Brixie intrinsecus residebant et quasi etiam presidebant, facta consensu et firmata[e] iuramentis, promissionibus et penis appositis, effecimus possessores, multos eisdem favores benignitatis et gratie largiendo[4].

40 3. At ipsi tamquam viri scelerum et sanguinum Deum pre occulis non habentes, suo vero domino infideles, iusti honestique respectum totaliter respuentes, benefitiorum ingrati et alumpni scelestium factorum seu fame prodigi suarumque eversores temere facultatum viteque proprie despectores adversus maiestatem nostram et rem publicam vel sceleratam cum nonnullis inierunt dampnabilem factionem, utque eam liberius exer- 45 cere valerent, tales et tales et nonnullos alios nostros fideles, per quos posse impediri pravos conatus et rebellionem ipsorum in Brissia verebantur[f], de ipsa expulerunt

691. a) *sequitur* ad *delet. M.* b) protentie *M.* c) *sequitur* ingressi *delet. M.* d) *sequitur in fine lineae spatium 8 fere litterarum vacuum relictum M.* e) *ultima* a *ex* o *corr. M.* f) utebantur? *M.*

1) *Cf. supra tom. III, 213 not. 5.* 2) *Cf. Dig. I, 1, 10.* 3) *A. 1311. Ian. 8. Cf. Doenniges* 50 *l. c. I, 28 nr. 38.* 4) *Cf. ibid. I, 30 nr. 44.*

nepharie civitate, nonnullo[s] etiam capiendo, ipsorumque dederunt domos et edifitia hostiliter in ruinam et talem nostrum ibidem vicarium, nostram parvipendentes utique maiestatem et imperium respuentes, effectum iniuriis abiecerunt, ipsiusque civitatis Brixiensis populus contra sincere[f*] serenitatis maiestatem communicato consilio rebellionem perpetrare presumens nobis factus est hostis. Quorum benigne penitentiam expectantes et eosdem, ut errata corrigerent et ad nostrorum redirent obedientiam ma[n]datorum, per tales et tales exortati fuimus et dure etiam, si non corrigerent, comminati, ad quos in contumacia et cordis duritia persistentes, cogitantes quod Brixiam veniendo, ut deberent, vererentur nostram forsitan maiestatem, ad eandem in persona venimus et ipsi ipsiusque populus civitatis nos suscipere noluerunt.

4. Que cum non vellemus nec deberemus aliqualiter preterire, grandi non modicum et copioso exercitu congregato, vallato non solum multitudine[g] bellatorum, sed strenuitate fortissimo et nobilitate preclaro, ipsos et eandem obsedimus civitatem, cuius habitatores in pravam rebellionem devenerant in ipsius civitatis, non Dei fortitudine confidentes, cum muro quasi inexpugnabili cingeretur et fossatis tam latitudine[h] quam profunditate et aquarum copiositate vallatis pene ubilibet clauderetur et ex quadam parte monte non tantum fortissimo, set inaccessibili muniretur. Qui malis peiora et peioribus inhumana hostinato animo molientes nonnullos de nostro exercitu plebeios et nobiles belluarum seu bestiarum more inaniter[i] laniarunt nostramque maiestatem et Margaritam, que a Deo data nobis est, reverentissimam coniugem quantum in eis erat convitiis provocarunt, ex quibus civitatis eversionem, bonorum omnium confiscationem viteque periculum et egestatem imposteris et infamiam, prout iura statuunt, meruerunt. Sed demum penuria victualium coartati et fame, que sola solet atterere civitates, nobis libere se et civitatem eandem, licet sero, ducti tamen consilio saniori[k], nostram misericordiam implorantes cum clero processionaliter civitatis ipsius, humiliter redd[id]erunt.

5. Nobis igitur cogitantibus predicta facinora, prout tenemur ex debito iustitie, cuius existimus debitores, puniendo corrigere et alios nostros subiectos imperio, ne similia perpetrare presumant, plectendo rebelles efficere cautiores, severitate legum, que in predictos temerarios, perduelles leseque maiestatis reos nostreque rei publice non tantum hostes, sed nequissimos proditores iura statuunt observari, utendum esse nonnullis merito videbatur. At nos considerantes attentius, quod misericordiam et iudicium in subditis exercentes Domino decantamus, cum circa subditos inesse debeat rectoribus et iuste consulens misericordia sive humanitas et pie seviens disciplina, miscenda est enim humanitatis lenitas cum severitate, ut neque multa asperitate exulcere[n]tur subditi, maxime cum idem morbus plurimos occupaverit neque nimia benignitate seu humanitate solvantur, disciplina enim vel misericordia et humanitas multum destituitur, si una sine altera teneatur, ac in nostri pectoris[l] scrineo revolventes illud imperiale, quod nichil aliud tam peculiare imperiali maiestati esse declarat, quam humanitas, per quam solam Dei immitatio conservatur, unde et alibi imperialis excellentie sermo testatur, ita se credere Dei benivolentiam et circa genus humanum nimiam clementiam, quantum nostre nature possibile est, imitari, qui cotidianis hominum pecatis semper dignatur ignoscere, et penitentiam suscipere nostram et eam ad statum deducere meliorem, predictis igitur plenius recensitis optantes in nobis impleri, quod sacra scriptura testatur, cum quasi rex circumstante exercitu meo eram merentium consolator[1], sedere quippe circumstante exercitu vigor est discipline regiminis, merentium vero corda consolari est misterium pietatis, volumus clementia et lenitate ut rex

691. f*) cincere *M.* g) multitudine *M.* h) *sequitur* qua *delet. M.* i) *an legendum* imaniter? *M.* k) seniori *M.* l) pecoris *M.*

1) *Iob 29, 25.*

maximus Arcasses gubernare subiectos. Mutat ergo nos et legum severitatem ipsa humanitas in isto congressu. Bene enim omnium adversantium poterimus esse victores, si a sola pietate sive humanitate mutamur[m]. Nam sicut hucusque prefatis Brixiensibus bellantibus et resistentibus violentiam animose prestitimus, ita victoris captis[n] et humi-
5 liatis misericordiam iam debemus, quia sicut in contumacia persistentibus severos nos esse convenit, sic humiliatis et penitentibus locum venie negare non possumus, quia si circa nostros subiectos imperio nos impertiri misericordie veniam differamus, iuxta divinum iudicium et imperiale testimonium nulla digni esse venia videremur.

6. Descendentes igitur ad punitionem predictorum criminum nefandorum coniun-
10 gendo misericordiam discipline, cum ibidem strages iaceat plurimorum, quos in predictis evidentia perpetratorum scelerum deliquisse manifeste demostrat, ut rigor exigit, quos magis causa[m] delicti esse constiterat, aliis mitius condempnatis, detraheremus iusticie rigorose, sic etenim director et rector Iudaici populi Moyses delinquentis illius multitudinis morte paucorum trasgressionem adversus Dominum perpetratam punire curavit.
15 exemplum presidentibus ceteris tribuendo. Cuius inherendo vestigiis digne T(ebaldum) B(russatum) dampnate memorie huius factionis auctorem penis corporalibus iam pridem permanentem tunc [in] obsidione prefata punire curavimus, idem de aliis huius delinquentis populi perversoribus, qui eos in predicte invium rebellionis adduxerant, facere disponentes, ceteris levius condempnatis. Verumque sicut Domino placuit post hec carissi-
20 mus frater noster, qui tanquam strenuus muris ipsius civitatis improvide appropinquans inermis iactu missilis de muris emissi casualiter percussus et sua incuria opem negligens medicantis interiit, in nostro pectore extunc attentissime recensentes, si prefati facinoris auctores et rebellionis in nequitia peccatores potiores, qui tam blandis sermonibus et persuasionibus pestifere venenatis quam penis et terroribus, quibus nonnullos predicte
25 incolas civitatis nobis obedire desiderantes corporis cruciatibus et mortis comminando supplicia et aliquibus etiam infligendo in devium predicte dampnate rebellionis devenire miserabiliter compulerunt, corporalibus et capitalibus penis, prout iuste iura statuunt, puniremus, aliquibus forsitan[o] videretur, qui minus adverterent et saperent, quam deberent, quod vindictam prefati sanguinis fratris nostri querere, non iusticiam videremur,
30 quod animo sicut nunc est, optamus in omni negotio futuris fieri temporibus alienum, ac precibus annuentes sanctissimi patris nostri[p] ac domini domini C(lementis) divina providentia sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summi pontificis, qui nos dignatus est suis licteris excitare[q], ut cum predictis Brixiensibus agere misericorditer studeremus[1], cuius in omnibus preces exaudire volumus et debemus tamquam spiritualis patris nostri
35 et promotoris egregii, cum sit in terris vicarius Crucifixi ac nos antequam ad Romanum gubernandum eligeremur imperium et postea pluribus et variis gratiis multipliciter gratiosis honorare dignatus est et nunc multiplicatis favoribus coadiuvat et extollit, quem etiam in memoriam beati Petri apostoli honorantes, ut dive memorie Karolus noster predecessor, licet nobis vix ferendum iugum imponeret vel dare consilium vide-
40 retur, cum pia devotione tolleraremus et adimplendo humiliter ferremus[r], ac insuper acceptantes digna omni laude consilia et penitus adimplenda reverendorum patrum A. Sabinensis apostolice sedis legati, L. Albanensis, N. Ostiensis episcoporum ac L. Sancte Marie in Via lata diaconi cardinalis, quorum preclara prudentia, in arduis negotiis experientia circumspecta, erga Deum devotio singularis, debita ad[s] proximum caritativa
45 dilectio et excellens scientia litterarum reddunt et faciunt eorum consilia quoad Deum et proximum non tantum utilia, sed etiam multipliciter fructuosa, hii sunt enim qui salutaribus consiliis et operibus quantum possibile est innitatione colendis Romanam ornant ecclesiam et alias dirigunt gloriosis monitis et exemplis, cum predictis delin-

691. m) nitamur? *M.* n) *bis scriptum M.* o) s *ex* c *corr. M.* p) *sequitur* ad *delet. M.*
50 q) excitari *M.* r) feceremus *M.* s) *super lineam M.*

1) *Cf. supra nr. 648.*

quentibus civibus Brixiensibus et ipsorum etiam civitate, que ob suorum nequitiam civium perire tamquam Ierico mereretur, agentes misericorditer ob predicta, ipsam civitatem destrui nolumus, sed volumus permanere, ne quos seva predictorum delinquentium nequitia perturbavit de civitate nequiter expellendo, nostra efficeret iusticia exules civitate subversa, sed volumus maneat in misericordie speculum, non offense.

(I) Predictos etiam delinquentes, ne sanguinis vindictam querere videremur et provocati iniuriis ulcisci eas forsitan putaremur, ob predictas rebelliones nefarias et scelestes etiam factiones volumus quocunque iure contrario non obstante ab omni pena mortis (nr. 689 c. 4 (1)) et sanguinis truncationis sive debilitationis membrorum esse penitus alienos. Hec quippe grata divine credimus maiestati, hec magnifici Iulii Cesaris predecessoris nostri gestis conveniunt, qui Domitium[t] pene mortis avidum et venie contemptorem vite servavit invitum et Marcellum se gladiis offerentem ira tanti principis reputavit indignum, scaloreque carceris eos ob predicta facinora nolumus macerari, cum non ad penam, sed ad custodiam carcer legaliter deputetur, et pena exilii perpetui eosdem plectere nolumus, extimantes indignum nostre clementie maiestatis collatum munus ab ingratis etiam revocare. Sed eodem utentes suam cunctis ingratitudinem representent nostramque in humanis maiorem parcendo et miserando potentiam manifestent.

(II) (II) Omnemque ab eis [et] ipsorum posteris infamiam tollimus misericorditer per presentes ipsisque et ipsorum posteris bona, que fisco nostro erant iusticie merito applicanda, nostra liberalitate dimittimus et ius ad illa quesitum nostra largitate donamus, ne in ipsis quesisse predam forsitan putaremur.

(I) (III) Eosdem cives Brixienses, qui propter predicta in crimen lese inciderant[u] maiestatis, de misericordia plurimum gratiosa et ad famam, bona, factionem testamenti active et passive et contractus etiam contrahendi alias tamen legitime eosdem auctoritate nostra restituimus in integrum, non tantum exnunc, sed etiam in preteritum a die predictorum criminum commissorum. Per hoc autem non intendimus iura predicta contra homines facinora similia perpetrantes quoad alios et istos etiam in culpis quod absit committendis inposterum in aliquo revocare.

(IV) Verum cum esse a Romano costet[u] imperio alienum, vigorem suum profana facilitate[v] dimittere et nervos severitatis imperii eversa maiestate dissolvere, in penam (III) prefati populi delinquentis pro tribunali sedentes in hiis scriptis sententiando muros, turres, portas ipsius civitatis dirui funditus et fossas ipsius repleri et planari per eundem populum delinquentem volumus et iubemus, ut aspera, in quibus inaniter confidentes adversus nos dominum et Romanum imperium presumserunt, in vias planas vertant et directas[1], nulloque unquam muri edificentur in tempore, fosse etiam nullo tempore reparentur absque nostra vel successorum nostrorum licentia speciali, que de presenti proibitione expressam faciat mentionem[w].

(V) (V) Montem vero infra ipsius civitatis menia constitutum fisci nostri esse volumus et eius iuribus applicamus, ut ibidem arce quasi inexpugnabili collocata discat subici, per quem presumptuose crediderant se tueri.

(IV) (VI) Omnibusque ipsam civitatem et cives omnes et singulos in eadem nobis hactenus rebellantes privilegiis, gratiis et imunitatibus[x] ab imperatoribus vel regibus Romanorum concessis eisdem vel ipsorum maior[ibus][y] vel predecessoribus vel illis, in quorum locum iure quomodolibet successerunt, [pri]vamus[y], nisi talis sit gratia, per quam aliqui predicti imperatores vel reges vel i[ps]orum[y] aliquis in feudum vel proprietatem alicui singulari, quod ad singulos pervenerit, non etiam civitatem predictam, quoquomodo concesserit.

691. t) dominium *M.* u) *super lineam M.* v) falcitate *M.* w) mensionem *M.* x) *scriptum est in fine lineae* imitā|tibus *M.* y) *uncis inclusa abscissa sunt M.*

1) *Is. 40, 4. Luc. 3, 5.*

(VII) Privamus insuper ipsam civitatem mero et mixto imperio ac etiam iurisdictione quacunque et potestate sibi eligendi rectorem vel officialem, quocunque nomine censeatur. Privamus etiam civitatem sive universitatem eandem omni comitatu, districtu sive curte, que omnia et civitatem eandem fisci nostri iuribus applicamus. Omnesque ipsius civitatis bona, iura, banna, pedagia, lacus, pascua, montes, nemora et res quascunque alias, fructus, redditus et proventus in quibuscunque consistentia rebus imperiali errario confiscamus et eandem in certa pecunie quantitate condempnamus solvenda per illos, qui in dicta rebellione fuerunt contra ex[c]ellentiam regie maiestatis. nr. 689 c. (V)

692. LITTERAE DE IURAMENTO REGI FRANCIAE PRAESTITO.

1311. Sept. 23.

Ratificationem alteram foederis cum Philippo rege Franciae initi in forma integra hucusque ineditam proponimus ex autographo tabularii Parisini 'Carton J. 386 nr. 2' signato, quod iam olim descripsit Waitz, denuo contulimus nos ipsi. Pendet sigillum illaesum filis sericis rubei flavique coloris.

Quae concordant cum forma a papa transmissa supra nr. 589, typis minoribus excudenda curavimus. Sed adnotandum est, ea quae inter textus verba e forma petita ab ipsa forma abhorrent, omnino, etiam in minutiis convenire cum litteris Philippi regis supra nr. 615.

Cf. iam supra nr. 613 et 615 et litteras pontificis infra nr. 717 et 718 edendas. — Böhmer, Reg. Heinr. 429. *(P. 515.)*

¦ Henricus ¦ Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis presentes litteras inspecturis salutem.

(1) Notum facimus, quod cum inter dilectos et fideles Iohannem de Flandria comitem Namurcensem consanguineum nostrum carissimum et magistrum Symonem de Marvilla thesaurarium Metensem nuncios et procuratores nostros, ad hoc a nobis cum pleno et sufficienti mandato specialiter destinatos, pro nobis et nomine nostro ex una parte et Ludovicum primogenitum nobilis viri Roberti comitis Claromontensis, camerarium Francie, consanguineum nostrum dilectum et magistrum Petrum de Latilliaco archidiaconum Cathalaunensem nuncios et procuratores magnifici principis Philippi regis Franc(orum) illustris amici nostri carissimi, habentes ab ipso rege ad ea que secuntur sufficiens et speciale mandatum, nomine procuratorio regis eiusdem et pro ipso ex altera habita, inita et contracta fuerint inter nos et dictum regem ac regna nostra super multis et diversis articulis ac iurata in animam utriusque unio ac mutue amicicie federa, confederaciones, conventiones et pacta, prout in litteris inde confectis ac nunciorum et procuratorum predictorum, nostrorum videlicet et prefati regis, quarum tenores de verbo ad verbum inferius sunt conscripti, sigillorum appensione munitis plenius continetur, nos considerantes utilitates et comoda, que non solum nobis et regi prefato ac regnis et terris nostris ac regis eiusdem, verum etiam sacrosancte Romane matris nostre ac universalis ecclesie status et honori totique rei publice christiane ac precipue negocio Terre Sancte, ad cuius promocionem celerem et felicem desideria nostra suspirant, possunt multipliciter provenire, unionem, federa, confederationes, conventiones et pacta ac omnes et singulos articulos eorumdem, sicut in

litteris supradictis plenius et expressius continentur, pro nobis, regno ac terris nostris approbamus, laudamus, volumus, ratificamus et confirmamus expresse ac de ipsis tenendis, attendendis, complendis et inviolabiliter observandis imposterum per Amadeum principem et comitem Sabaudie fidelem et affinem nostrum carissimum, nobis presentibus et expresse mandantibus, in animam nostram prestari fecimus ad sancta Dei euangelia tacta corporaliter iuramentum. (2) Tibique Bernardo de Mercato de Yenna publico notario nomine et vice dicti regis ac pro eo et quibuslibet aliis, quorum interest vel interesse potest aut poterit in futurum, legitime stipulanti sub legitima et solenni stipulatione promittimus, quod infra quatuor menses, postquam nos ad imperialis fastigia dignitatis Deo auspice contigerit esse promotos, unionem, federa, confederationes, convenciones et pacta ac omnes et singulos articulos eorumdem, prout in predictis litteris plenius et expressius[a] exprimuntur, approbabimus, laudabimus, volemus, ratificabimus et auctoritate imperiali curabimus confirmare ac de ipsis in omnibus et per omnia tenendis, attendendis, complendis et inviolabiliter observandis per aliquem de familiaribus nostris, nobis presentibus et expresse mandantibus, in animam nostram ad sancta Dei euangelia tacta corporaliter iuramentum prestari. nichilominus faciemus et concedemus super hiis eidem regi, gentibus, nunciis vel procuratoribus suis ad hoc ab eo specialiter constitutis quatuor paria litterarum bulla aurea cum imperialis impressione tiparii munitarum.

(3) Tenores autem litterarum nunciorum et procuratorum predictorum nostrorum et dicti regis super unione, federibus, confederacionibus, conventionibus et pactis predictis ut premittitur confectarum, continencium tenores procuratoriorum ipsorum[b], tales sunt:

'A touz ceus — saint Jehan baptiste.' *supra nr. 353.*

Item la teneur des autres lettres des diz procureurs et messages:

'A touz ceus — mil trois cens et dis.' *supra nr. 354.*

In quorum omnium et singulorum premissorum testimonium presentibus litteris, quas in formam publicam redigi et signari mandavimus per supradictum Bernardum notarium nostrum, maiestatis nostre una cum signo eiusdem notarii fecimus apponi sigillum.

Actum in castris ante Brixiam in loco habitacionis nostre, presentibus dilectis et fidelibus nostris Henrico Dei gracia episcopo Tridentino cancellario nostro, Guidone de Flandria, Alardo domino de Rombaix et magistro Alberico de Foucheriis clerico et thesaurario nostro testibus ad premissa vocatis et rogatis, anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, indictione nona, die vicesima tercia mensis Septembris, ac regni nostri anno tercio.

(S. N.) Et[c] ego Bernardus de Mercato de Yanna Bellicen. dyocesis sacrosancte Romane ecclesie ac sacri imperii auctoritate publicus notarius supradictis laudationi, ratificationi et confirmationi ac promissioni factis per supradictum serenissimum dominum regem[d] Romanorum hac die presenti ut superius exprimitur presens fui. Et supradictam promissionem michi tamquam persone publice vice et nomine sepedicti domini regis Francie et omnium, quorum interest vel interesse potest aut potterit in futurum, factam per eumdem dominum Romanorum regem de approbandis, laudandis, ratificandis et auctoritate imperiali confirmandis unione, federibus, confederationibus, conventionibus et pactis supradictis infra quatuor menses, postquam ipsum dominum Romanorum regem ad imperialis fastigia dignitatis Deo auspice contigerit esse promotum, et de supradicto iuramento innovando et quatuor pariis litterarum concedendis prout superius exprimitur stipulatus sum et recepi. Et quia quadam infirmitate detentus supradicta, que acceleratione indigebant, manu propria scribere non potui, idcirco de auctoritate et mandato supradicti domini Romanorum regis per Iohannem

692. a) *cf. pag. 578 lin. 29.* b) *cf. ib. lin. 38.* c) *incipit manus Bernardi or.* d) *bis scriptum or.*

Nycholay de Yvodio notarium[1] Treveren. dyoces. ea scribi et grossari feci. Et hinc presenti publico instrumento manu propria me subscripsi ipsumque signo meo consueto signavi et tradidi feliciter rogatus. Actum anno, die et loco et inditione quibus supra, coram testibus suprascriptis, pontificatus domini Clementis pape quinti anno sexto.

---

5 # 693. MANDATUM DE STURA SOLVENDA.

1311. Oct. 1.

Ineditum proponimus ex autographo Karlsruhae in tabulario generali 'Selekt der Kaiser- und Königsurkunden nr. 166' asservato. Sigillum illaesum pendet loro membranaceo. In medio dorsi manu cancellariae regiae scriptum est: R̸ (= Registratum). *Cf.*
10 *infra ad a. 1312. Febr. 13.* *(P. deest.)*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris ministro, consulibus et civibus in Constancia fidelibus suis gratiam suam et omne bonum.

Cum nos nobili viro Eberhardo de Burgelon[2] fideli nostro dilecto apud vos centum et quinquaginta marcas argenti, in quibus sibi adhuc pro suo tenemur obsequio,
15 duxerimus de stura nunc in festo beati Martini nobis danda deputandas, fidelitati vestre (Nov. 11.) districte precipiendo mandamus, quatinus ipsum de predictis centum et quinquaginta marcis argenti assecurare statim solvendis sibi in predicto festo nullatenus omittatis, sic quod suis propter vestram in hac parte negligenciam obsequiis non fraudemur. Alioquin eidem concessimus, ut ipsas sub vestris dampnis conquirat, quod dampnum
20 super vos omnino volumus redundare. Expeditis autem prefato Eberhardo dictis centum et quinquaginta marcis ac nobili viro . . de Tengen centum, necnon quinquaginta nobis vel ei cui deputaverimus adhuc dandis, quas trecentas marcas vobis pro totali huius anni stura imponimus, vos ab omni stura a festo beati Martini venturo proxime ad annum nobis danda reddimus liberos et solutos. Presencium testimonio litterarum
25 nostre maiestatis sigilli robore signatarum.

Dat. in Brixia, Kal. Octobr., anno Domini M trecentesimo undecimo, regni vero nostri anno tercio.

---

694. RECEPTIO IN CAMERAM IMPERII.

1311. Oct. 3.

30 *Denuo inspeximus transsumtum a. 1397. Apr. 27 confectum tabularii civitatis Cremonae 'Capsula Soncini nr. 1150' signatum. Edidit Böhmer 'Acta imperii selecta' pag. 797 nr. 1108. Cf. iam supra nr. 619. 620.* *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Anno eiusdem millesimo trecentesimo undecimo, indictione decima, die tertia
35 mensis Octobris, pontificatus domini Clementis pape quinti anno sexto ac regni sere-

1) *A. 1311. die 1. m. Oct. in castris ante Brixiam a Balduino archiepiscopo Treverensi in capellanum et familiarem recipitur; cf. 'Westdeutsche Zeitschrift' III, 300 nr. 3.* 2) *Cf. iam supra nr. 570. 571.*

nissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti anno tertio. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat presentibus et futuris, quod serenissimus princeps dominus Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus suprascriptus recepit ad suam gratiam et benevolentiam castrum Sonzini cum eius districtu, in quo est plebatus Calsi, cum omnibus hominibus ibidem habitantibus, aplicando et recipiendo ipsos in cameram suam et imperii, ita quod ad ipsum et cameram suam et imperii amodo immediate pertineant et quod non teneantur in aliquo alicui alteri comuni vel universitati aut singulari persone ratione dominii vel quasi vel alicuius subiectionis vel submissionis temporalis preterquam ipsi domino regi et successoribus eius in regno et imperio Romanorum. Et in signum submissionis et dominii supradicti discretus vir dominus Girardus qui dicitur Magata de Andrachis, sindicus et procurator universitatis et hominum predictorum locorum, procuratorio nomine pro ipsis de voluntate et expresso mandato ascendit et consensu hominum dicte universitatis ibidem in concione publica ad sonum campane et vocem preconis more solito congregata, ipso rege cum prelatis, principibus et aliis suis proceribus presente, in animas ipsorum fecit et recognovit homagium et fidelitatem eidem domino regi et iuramentum fidelitatis eidem domino regi prestitit, iuravit et promisit in omnibus et singulis capitulis forme fidelitatis nove et veteris, prout hec et alia in quodam publico instrumento manu mei Bernardi de Mercato camere dicti domini regis notarii infrascripti confecto plenius continentur[1]. Et ipsum dominum regem recognovit idem procurator nomine quo supra suum et locorum predictorum ac universitatis ipsorum verum, legiptimum et naturalem dominum et precipuum ante omnes.

Actum Sonzini in palatio dicti domini regis, ubi testes fuerunt vocati ad hoc specialiter et rogati dominus Baldoynus archiepiscopus Treverensis, Cressonus Crivellus, Franciscus de Garbagnate, Lodovicus Crivellus de Mediolano, Albertinus Catusius de Papia et plures alii.

Ego Bernardus de Mercato de Ianna Be[l]licensis diocesis sacrosancte Romane ecclesie ac sacri imperii auctoritate publicus notarius hiis omnibus presens fui et rogatus hanc cartam scripsi et tradidi.

695. LITTERAE DE COMITIVA AD CORONATIONEM ROMANAM.

1311. Oct. 5.

Superest solum exemplar duci Venetorum directum[2] *in* C *Librorum Commemoralium*[3] *tom. I fol. 168, Venetiae in tabulario regio asservato. Editionis, quam paravit Mone 'Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins' XII, 205 nr. 64 e codice bibliothecae Marcianae ad Libros Commemoriales redeunte, varias lectiones utpote minimi pretii non adnotavimus. — Böhmer, Reg. Heinr. 431.* *(P. 517.)*

1) *Quod servatum non est.* 2) *Sed vide ea quae refert Albertinus Mussatus l. IV rubr. 8 (apud Muratori 'Rerum Italicarum Scriptores' X, 393):* Cremoneque ferme biduo residens literas citaudorum Longobardie primorum per subditas civitates direxit, ut se ad coronationem sequerentur, nominatis in literis singulis his, quos secum adesse in coronatione volebat. 3) *Cf. 'Predelli' loco ad nr. 361 citato I, 112 nr. 498.*

Heinricus[a] Dei gratia[b] Romanorum rex semper augustus egregio viro Marino Georg(io) duci Veneciarum sincere sibi dilecto gratiam suam et omne bonum.

Quia Deo favente proposito[c] ad imperialis nostre coronacionis sollempnia cum honoribus congruis peragenda procedere disponimus ad Urbem qualibet sine mora, 5 sinceritatem tuam hortamur attente in fidei debito, quo nobis et imperio astringeris, firmiter te monentes, quatinus ad nos visis presentibus omni occasione cessante laudabilem comitivam, que nostrum et tuum honorem deceat, ad associandum maiestatem regiam ad coronacionem nostram predictam non differas destinare. Que die Iovis post Oct. 21. festum beati Luce euangeliste in civitate Ianue sit nobiscum personaliter constituta.

10 Dat.[d] Cremon(e), III. Non. Otubr., regni nostri anno tercio.

---

696. MANDATUM VICARIO MEDIOLANENSI MISSUM.

1311. Oct. 15.

Ex omnibus eis, quae ad parlamentum Papiae habitum spectant, nec scripta regis 15 *invitatoria nec propositiones civitatum servata sunt. Tamen conferas ea, quae referunt Albertinus Mussatus, Ferretus Vicentinus, Iohannes de Cermenate, Nicolaus Botrontinensis. V. Böhmer, Reg. Heinr. post 431.*

Mandatum regis, quod solum superest e scriptis Papiae emissis, proponimus ex autographo, quod fuit Böhmeri et nunc Francofurti in tabulario civitatis 'Fremde Archi- 20 *valien' asservatur. Sigillum deest, foraminibus relictis. In verso nihil scriptum est Editum est 'Acta imperii selecta' pag. 446 nr. 636.*

Anno 1839. ad manus Theodori Oehler venerat iure publicae astae Londinensis cum aliis libris e Tuscia oriundis. Sed num olim ex reliquiis archivi Henrici VII. fuerit, in medio relinquamus. — Böhmer, Reg. Heinr. 432. *(P. deest.)*

25 Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus nobili viro Matheo Vicecomiti vicario Mediolan(i) fideli suo dilecto necnon et universis civitatis Mediolanen(sis) vicariis, potestatibus et rectoribus presentibus et futuris gratiam suam et omne bonum.

Fidelitati vestre commitimus et mandamus, quatinus commune Mediolan(i) studeatis cum effectu inducere ac etiam auctoritate nostra compellere, quod fratribus Predicato- 30 ribus inibi commorantibus pro elemosina, pannis sericis et cereis, quos dicti fratres in festo beati Petri martiris potestati, capitaneo et officialibus communis Mediolan(i) non Apr. 29. absque magnis ministrant expensis, centum et quinquaginta libras terciolorum, sicut per dictum commune iam dudum statutum exstitit, in eodem festo deinceps integraliter expediat et persolvat et nichilominus quadringentas libras terciolorum eisdem fratribus 35 presentet continuo, quas de elemosina predicta elapsis annis quibusdam persolvere neglexerunt. Volumus insuper, ut iura dictorum fratrum super possessionibus et bonis sibi legatis seu iudicatis per condam fratrem Iohannem de Turri vel alios in remedium animarum suarum summatim audiatis et cognoscatis sine strepitu causarum et absque figura iudicii. Non obstantibus feriis quibuscumque, cum eos non deceat in iuditio 40 litigare. Insuper ordinare studeatis et procuretis, quod prior et fratres predicti, quorum

695. a) Henricus *C.* b) *bis scriptum C.* c) preposito *C.* d) *sequitur* I *erasum C.*

paupertati non inmerito conpatimur, forum salis a communitate predicta absque solutione datii seu gabelle inposterum habere valeant sine difficultate qualibet, prout eisdem est hactenus observatum.

Dat. Papie, XV. die Octobris, anno Domini millesimo CCCXI, regni vero nostri anno tercio. 5

---

697. 698. EDICTA AD MONETAS ITALIAE SPECTANTIA.

1311. Oct. 17. 18.

697. *EDICTUM DE MONETIS. Oct. 17.*

Denuo accuratissime descripsimus M *minutam hucusque ineditam a notario nobis* 10 *haud noto scriptam, omnino manu Bernardi de Mercato correctam, quae iam servatur Pisis in tabulario regio 'Primaziale'. Olim fuit tabularii capituli maioris ecclesiae Pisanae, ut etiam ex inscriptione recentiori 'Misura e Peso delle monete fatte d'Arrigo Imperatore' et catalogo veteri huius tabularii hodie in tabulario Roncioniano asservato*[1] *apparet, ubi eisdem fere verbis ('Misura e peso delle monete da farsi in Milano') docu-* 15 *mentum describitur. Admodum corrosa est membrana itaque lectu difficillima. Nonnulla verba gravioris momenti quamvis in* M *cancellata, tamen in textu posuimus uncis ⟨ ⟩ inclusa.*

Priorem textum, quem postea Bernardus correxit, iam in castris ante Brixiam, i. e. mensibus Aug. (cf. supra nr. 669) vel Sept., ingrossatum esse, linea dati in M 20 *incepta, sed non confecta evincitur.*

Item contulimus A *confirmationem edicti a. 1323. Iul. 26. editam. Cuius autographon olim Mediolani in Musaeo Sitoniano exstans cum deperierit, editionem Argelati 'De monetis Italiae' II, 263 sq. denuo adhibuimus, potiores tantum varias lectiones adnotantes. Cf. iam supra nr. 669. — Böhmer, Reg. Heinr. 433.* *(P. 517.)* 25

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus

⟨M⟩

⟨universis et singulis tam presentibus quam futuris, quos continget presentes litteras inspicere vel earum tenorem audire[b], gratiam suam.

Noverint universi et singuli qui sunt et qui erunt seu posteritas omnis successura, quod nos operagium et monetagium nostrarum monetarum cudendarum et fabricandarum in Ytalia accordavimus et composuimus cum operariis et monetariis iuratis nostris ipsius provincie. Ad [quam] concordiam et compositionem affuerunt presentes Ricardus Ugeti de Florentia magister

M. A.

ad[a] universorum noticiam volumus pervenire, quod nos pro monetis nostris per nos de novo ordinatis fabricandis et cudendis in 30 Ytalia[c] ordinavimus cum operariis et monetariis nostri imperii de Ytalia iuratis nostris tam super bracceagio et labore suo quam super libertatibus et franchesiis[d], quas ipsos operarios et monetarios habere volumus, 35 ut inferius continetur:

40

697. a) ad—primis *manu Bernardi in margine addita M.* b) *sequitur* salutem et *delet. M.* c) Italia *similiter semper A.* d) franchisiis *similiter semper A.*

1) *Cf. 'Archiv' XII, 739.*

et ordinator et provisor omnium predictarum nostrarum monetarum et Albizius [condam] [Ta]nii de Florentia magister monetarum nostrarum et Petrus Frotta magister earum monetarum in Mediolano. Pro omnibus vero operariis et monetariis [sindicario nomine][e] et pro se affuerunt Pinamons Stovanegii, Iohaninus de Marliano operarii et citadinus Moronus monetarius, sindici et procuratores operariorum et monetariorum Mediolani, ut constat per cartam sindicatus rogatam et publicatam per Manifredinum de Aliate notarium civitatis Mediolani et scriptam per Ba[rtolomeum][e] filium dicti Manifredini, anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, die Lune secondo die mensis Augusti, indict. nona[1], Nerius de Melio[f] prepositus operariorum et Ranceginus de Valverio[g] prepositus monetariorum et Benvollius de Benvoliis et Iacobinus de Chodasino operarii et contadinus de Petro monetarius de civitate [......][2], et Nicholinus de Aurata et Antonius de Burgo operarii de civitate Papie, et Philippinus de Galdino et Arnulfus de Arnulfis operarii de Pergamo.

Aug. 2.

1. Cum quibus compositionem et accordamentum huiusmodi fecimus, secondum quod inferius proxime denotatur, videlicet) | 1. In primis[h]

quod operarii debent habere pro operagio denariorum qui dicuntur imperiales de quolibet penso[i] viginti marcharum et unziarum[k] duarum decem solidos et denarios decem imperialium nostre nove monete et ultra carbonem. Et de dicto penso poterunt facere duas marchas et dimidiam cesalie[l], et si ultra dictas marchas duas et dimidiam cesalie facerent, debet detrahi illud superfluum de suo operagio. Et debent taliare monetas predictas tali modo, quod in duabus unziis non sint plures quam tres denarii[m] fortes et tres debiles. Et si plures adessent, eos non tenentur[n] magistri recipere, donec ipsi operarii emendaverint et eos posuerint ad suum rectum punctum, et ibi debet esse tantum[o] de fortibus, quantum[p] de debilibus, et debent recipere[q] ad punctum et[r] reddere ad punctum.

2. Item debent habere de operagio monete grosse argenti de penso marcharum viginti et unziarum duarum solidos decem et denarios decem imperialium nostre nove monete parve, et debent[s] facere cesaliam, sicut dictum est supra[t] de parva moneta[u], et recipere[v] ad punctum et reddere ad punctum et taliare monetam tali modo, quod nulus de predictis denariis erit fortior[w] vel debilior suo iusto pondere[w] ultra granum unum[x].

697. e) *uncis inclusa non omnino certa M.* f) i *post add. in linea M.* g) *an* Valveria? *M.* h) *cf. supra not.* a. i) peso *similiter semper A.* k) ontiarum *similiter semper A.* l) cisalia *similiter semper A.* m) *supra lineam m. B. add. M.* n) *sequitur* dicti *delet. M.* o) esse tantum *m. B. super* habere tot *delet. M.* p) *m. B. super* quot *delet. M.;* erit *add. A.* q) *sequitur* operarii *delet. M.* r) *sequitur* debent *delet. M.* s) debet *M; sequitur* posse *delet. M.* t) dictum est supra *m. B. supra lineam M.* u) *sequitur* superius contenta *delet. M.* v) *m. B. super* capere *delet. M.* w) fortior— pondere *m. B. super* plus fortis nec plus debilis de recto penso *deletis M.* x) *deest A.*

1) *Qui syndicatus servatus non est.* 2) *Quaenam civitas fuerit, plane nescio.*

3. Item dicti operarii de quolibet centenario denariorum auri debent habere[y] pro operagio solidos quinque denariorum monete nostre parve supradicte[z], et debent recipere[a] ad punctum et reddere ad punctum et eos taliare debent tali modo, quod nulus de dictis denariis erit debilior[b] vel fortior suo iusto pondere[b] ultra dimidium granum[c].

4. Item[d] monetarii debent habere de marchis sex denarios tredecim imperialium parvorum pro monetagio monete nove[e] parve et grosse[f], videlicet tantum de una quam de alia[g]. De monetagio[h] monete auri debent habere de quolibet centenario denariorum auri ⟨solidum unum et denarios octo⟩ viginti denarios[i] imperialium suprascripte[k] monete parve et[l] debent recipere ad punctum[l] et reddere ad punctum.

⟨*M*⟩

4a. ⟨Et si aliquid deficeret, debent et tenentur restituere dicto magistro et magister monetarum debet ponere custodias [nec]non[n] custodiatur, quod operarii non [perdant sua][n] pondera . . . .[o] dec[en]s . . . .[o] voluerit nec altera ordi-tura. Et si contigerit quod aliquis predictorum operariorum fedaret seu ponderosas faceret dictas monetas de pulvere vel orditura, debeat puniri per ipsum magistrum secundum peccatum quod committeret.⟩[m]

5. Et debent et tenentur[p] dicti operarii et monetarii venire

⟨*M*⟩	*M. A.*
⟨ad fornimentum monetarum nostrarum cum suficienti quantitate operariorum et monetariorum ibi tenenda suis propriis expensis et mansionibus, quotiens nobis placuerit, et fideliter operari omni die no[c]tuque, feriata et non feriata, arbitrio nostri predicti magistri Ricardi et etiam aliorum magistrorum nostrarum monetarum, quotienscunque nobis placuerit et inde fuerint requisiti et moniti.⟩[s]	operari[q] et monetari in dictis monetis nostris usque ad sufficiens fornimentum sive conplementum ipsarum monetarum ad expensas suas[r] proprias[q].

Nos vero[t] non debemus amodo[u] inantea nec alius nostro nomine facere aliquos operarios sive[v] monetarios, quam dyu[w] ipsi legaliter et sufficienter furnient et complebunt opus predictum et ea que ad officia sua predicta pertinent in monetis et pro monetis nostris predictis[w].

697. y) *sequitur* de op *expunctum M.* z) *m. B. super* imperialium novorum *delet. M.* a) debent recipere *m. B. super* capere operam *delet. M.* b) debilior—pondere *m. B. super* magis debilis nec fortis *delet. M.* c) *sequitur* recto penso *delet. M.* d) *sequitur* dicti *delet. M.* e) nostre *A.* f) *sequitur* 7 *delet. M.* g) *sequitur* de ill. de argento *delet., itemque* Et *subpunctum M.* h) vero *add. A.* i) *uncis inclusa post deleta;* viginti denarios *m. B. supra lineam M.* k) supradicte *A.* l) et debent recipere ad p. *m. B. super* Item debent dicti monetarii suprascriptas omnes monetas accipere *deletis M.* m) *cap. 4a in sola M, sed deletum.* n) *uncis inclusa non omnino certa M.* o) *omnia haec corrosa sunt M.* p) debent et tenentur *post* monetarii *signo posito M.* q) operari—proprias *m. B. supra lineam super* ad fornimentum—moniti *deletis M.* r) *deest A.* s) *uncis* ⟨ ⟩ *inclusa omnia deleta M.* t) *m. B. supra lineam M.* u) modo *A.* v) *m. B. super* nec *deleto M.* w) quam dyu—predictis *m. B. super* ipsis fornientibus monetas nostras operariis et monetariis necessariis *deletis M.*

6. Item non debent dicti perarii et monetarii pettere a nobis[x] sive a magistris monetarum nostrarum[x] aliud donum nec[y] adventagium[z] aliqua[a] causa preterquam suum[b] salarium superius ordinatum[a].

7. Quocirca volens maiestas nostra[c] Ricardum Ugeti[d] de Florentia[e] familiarem nostrum ⟨superiorem⟩ magistrum[f] et supravisorem et[g] ordinatorem ⟨et provisorem⟩ predictarum[h] monetarum nostrarum[i] et Albizonem[k] filium[l] condam Tanii[m] de Florentia magistrum[n] dictarum monetarum ⟨et magistro Petro Frocta magistro monetarum Mediolani⟩ et omnes[o] operarios et monetarios iuratos[o] nostri[p] imperii in provincia Ytalie[p] ac eorum socios, quos de comuni eorum assensu et voluntate habere voluerant, qui[q] habent et iam acquisiverunt sibi ius operandi et monetandi et gaudendi privilegiis monetarum, et non alios[q] solita dignitati[q*] sue debita gratia non privari, set pocius gratulari ipsam[r] esse sibi benivolentia nostri culminis ampliatam, prefatis magistris, operariis et monetariis ac eorum sociis et cuilibet eorum ut supradictum est privilegium immunitatis et franchisie ubilibet Romani imperii duximus concedendum. Ita quod amodo inantea usque in perpetuum operando et non operando ad dictas[s] monetas, dum[t] tamen parati sint venire operari ad monetas nostras et ipsas fornire ut superius dictum est et per eos non stet[t], non teneantur nec compelli possint ullo modo[u] per aliquos presides, rectores aud universitates, magistratum seu dignitatem vel personam aliquam alicubi Romani imperii requiri seu compelli ad solvendum aut[v] sustinendum aliquod fodrum, taleam, impositionem, datium, tolloneum[w] seu mutam aut[x] passagium vel pontacium, nec[y] etiam ad eundum vel mittendum pro se ad aliquos exercitus seu cabalcatas, [. . .]datas[z] vel cernutas[a] nec ad subeundum aliquod aliud onus realle vel personalle amodo inantea perpetuo imponendum[b]. Set ab omnibus oneribus ubilibet Romani imperii publicis et privatis[c] esse[d] volumus et iubemus eos perpetuo liberos et immunes et penitus absolutos.

8. Preterea statuimus et iubemus, quod nulus eorum teneatur alicui ubilibet Romani imperii de se conquerenti[e] quavis occasione in civili aut in criminali nisi solummodo[f] coram magistris[g] et prepositis eorum, presidibus imperialis monete, de iusticia respondere, excepto de homicidio et[d] raptu virginum[h] et[d] robaria seu scaco. Quibus casibus teneantur subire suorum iudicum iudicium et examen.

9. Insuperque volumus, quod omnes officialles et familiares, qui erunt ad servicium nostrarum monetarum, dum erunt officialles et familiares ⟨ad servicium dictarum monetarum⟩, gaudeant et fruantur in omnibus eisdem[i] privilegiis ⟨et non plus⟩.

10. Quapropter precipiendo et monendo mandamus omnibus et singulis presidibus, rectoribus ubilibet Romani imperii, iustitiariis, universitatibus, magistratibus et dignitatibus et omnibus aliis ius dicentibus, cuiuscunque status et conditionis existant, presentibus et futuris, quatinus hanc nostre immunitatis gratiam non audeant nec presumant

697. x) a nobis—nostrarum *m. B. supra lineam M.* y) sive *A.* z) avantagium *A.* a) aliqua—ordinatum *m. B. in margine add. super* ultra suum rectum operagium et monetagium supradictum *deletis M.* b) iustum *add. A.* c) *sequitur delet.* eundem *M.* d) Richardum Hugeniti *A.* e) de Flor. *m. B. supra lineam M.* f) *deest A.* g) et suprav. et *m. B. supra lineam M.* h) dictarum *A.* i) *sequuntur deleta:* de novo cudendarum in Ytaliā *M.* k) Albizionem *A.* l) *m. B. supra lineam M.* m) Cavi *A.* n) um *corr. ex* o *M.* o) omnibus operariis et monetariis iuratis *A.* p) nostri—Ytalie *m. B. super* nostre provincie *delet. M.* q) qui—alios *m. B. supra lineam et in margine add. M.* q*) dignitatis *M. A.* r) *deest A.* s) *m. B. super* illas *delet. M.* t) dum — stet *m. B. supra lineam add. M.* u) *sequuntur* titulo vel ingenio qui dici possit vel etiam cogitari *deleta M.* v) ad *add. A.* w) tollomeum *M;* theloneum *A.* x) *deest A.* y) *sequitur* ad *delet. M.* z) *an* gridatas? a) *m. B. super* cernedas *delet. M.* b) *sequitur* seu imponi posset *delet. M.* c) *sequitur* presentibus et futuris *delet. M.* d) *deest A.* e) *sequitur* $\overset{a}{q}$uix *delet. M.* f) solo modo *M.* g) *sequitur* eorum *delet. M.* h) *m. B. supra lineam M.* i) *corr. ex* eiusdem *M.*

aliquatenus violare aut eius seriei in aliquo contraire sub pena indignationis nostre ac ponderis argenti persolvendi ad nostre arbitrium voluntatis.

⟨*M*⟩

⟨Datum in castris ante Brixiam⟩ . . . .[l] anno[m] Domini millesimo tricesimo[n] [undecimo][o], regni nostri anno tertio.

M. A.

In[k] cuius rei testimonium presentes litteras supradictis magistris operariis et monetariis dari iubsimus et sigilli maiestatis nostre appensione muniri.

Datum Terdone[p], XVI. Kal.[q] Novembr., anno Domini millesimo tricentesimo XI[r], ind. X[s], regni nostri anno tercio.

698. *EDICTUM DE CUSTODIBUS MONETARUM ET MONETARIIS. Oct. 18.*

Transsumtum omnino coaevum superest Taurini in tabulario regio 'Diplomi imperiali Mazzo 3 nr. 18'. Valde corrosum est neque omnia suppleri poterant. In verso scripta sunt manu Bernardi de Mercato: Trancrit[a] de la lettra n̄re seigneur mons. lenperaor sous le fet de ses monnayes, *itemque* Lr̄e emanate a dn̄o imperatore pro suis monetis. *Denuo accuratissime contulimus. Satis male edidit Doenniges 'Acta Henrici VII.' II, 164 nr. 32. — Böhmer, Reg. Heinr. 434. (P. dccst.)*

Henricus[b] Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis vicariis, castellanis et aliis offitialibus suis, ad quos presentes littere pervenerint, fidelibus suis dilectis[c] gratiam suam et omne bonum.

1. Vobis et vestrum cuilibet tenore presentium precipimus et mandamus, quatenus ad requisitionem Richardi Hugueti de Florentia magistri et ordinatoris monetarum nostrarum, fidelis et familiaris nostri dilecti, et de eius consilio statuatis aliquas ydoneas personas et custodes, qui custodiant, quod aurum, argentum vel billionem non portent ad alias monetas preterquam ad monetas nostras. Et quicunque invenerit aliquem contrafacientem, volumus quod possit ipsum aurum, argentum et billionem accipere et ad monetam nostram portare tamquam nobis et camere nostre commissa. Et quod ipse, qui sic ea invenerit, acceperit et ad monetam nostram portaverit, habeat terciam partem vel valorem tercie partis de moneta nostra.

2. Volumus etiam, quod ipsi custodes capiant et capere debeant omnes monetas quas invenient falsas et contrafactas et alias, que per [ips]os[d] cassabuntur. Et si invenerint aliquas personas ipsas monetas falsas vel contrafactas expendentes, dantes vel recipientes vel etiam [acce]ptantes, nisi ipse monete scise aud perforate fuerint, volumus quod ipsos expendentes et portantes capiant cum ipsa moneta et capere debeant. Et vicariis nostris ipsos captos reddant nostris carceribus usque ad nostrum beneplacitum mancipandos. Et ipsas monetas sic captas et nostre camere commissas portent ad monetam nostram magis propinquam et habeant terciam partem vel valorem de moneta nostra.

3. Item mandamus vobis et precipimus, quatenus faciatis proclamari publice et firmiter observari, quod monete de Yporegia, de Ancisa, de Ponçono, de Curte[mili]a et omnes alie monete false et contrafacte non habeant cursum, sed potius ordinetur et proclametur, quod nullus sit ausus dictas monetas expendere, recipere emendo, vendendo, mutuando, debita solvendo vel recipiendo vel alio quocunque modo palam vel

697. k) *abhinc in margine inferiori m. B. scripta M.* l) *spatium septem fere verborum vacuum relictum M.* m) *abhinc non deleta M.* n) *sic M.* o) *evanidum M.* p) Derthone *A.* q) sextodecimo Calendas *A.* r) undecimo *A.* s) decima *A.*

698. a) *sic.* b) Henrichus *tr.* c) suis dilectis *bis scriptum tr.* d) *verbum incertum quinque fere litterarum tr.*

[occulte] . . . .[e], nisi fuerint perforate vel scise sub pena amissionis ipsarum monetarum. Et contrarium facientes capiantur [cum ipsa moneta . . g . ius][f], et ille qui predictas invenerit, acceperit et monetas ipsas ad monetam nostram portaverit, terciam partem habeat, [prout su]perius est expressum[1].

5 4. Predicta ordinetis et fatiatis publice proclamari, quod omnes monetarii et operarii de sacramento nostro et imperii veniant incontinenti operari ad monetas nostras, ubi dictus Richardus eis precipiet, et hoc sub pena amissionis privilegiorum libertatum et franchesiarum suarum. Volumus insuper et vobis et vestrum cuilibet precipimus et mandamus, quatenus dicto Richardo et eius sociis et familie eorum ac operariis et 10 monetariis in dictis nostris monetis operantibus libertates, franchesias et privilegia sua per nos confirmata vel firmanda invyolabiliter observetis, prout in litteris nostris videbitis contineri[2].

5. Item volumus, quod de omnibus aliis bonis monetis currentibus in Ytalia detur cursus et ordinetur cum monetis nostris novis sive dent et ordinent cursum ipsis monetis 15 nostris ad valorem aliarum monetarum bonarum predictarum. Et hoc fiat per quemlibet vestrum in loco magistratus sui de consilio ipsius Richardi et quatuor vel sex proborum et legalium virorum ipsius loci ad hoc magis expertorum, fidelium nostrorum[3].

6. Talem in predictis omnibus et singulis curam et diligentiam adhibentes, quod ob deffectum vestrum effectus monetarum nostrarum non[g] impediatur in aliquo vel etiam 20 retardetur, sed potius honor et utilitas nostra super hac vestra sollicitudine et dilligentia procuretur.

Datum cum appositione sigilli nostri in civitate Terdone, quinto decimo Kallendas Novembr., anno Domini millesimo tricentesimo undecimo ac regni nostri anno tertio[4].

---

699. RECOGNITIO DEBITI.

25 ## 1311. Oct. 21.

Ineditam proponimus ex autographo tabularii generalis regni Belgici 'Chartes de Namur nr. 379', cuius imaginem photographicam nacti sumus. Pendet sigillum loro membranaceo. In verso nihil exaratum nec in cancellaria regia documentum scriptum esse videtur. Cf. nr. 677. — Böhmer, Reg. Heinr. 435. *(P. deest.)*

30 Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus.

Notum facimus universis, quod nos per finalem compotum super omnibus, quibus nobili quondam[5] Guidoni de Flandria consanguineo et fideli nostro karissimo tenebamur

698. e) *abscissa sunt 2—3 verba tr.* f) *4—5 verba abscissa sunt tr.* g) *supra lineam add. tr.*

1) *Proclamationem talem in civitate Papiae a. 1311. Nov. 7 factam v. apud Bonaini 'Acta Hen-* 35 *rici VII.' I, 206 nr. 130 ex instrumento autographo editam, quod tunc Florentiae, iam servatur Pisis in tabulario regio. Quam hic repetere longum est. Cf. etiam documenta supra pag. 639 lin. 6 sqq. citata.* 2) *Supra nr. 697.* 3) *Cf. not. 1.* 4) *Verba transsumti hic ponimus:* Ego Franzolus de Aliate publicus civitatis Mediolani porte horientalis notarius a litteris prefati domini regis ipsius sigillo cereo pendenti sigillatis exemplavi. Quod sigilum erat verum et integrum. Infra circulum cuius sigilli erat 40 ymago dicti domini regis et in circulo erat scriptum: 'Henrichus[a] Dei gratia Romanorum rex semper augustus'. 5) *Mortuus est Papiae inter dies 7. et 15. (16?) m. Octobr. Cf. Böhmer, Reg. Heinr. pag. 295.*

a) *secunda* h *erasa esse videtur tr.*

et teneri poteramus tam pro stipendiis, restauris equorum, expensis aliis in nostro servitio ab eo et sua comitiva factis quam etiam pro quingentis libris Hallensium hereditarie sibi debitis annuatim, debito termini festi beati Martini hyemalis proximo futuri computato et incluso, excepto tamen debito, in quo dicto Guidoni per compotum[1] factum in Colonia mense Decembr. anno Domini millesimo trecentesimo nono tenemur, heredibus ipsius Guidonis vel eis, qui ius et causam eius habere debent et habent, in summa undecim millium trecentorum quindecim florenorum aureorum et octo Turon(ensium) grossorum remansimus obligati. Quam pecunie summam eis vel eorum nuntio, latori presentium, infra terminum Brandonum proximo futurorum solvere promittimus bona fide et ad hoc nos et nostros heredes firmiter obligamus. In quorum testimonium presentibus litteris sigillum nostrum est appensum.

Nov. 11. — 1309. Dec. — 1312. Febr. 13.

Datum Guanyi, XII. Kal. Novembr., regni nostri anno tertio.

---

700. MANDATUM DE REFORMATIONE CIVITATIS ALEXANDRINAE.

1311. Nov. 1.

Proponimus collatis inter se 1) *editione, quam e codice bibliothecae Ambrosianae paravit Moriondi 'Monumenta Aquensia' I, 276 ('ex antiquo MS. existente in Biblioteca Ambrosiana Mediolani N. 227 super.'); 2) codice Monacensi lat. 21242 (Ulm. 42), de quo v. iam supra ad nr. 676, fol. 84'; quem denuo contulimus; qui formam e minuta ut videtur paratam praebet. Ex 2 edidit Guilelmus Meyer l. c. pag. 85 nr. 7. — Böhmer, Reg. Heinr. 436.* *(P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus nobili viro Matheo Vicecomiti vicario nostro dilecto Mediolani gratiam suam[a] et omne bonum[b].

Alexandrie civitati[c] procurante auctore[d] discordie iam diu[e] gravibus exasperate iniuriis et dolorosis[f] intestinis afflicte puncturis libenter, ut ad pacis statum[g] tranquillum et concordie reducatur, intendimus et ut in obedientia nostra consistat, apponimus per nos et alios sollicitudinis nostre partes. Sane de[h] fidelitate et industria tua plenam fiduciam obtinentes[i] et affectantes extrinsecos[k] ad propriam[l] et avitam patriam et[l] obedientiam nostram reduci, volumus et fidelitati tue committimus per presentes, quatinus per viam pacis et concordie ad reducendum[m] extrinsecos[n] Alexandriam[o] ad propria et[p] ad nostram obedientiam civitatem predictam[q] sic procures ferventer et sagaciter laborare, quod quod qui[r] ex affectu optatur, exinde subsequatur effectus et tu ex premissis apud regiam nostram[o] maiestatem semper sis propensius[s] commendatus.

Datum[t] Ianue, Kal. Novembr., anno Domini MCCCXI, regni vero nostri tertio.

700. a) nostram 1. b) *protocollon deest in* 2. c) *loco* Alexandrie civitati 2: Civitati tali Alexandrie. d) satore 2. e) *deest* 2. f) et dolorosis *deest* 2. g) stat. pac. 2. h) in 1. i) obt. fid. 2. k) extrinsecus 2. l) *loco* propriam—et 2: proprio et civitatem predictam ad. m) reducendam 2. n) intrinsecus 1; extrinsecus 2. o) *deest* 2. p) civitatem *hic add.* 2. q) civit. pred. *deest* 2. r) quid 2. s) perpensius 2. t) *eschatocollon in* 2: Datum et cet.

1) *Qui servatus non est.*

701. SCRIPTUM ITERATUM PRO NOBILIBUS DE WEISSENBURG.

1311. Nov. 3.

Denuo contulimus autographon tabularii Bernensis, quod iam olim descripsit Jaffé 5 *b. m. (= Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 256 nr. 402). Pendet sigillum parum laesum loro membranaceo. Scriptum est manu Italica. In verso legitur:* R, (= Registratum), *manu cancellariae regiae exaratum. Cf. iam supra nr. 382. — Böhmer, Reg. Heinr. 437.* *(P. deest.)*

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani 10 imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Meminimus nos obligasse dudum nobilibus viris Iohanni et Petro de Wizzemburg fidelibus nostris dilectis vallem nostram et imperii Hasele pro ducentis minus sedecim marcis argenti pro certis serviciis nobis faciendis in Italia, prout in aliis nostris litteris plenius continetur[1]. Verum quia iidem nobiles in exhibicione huiusmodi serviciorum 15 plura sustinuerunt dampna, nos in illorum emendacionem et propter grata nobis exhibita servicia ipsis fratribus alias centum et sexaginta marcas argenti duximus largiendas. Pro quibus eosdem dictam vallem similiter titulo obligacionis tenere volumus, donec ipsis vel heredibus eorum per nos vel successores nostros in imperio de utraque summa dicte pecunie iuxta priorum litterarum nostrarum[1] tenorem plenarie fuerit satisfactum. 20 In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

Dat. Ianue, III. Non. Novembr., anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, regni vero nostri anno tercio.

---

702. ABSOLUTIO A IUDICIO CURIAE REGIAE.

25 1311. Nov. 9.

Documentum grave de appellatione partium ad audientiam regis facta denuo descripsimus ex autographo benivolenter nobis transmisso, quod exstat Karlsruhae in tabulario generali 'Selekt der Kaiser- und Königsurkunden nr. 166a'. Pendent sigilli fragmenta fasciis sericis rosei coloris. In verso notitia de registratione facta exarata 30 *non esse videtur. — Böhmer, Reg. Heinr. 438*[2]. *(P. deest.)*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Comparentibus coram nobis . . dilectis nostris civibus de Uberlingen ex una et Cunr(ado) dicto Veser ex parte altera et eodem C(unrado) proponente, quod cum ipse 35 certas personas tam de Uberlingen quam extra certis de causis per nobilem virum

1) *Supra nr. 382.* 2) *Cf. etiam 'Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins' XXII, 20.*

Fridericum de Friberg iudicem provincialem in Birsa apud Vischerhuser[a] obtinuisset proscribi, que eisdem civibus ne eas receptarent per eundem iudicem interdicte fuerunt, iidemque cives, quia mandatum iudicis provincialis non curarunt, eisdem proscripcionis fuerunt sentenciis innodati. Et licet ab huiusmodi proscripcionis sentenciis sub forma iuris absoluti fuerint et in termino ipsis dato comparuerint ac sentenciam a maiori parte presencium obtinuerint, quod proscribi non possent iuxta privilegia ipsis a nostris data predecessoribus[b] et a nobis confirmata, ab eadem tamen sentencia per eum[a], eo quod recta non videbatur, ex eo quod proscriptos contra mandatum iudicis provincialis defendebant et propter hoc in easdem proscripcionis sentencias iuxta sentenciam iudicis provincialis cadebant, ad nostram audienciam appellavit[c], petens ut dictam sentenciam deberemus mediante iusticia revocare. Prefatis civibus ex adverso respondentibus, quod cum indultum sit eis iuxta privilegia memorata, quod extra oppidum suum in iudicium vocari non possint quodque nullus ipsorum proscripcionis sentencia ulla de causa valeat innodari, prefatam sentenciam pro ipsis[d] in dicto provinciali iudicio latam petierunt auctoritate regia confirmari. Nos auditis hinc inde propositis, quia ex inspectione dictorum privilegiorum nobis constitit, quod iuxta tenorem eorundem privilegiorum extra oppidum suum in ius vocandi non sunt, nisi sit causa spiritualis, que coram iudice ecclesiastico debet canonice terminari, quodque nullus dictorum civium potest ulla de causa proscripcionis sentenciis innodari, eosdem cives a iudicio curie nostre duximus absolvendos. Inhibentes universis iudicibus nostris provincialibus, ne dictos cives de cetero molestent aliqualiter vel perturbent. In cuius rei testimonium presentes litteras nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Dat. Ianue, V. Idus Novembr., anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, regni vero nostri anno tercio.

703—712. REFORMATIO CIVITATIS IANUENSIS.

1311. Nov. 13.—1312. Ian. 31.

Praeter syndicatus nr. 703 et 707, quorum autographa in tabulario Taurinensi asservata adhibuimus, omnia documenta, quae hic coniunctim edere liceat, proponimus ope horum praecipue subsidiorum:

J *fasciculi omnino chartacei imbreviaturarum vel minutarum, duabus exceptis fere omnium a Bernardo de Mercato scriptarum, qui asservatur in eodem tabulario 'Republica di Genova Mazzo 1 nr. 4': in verso legitur inscriptionis manu Bernardi scriptae fragmentum:* Memoriale de rebus olym . . ., *itemque post fol. 6 manu eiusdem notarii exaratum est:* Notule de facto Ianue. *De quo fasciculo primus disseruit V. Samanek 'Mittheilungen des Instituts' XXVII, 237 sqq.; sed nos ipsi Taurini degentes inedita descripsimus, ex alio fonte iam edita denuo contulimus;*

C *editionis, quae parata est 'Historiae patriae monumenta. Liber iurium reipublicae Genuensis' II (Augustae Taurinorum 1857), pag. 450 sqq. ex codicibus Libri iurium Ianuensis, ubi transsumta a. 1331. Aug. 1 a Ricobono Iacopini de Pontremulo notario confecta inserta sunt.*

Cf. iam supra nr. 567.

702. a) *sic or.* b) d *super* f *corr. or.* c) *sic pro* extitit appellatum *or.* d) *ultima* s *in corr. or.*

703. *SYNDICATUS DE FIDELITATE PRAESTANDA. 1311. Nov. 13.*

Denuo contulimus autographon l. c. asservatum 'Diplomi imperiali Mazzo 3 nr. 20'. Edidit Doenniges 'Acta Henrici VII' II, 166 nr. 33b. *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

5 Dominus Symon de Grumello miles civis Pergami potestas comunis Ianue de beneplacito et consensu domini Iohannis de Monticello abbatis populi Ianue et consilii gubernatorum comunis et civitatis Ianue necnon consiliariorum consilii generalis comunis Ianue ad consilium more solito vocatorum et congregatorum et ipsi domini abbas, consilium gubernatorum et consiliarii auctoritate et decreto dicti domini potestatis 10 nomine et vice comunis Ianue fecerunt, constituerunt et ordinaverunt dominum Gabrielem marchionem de Gavio utriusque iuris peritum presentem et suscipientem eorum et dicti comunis et vice et nomine eiusdem comunis et universitatis hominum civitatis Ianue verum et legitimum sindicum, actorem et procuratorem et nuncium specialem ad eundum et comparendum coram serenissimo principe domino et rege suo domino Henrico Dei 15 gratia Romanorum rege semper augusto, ad faciendum et prestandum fidelitatem et iuramentum fidelitatis sindicario et procuratorio nomine ipsorum et dicti comunis et vice et nomine ipsorum comunis et universitatis et districtus ipsius et pro eis prefato domino regi suo secundum formam iuris comunis et specialiter et expressim ad omnes articulos et singulos, qui in dicta forma fidelitatis continentur seu explimi [a] consueverunt, 20 explimendum [a], et ad dictum iuramentum faciendum et prestandum in animas ipsorum et omnium et singulorum hominum dicti comunis eiusque districtus et in animam dicti sindici, et generaliter ad omnia et singula alia faciendum et exercendum, que in predictis et circa predicta et etiam ultra predicta fuerint opportuna seu que ipse sindicus et procurator duxerit faciendum nominibus quibus supra et que verus et legitimus sindicus 25 et procurator facere potest et etiam que totum ipsum comune Ianue facere et exercere posset. Concedentes eidem sindico et procuratori in predictis et pro predictis et circa predicta et in aliis quibuscunque liberum et generale mandatum et liberam et generalem administrationem. Promitentes michi notario infrascripto tamquam publice persone recipienti et stipulanti nomine et vice dicti domini regis et pro eo, predicta omnia et 30 singula et quicquid dictus sindicus et procurator nomine quo supra in predictis et pro predictis et circa predicta duxerit faciendum, perpetuo habere et tenere rata et firma et integraliter observare et contra in aliquo non facere vel venire, sub obligatione bonorum suorum et dicti comunis.

Actum Ianue in palacio Serravalis heredum Symonis Aurie quondam domini Oberti. 35 Presentibus et vocatis testibus domino Petro de Ugolinis iurisperito, Lanfrancho de Vallario, Nicolao de Camulio, Lanfrancho de Podio notariis et cancellariis comunis Ianue, Nicolao de Monleone draperio et Percivale de Flisco. Anno dominice nativitatis millesimo trecentesimo undecimo, inditione nona, die decima tercia Novembr., circa horam qua pulsatur campana pro avemaria.

40 Francischinus de Selva sacri imperii notarius rogatus scripsi.

704. *IURAMENTUM FIDELITATIS. 1311. Nov. 14.*

Servatur in solo J *fol. 6.* *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

(1) Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo XI, inditione decima, die 45 quartadecima mensis Novembris, pontificatus sanctissimi in Christo patris domini Clementis

703. a) *sic or.*

pape quinti anno septimo[a] ac regni serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti anno tertio. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat presentibus et futuris, quod convocatis publice ad vocem preconis ut moris est comuni, civibus et populo Ianue tam nobilibus quam popularibus ipsisque cum discreto viro domino Gabriele marchione[b] de Guavio eorum sindico, actore et 5 procurat[or]e ad infrascripta per ipsos cives, comune et populum specialiter constituto, ut constat per publicum instrumentum manu Francisquini de Silva notario publico confectum[1], constitutis in presentia supradicti domini regis et congregatis in multitudine numerosa scienter ac voluntatibus suis spontaneis unanimiter et concorditer, ipsorum nemine de quo perci[pi] posset discrepante, fecerunt, voluerunt[b] et preceperunt fieri[c] et 10 prestari eorum[d] nomine et pro ipsis[d] fidelitatem ipso domino regi et iuramentum fidelitatis per dictum dominum Guabrielem sindicum et procuratorem eorum in eorum animas tactis per ipsum sacrosancti[s] euangeliis in modum qui sequitur:

(2) 'In nomine Domini amen.

Ego Gabriel marchio de Gavio utriusque iuris peritus syndicus, auctor et procu- 15 rator potestatis, abbatis, consilii et[e] comunis[f] civitatis Ianue sindicario, auctorio et procuratorio nomine predictorum iuro ad hec sancta Dei euangelia corporaliter,

quod ab hac hora inantea perpetuo ego sindicus, cives, comune et populus et districtuales Ianue ero et erunt fideles serenissimo principi domino Henricó Dei gratia domino et regi meo et eorum hic presenti et imperio contra omnem hominem. Et 20 quod nunquam scienter ero nec erunt in consilio vel facto, quod idem dominus rex amittat vitam vel membrum aut recipiat in persona vel rebus aliquam lesionem, iniuriam vel contumeliam aut amitat aliquem honorem, quem nunc habet vel [in]antea possidebit. Et si scivero vel audivero, sciverint vel audiverint de alio, quod velit aliquod istorum contra ipsum dominum regem facere, ut non fiat pro posse meo et 25 ipsorum impedimentum prestabo et prestabunt. Et si impedimentum prestare nequivero vel nequiverint, quam cito potero et poterunt, eidem domino regi[g] intimabo et intimabunt et contra eum, prout pottero et potterunt, eidem domino regi meo et eorum prestabo et prestabunt auxilium. Et si contingerit ipsum dominum regem rem aliquam, quam habet in presenti vel habebit in futurum, quocumque casu amittere, 30 illam recuperare iuvabo et iuvabunt et recuperatam cum tempore retinere. Et si scivero et sciverint, ipsum dominum regem velle aliquem vel aliquos iuste offendere, et inde specialiter vel generaliter fuero requisitus vel fuerint requisiti, eidem domino regi secundum posse meum et ipsorum prestabo et prestabunt consilium et auxilium. Et si aliquid michi vel eis in secreto idem dominus rex manifestaverit, illud sine sui 35 licentia nemini pandam vel pandent vel faciam seu ipsi facient, quod pandatur. Et si idem dominus rex consilium a me vel ab ipsis petierit vel postulaverit, illud consilium dabo et dabunt, quod michi et eis videbitur eidem domino regi magis et melius expedire. Et iuro, quod nunquam aliquid in personis mea vel eorum faciam vel facient scienter, quod ad ipsius domini regis vel suorum pertineat iniuriam vel 40 contumeliam.

Et predicta omnia iuro nomine meo in animam meam et sindicario nomine et omni modo quo melius possum in animas omnium predictorum. Sic me Deus adiuvet et hec sancta Dei euangelia'[h].

704. a) *sequitur* per hoc presens publ. *delet. J.* b) *supra lineam add. J.* c) *sequitur* fide 45 *delet. J.* d) eorum — ipsis *supra lineam add. J.* e) consilii et *supra lineam add. J.* f) et populi *sequitur delet. J.* g) *sequitur* meo et eorum *delet. J.* h) *hic sequitur cap. 3* Qua — rege *stilo acutiori atramento pallidiori post exaratum J.*

1) *Supra nr. 703.*

(3) Qua fidelitate et iuramento fidelitatis prestitis ut supra, supradictus populus in copiosa multitudine ibidem ut supradictum est congregatus, omnes unanimiter et concorditer ipsorum nemine discrepante quod percipi posset, supradicta universa et singula voluerunt et approbaverunt clamantes unanimiter alta voce: 'sic sic fiat fiat'. Et preceperunt inde fieri publica instrumenta pro supradicto domino rege.

(4) Et[i] de predictis omnibus dictus dominus rex precepit fieri plura publica instrumenta eiusdem tenoris per me Bernardum de Mercato, Iohannem de Dyst eiusdem domini regis notarios et Lamfrancum notarium et cancellarium comunis Ianue.

Actum Ianue in platea Sersani, presentibus et vocatis testibus[i] dominis[k] Baldovino archiepiscopo Treverensi, Theobaldo episcopo Leodiensi, Henrico episcopo Tridentino ipsius domini regis cancellario, Amedeo comite Sabaudie, Henrico de Flandria, Ludovico et Petro de Sabaudia fratribus, Hugone Delphini, Iohanne de Los domino de Agimont, Amedeo de Vilariis, Petro de Tuderto, Pagano de Martinis, Periqueto Salvago, Willelmo de Flisco, Ortolano de Flisco comitibus Ianue et multis aliis[k].

705. *POTESTAS REGI TRADITA. 1311. Nov. 14.*

Servatur in solo J *fol. 8. In verso manu Bernardi scriptum est:* notula fidelitatis. d(etur) sindicis Iau(ne). *Superest ibidem fol. 7 et 9 aliud exemplar eiusdem Potestatis, quod non contulimus; in cuius dorso eadem verba leguntur a Bernardo scripta.*

(P. deest.)

In nomine Domini amen.

(1) Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo XI, inditione decima, die quartadecima mensis Novembr., pontificatus domini Clementis pape quinti anno[a] septimo ac regni serenissimi principis domini Heurici Dei gratia Romanorum regis semper augusti anno tertio. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat presentibus et futuris, quod [cum][b] de mandato dicti domini regis et ad vocem preconis sui ut moris est universitas hominum tam nobilium quam popularium civitatis Ianue in[c] multitudine copiosa[c] congregata esset in quadam platea civitatis predicte, que platea vocatur Serczan, in presentia domini regis supra[scripti][d] et quam plurimorum prelatorum, principum, comitum et baronum et aliorum procerum ipsius domini, ibidemque unanimiter et concorditer nemine ipsorum in audientia[e] discrepante fidelitatem et fidelitatis iuramentum eidem domino regi prestiterint per venerabilem virum dominum Gabrielem de Gavio iurisperitum eorum sindicum et procuratorem ab ipsis ad hoc specialiter destinatum, hinc est quod post dictam fidelitatem prestitam supradicto populo tam nobilibus quam popularibus ibidem in multitudine numerosa existent(ibus) coram predicta regia magestate in pleno et generali parlamento et arengo pro audiendis voluntate et mandatis ipsius domini regis, inter cetera, que ibidem dicta fuerunt et acta, per nobilem virum dominum Guillelmum de Flisco fuit dictum alta voce coram supradictis domino rege, prelatis, principibus, nobilibus et popularibus ibidem existentibus, quod ipse consulebat, quod dictus dominus rex [habeat][e*] omnimodam potestatem et balliviam sedandi et concordandi ac pacificandi terram predictam. Et per dominum Opeczinum de Spinul(a) fuit dictum similiter alta voce et coram omnibus supradictis et consultum nomine suo et omnium de domo sua Spinulorum[f] et tocius populi Ianuensis, quod dictus dominus

704. i) Et — testibus *eodem stilo scripta sunt ac totum instrumentum J.* k) dominis — aliis *stilo acutiori atramento pallidiori post exarata sunt J; cf. not.* h.

705. a) *sequitur* sexp *deletum J.* b) *deest; scriptum esse videtur* ꝑ, *sed deletum J.* c) in—copiosa *in fine lineae supra lineam add. J.* d) supra *J; sequuntur* ibidemque fidelitat̄ | et fidelitatis *deleta J.* e) *sequitur* sui *delet. J.* e*) *deest J.* f) *sequuntur* quod idem dn̄s rex hea (*scilicet* habeat) *deleta J.*

rex habeat et in se recipiat omnem iurisdictionem, potestatem et dominium et[g] totum posse[g] civitatis Ianue intus et extra dictam civitatem et omnimodam potestatem et balliviam ordinandi et[h] disponendi de statu civitatis et civium et districtus Ianue, prout dominationi eius placuerit et melius videbitur faciendum. Et quod omnia fortalitia dicte civitatis tam intus quam extra habeat et teneat pro manutenendo statu pacifico 5 et iustitia in civitate et districtu Ianue.

(2) Quibus verbis sic dictis et consultis per[i] dictos dominos Guillelmum et Opeczinum, idem dominus rex fecit supradictos cives et populum interrogari per[k] discretum virum dominum Petrum de Tuderto iudicem et consiliarium suum alta voce in pleno parlamento et arengo, si placebant eis omnibus et singulis ea, que per dictos 10 dominos Guillelmum et Opeczinum dicta et consulta sunt ut supra, et si volunt, quod ita fiat. Qui cives et populares predicti ibidem presentes vel eorum maior pars, ipsorum nemine quod percipi posset discrepante, clamaverunt una voce dicentes: 'sic sic fiat fiat'.

Et inde preceperunt nobis Bernardo et Iohanni fieri pro ipso domino regi publicum instrumentum. 15

706. *PRIMA RECEPTIO REGIS. 1311. Nov. 21.*

Servatur in solo J *fol. 11, ubi rubrum a Bernardo scriptum est:* receptio domini Ianue. *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

(1) Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo undecimo, inditione decima, 20 die XXI. mensis Novembr., pontificatus domini Clementis pape quinti anno sexto ac regni serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti anno tertio. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat presentibus et futuris, quod prefatus dominus rex a prima die introitus sui in civitatem Ianue rogatus fuit cum instancia continuata tam a nobilibus quam popularibus, tam clericis 25 quam laycis, quod ante suum discessum predictam civitatem poneret in statu pacifico, iusto et equo, alioquin sciret prefate civitatis homines post suum discessum ad invicem bellaturos tam acri bello, quod timendum erat de excidio civitatis. Et quia materiam dissensionum atque odiorum in civitate predicta esse dicebant regimen civitatis et custodiam castrorum sive municionum, consulebant multi, quod hec erat sola via pacis 30 reformande et iusticie conservande, si prefatus dominus rex acciperet dominium civitatis et tocius districtus et si castra et municiones faceret custodiri, sicut sue prudentie videretur[1].

(2) Que verba tociens fuerunt memorato domino regi privatim et publice inculcata, quod idem dominus rex disposuit petere tam a nobilibus quam popularibus, quis 35 esset aptus modus, per quem talis et tam egregia civitas melius posset in pace et iusticia vivere et in ea permanere. Quod et fecit auditis consiliis pene omnium domorum sive familiarum et artium civitatis. Sicque inventum est, quod maior pars, ymo pene omnes consulebant, hanc esse rectam viam pacis et iusticie reformande ac etiam conservande, si prenominatus dominus rex dominium civitatis et totius districtus in se 40 reciperet et municiones sive castra faceret custodiri. Hoc enim sepe et publice acclamatum est et maxime ea die, qua receptum fuit fidelitatis debite iuramentum. Tunc enim astante[a] totius civitatis multitudine copiosa hominum tam per aliquos nobiles nomine et vice domorum suarum quam eciam per aliquos nomine populi et popularium

705. g) et—posse *supra lineam J.* h) *supra lineam add. J.* i) *in nova linea bis scriptum J.* 45 k) *sequitur* dum pet *delet. J.*

706. a) astente *J.*

1) *De castris Ianuensium cf. Samanek l. c. pag. 266 sqq. et notitiam coaevam l. c. pag. 267 adlatam.*

idem fuit repetitum et scripto firmatum[1]. Demum vero vocatis ad presentiam regis multis de maioribus civitatis hoc idem fuit consultum et libere et sponte oblatum.

(3) Ac idem rex utilitatibus tam inclite civitatis nolens omnino deesse nichilque in ea vel de ea querens nisi pacem iustitiam et statum laudabilem equitatis, statuit 5 annuere precibus et consiliis et oblacionibus civium predictorum. Et sic ad honorem Dei et gloriosissime matris eius et beati Laurentii huius civitatis patroni dictus dominus rex recipit in se dominium et regimen civitatis et districtus predictorum et castrorum sive municionum. Et ut omnes gentes sciant, quanta modestia predictus dominus rex gubernatur et quantum diligit predictorum civium libertatem et quod in hac re non 10 sua comoda, set solam pacem civitatis querit et vult ipse dominus[b] rex et hoc[c] publice asserit, quod propter hoc dominium sive regimen non preiudicetur in aliquo libertati et privilegiis civitatis et civium predictorum nec ex isto dominio sive regimine aliquid accrescat futuris regibus Romanorum sive imperatoribus nec aliquid detrahatur libertati civitatis et civium predictorum nec iuri vel honori Romani imperii, et ut manifeste 15 omnibus clareat hec sua sancta voluntas, hoc dominium sive regimen simpliciter[d] oblatum recipit ad tempus, scilicet viginti annorum.

(4) Et quia nullius nationis sive condicionis homines cognoscit, qui cautius, fortius et fidelius predictas munitiones custodire et conservare possent, scirent aut vellent, intendit idem dominus rex memorata castra sive fortalicia custodiri facere per homines civitatis 20 predicte, homines scilicet populares, divites et fideles, de quibus habeatur firma credulitas, quod dicta castra prudenter, fortiter ac fideliter conservabunt ad ipsius domini Romanorum regis honorem et dicte civitatis statum pacificum. Super qua re iurabunt et dabunt fideiussores et alias securitates, sicut fuerit opportunum. Et isti taliter pro tempore eligantur, quod nullus eorum potterit dicere 'ego sum positus ad custodiam 25 talis municionis vel castri favore vel opere alicuius nobilis', sed sola electione principis. Et isti tales iurabunt et fideiubebunt, quod predicto tempore finito vel principe rebus humanis exempto predicta castra sive municiones civitati Ianue fideliter et sine difficultate aliqua resignabunt.

(5) Et intendit dominus rex ponere vicarium sive vicarios in civitate predicta 30 iustos et incorruptos, qui iusticiam unicuique reddant et civitatem sepius nominatam in pace custodiant ad ipsius domini regis semper honorem, et de modo ipsius regiminis taliter ordinabit, quod Deus laudem et ipse dominus rex honorem et civitas ipsa habebit quietem atque salutem[2].

(6) Hec omnia et singula suprascripta fecit idem dominus rex sic dici, recitari 35 et pronunciari nomine et vice eius et pro ipso per venerabilem in Christo patrem dominum Nicholaum Dei gratia Hostiensem et Velletrensem episcopum, ipso domino rege presente et volente, presentibus etiam dominis Iohanne de Monticello abbate populi Ianue et gubernatoribus comunis Ianue, Karolo de Flisco, Conrado[d*] de Auria, Opecino de Spinulis et Guasparro de Grimaldis et multis aliis civibus Ianue. Quibus 40 verbis suprascriptis sic dictis et recitatis per dictum dominum cardinalem, dictus dominus rex ore proprio, sicut idem dominus cardinalis ea dixerat et protulerat, eadem approbavit, voluit et ratificavit et predictum dominium et regimen in se recepit, prout superius est expressum.

(7) Supradicti vero abbas populi nomine suo et nomine omnium et singulorum 45 de eodem populo, Karolus de Flisco, Conradus de Auria, Opecinus Spinule et Gasparrus de Grimaldis nomine suo et omnium de genere suo, quorum magna pars maiorum erat

706. b) *supra lineam add. J.* c) has *J.* d) specialiter? *J.* d*) Conraldo *J.*

1) *Cf. supra nr. 705.* 2) *Cf. etiam infra nr. 710.*

presens, de ipsorum presentium[e] beneplacito et consensu expresso cognoscentes ut asserunt, supradicta omnia et singula de fonte[f] equitatis et iusticie procedere divina clementia disponente, ad veram pacem, transquillitatem, unitatem et statum pacificum civitatis et districtus Ianue et ad bonum statum et exaltationem christiane fidei ordinata, ipsa omnia et singula, prout superius dicta sunt, unanimiter et concorditer sic esse et fieri voluerunt, approbaverunt et laudaverunt. Offerentes[g] eidem domino regi ad eius honorem et servicium totum posse averis et personarum, videlicet dictus abbas suum et totius populi Ianue et quilibet predictorum nobilium suum et omnium[h] et singulorum de genere suo[g].

(8) Et de predictis omnibus et singulis ipse dominus rex et Ianuenses superius nominati nominibus quibus supra preceperunt[i] nobis Bernardo et Leopardo notariis fieri publica instrumenta.

Acta sunt hec in civitate Ianue in domo archiepiscopali, presentibus dominis cardinali predicto, Balduvino archiepiscopo Treverensi, Theobaldo episcopo Leodiensi, Henrico episcopo Tridentino ipsius domini regis cancellario, Roberto de Flandria, Ludovico de Sabaudia urbis Romane senatore, Stephano de Columpna de eadem urbe, Hugolino de Vico et multis aliis testibus fidedignis, ibidem astantibus videlicet et audientibus.

707. *POTESTAS ITERATA REGI TRADITA. 1311. Nov. 22.*

Descripsimus autographon l. c. 'Republica di Genova Mazzo 1 nr. 5' servatum. In verso a Bernardo scripta sunt: sindicatus Ianue, *itemque* dn̄s meus et dilc̄s. *Inspeximus etiam huius Potestatis fragmentum, quod servatur in* J *fol. 14.* *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Dominus Simon de Grumello[a] de Pergamo miles potestas comunis Ianue in presentia et voluntate domini Iohannis de Monticello abbatis populi et consilii, gubernatorum necnon et consiliariorum consilii generalis ad consilium cornu et campana more solito vocatorum et congregatorum et ipsi dominus abbas, consilium, gubernatores et consiliarii autoritate et decreto dicti domini potestatis, nomine et vice dicti comunis[b] et pro ipso comuni faciunt, constituunt, creant et ordinant eorum dicto nomine et dicti comunis et populi sindicum, actorem et procuratorem et prout melius esse potest et possunt, dominum Rollandum de Castellione iudicem ad consentiendum, quod invi[c]tissimus princeps dominus Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus habeat et teneat usque ad annos viginti proxime venturos tantum dominationem et regimen civitatis Ianue, riperiarum et districtus quantum ad iurisdictionem, merum et mixtum imperium et quod possit a[c]cipere per se et quemcumque voluerit castra et fortilicia dicti comunis custodienda usque ad dictum tempus per bonos et equales homines, qui sint ipsi et eorum patres oriundi de Ianua vel districtu et qui habitent in civitate Ianue, ad honorem dicti domini regis et ad utilitatem et pacificum statum comunis Ianue, de quibus videbitur dicto domino regi, et ad recipiendum nomine dicti comunis consensum dicti domini principis, per quem consensum fiat, quod per ea que promitantur per ipsum sindicum, dicantur vel iurentur seu per ea que in presenti instrumento continentur, non derogetur vel preiudicetur in aliquo beneficiis seu privilegiis comuni Ianue concessis usque in presentem diem per imperatores seu reges Romanorum antecessores ipsius

706. e) *supra lineam add. J.* f) funte? *J.* g) Offerentes—genere suo *post* Et—instrumenta *scripta signo intercalandi posito J.* h) et omnium *in initio lineae bis scriptum J.* i) preciperunt *J.*

707. a) Grimeello *C;* Grimello, o *corr. ex* is *J.* b) *hic desinit J.*

domini principis predicti seu per ipsum, salvis predictis et quod per predicta vel aliquod predictorum in nulo intelligantur vel sint diminuta iura dicti comunis ipsi comuni conpettentia ex vigore dictorum privilegiorum et cuiuslibet eorum nec etiam iura sua et imperii et quod ius, quod ipsi domino principi queretur ex predictis vel ex vigore
5 predictorum, non transeat ad suc[c]essores ipsius domini regis, et per quem consensum fiat, quod si divinum iudicium humane sortis infra[c] dictos annos viginti contingerit in personam ipsius domini regis, quod absit et Deus defendat per suam misericordiam ac ei prestet vitam et triumfum, dicta castra et fortilicia[d] perveniant et reducantur libere in virtute comunis Ianue. Et ad deliberandum et deliberari faciendum dicto domino
10 regi seu constituendis per eum vel eius mandato castra et fortilicia[d] predicta custodienda ut supra. Et generaliter ad omnia et singula facienda in predictis et circa predicta et quodlibet predictorum, que dictum comune totum si presens esset vel quelibet legitima persona pro ipso comuni facere posset. Et eciam ad iurandum in animam dicti comunis et omnium et singulorum de dicto comuni de atendendo et
15 observando omnia et singula supradicta. Dantes dicto sindico in predictis et quolibet predictorum liberum et generale mandatum et administrationem. Promittentes michi notario infrascripto stipulanti et recipienti officio publico nomine et vice ipsius domini regis et cuiuscumque interest, intererit vel interesse pos[s]et, habere, tenere et observare et observari facere rata et firma omnia et singula suprascripta et omnia et singula, que
20 per dictum sindicum dicto nomine promitentur, gerentur seu fient in predictis et circa predicta seu ex vigore predictorum, sub ipotheca et obligatione bonorum dicti comunis.

Actum Ianue in palatio Serevalis, in quo morantur gubernatores civitatis Ianue, inter terciam et nonam, anno dominice nativitatis indict. VIIII[e], MCCCXI, die XXII. Novembris. Testes Lanfrancus de Corsio draperius, Nicola Carpenetus, Guilenzanus
25 de Fantibus, Gaspalis de Grimaldis, dominus Conradus Aurie, Lombardus Spinula, Precivalis[f] de Flisco et Murvaldus Salvaigus.

Ego[g] Nicolaus de Camulio notarius rogatus scripsi.

708. *SECUNDA RECEPTIO REGIS. 1311. Nov. 22.*

Sistimus collatis inter se: J *fol. 1—2′, ubi rubrum desideratur, et* J *fol. 12 (=* J *2),*
30 *ubi fragmentum tantum exaratum est sub rubro:* secunda receptio domini Ianue; *ea quae discrepant, sub asterisco adnotavimus; itemque* C *editione supra citata II, 453 nr. 166.*

Quae in cap. 1—6 concordant cum nr. 706 cap. 1—6, typis minoribus excudenda curavimus. *(P. deest.)*

In* nomine Domini amen.

35 (1) Serenissimus princeps dominus Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus a prima die introitus sui in civitate Ianue rogatus fuit cum instancia continuata tam

*) *praecedunt sequentia in J 2:* In nomine Domini amen.
Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo undecimo, inditione decima, die XXII. mensis Novembr., pontificatus domini Clementis pape quinti anno sexto ac regni serenissimi
40 principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti anno tertio. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis evidenter appareat, quod convocatis publice et sollempniter[a] ad vocem preconis civibus et populo Ianue coram regia maiestate et ipsis qui adesse voluerunt in multitudine copiosa coram ipso domino rege in platea ante ecclesiam sancti Laurentii presentialiter constitutis una[b] . . . . . syndico et procuratore civitatis, civium,
45 comunis et populi Ianue, idem dominus rex per discretum virum dominum Sanctum de Rip-

707. c) imfra *or.* d) forticilia *or.* e) *sic; sequitur* die *delet. or.* f) p̄cıual *or.* g) *ad modum signi scriptum est or.*

708. a) et sollempniter *supra lineam J 2.* b) *in initio lineae sequitur spatium quinque fere verborum vacuum relictum J 2.*

a nobilibus quam popularibus, tam clericis quam laicis, quod ante suum discessum predictam civitatem poneret in statu pacifico, iusto et equo, alioquin sciret prefate civitatis homines post suum discessum ad invicem bellaturos tam acri bello, quod timendum erit de excidio civitatis. Et quia materiam divisionum atque odiorum in civitate predicta esse dicebant regimen civitatis et custodiam castrorum sive municionum, consulebant multi, quod[a] hec erat sola via pacis 5 reformande et iusticie conservande[b], si prefatus dominus rex acciperet dominium civitatis et tocius districtus et si castra et municiones faceret custodiri, sicut sue prudentie videretur.

(2) Que verba tociens fuerunt memorato domino regi privatim et publice inculcata[c], quod idem dominus rex disposuit petere tam a nobilibus quam popularibus, quis esset aptus modus, per quem talis et tam egregia civitas melius[d] posset in pace atque iusticia vivere et in ea 10 permanere. Quod et fecit auditis consiliis pene omnium domorum sive familiarum et artium civitatis. Sicque inventum est, quod maior pars, immo pene omnes consulebant, hanc esse[e] rectam viam pacis et iusticie reformande ac etiam conservande, si prenominatus dominus rex dominium civitatis et totius districtus in se reciperet et municiones sive castra faceret custodiri. Hoc enim sepe et publice aclamatum [est] et maxime ea die, qua receptum fuit fidelitatis debite iuramentum. 15 Tunc enim astante totius civitatis multitudine copiosa hominum tam per[f] aliquos nobiles nomine et vice domorum suarum quam eciam per aliquos nomine populi et popularium idem fuit repetitum et scripto firmatum. Demum vero vocatis ad presentiam regis[g] multis de maioribus civitatis hoc idem fuit consultum et libere et sponte oblatum.

(3) Ac[h] idem dominus rex utilitatibus tam inclite civitatis nolens omnino deesse nichilque 20 in ea vel de ea querens nisi pacem, iusticiam et statum laudabilis equitatis, statuit annuere precibus*, consiliis et oblacionibus civium predictorum. Et sic ad honorem Dei et gloriose matris eius et beati Laurentii huius civitatis patroni dictus dominus rex recepit in se dominium et regimen civitatis et districtus predictorum et castrorum sive municionum. Et ut omnes gentes sciant, quanta modestia predictus dominus rex gubernatur et quantum diligit predictorum civium 25 libertatem et quod in hac re non sua comoda, set solam pacem civitatis querit et vult ipse dominus rex et hoc publice asserit, quod propter hoc dominium sive regimen non preiudicetur in aliquo libertati et privilegiis civitatis et civium predictorum nec ex isto dominio sive regimine aliquid accrescat futuris regibus Romanorum sive imperatoribus nec aliquid detrahatur libertati civitatis et civium predictorum nec iuri vel honori Romani imperii, et ut manifeste omnibus clareat 30 hec sua sancta voluntas, hoc dominium sive regimen simpliciter oblatum recipit ad tempus, scilicet viginti annorum.

(4) Et quia nullius nationis sive conditionis homines agnoscit qui cautius, fortius et fidelius predictas munitiones custodire et conservare possent, scirent aut vellent, intendit idem dominus rex memorata castra sive[i] fortellecia custodiri facere per homines civitatis predicte* fideles et 35 bonos ac divites, qui et eorum patres nati sint in Ianua vel districtu et qui in civitate Ianue habitent, de quibus dicto domino regi videbitur et placebit et de quibus haberetur firma[k] credulitas, quod dicta castra prudenter fortiter ac fideliter conservabunt ad ipsius domini Romanorum regis honorem et ipsius civitatis statum pacificum. Super qua re iurabunt et dabunt fideiussores et alias securitates, sicut fuerit oportunum. Et isti taliter pro tempore eligentur, quod 40 nullus eorum poterit dicere 'ego sum positus ad custodiam talis municionis vel castri favore vel opere

parolo iudicem et consiliarium sue regalis camere fecit et mandavit legi et publicari, dici et pronunciari ex parte ipsius domini regis ea que inferius continentur:

In nomine Domini amen.

Quoniam serenissimus princeps *etc. ut supra p. 685 lin. 35—p. 686 lin. 6, sed loco* divi- 45 sionum *verbo* dissensionum *posito, usque* conservande.

708. a) era *sequitur deletum J.* b) *hic desinit J 2.* c) *excidit J.* d) *deest C.* e) ecce; *praecedit* ej *delet. J.* f) *deest J.* g) regiam *J.* h) et *C.* i) *deest C.* k) fama *in initio lineae J.*

alicuius nobilis', set sola electione principis. Et isti tales iurabunt et fideiubebunt, quod predicto tempore finito vel principe rebus humanis exe[m]pto predicta castra sive municiones civitati Ianue fideliter et sine difficultate aliqua resignabunt.

(5) Et intendit dominus rex ponere vicarium sive vicarios in civitate predicta iustos et incorruptos, 5 qui iusticiam unicuique reddant et civitatem sepius nominatam in pace custodiant ad ipsius domini regis semper honorem, et de modo ipsius regiminis taliter ordinabit, quod Deus laudem et ipse* verum honorem et civitas ipsa habebit quietem atque salutem.

(6) Hec omnia et singula supradicta fecit idem dominus rex sic dici, recitari et pronunciari nomine et vice eius et pro ipso per discretum et sapientem virum dominum Sanctum 10 de Riparolo iudicem et consiliarium ipsius domini regis, ipso domino rege[l] presente et volente, presente eciam et astante tocius dicte civitatis hominum multitudine copiosa et presente eciam domino Rolando de Castellione iudice sindico, actore et procuratore et prout melius esse potest comunis et populi dicte civitatis Ianue ad hec specialiter et legitime constituto, prout patet per publicum instrumentum[1] scriptum manu Nicholai 15 de Camulio notarii, inter terciam et nonam, anno dominice nativitatis ind. nona, millesimo CCC undecimo, die vigesima secunda Novembris, sindicario et procuratorio nomine dicti comunis et populi Ianuensis. Quibus* sic dictis et recitatis per dictum dominum Sanctum idem dominus rex ore proprio predicta omnia et singula, sicut ipse dominus Sanctus ea dixerat et protulerat, approbavit, voluit et ratificavit et predictum dominum sive 20 regimen in se recepit, prout superius est expressum. Hec etiam volente et approbante dicta hominum multitudine copiosa, ipsorum nemine discrepante quod percipi posset, clamantium et dicentium viva et alta voce unanimiter: 'sic sic, sic fiat, sic fiat'.

(7) Et insuper dictus dominus Rolandus sindicus, actor et procurator dicti comunis et populi Ianue suprascriptus sindicario et procuratorio nomine dicti comunis et populi 25 Ianuensis et universitatis hominum dicte civitatis Ianue et pro eis suprascripta universa et singula scienter et gratis ac voluntate sua spontanea iuxta[m] potestatem et balliviam[n] sibi datam a dicto comuni Ianue ex forma et tenore supradicti instrumenti sindicatus, cuius forma et tenor continetur inferius, voluit et approbavit et ipsis omnibus et singulis expresse consensit et sindicario et procuratorio nomine quo supra promisit dicto domino 30 regi presenti et sollempniter stipulanti et ad sancta Dei euangelia corporaliter manu tacta in animas dicti comunis et omnium et singulorum de dicto comuni iuravit, omnia et singula supradicta rata et[o] grata et firma habere et tenere et ea firmiter attendere et inviolabiliter observare et facere observari et in nullo contra facere vel venire, sub ypotheca et obligatione bonorum dicti comunis.

35 (8) De quibus omnibus et singulis supradictis idem dominus rex nomine suo et predictus sindicus et procurator sindicario et procuratorio nomine quo supra preceperunt nobis Leopardo et Bernardo notariis ipsius domini regis infrascriptis, quod conficiamus et demus publica instrumenta.

Acta sunt hec in civitate Ianue in platea ante ecclesiam sancti Laurencii, in 40 generali et pleno parlamento seu arengho populo Ianue ibidem ad vocem preconis et sono campane congregato, presente magna parte civium Ianue tam nobilium quam popularium in multitudine copiosa et presentibus venerabilibus patribus[p] dominis Balduino archiepiscopo Treverensi, Theobaldo episcopo Leodiensi et dominis Amedeo comite de Sabaudia[q], Theodoro marchione Montisferrati, Henrico de Flandria marescalco 45 ipsius domini regis, Amedeo de Villerio[r], Conrado Aurie, Bernabove Aurie, Karolo de Flisco, Othobono[s] de Flisco, Petro de Tuderto iudice et aliis pluribus fidedignis

708. l) ipso—rege *exciderunt J.* m) iusta *J.* n) bayliam *C.* o) *deest C.* p) principibus *J.* q) Sabaudie *J.* r) Villario *C.* s) Ottobono *C.*

1) *Supra nr. 707.*

testibus ad hec rogatis et vocatis. Anno nativitatis Domini MCCC undecimo, indictione X, die XXII. mensis Novembris, ac regni ipsius domini regis anno tertio.

(9) Et hec est forma sive tenor supradicti instrumenti sindicatus predicti[t] comunis Ianue, videlicet:

'In nomine Domini — rogatus scripsi'. *supra nr. 707.* 5

Ego[u] Leopardus filius quondam Frenecti notarii de Sancto Pietro de Pisis imperiali auctoritate iudex ordinarius atque notarius et cammere predicti domini regis scriba publicus supradictis omnibus et singulis una cum infrascripto magistro Bernardo notario presens fui et hanc inde cartam scripsi et in publicam formam redegi meoque signo consueto signavi rogatus. 10

Et ego Bernardus de Mercato de Yanna Bellicensis dyocesis sacrosancte Romane ecclesie ac sacri imperii auctoritate publicus notarius suprascriptis omnibus una cum dicto Leopardo presens fui et huic presenti publico instrumento manu eiusdem Leopardi conscripto manu propria me subscripsi ipsumque signo meo consueto signavi [et] tradidi feliciter rogatus. 15

709. *CASSATIO CONVENTIONUM INTER KAROLUM REGEM SICILIAE ET IANUENSES HABITARUM. 1311. Nov. 2.*

Adhibuimus imprimis M *minutam valde corrosam et dissolutam, quae servatur in eodem tabulario 'Diplomi imperiali Mazzo 5 nr. 1' (= Doenniges Ms. V, de quo v. supra ad nr. 660a); folium a Leopardo Frenetti conscriptum, a Bernardo vero de Mercato* 20 *notariis camerae regis correctum, fasciculo Collectaneorum in fine non adsutum, sed appositum est; ubi rubrum manu Bernardi scriptum:* Cassatio conventionum regis Karuli etc.: *itemque* J *fol. 3—4 (=* J *1) et* C *editionem supra citatam II, 450 nr. 165.*

Fragmentum, quod superest in J *fol. 14' (=* J *2), ubi rubrum:* Cassatio conventionum regis Karoli condam et civium Ian(ue), *item contulimus.* 25

Ex M *edidit Doenniges l. c. II, 110 nr. 1.* *(P. deest.)*

In* nomine Domini amen.

(1) Ad perpetuam rei memoriam et notitiam presentium et futurorum cautelam et ut iura et[a] regalia Romani imperii iugiter serventur illesa et ratio assignanda sit posteris profutura, quia procedit ab arte defensio, set aquisitio est a casu. Idcirco inter imperiales 30 sollicitudines illa debet esse precipua, ipsius iura et regalia ad imperium Romanum[b] spectantia illesa servare, occupata recuperare et augere et ipsa aucta manutenere et defensare duplici tuitione, armorum videlicet atque legum.

(2) Sane nos Henricus[c] Dei gratia Romanorum rex[d] semper augustus, postquam divina favente clementia pervenimus ad ipsius regalis culminis dignitatem[e], circa ipsorum 35 iurium et regalium Romani imperii conservationem, recuperationem, aquisitionem ac

*) *praecedunt in J 2 haec:* Subsequenter vero anno, die et loco quibus supra, coram eisdem testibus, civibus et populo supradictis ut superius dictum est coram supradicto domino rege convocatis, coadunatis et personaliter constitutis, idem dominus rex sedendo pro tribunali[e*] fecit, mandavit et precepit legi, pronuntiari et publicari in sue regie magestatis presentia 40 per me Bernardum de Mercato sue regie camere notarium ea que inferius continentur.

708. t) sindici *add. C.* u) *reliqua in solo C.*

709. a) *deest J 1. C.* b) Romanorum *C.* c) Heinricus *M; hic desinit J 2.* d) et *add. M.* e) *sequuntur* quamquam indigni circa temporalia Dei omnipotentis locum tenentes in terris *deleta M.* e*) sedendo pro tribunali *supra lineam add. J 2.* 45

etiam subiectorum[f] nostrorum tranquillitatem et pacem et eorundem[g] custodiam sollicitis excitati vigiliis et ipsorum saluti iugi meditatione pensantes noxia submovendo, profutura agendo, excusso a nobis omnis negligentie sompno nostrique cordis occulis diligentia sedula vigilantibus, prout divina nobis potentia ministravit[h], cum summa rei
5 publice tuitione, armorum scilicet atque[i] legum, inpresenciarum attentius oculos[k] nostre mentis dirigimus quadam peculiari benivolentia circa pacem, tranquillitatem ac[l] statum civitatis Ianue eiusque districtus ac conservationem iurium eorundem, quam ut pupillam oculorum nostrorum diligimus et ipsam intendimus prosequi favoribus et gratiis opportunis propter ipsorum Ianuensium sinceram devotionem, quam ad nos et Romanum
10 imperium gessisse et gerere[m] dignoscuntur et penes maiestatem[n] nostram ipsos experientia facti probata dilucidat et in futurum fiducia secura declarat.

(3) Porro diligenti ac solempni tractatu habito[o] ac inquisitione solerti per nos super statu et[p] reformatione civitatis et conservatione iurium eiusdem cum prelatis, principibus[q], comitibus, baronibus et proceribus sacri nostri palatii ac sapientibus et
15 iurisperitis eiusdem, invenimus inita fuisse per comune et homines civitatis eiusdem pacta, conventiones, obligationes et federa[1] cum rege Karolo[r] pro se et heredibus suis, hac forma videlicet[s] inter* procuratores dicti regis[t] procuratorio nomine pro eo et heredibus et subditis eius ex parte una et** sindicos et procuratores capitaneorum, abbatis, comunis et populi dicte civitatis Ianue sindicario nomine pro ipsis capitaneis, abbate
20 et populo et subditis[u] et districtualibus dicti comunis ex altera. Que et quas decernimus statuentes fuisse et fore gesta et contracta[v] in grave preiudicium et iacturam et in diminutionem iurium et regalium sacri Romani imperii ac ex observatione eorundem verisimiliter oriri posse[w] dissensiones[x] et scandala in civitate iam dicta eiusque districtu. Et quia vacante imperio predicta gesta[y] fuerunt per Ianuenses eosdem sub-
25 ditos et devotos ipsius Romani imperii et absque[z] conniventia[a] et consensu, auctoritate et voluntate Romanorum regis et quia dicte conventiones, pacta et obligationes verisimiliter parere possent discordias, dissensiones[x] et scandala inter nos[b], successores et subiectos nostros[b] et heredes dicti regis Karoli et eorumdem subiectos[c], quas excitare omnino[d] et[e] sepius consuevit, quod grave gerimus et molestum, unde volentes super
30 hiis de salubri et oportuno remedio providere, ipsa eadem pacta, conventiones, obligationes[f], stipulationes, penarum adiectiones[g], cum in eisdem semper maioris[h] auctoritas intelligatur[i] excepta, sub quavis forma verborum concepta forent predicta et quovis tempore et manu cuiusvis publice vel private persone, et[k] maxime pactum[l] illud et conventionem, quod et quam fecerunt Ianuenses prefati cum dicto rege pro se et here-
35 dibus suis, quod ad certum terminum post[1*] requisitionem dicti regis seu heredum

*) *sequuntur* Bartholomeum Seguinulfi de Neapoli comitem Tolphie regni Sicilie camerarium et Iohannem Pipinum de ....[m] de Fiscignano de Urbe, *post deleta M.*

**) *sequuntur* Adoardum ...[m*] et Levantanum de Levanto iurisperitum, *post deleta M.*

709. f) subictorum *M.* g) eorum *in fine lineae J* 1. h) manifestaverit, er *supra lineam add. M.*
40 i) silicet adque *M.* k) occulos *similiter semper M.* l) atque *J* 1. *C.* m) et gerere *deest J* 1. n) magest. *J* 1. o) *deest J* 1. p) ac *J* 1. *C.* q) prel. princ. *supra lineam add. M.* r) Karulo *similiter semper M.* s) hac forma vid. *post add. M.* t) et *add. J* 1. u) subdictis *M.* v) contractata *J* 1. w) ecurri*(?)* possent *J* 1; oriri possent *M. C.* x) discensiones *M.* y) *super* innita *delet. M.* z) absente *J* 1. a) convenientia *M.* b) nos — nostros *supra lineam super* prefatum
45 dominum imperatorem *M.* c) subictos *M.* d) comunis, s *corr. ex* o *J* 1; comunio *C.* e) *deest J* 1. *C.* f) *deest C.* g) *sequitur* iuramentorum interpositiones *delet. M.* h) maioribꝫ *J* 1. i) intelliguatur *J* 1. k) et maxime — specialis *post* subiaceat *scripta sunt signis intercalandi positis M.* l) *corr. ex* fcm̅ *M.* 1*) cert. term. post *supra lineam add. M.* m) *10—11 litterae evanuerunt M.* m*) *2—3 litterae evanuerunt M.*

50 1) *Cf. 'Historiae patriae monumenta' l. c. II, 409 nr. 155 et 421, nr. 157.*

suorum per se vel suum certum nuncium aut litteras promisit dictum comune Ianue[n], dare galeas a decem usque in[o] centum sufficienter bene armatas in numero, quem dictus[p] rex seu heredes sui requirerent ut dictum est contra quascunque personas, et alia plura, de quibus[q] in hac scriptura specialis mentio non habetur et non obstante quod de[r] eis specialis mentio non fit[s], volumus et mandamus ipsa omnia esse cassa et irrita, perinde acsi de verbo ad verbum de eisdem facta foret[t] mentio specialis[u], auctoritate qua fungimur et de plenaria[v] potestate et auctoritate atributa nobis in temporalibus quibuscumque cassamus, irritamus, annullamus, cassa et irrita et nulla pronuntiamus ac ea nullius fore momenti decernimus, statuentes, disponentes, ordinantes et decernentes, precipientes et mandantes auctoritate et potestate eadem, ab ipsis[w] Ianuensibus et districtualibus eorumdem ipsa pacta, conventiones et obligationes prout superius est expressum nullatenus observari debere, quin immo tanquam nulla, cassa et irrita a se ipsis prorsus abiciant et quod ad eorumdem observantiam nullatenus de cetero teneantur, cum per observationem ipsorum dissolvi possent regalia nostra[x] iura et iurisdictiones fraudari et auctoritatis nostre[y] libertas aliquatenus tolleretur in eisdem Ianuensibus et eorum subiectis, tum[z] quia pacis tranquillitas multorum regum, civitatum, universitatum[a] et christianorum fidelium turbari[b] posset ex observatione eorundem[z].

(4) Si quis autem contra hec nostra ordinamenta, statuta, dispositiones, cassationes, irritationes[c], annullationes, pronuntiationes, absolutiones, mandata et prohibitiones ausu temerario ausus fuerit contraire, indignationem nostram se noverit incursurum et nostro banno perpetuali subiaceat.

(5) Hec[d] omnia et singula suprascripta fecit et mandavit et precepit idem dominus rex legi et publicari et[e] lecta et publicata fuerunt in ipsius domini regis presentia[e] per[f] Bernardum de Mercato infrascriptum notarium camere sue et[g] ab ipso domino rege sedente pro tribunali approbata et pronunciata[g,h] in generali et pleno parlamento sive arengo[i], populo Ianue ibidem ad vocem preconis et sonum campane more solito[k] convocato, presente magna parte civium Ianue tam nobilium quam popularium in multitudine copiosa[l], presente[m] etiam me[n] Leopardo infrascripto notario dicte camere.

(6) De[o] quibus omnibus et singulis supradictis dictus dominus rex mandavit nobis Leopardo et Bernardo predictis notariis suis, ut conficiamus et demus publica instrumenta.

(7) Acta sunt hec[p] in civitate Ianue in platea ante ecclesiam sancti Laurentii[d,q], presentibus venerabilibus patribus dominis Baldovino archiepiscopo Treverensi, Theobaldo episcopo Leodiensi et dominis Amedeo comite Sabaudie, Teodoro marchione Montisferrati, Henrico de Flandria marescalco ipsius domini regis, Amedeo de Villario, Conrado Aurie, Bernabove Aurie, Karolo de Flisco, Othobono de Flisco, Petro de Tuderto iudice et aliis pluribus fidedignis testibus ad hec vocatis et rogatis. Anno nativitatis Domini M[r] trecentesimo undecimo, indictione X[s], die XXII[t]. mensis Novembris, ac regni ipsius domini regis anno tertio[u].

709. n) *deest J* 1. *C.* o) ad *J* 1. p) dominus *add. C.* q) *sequitur* spālis *delet. M.* r) *supra lineam add. M.* s) *sequitur* perinde *delet. M.* t) foret facta *J.* u) *cf. supra not.* k. v) *super* plenitudine *delet. M.* w) *corr. ex* ipsius *M.* x) *manu Bernardi super* ipsius serenissimi principis *delet. M.* y) *manu Bernardi super* ipsius *delet. M.* z) tum — eorundem *manu Bernardi signo posito in margine inferiori adiecta M.* a) civitatum, universitatum *manu Bernardi supra lineam M.* b) *corr. ex* turbationem *M.* c) tractationes *male C.* d) Hec omnia — Laurentii *a Bernardo exarata sunt M.* e) et — presentia *supra lineam add. M.* f) me *add. M.* g) et — pronunciata *supra lineam add. M.* h) publicata *C.* i) *sequitur* convocato *delet. M.* k) congregato *add. C.* l) *sequitur deletum* in presentia ipsius domini regis *M.* m) presente — camere *in infimo margine manu Leopardi addita sunt signo posito M.* n) me *deest M.* o) *cap.* 6 *ex J* 1 *et C; loco cuius M supra lineam addita:* de quibus omnibus precepit idem dominus rex fieri etc. p) Acta sunt hec *subtus lineam add. M.* q) *hic desinit M.* r) millesimo *C.* s) decima *C.* t) vigesima secunda *C.* u) *hic desinit J* 1; *reliqua in solo C.*

Ego Leopardus filius quondam Frenecti notarii de Sancto Pietro de Pisis imperiali auctoritate iudex ordinarius atque notarius et camere dicti domini regis scriba publicus supradictis omnibus et singulis una cum infrascripto Bernardo notario presens fui et ea omnia mandato ipsius domini regis scripsi et in publicam formam redegi meoque signo
5 consueto signavi.

Et ego Bernardus de Mercato de Yanna Bellicensis dyocesis sacrosancte Romane ecclesie ac sacri imperii auctoritate publicus notarius suprascriptis omnibus una cum dicto Leopardo presens fui et huic presenti publico instrumento manu propria me subscripsi ipsumque signo meo consueto signavi et tradidi feliciter rogatus.

10 **710.** *ORDO ANZIANORUM.*

Documentum, quod signo chronologico caret, hic subiungere liceat. Servatur in solo J *fol. 30—33. Scriptum est a quodam notario incognito civitatis Ianuensis, ut crediderim. In verso manu Bernardi de Mercato exarata leguntur:* Ordo anczianorum Ianue datus per Porchetum Salvagium, Loysium Scarzaficum, Guabrielem de Tyva et Nycho-
15 laum Falamonetha — cives Ian(ue). *Olim clausum erat more litterarum clausarum; trium sigillorum impressorum fragmenta adhuc apparent. Videtur esse conceptum ordinationis a rege conficiendae ab Ianuensibus regi porrectum. Cf. etiam Samanek l. c. pag. 306 sq.*[1].

Capitum initia in documento novis lineis indicantur; numeros autem arabicos adiecimus nos. *(P. deest.)*

20 In nomine Domini amen.

1. Nos Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus volentes regimini civitatis Ianue salubriter providere, mandamus, statuimus et ordinamus, quod vicarius nostre regie maiestatis, qui nunc est et pro tempore[a] fuerit in civitate Ianue, habeat et habere debeat usque ad nostrum beneplacitum consiliarios vigintiquatuor, duodecim
25 videlicet ex nobilibus et duodecim ex popularibus civitatis predicte. Qui vocentur anc(iani) civitatis et comunis Ianue. Cum quibus ancianis dictus vicharius de omnibus et supra omnibus et singulis factis et negociis pertinentibus ad dictum comune possit et debeat habere consilium, quandocunque sibi videbitur et expedierit, preterquam de hiis et super hiis, que pertineant ad iusticiam vel vindictam, et preterquam de vendendis
30 vel donandis seu aliquo alio modo vel titulo alienandis vel remittendis aliquibus terris, villis, locis vel castris publicis, iuribus, hominibus vel iurisditionibus dicti comunis, de quibus dicti anciani nullo modo se intromittere possint.

2. Quecunque autem per ipsum vicharium cum consilio ancianorum facta et gesta fuerint, in quo consilio sint et esse debeant ad minus sedecim ex ipsis ancianis, octo
35 nobiles et octo populares et quorum ancianorum[b] in ipso consilio presentium[c] maior pars super factis et negociis pertinentibus ad comune Ianue sint et esse debeant concordes et super factis et negociis pertinentibus ad singulares personas ipsorum[d] ancianorum[d] due partes[e] ad minus sint et esse debeant concordes, valere[f] et tenere[f] et habere[f] validam firmitatem et ea observari et executioni mandari per ipsum vicharium
40 volumus et mandamus.

3. Et etiam volumus et mandamus, quod singulis septimanis per ipsos ancianos eligantur septimanarii duo in formam infrascriptam, videlicet quod singula nomina singulorum duodecim ancianorum nobilium scribantur in singulis cedulis, que cedule sic

710. a) tempora? *J.* b) *in loco raso J.* c) tium *in loco raso J.* d) orum *in loco raso J.*
45 e) *sequitur* ipsorum *delet. J.* f) ere *in loco raso J.*

1) *Cf. ibidem pag. 272 et not. 3, ubi non omnia recte indicantur.*

scripte ponantur in uno saculo et eodem modo singula nomina singulorum duodecim[g] ancianorum de populo scribantur in singulis cedulis et similiter ponantur in uno alio saculo, ex quibus duobus saculis extrahantur cedule due, scilicet de quolibet saculo cedula una. Et illi duo anciani, quorum nomina scripta fuerunt in dictis cedulis sic extractis, scilicet unus nobilis et unus popularis, sint et esse debeant septimanarii pro una edomada tantum. Et sic fiat successive usque ad consumationem omnium cedularum. Quibus cedulis consumatis alie cedule de novo dicto modo et ordine ponantur in saculis et ex ipsis extrahantur successive, ut dictum est. Quorum duorum ancianorum septimanariorum officium consistat in infrascriptis, videlicet quod illa edomada, pro qua electi fuerint ut dictum est, teneantur et debeant esse et stare penes vicarium predictum pro exequendis et faciendis negociis per ipsum vicarium et ancianos ordinatis et consultis, prout opportuerit et dicto vicario videbitur expedire. Et etiam teneantur examinare cum dicto vicario omnes petitiones singularium personarum, priusquam concilio ancianorum possint exponi. Ita quod petitio aliqua, requisitio vel supplicatio seu negocium aliquod alicuius singularis persone vel singularium personarum non possit exponi dicto consilio nec dictum consilium super ipsa vel ipso regi possit, nisi prius examinata et approbata fuerit per ipsum vicarium et dictos septimanarios. Et si forte petitio aliqua, requisitio vel supplicatio[h] alicuius singularis persone vel singularium personarum examinata per dictos vicarium et septimanarios fuerit reprobata vel declarata, quod non sit ad consilium ponenda, non possit modo aliquo exponi consilio ancianorum durante tempore tunc presentium ancianorum. Et si postmodum finito tempore dictorum tunc[i] ancianorum ipsa petitio, requisitio vel supplicatio iterum per vicarium et tunc septimanarios examinata et reprobata fuerit seu declarata, quod non sit ad consilium ponenda, non possit postea abinde inantea ipsa petitio, requisitio vel supplicatio[k] modo aliquo examinari per ipsos vicarium et septimanarios nec exponi dicto consilio ancianorum, etiamsi in ea mutata fuerit quantitas vel forma, dummodo sit vel esse videatur illa petitio bis reprobata vel idem factum.

4. Si vero aliqua petitio, requisitio vel supplicatio alicuius singularis persone vel singularium personarum exposita fuerit coram ipso vicario et consilio ancianorum et de ipsa petitione, requisitione vel supplicatione complenda vel facienda dictum consilium non concordaverit, non possit postea dicta petitio, requisitio vel supplicatio exponi alicui consilio ancianorum usque ad annum unum tunc proxime venturum, etiamsi in ipsa petitione, requisitione vel supplicatione mutata fuerit quantitas sive forma, dummodo sit vel esse videatur eadem petitio vel idem factum.

5. Nec possit exponi consilio ancianorum aliquid, quod pertineat vel spectet seu pertinere vel spectare possit vel videatur ad aliquem dictorum ancianorum patrem vel filium seu fratrem alicuius eorum[l] nec super aliqua posta, facto vel negocio spectante vel quod spectare possit ad ipsos ancianos, patrem, filium vel fratrem ipsorum vel alicuius eorum, consilium ancianorum regi possit. Et quotienscunque super aliquo facto, posta vel negotio spectante vel que seu quod spectare posset vel videretur alicui vel aliquibus de albergo vel parentela alicuius seu aliquorum ex dictis ancianis, consilium inter ipsos regi contigerit, non possit aliquis ex dictis ancianis, qui sit de parentela vel albergo illius seu illorum, ad quem vel quos factum seu posta pertinere videbitur, vocem aliquam habere seu sententiam dare in dicto consilio nec in ipso consilio interesse.

6. Et duret officium[m] ipsorum ancianorum per menses tres tantum, ita quod singulis tribus[n] mensibus[o] alii successive eligantur. Quorum electio fiat per ipsum

710. g) duodecim *supra lineam add. J.* h) aliqua—supplicatio *supra lineam add. J.* i) *supra lineam add. J.* k) *sequitur* singularis *delet. J.* l) *sequitur rasura duorum verborum J.* m) *sequitur* an *delet. J.* n) Ita—tribus *in fine lineae in loco raso artius scripta J.* o) *sequitur* finitis *delet. J.*

vicarium et consilium ancianorum ex nobilibus et popularibus civitatis Ianue cum maiori equalitate, qua electiones ipse fieri poterunt, eo semper salvo quod aliquis, qui fuerit ancianus, non eligatur ad ipsum ancianatus officium, nisi prius vacaverit per annum unum tunc proxime preter(itu)m, et salvo etiam et sane intellecto quod aliquis de
5 albergo alicuius, qui fuisset in dicto officio in[p] tribus mensibus proxime precedentibus[q], ancianus[r] esse non possit. Non tamen[r] hoc intelligatur de ancianis presentibus electis per nostram regiam maiestatem, ex quorum ancianorum albergis et quolibet ipsorum[s] non obstantibus supra proxime dictis anciani eligi possint pro primis tribus mensibus incipiendis finito tempore ipsorum presentium ancianorum, si ipsis vicario et ancianis
10 videbitur.

7. Facta autem electione ancianorum ipsi anciani iurent et iurare debeant coram ipso vichario, manutenere et defendere honorem et bonum statum nostre regie maiestatis et officium ipsorum bene et legaliter facere et consulere ipsi vichario, super quibuscunque consilium ipsorum requisiverit, illud quod eis pro meliori videbitur.

15 8. Salvo semper et sane intellecto quod per ea vel aliquod eorum, que superius dicta sunt, baylie per maiestatem nostram[t] concesse dicto vicario nostro nec etiam concessioni eidem[u] maiestati nostre facte per ipsum comune Ianue nullatenus derogetur.

9. Preterea volumus et mandamus, quod electiones abbatum et conestabulorum populi Ianue, qui imposterum eligi debebunt, fiant et fieri debeant[v] per illum modum[w]
20 et formam, de quibus[x] vicario nostro[y] videbitur. Circa quas electiones faciendas vicarius ipse, non habendo respectum nisi in quantum ei videbitur ad modos electionum habitos tam[z] super electione presentium conestabulorum quam super electionibus conestabulorum, qui actenus ante electionem nunc conestabulorum[a] electi fuerunt, illas equalitates servet, de quibus et prout dicto vicario nostro cum[b] honore nostre maiestatis et pro
25 bono statu comunis et populi Ianue videbitur expedire.

711. *LIBERATIO A CARCERIBUS. 1312. Ian. 1.*

Servatur in solo J *fol. 17'.* *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Anno nativitatis[a] eiusdem millesimo trecentesimo duodecimo, inditione decima, die
30 prima mensis Ianuar., pontificatus domini Clementis pape quinti anno septimo ac regni serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti anno tertio. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat[b] presentibus et futuris, quod cum prefatus dominus rex in primo adventu suo iocondo et felici ad civitatem Ianue multos invenerit homines carceratos in carceribus civitatis Ianue propter diversa[c]
35 crimina, maleficia et offensas, idemque dominus rex postmodum in publico et generali parlamento sive arenga Ianue in platea ante ecclesiam sancti Laurentii in conspectu sue regie magestatis cum sollempnitate debita congregato die vicesima secunda mensis Novembris nuper preteriti ab eodem populo humiliter et unanimiter requisitus, super hoc de ignata sibi clementia et pietate volens misericorditer agere cum eisdem, voluerit
40 et dictaverit, decreverit, pronunciaverit atque mandaverit, omnes carceratos predictos, qui non erant in casu iudicii ultimi supplicii sive qui ultimum supplicium non meruerunt

Nov. 22.

710. p) qui—in *in loco raso scripta; sequitur rasura unius verbi J.* q) proxime pre *in loco raso J.* r) ancianus | esse—tamen *in loco raso J.* s) et quolibet ipsorum *supra lineam add. J.* t) *sequitur delet.* cōse *J.* u) etiam—eidem *in loco raso J.* v) *sequuntur* per nostre maiestatis vicarium *deleta J.*
45 w) *sequitur* fo *delet. J.* x) *sequitur* eidem *delet. J.* y) *supra lineam add. J.* z) *post additum in initio lineae J.* a) *in loco raso J.* b) *super* pro *delet. J.*

711. a) *sequitur* dn *delet. J.* b) *sequitur* euidenter *delet. J.* c) *sequitur* đ *delet. J.*

et qui pro debitis singularium personarum non erant carcerati, a dictis carceribus liberari, ipsos ab aliis criminibus et maleficiis, propter que carcerati erant, ex certa scientia liberando et absolvendo[1], et Benevenutus[d] de Guillelmis civis Ianue olim de civitate Ianue propter guerras et dissensiones civium fuerit expulsus cum parte Spinulorum de Loculis et sic eiectus et expulsus racione guerre predicte civibus et districtualibus Ianue et aliis dampna plurima intulerit et sic guerram faciendo a Ianuensibus captus extiterit et in dictis carceribus longo tempore detentus usque ad tempus gratie dicti domini regis supradicte, de quibus carceribus virtute dicte gratie extitit liberatus, hinc est quod hac die presenti prefatus dominus rex precepit et mandavit de predicta sua gratia et decreto ipsi Benevenuto[e] fieri publicum instrumentum. Volens et decernens ipsum Benevenutum[f] gaudere perpetuo sua gratia supradicta[g], inibendo expresse, ne occasione offensarum predictarum ratione guerre predicte per ipsum Benevenutum[f] factarum et commissarum a quoquam de cetero molestetur realiter vel personaliter. Non obstantibus quibuscunque inquisitionibus, processibus seu sentenciis occasione predictarum offensarum per quoscunque iudices seu officiales latis in eundem, quas sententias et processus idem dominus rex ex certa scientia revocavit, cassavit et etiam adnullavit. Precipiens michi Bernardo infrascripto notario, ut de predictis facerem publicum instrumentum.

Actum est hoc in domo domini Barnabosii[h] de Auria in contratta sancti Thome prope Ianuam, presentibus dominis comite Caceleneboche, Baxiano de Guachiis[i] legum professore testibus ad premissa vocatis et rogatis.

712. *ORDINATIO DE CONSULIBUS IN OFFICIO REMANENTIBUS.*
1312. Ian. 31.

Servatur in solo J *fol. 4.* *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Anno nativitatis[a] eiusdem millesimo CCC duodecimo, indit. decima, ultima die mensis Ianuarii, in domo domini[b] Bernabovis in quadam camera dicte domus, ubi serenissimus princeps ac dominus dominus Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus habitabat. Noverint universi et singuli per hoc publicum instrumentum, quod placuit dicto domino regi et voluit, quod Iacobus Baratus magister, Attrasius de Montecellis, Martianus de Litis de Terdona remaneant in officiis consulatu(um), in quibus nunc sunt, et ea fideliter exerceant, quousque idem dominus rex per se vel per alium de dictis officiis aliter duxerit ordinandum. Et precepit michi notario infrascripto, ut de premissis facerem publicum instrumentum.

Acta sunt hec anno, die mensis, indic. et loco predictis in civitate Ianue, presentibus dominis Conrado de Auria, Anthonio de Placentia et Levantino de Levanto iudicibus et Angelo Tartaro testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

711. d) venutus *super* dictus *delet. J.* e) *super* Benedicto *delet. J.* f) *super* Benedictum *delet. J.* g) supra *super* pre *delet. J.* h) *sic J; cf. not.* b *ad nr. 712.* i) gāchiis *J.*

712. a) *sequitur* d *deleta J.* b) *sequitur* Bernabosii *deletum J.*

1) *De quibus rebus instrumentum servatum non est.*

713. 714. SCRIPTA AD MARCHIONEM MONTISFERRATI SPECTANTIA.

1311. Nov. 14.—1312. Febr. 2.

713. *CONCESSIO REGIS. 1311. Nov. 14.*

5 *Proponimus ex* J *imbreviatura a scriba incognito exarata, a Bernardo vero correcta, quae superest inter Acta eiusdem notarii Taurini in tabulario regio 'Diplomi imperiali Mazzo 3 nr. 23' (= Doenniges Ms. IV, de quo v. supra ad nr. 563) fol. 22. In margine superiori Bernardi manu scriptum est:* factum semel pro marchione; *cf. supra pag. 433 lin. 1 et pag. 435 lin. 22. Quam denuo inspeximus. Edidit Doenniges l. c.* 10 *II, 23 nr. 14. — Böhmer, Reg. Heinr. 439. (P. deest.)*

(1) Serenissimus dominus H(enricus) Dei gratia Romanorum rex semper augustus dedit et concessit licentiam magnifico viro domino Theodoro marchioni Montisferati, quod possit obligare et inpignorare usque ad castra IIII marchionatus Montisferati, quem dictus marchio in feudum a dicto domino rege tenet, et hoc usque in quantitate flore- 15 norum XX^{M} et non ultra et sub pactis, modis et condicionibus infrascriptis, que in dicta licencia et concessione semper intelligantur inesse. Videlicet quia dictus marchio debet et solempniter promisit ipsum dominum regem sequi et associare Romam ad felicisimam expedicionem coronacionis sue cum C equitibus, prout eidem servire promisit secundum formam instrumenti scripti manu etc.[1]. Et castra predicta, si contingat ipsum marchionem 20 obligare velle pro habenda et recuperanda peccunia in dictum iter et adsociacionem regiam convertenda et expendenda, possint et debeant poni in manibus domini Guidonis de Coconato et consortum suorum seu aliorum fidelium imperii, de quibus dictus dominus rex consentiret. Et est actum expresse[a], quod dictus dominus rex possit dicta castra redimere et recuperare a quocunque, cui traddita seu obligata forent, solvendo peccuniam, 25 pro qua obligata fuissent usque in summam predictam et non ultra. Et[b] si redimerit dictus dominus rex dicta castra vel aliquod eorum, ipsa restituere teneatur dicto marchioni vel legitime persone pro eo semper et quotiens dictus marchio vel legitima persona pro eo solverit dicto domino regi illam peccuniam, quam dictus dominus rex vel alius pro eo propter ea solvisset pro redemptione ipsorum. Et ita sollempniter 30 promissit ipse dominus rex dicto marchioni[b].

(2) Qui marchio promissit dicto domino regi omne debitum servitium pro dictis castris facere, acsi remansissent et essent in manibus suis. Et etiam se facturum et curaturum promisit marchio predictus, quod dictus Guido et ille seu illi, in quem vel quos obligacio seu inpignoracio fieret de dictis castris vel aliquo eorum seu aliquo 35 modo pervenient castra predicta vel aliquod eorum, vivam guerram et pacem et omne alliud debitum servicium facient ipsi domino regi de castris predictis et hominibus ipsorum, sicut tenetur ipse marchio et tenebatur ante concessionem presentem.

(3) Dictus autem Guido solempniter promissit dicto domino regi pro dictis castris, si sibi obligabuntur, impignorabuntur vel ad manus eius pervenerint omnia vel aliquod 40 eorum, de ipsis et pro ipsis, que ad manus eius pervenerint ut supra, vivam guerram et pacem et omne alliud debitum servicium de ipsis et hominibus eorum facere ipsi domino regi, si per dictum marchionem non fiunt ut supra, in omnibus et per omnia,

713. a) Et est—expresse *manu Bernardi addita J.* b) Et si—marchioni *item m. B. adiecta J.*

1) *Videtur intelligi supra nr. 483; cf. nr. 548.*

sicut debet vasallus domino suo, et dicta castra libere restituere ipsi domino regi soluta ipsa pecunia, pro qua oblicata[c] fuerunt ut supra dictum est.

(4) Et ad maiorem firmitatem et cautelam omnium predictorum dicti domini marchio et Guido iuraverunt ad sancta Dei euangelia corporaliter tactis scripturis et etiam solempniter promiserunt dicto domino regi, predicta omnia et singula atendere 5 et observare et hoc sub pena libr(arum) M boni et puri auri legitime stipulata et promissa, ratis semper predictis manentibus. Obligantes propterea ipsi domino regi pignori omnia bona et iura ipsorum habita et habenda, que liceat ipsi domino regi, si non servaretur ut supra, auctoritate sua ingredi, a[c]cipere et tenere. Et de predictis precepit fieri plura publica instrumenta in laudem sapientie regie mayestatis. 10

Actum Ianue in domo, quam inhabitat dominus rex, presentibus Treverensi, dominis Hugone de Vico, Baxiano de Guachiis, Petrus[c] de Tuderto, Gotifridus[c] comes de Linenigue. Anno tricentesimo XI, indic. X, XIIII. die Novembris, pontificatus domini C(lementis) pape anno septimo.

714. *PROMISSIO MARCHIONIS. 1312. Febr. 2.* 15

Denuo contulimus autographon eiusdem tabularii 'Diplomi imperiali Mazzo 4 nr. 4' servatum. Scriptum est manu Leopardi Frenetti notarii, exceptis subscriptione et verbis millesimo—Novembris *(pag. 696 lin. 28/29 et pag. 697 lin. 39/40), quae Bernardus de Mercato bis adiecit. Edidit Doenniges l. c. II, 168 nr. 36. (P. deest.)*

In nomine Domini amen. 20

Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat presentibus et futuris, quod cum nobilis vir dominus Teodorus marchio Montisferrati promisisset serenissimo principi domino Henrico Dei gratia Romanorum regi semper augusto ac etiam iurasset et per pactum speciale se sollempniter obligasset servire dicto domino regi et eum asociare cum centum equitibus sufficienter armatis, quorum quilibet haberet duos 25 equos ad minus, unus quorum esset destrarius ad arma et alius ronzinus, et cum comitiva et equis predictis servire deberet ei usque ad annum unum tunc proximum secundum formam instrumenti[1] inde scripti manu magistri Bernardi de Mercato notarii millesimo[a] tricentesimo decimo, indicione octava, die vigesima quinta mensis Novembris[a], dictusque marchio suplicaverit dicto domino regi, quatenus dictas promissiones et conventiones 30 per formam et modum infrascriptum modificare dignaretur, ex eo quod dictus marchio promissiones et conventiones[b] predictas propter brigas et turbationes dicti marchionatus asserebat se non posse comode adimplere, et dictus dominus rex ad petitionem et preces dicti marchionis dictas promissio[nes] et conventiones modificaverit secundum formam licterarum[2] ipsius domini regis datarum Ianue, millesimo trecentesimo duodecimo, quarto 35 Febr. 2. Nonas Febr., regni vero ipsius domini regis anno quarto, idcirco dictus marchio volens bona fide agnoscere et promissa servare, sollempniter promisit nobis Leopardo et Bernardo notariis infrascriptis officio publico et tanquam publicis personis recipientibus nomine et vice dicti domini regis et pro eo, servire ipsi domino regi cum quinquaginta equitibus armatis, quorum quilibet habeat duos equos, unus quorum sit destrarius 40 ad arma et alius roncinus, et mille peditibus armatis per partes Lombardie, ubicunque voluerit dictus dominus rex, per tempus trium mensium continue vel divisim, prout et quando dicto domino regi videbitur et ad voluntatem dicti domini regis, propriis sump-

713. c) *sic J.*

714. a) millesimo—Novembris *manu Bernardi interposita sunt or.* b) conv. et prom. *signo transponendi posito or.* 45

1) *Supra nr. 483.* 2) *Litterae regis servatae non sunt.*

tibus et expensis dicti marchionis, et eidem domino regi vel eius tesaurario eius nomine recipienti presentialiter dare et solvere sex milia florenorum auri.

Que omnia et singula dictus marchio dicto domino regi attendere et observare promisit, nobis predictis notariis recipientibus nomine quo supra, sub pena mille librarum 5 boni et puri auri et etiam sub alia eadem pena in dicto instrumento scripto manu dicti Bernardi notarii apposita, ratis manentibus supradictis. Obligando pro observatione predictorum ipsi domino regi omnia bona sua habita et habenda, asserens dictus marchio se esse maiorem annis viginti et iurans ad sancta Dei euangelia corporaliter manu tacta super animam suam, predicta omnia et singula facere et observare et in aliquo contra 10 non venire ratione minoris etatis vel aliqua alia causa. Et precepit dictus marchio nobis predictis notariis, quod de predictis faciamus publicum instrumentum.

Actum est hoc in domo domini Bernabovis de Auria posita in contrata sancti Thome de Ianua extra Ianuam, in qua idem dominus rex moratur. Presentibus dominis Amedeo comite Sabaudie, Manfredo marchione Salutiarum, Antonio de Placentia iudice, 15 Frederico de Salutiis, Guidone de Coconato, Lancea de Corticellis iudice et Ambrosio de Brodolano testibus ad hec rogatis et vocatis. Dominice nativitatis anno millesimo trecentesimo duodecimo, indictione decima, die secunda mensis Februarii, ac regni ipsius domini regis anno quarto.

(S. N.) Ego Leopardus filius condam Frenecti notarii de Sancto Pietro de Pisis 20 imperiali auctoritate iudex ordinarius atque notarius et cammere predicti domini regis scriba publicus predictis omnibus et singulis una cum infrascripto magistro Bernardo notario presens fui et hanc inde cartam scripsi et in publicam formam redegi meoque signo consueto signavi rogatus.

(S. N.) Et ego Bernardus de Mercato de Yanna Bellicensis dyoc. sacrosancte 25 Romane ecclesie ac sacri imperii auctoritate publicus notarius suprascriptis omnibus una cum dicto Leopardo notario presens fui et huic presenti publico instrumento manu propria me subscripsi ipsumque signo meo consueto signavi[c].

---

715. 716. ACTA PROCESSUS PRIORIS CONTRA CIVITATEM FLORENTINAM.

30 1311. Nov. 20.—Dec. 24.

Cf. de omnibus, quae hunc processum praecedunt, etiam ea quae narrat Nicolaus Botrontinensis (ed. Heyck) pag. 34 lin. 12 sqq. et pag. 37—42.

715. *INQUISITIO ET CITATIO CIVITATIS. Nov. 20.*

Codicem bibliothecae Riccardianae Florentinae nr. 786 (M II nr. 111) chart. fol. 35 *saec. XV. in. fol. 237, ubi sola servatur, denuo contulit vir cl. Holder-Egger. Est ibi rubrum:* Hec est quedam copia cuiusdam processus sive sentencie contra Florentinos latae et datae ab Henricho imperatore de Luçelburgho. *Ad eundem codicem redire editionem haud sufficientem, quam paravit Lamius 'Deliciae eruditorum' [VIII] (Floren-*

714. c) *in margine inferiori manu Bernardi adiecta sunt:* Millesimo tricentesimo X, indit. octava, 40 die XXV. mensis Novembris *or.*

tiae 1740) ad calcem Historiarum utriusque Siciliae Laurenti Bonincontri pag. 200 sqq., ex varia lectione apparet. Orthographiae Italicae vestigia non omnia adnotavimus. Textum haud ubique sanari potuisse dolemus. Cf. etiam infra nr. 716 cap. 6 et pag. 703 not. 1.
(P. 519.)

(INQUISITIO) 5

[I]n eterni omnipotentis Dei nomine amen.

1. Harum[a] presentium serie litterarum cunctis legentibus necnon audientibus[b] appareat evidenter, quod fama vulgari et notoria precedente ac multorum veridica relatione ferente pervenit ad audientiam serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti, quod Florentinorum effrenata temeritas ac superbia 10 eorundem iniciata contra ipsam regiam maiestatem ac sacrum Romanum imperium, non verens gravibus et enormibus iniuriis et contumeliis et excessibus tam graviter quam enormiter ipsam maiestatem ledere, non cessavit diucius et crebro non cessat. Propter quod exemplo[c] Christi, cuius vicem ipsa regalis dignitas in terris circa temporalia noscitur obtinere, nolens graves iniurias, contumelias et offensas, prout infra seriosius[d] 15 declarantur[e], sub silentio pertransire, descendit et descendere intendit ad veritatis indaginem, si opere compleverint, quo[d] testis ipsa fama denuntiat. Sane ipsorum dura protervia non attendens, quemadmodum sit grave tantam maiestatem offendere temporalem, non habentes Deum pre oculis, tamquam inobedientie filii scelera criminibus accumulantes, et licet de ceteris ipsorum sceleribus sub silencio et dissimulacione 20 taceatur ad presens, multa nefaria[f] gravissima, que nullatenus videntur posse[g] tergiversatione celari, graviter commiserunt.

2. In primis quidem cum per speciales nuntios et magne auctoritatis viros Phylippum Eistetensem[h] episcopum, Lodovicum de Sabaudia, Basianum de Guaschis legum professorem [legatos][i] ad partes Tuscie requisiti fuerunt Florentini predicti in consilio 25 publico, quod removeretur seu removeri facere[n]t exercitum, quem habebant super Aretinos fideles Romani imperii, ac etiam potestati et rectoribus dicti comunis Florentinorum preceptum foret per eosdem et sepius, quod sub pena decem milia marcarum auri[k] dictum exercitum facerent removeri, quod facere minime curaverunt, quin imo post preceptum prefatum deteriora fecerunt dampna, vasta[tiones] et incendia quam 30 plurima committendo. [Item][l] in dedecus et contemptum ipsius domini regis Guidonem della Turre de Mediolano proditorem, rebellem et forbannitum[m] ipsius domini regis et sacri Romani imperii scienter et appensate receptantes contra voluntatem et mandatum eisdem Florentinis super hoc litteratorie destinatum mandatumque vilipendentes ex toto. Preter hec etiam Florentini prefati scientes, Cremonenses fore inobedientes et rebelles 35 sacri Romani imperii, requisiti ab eisdem Cremonensibus, ut eisdem darent aliquem eorum civem in potestatem et rectorem, ut per eum possent gubernari et manuteneri in rebellione predicta, quod minime facere recusarunt, quin ymmo Raynerium Marignani de Bondelmontibus eorum concivem in ipsorum potestatem seu rectorem concesserunt et dederunt scienter et appensate in grave preiudicium et iacturam prefati 40 domini regis.

3. Post hec speciales nuntios et magne auctoritatis viros dominum fratrem Nicholaum episcopum Butrontinum[n] et Pandolffum de Sabellis de felici genere Romanorum domini pape notarium, consiliarios ipsius regie maiestatis ac etiam legatos ad Florentinos eosdem et ad alias civitates Tuscie et circumposite regionis, qui salutem et pacem 45

715. a) *sequitur* presentie *deletum c.* b) *alia manu corr. ex* videntibus *c.* c) exempla *c.* d) *alia manu corr. ex* serius *c.* e) *alia manu corr. ex* declaratur *c.* f) in fera *c.* g) *sequitur* se *deletum c.* h) Phylippum *alia manu add.;* Cisteriensem *c.* i) *deest c; sic fere addendum.* k) *manu posteriori in margine add. c.* l) *deest c; sic fere addendum.* m) fore bannitum *c.* n) lucterinum *c.*

çelabantur ipsorum, ex parte ipsius serenissimi principis [missos][o], ut eosdem et alios [monerent][o] more regis pacifici miseracione piissima disponentis, ipsos et alios subiecto[s] Romano imperio debere esse pacificos et modestos, et ad hec per salutaria monimenta[p] eos inducerent et dignarent directionibus opportunis, sed ipsorum effrenata temeritas
5 ac superba cupiditas more tyran[n]ico satagens aliis dominari, nolentes Florentini prefato suavi iugo imperialis culminis eorum colla subici pro bono pacis et tranquillitatis ipsorum et tocius regionis iam dicte, sed pocius voluntati rationem subicientes, Pharaonis inmitati duriciam et opturantes more aspidis aures suas[1], elata obstinacione pacis et obedientie huiusmodi[q] salubria monita viliter despexerunt et huiusmodi despectione
10 sola non contenti, more predonio equis et aliis bonis et rebus ipsorum, quas secum portabant, nequiter spoliarunt seu spoliari fecerunt prope civitatem Florentie eosque et familiares ipsorum gravibus contumeliis et offensis graviter affecerunt seu affici fecerunt in grave dedecus et obprobrium ipsius regalis culminis ac sacri Romani imperii ac rei publice Romanorum.

15 4. Quin ymmo cum Brissienses [essent][o] hostes ipsius regie maiestatis ac sacri Romani imperii, scienter et desiderate eisdem Brissiensibus sic in sua duricia et pertinacia commorantibus prebuerunt consilium, auxilium et favorem, destinando eisdem magnam pecunie quantitatem, per quam possent in sua duricia permanere. Hiis etiam non contenti per civitatem eandem publice et alta voce preconis banniri fecerunt, quod
20 unicuique licitum foret impune offendere in personis et rebus gentes illius, qui se gerit pro rege Alamanie, ipsum nolentes suum ac Romanorum regem aliquatenus appellare, supprimentes ipsius veri nominis dignitatem in ipsius obprobrium et despectum. Preter hec etiam dominum Lodovicum de Sabaudia alme Urbis senatorem illustrem, per sacrosancte Romane ecclesie summum pontificem in ipsa senatoria dignitate sollempniter
25 confirmatum ac per Romanum populum de mandato ipsius summi pontificis electum et sollempniter nominatum, dicentes et asserentes senatori predicto per ipsius comunis litteras speciales, eius reditum[r] fore in ipsius iam dicti regis favorem et statum, et propterea ipsum transitum facere per civitatem eandem eiusque districtum nullatenus permittere intendebant.

30 5. Coniuracionem, conspiracionem et[r*] societatem, si societas dici posset, concorditer inierunt cum pluribus civitatibus et universitatibus provincie supradicte contra honorem et statum regie maiestatis, non recolentes in predictis verba Petri apostolorum principis: 'Estote subiecti omni creature propter Deum, sive regi tamquam precellenti, sive ducibus tamquam ab eo missis'[2], sed econtra cecatis[s] animis, elevatis superbie cornibus
35 venientes in malorum profundum circa supradicta et quodlibet predictorum ac circa plurima alia detestabilia, enormia ac facinorosa, per que lese maiestatis crimen graviter incurrerunt. Et hec omnia fuerunt de anno proxime preterito ac de anno presenti.

6. Super quibus omnibus et singulis superius expressis et nominatis et in genere comprehensis et aliis coherentibus eisdem et dependentibus ab eisdem idem dominus
40 rex de plenitudine potestatis et auctoritatis regie, cum non possit absque gravi Christi offensa ipsorum iniquitates amplius tollerare, cogitur et intendit inquirere veritatem et ipsum comune et homines civitatis iam dicte eiusque districtus repertos culpabiles in predictis vel aliquo predictorum debita pena et penis punire et condempnare secundum sue voluntatis arbitrium et secundum quod tanta facinora tam gravia quam detestabilia
45 penarum exigunt ulcionem, ita et taliter quod ipsorum corrigatur nephanda temeritas

715. o) *deest c; sic fere addendum.* p) monumenta *c.* q) *sequuntur* despectione sola non contenti more predomo modi *expuncta c.* r) redditum *c.* r*) et consp. *c.* s) *ita coniecit Zeumer;* sed eorum cecitas animis *c.*

1) *Ps. 57, 5.* 2) *1. Petr. 2, 13. 14.*

et tradatur aliis in terroris exemplum et ne eorum penalis impunitas aliis incentivum tribuat delinquendi.

(CITATIO)

7. Millesimo trecentesimo XI.[t], indicione decima, die XX. mensis Novembris, discreti et prudentes viri domini Petrus de Tuderto et Bartholus de Spoleto iudices maioris aule supradicti domini regis, habentes specialem commissionem ac delegationem et plenariam potestatem ab ipso domino rege inquirendi et procedendi contra comune et homines civitatis Florentie eiusque districtus super variis excessibus et delictis, prout in superiori inquisitione plenius continetur, ut de ipsa commissione et delegatione ac plenaria potestate constat plenius per scripturam publice factam manu Thome notarii[1], considerantes, quod citatio fieri non possit commode de dicto comuni et hominibus civitatis Florentie per nuntium nec per litteras metu mortis et corporis cruciatus[t*], quem universaliter Florentini prefati inferrent et inferre possent de nuntiis dicti domini regis eosdem citantibus propter ipsorum obstinatam superbiam, sedentes idcirco pro tribunali mandaverunt et commiserunt clerico bannitori dicti domini regis et comunis Ianue presenti et in se mandatum sponte recipienti, quatinus publice et alta voce sonu[u] tube premisso citet et requirat[v] comune et homines[w] civitatis Florentie tam in aula domini regis quam etiam in omnibus locis consuetis civitatis Ianue, quod ipsum comune et homines per legittimum sindicum sociatum cum duodecim melioribus hominibus dicte civitatis Florentie comparere debeant infra quindecim dies proxime venturos coram dicto domino rege seu coram dictis[x] dominis iudicibus ad excusandum se, si potuerint[y], ab inquisicione quadam, que fit et fieri intenditur contra dictum comune et homines per prefatum dominum regem super quibusdam excessibus et delictis, que commissa et perpetrata dicuntur per dictum comune et homines Florentie, et ad obediendum mandatis ipsius domini regis, que in infrascriptis capitulis summarie declarantur.

Dec. 4.

8. Que capitula predicti iudices mandaverunt explicari[z] per dictum bannitorem[a] vulgariter et distincte, ut superius est expressum, ut ad noticiam dicti comunis et hominum Flor(entie) facilius valeant pervenire et ne affectatam ignorantiam pretendere valeant, etiam ipsa eadem omnia capitula in albo proponi in aula ipsius domini regis, ne ignorare valeant, quod publice proponitur in albo predicto:

9. (I) Inprimis quod cum Florentini et eorum rectores requisiti per ambasiatores ipsius domini regis, quod exercitum, quem habebant contra Aretinos, facerent elevari sub certa pena, quod facere cessaverunt. (II) Item quod[b] Guidonem della Turre de Mediolano rebellem et forbannitum[c] dicti domini regis scienter receptaverunt contra voluntatem dicti domini regis. (III) Item quod[b] Cremonensibus dederunt in potestatem sive rectorem Raynerium Maringnani de Buondelmontibus, ut eosdem manuteneret in rebellione contra dictum dominum regem. (IV) Item quod Brissiensibus tunc rebellibus sacri Romani imperii et ipsius domini regis miserunt magnam quantitatem pecunie, per quam possent in ipsa rebellione persistere. (V) Item quod societatem et conspirationem inierunt cum pluribus civitatibus et universitatibus Tuscie contra ipsam regiam maiestatem. (VI) Item quod Lodovicum de Sabaudia alme Urbis senatorem illustrem volentem redire[d] Romam ad exercendum officium senatorie civitatis predicte non permiserunt[e] transitum facere per civitatem et districtum eorum, asserentes eius reditum fore in auxilium dicti domini regis. (VII) Item quod

715. t) XI. *supra lineam c.* t*) us *corr. ex* uȝ *c.* u) *corr. ex* sono *c.* v) requiret *c.* w) *sequitur* comunis *delet. c.* x) *supra lineam add. c.* y) *corr. ex* potuerunt *c.* z) *sequitur eadem manu superscriptum* vulgariter, *sed deletum c.* a) banditorem *deletum, eadem manu superscriptum* banerium *c.* b) quia *c.* c) fore bannitum *c.* d) reddire *similiter semper c.* e) *sequitur* illum *expunctum c.*

1) *Quae servata non est.*

publice banniri fecerunt per civitatem ipsorum, quod cuilibet licitum foret impune offendere gentem illius, qui se faciebat regem Alamanie. (VIII) Item quod despoliaverunt et derobaverunt ambasiatores ipsius domini regis, videlicet fratrem Nicolaum episcopum Bottrentinum[f] et Pandolffum de Sabellis de civitate Romana[g] domini
5 pape notarium[g], consiliarios[h] dicti domini regis.

10. Et super hiis et aliis, que in ipsa inquisicione et processu plenius continentur, veniant responsuri[i] coram dominis iudicibus de iure infra quindecim dies proxime[k] Dec. 4. venturos, quem terminum primo, secundo et tercio et ultimo et peremptorio dicti domini iudices assignant eisdem. Alioquin adiecto termino inantea dicti iudices seu alter eorum
10 procedent contra eos iusticia mediante die predicta.

11. Clericus bannitor predictus retulit, predictis dominis iudicibus sedentibus pro tribunali in aula dicti domini regis, ubi ius redditur, ex commissione et mandato predictis publice, palam et alta voce, sonu[l] tube[m] premisso, bannivisse et preconiçasse ac requisivisse et citasse in dicta aula et in locis consuetis dicte civitatis Ianue in
15 omnibus et per omnia secundum formam dicti mandati, die predicta.

716. *BANNITIO CIVITATIS.* *Dec. 24.*

Ad eundem codicem fol. 239, ubi citationem supra nr. 715 statim sequitur, denuo contulit idem vir clarissimus. Edidit Lami l. c. pag. 207 sqq. Cf. infra nr. 768 cap. 6. — Böhmer, Reg. Heinr. 443. *(P. 521.)*

20 In nomine Domini amen.

Henricus[a] Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad certitudinem[a] presentium et memoriam futurorum.

1. Ad gubernationem sacri Romani imperii divina nobis provectis potencia, ad quietem et pacem cunctorum subditorum nostrorum collatas undique reformandas cura
25 sollicita nos astringit et[b] dies vigiles et noctes insompnes deducimus et labores continuos portamus, ut vim et momentum[c] Regis pacifici assumentes eiusdem pacis dulcedine epulemur famelicos Deo propicio nostros subditos universos. Et antequam ad partes proficisceremur Ytalie, per eandem nostros nuncios et legatos premisimus venerabiles Gerrardum Basiliensem et Philippum Eistetensem episcopos, Lodovicum de Sabaudia
30 virum strennuum et Basianum de Guaciis[d] legalis[e] sciencie professorem, singulis eiusdem provintie civitatibus atque comunitatibus regium notificantes adventum, favente Domino in Urbe imperiali diademate decorandum, ipsamque pacem omnibus publice predicantes. Et cum Florentinos, Christi domini nostri hereditatis que pax est expertes et protinus contemptores et proximorum devios caritate, ipsos contra divinum Regis mandatum
35 odientes[f], per comune civitatem Aretii imperii nostri fidelem nostri nuntii invenerunt hostiliter obsedisse, et dampna[g] in terris et aliis bonis eorum gravia inferentes, mandaverunt ex parte nostra Florentinis elatis predictis, sub penis pecunie gravibus eisdem hominibus et communi iniungentes, quod dictum inde amoverent[h] exercitum et ab ipsorum imperii fidelium iniuria et molestacione cessarent. Quod tamquam superbi
40 Luciferi filii[i] et heredes supernum et terrenum eorum dominos [non][k] verentes, contu-

715. f) *sic hic c.* g) et *add. c.* h) consiliarium *c.* i) *sequitur* de iure *eadem manu supra lineam etiam hic add. c.* k) proximos *c.* l) *corr. ex* sono *c.* m) campane *deletum et alia manu (saec. XV.) superscriptum* tube *c.*

716. a) ⁞ Henricus—certitudinem ⁞ *c.* b) ad *c.* c) momenti *c.* d) Guati:is *corr. c.* e) *sequitur*
45 sciens *del. c.* f) hodientes *super* occidentes *deleto eadem manu superscriptum c.* g) danna *eadem manu corr. super* dina *delet. c.* h) admoverent *c.* i) *corr. ex* filiis *c.* k) *deest c.*

maciter facere contempserunt eisdemque obsidioni[l] et offensioni predictorum nostrorum fidelium insistentes in[m] Dei et maiestatis nostre despectum, sicut ipsorum legatorum nostrorum nobis relacio veridica patefecit.

2. Deinde nobis ingredientibus[n] provintiam Ytalie[o] memoratam et continue procedentibus in persecutione pacis iam dicte, dicti Florentini ut nequitie filii Guidonem de Turre de Mediolano rebellem et hostem nostri imperii leseque maiestatis crimine publice exbannitum et condempnatum contra voluntatem et inhibicionem nostram dolose et scienter in eiusdem[p] contemptum imperii receptarunt et in eorum civitate predicta publice tenuerunt. Item civitatem Cremone in rebellione nostra hactenus prorumpentem in eadem manutenere et confovere comune et homines dicte civitatis Florentie audaci nequicia presumentes, Rainerium Maringnani de Bonde[l]montibus concivem ipsorum in potestatem et rectorem dictis Cremonensibus tunc nostris rebellibus concesserunt, ad eorum regimen ipsum personaliter transmittendo.

3. Similiter civitatem et homines Brisie olim in rebellionem nostram et Romani imperii prosilitos nobisque in eiusdem[q] obsidione[r] morantibus, subvencione magne quantitatis pecunie ad obstinandum et manutenendum eos in rebellione prefata, in imperii nostri contemptum comune et homines dicte civitatis Florentie confoverunt, inientes et etiam temerarie facientes predicti superbie filii societatem, conspiracionem et confederacionem cum pluribus aliis Tuscie civitatibus et comunitatibus contra nos et Romanum imperium et sese in opposicionem nostrarum gentium equitum multitudine[s] muniendo. Dicto etiam Lodovico de Sabaudia alme[t] nostre Urbis senatori illustri ad ipsius regimen redire volenti per ipsorum civitatem et districtum in contemptum et lesionem nostri imperii transitum nequiter denegaverunt, asserendo ipsius senatoris in Urbe regimen posse in favorem nostri imperii redundare.

4. Que quamcumque[u] maiestatis nostre animum offendissent et per ea videremus eosdem in ipsorum dampnationis et rebellionis consilio obstinatos, volentes tamen consideracione pii ac benigni patris et domini filios et subditos devios a via perdicionis retrahere lenitivo modo et de plano pocius quam armorum et aliorum fidelium nostrorum parcere laboribus sumptuosis, de procerum nostrorum consilio decrevimus[v] ad ipsos transmittere nuntios sollempnes et venerabiles viros dominum Pandolffum de Sabello domini pape notarium et fratrem Nicholaum episcopum Buttrentinum[w] consiliarios nostros, ut eosdem paterna monicione et exortacione inducerent, quod ad frugem melioris et sanioris redeuntes consilii nos benignum eorum patrem et dominum recognoscerent orationis nube deposita prelibati. Cumque dicti nostri nuntii se ad dictam civitatem Florentie vicinassent et ad villam Lastre prope ipsam civitatem Florentie descendissent, tamquam aspis audire dictas monitiones salutiferas non volentes, eorum prescito[x] adventu et deliberato consilio in superbie et dampnacionis spiritum plus accensi, publice per eorum civitatem et alta voce banniri ac preconiçari fecerunt, quod nulla persona receptaret nostros nuntios memoratos et cuilibet liceret, ipsos et gentem nostram realiter et personaliter offendere sine pena, ipsosque in loco predicto violenter aggredi per magnam equitum et peditum armatorum Florentie concivium comitiva[m] et ipsos derobari et spoliari fecerunt equis quam pluribus et rebus aliis eorumdem, contra ipsos et familiares ipsorum iniurias graves et alia plura scelera contra nos et nostrum imperium perpetrando non sine gravi contemptu nostri imperii et offensa. Committentes predicta omnia et singula temporibus in nostra inde inquisicione seriosius designatis.

716. l) obsedioni *c.* m) *sequitur* audaciam *expunctum c.* n) ingred. *corr. ex* in egred. *c.* o) Ytaliam *c.* p) *corr. ex* eisdem *c.* q) eisdem *c.* r) obsedione *corr. ex* obsedicione *c.* s) multitudinē *c.* t) aule *c.* u) quamtumcumque, tū *supra lineam add., sed post delet. c.* v) decernimus *c.* w) Buttentrinum *c.* x) *corr. ex* prefatu *c.*

5. Predicta igitur fama etiam publica et notoria deferente in nostram deducta[y] notitiam non volentes[z] conniventibus oculis ulterius pertransire, contra predictos comune et homines requirere ac eosdem punire decrevimus de predictis ipsosque citari et requiri per discretos viros Petrum de Tuderto et Bartholum de Spoleto legum doctores, 5 aule nostre iudices, quibus ex speciali mandato commisimus, voce preconia et per edictum publice propositum, quod infra certum terminum iam elapsum in curiam nostram coram ipsis legittime et peremptorie curarent accedere per eorum legittimum sindicum et cum duodecim hominibus melioribus terre ipsorum, nostra super hiis facturi mandata et responsuri ac se excusaturi super inquisicione prefata. In quo quidem 10 termino comparere nullatenus curaverunt.

6. Deinde ad ipsorum omnem maliciam et contumaciam superandam, iterato[1] requiri et citari fecimus eosdem modis predictis, quod in alio termino iam elapso in eadem forma coram dictis nostris iudicibus et alio seu aliis per nos deputatis vel deputandis in curia nostra curarent peremptorie[a] comparere, nostra super his facturi 15 mandata et se excusaturi et responsuri peremptorie super inquisicione predicta. Alioquin pro confessis et convi[n]ctis haberentur de predictis omnibus et singulis predictorum et tamquam confessi et lege convincti condempnarentur ac etiam bannirentur. Citantes etiam eosdem per idem[b] preconium et edictum, quod certo alio termino post edictum peremptorie decurrendo[b*] in curia nostra per dictum eorum sindicum legittime et 20 peremptorie comparere deberent, predicta exbannimentum et sententiam audituri. In quibus terminis comparere contumaciter contempnentes contumacias contumaciis et [inobedientias][c] inobedientiis cumularunt.

7. Ne igitur tanta et talia facinora remaneant impunita et ut cedat aliis in exemplum, ne de ipsorum contumacia valeant gloriari, ipsosque comune et homines 25 propter eorum contumaciam pro confessis et legittime convinctis habentes de omnibus et singulis excessibus supradictis, Christi nomine invocato, pro tribunali sedentes

(I) in hiis scriptis sentencialiter privamus dictum comune et homines civitatis Florentie mero et mixto imperio[d], iure et dominio potestarie et rectorie, capitanarie omnisque regiminis et omni iurisdictione, quibus usi sunt seu uti consueverunt in 30 eadem civitate eiusque districtu et territorio. (II) Castra quoque et civitates, villas et districtum eiusdem civitatis Florentie et omnia bona, que ipsa civitas et comune Florentie habent seu possident intra et deforis ubicumque, camere nostre et Romani imperii confiscamus et perpetuo publicamus. (III) Privantes eosdem statutis et legibus municipalibus et auctoritate ea in futurum condendi et omnibus feudis, 35 franchisiis, privilegiis, libertatibus et immunitatibus et honoribus ab imperatoribus seu regibus Romanorum predecessoribus nostris concessis eisdem, quibus se reddiderunt indignos, ipsaque revocantes cassamus et ex certa scientia ac nostra[e] sententia irritamus. Et nichilominus ipsum comune et homines in quinque millibus librarum[f] auri solvendis camere nostre et Romani imperii condempnamus. (IV) Priores quoque 40 et consiliarios dicte terre necnon ceteros rectores et officiales, qui nunc sunt et qui de cetero dicta rebellione durante ad dicta officia assumentur, perpetua dampnamus infamia et tamquam dicte rebellionis conscios et fautores perpetuo exbannimus. (V) Et

716. y) *corr. ex* deductā *c.* z) volentibus *c.* a) perhemptorie *saepius c.* b) eodem *c.* b*) ut *add. c.* c) *deest c.* d) *sequitur* de *c.* e) *superscriptum c.* f) libris? *c.*

45 1) *De Citatione supra nr. 715 cogitare licet. Huc etiam spectare videtur notitia manu Bernardi imbreviaturae Cassationis conventionum cum Karolo rege Siciliae a. 1311. dic 22. Nov. editae (supra nr. 709 sub M) adiecta, quam Doenniges l. c. II, 112 male lectam explicare nescivit. Quae haec verba praebet:* Memorandum de assignatione unius mensis facta Tuscis per dominum, quam debet dictare dominus P(etrus) de Tuderto.

insuper omnes et singulos cives et incolas ac districtuales dicte civitatis Florentie exbannimus, decernentes, quod nulla civitas, castrum vel baro, comunitas aut specialis persona dictos comune, cives et districtuales vel aliquem ipsorum receptet vel det eisdem auxilium quomodolibet vel favorem post unum mensem completum a die huius sententie late inchoandum, sub pena cuilibet comuni civitatis quinquaginta librarum auri et cuilibet castro vel baroni viginti librarum auri et cuilibet speciali persone unius libre auri persolvenda nostre camere et plus et minus ad nostrum arbitrium, considerata qualitate personarum et modo delicti. Et hec pena tociens committatur, quotiens contra factum fuerit. (VI) Et decernentes, quod quilibet possit ipsos Florentinos tamquam bannitos et rebelles nostros et sacri Romani imperii personaliter capere, tamen sine lesione personarum, et in nostram fortiam assignare et ipsorum bona capere et habere. In[h]ibentes, quod nullus dictorum comunium vel singularium personarum civitatis Florentie et districtus debitor ipsis de eorum debitis satisfaciat vel respondere presumat.

1312. Ian. 24.

8. Ab omnibus autem predictis excipimus illos qui sunt de familia nostra et illos qui sunt exules racione parcium de ipsa civitate et eius districtu[g] eorumque familias et res, quos familiares nostros et exules eorumque familias et bona a dictis penis et bannimento et sententiis eximimus et sub protectione nostra et Romani imperii reservamus. Mandantes, quod potestas et capitaneus civitatis iam dicte eorumque iudices et notarii, nisi infra viginti dies ab huiusmodi nostre prolatione sententie decernendos ab ipsis officiis et civitate discesserint, vel qui de cetero ad dicte potestarie, capitanarie, iudicatus vel tabellionatus officia vocati[h] presumpserint ad exercendum eadem[i], a iudicandi, assidendi et instrumenta publica faciendi potestate omnique honore et dignitate sint ipso iure privati perpetue. Quia[k] infamie volumus et decernimus subiacere eosdem, nisi predicti comune et homines infra viginti dierum spacium per sindicum legittime ordinatum comparuerint coram nobis, mandatis nostris super hi[i]s omnibus efficaciter parituri.

Ian. 12.

9. Et predicta omnia ex certa scientia et de plenaria potestate regie maiestatis[l] pronunciari[m] facimus ac etiam promulgamus ex certa scientia[n], statuentes predictam sententiam et processus super hiis habitos valere et obtinere roboris perpetui firmitatem, non obstantibus si iuris ordo et sollempnitas in predictis non fuerint observati vel aliquis alius defectus posset opponi, et non obstantibus legibus aliquibus, quibus cavetur absentes dampnari non posse et quod ordo iuridicus sit servandus. Quibus omnibus et aliis contra facientibus quoad predicta ex certa scientia et potestate plenaria derogamus. Salva et reservata nobis balia[o] et potestate[p] addendi, minuendi, corrigendi et interpretandi[q] in omnibus et singulis supradictis, prout et quando nobis videbitur expedire.

Data, lata et pronunciata est dicta sententia per predictum dominum regem sedentem pro tribunali et lecta et publicata mandato et in presentia ipsius domini regis per discretum virum dominum Sanctum de Ripparolo iudicem et consiliarium ipsius domini regis et in presentia nostrum Leopardi, Bernardi et Iohannis notariorum dicti domini regis camere, quibus et cuique nostrum in solidum idem dominus rex mandavit, quod de predictis omnibus et singulis conficiamus et demus publica instrumenta. Ianue in platea fratrum Predicatorum de Ianua posita[r] infra domos dictorum fratrum extra muros civitatis Ianue, cui platee coheret dormitorium dictorum fratrum ex una parte et ex alia claustrum infirmorum et ex alia parte via publica et ex alia piscina, per quam etiam plateam habetur ingressus in ortum[s] ipsorum fratrum. Presentibus

716. g) *sequitur* et *c.* h) *sequitur* ut, *sed delet. c.* i) eandem *c.* k) q3 *c.* l) magiest. *c.* m) pronunciamus *c.* n) *sequitur* et sententia *del. c.* o) *corr. ex* baliva *c.* p) potestatē *c.* q) interpetrandi *c.* r) *corr. ex* ponit *c.* s) in ortum *post add. supra lineam c.*

venerabilibus patribus domino Baldovino archiepiscopo Treverensi, Teobaldo episcopo Leodiensi[t] et dominis Amedeo comite[u] Sabaudie, Roberto de Flandria[v], Ughone Dalffini, Baldovino de Montorneto milite, Lodovico comite[w] de Utinguen, Raynerio de Grimaldis milite de Ianua civitate, Manfredo marchione Saluciarum, Steffano de Columpna, Paulo 5 de Auria de Ianua, Palmerio de Altovitis de Florentia iudice[x], Basiano de Guaciis iudice, Iohanne Theotonico iudice, Iohanne de Monticello de Ianua, Nicholoso de Sauro abbate populi Ianuensis et Giuffredo comite de Leningana et aliis pluribus fidedignis testibus ad hec rogatis et vocatis. Dominice nativitatis millesimo trecentesimo[y] undecimo, indicione decima, die vigesima quarta mensis Decembris, ac regni ipsius domini 10 regis anno tercio.

---

717. 718. LITTERAE CLEMENTIS V. DE TRACTATIBUS CUM REGE FRANCIAE.

1311. Nov. 29.—Dec. 18.

Cf. supra nr. 612. 613. 615. 692.

15 **717.** *LITTERAE REGI FRANCIAE MISSAE. Nov. 29.*

Repetimus editionem nostram 'Neues Archiv' XXIX, 631 nr. 7 paratam, quae nititur autographo tabularii Parisini 'Carton J. 295' nr. 38. Bulla deest. Inscriptio est: Carissimo in Christo filio Philippo regi Francie illustri. *(P. deest.)*

Clemens episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio Philippo regi 20 Francorum illustri salutem et apostolicam benedictionem.

(1) Dudum, dum adhuc in comitatu nostro Veneysini residentiam faceremus[1], dilectus filius Guillelmus de Plasiano tue celsitudinis miles et nuntius cum litteris tuis credentiam continentibus ad presentiam nostri[a] apostolatus accedens, nobis quasdam tuas patentes litteras presentavit, que inter alia continebant, quod tu confederationem, 25 unionem et pacta, que inter tuos et carissimi in Christo filii nostri Henrici regis Romanorum illustris nuntios extiterant inita, integraliter iuxta modum et formam per nos a serenitate tua petitos laudabas et etiam approbabas[2]. Super quo tui alti consilii deliberationem providam et providentiam circumspectam multipliciter in Domino commendamus. Verum litteris aliis super eodem negotio per nuntios prefati Romanorum regis, 30 que in aliquibus substantialibus ab eisdem tuis patentibus litteris dicebantur per eundem tuum militem discordare[3], quarum tenorem tibi transmisisse meminimus, nostro apostolatui presentatis, prefatus miles reputans per huiusmodi litteras dicti Romanorum regis

716. t) Leodiense *c.* u) *corr. ex* comitis *c.* v) *corr. ex* Frandria *c.* w) *corr. super* milite *delet. c.* x) *post superscriptum c.* y) *sequitur* indicoñ *delet. c.*

35 **717.** a) i *in loco raso or.*

1) *Ante diem 18. Sept. a. 1311; cf. 'Bulletin d'histoire ecclésiastique et d'archéologie religieuse des diocèses de Valence, Gap, Grenoble et Viviers' XVIII (Romans 1898) pag. 114.* 2) *Supra nr. 615.* 3) *Cf. ad nr. 613.*

sufficienter non esse provisum, a nobis recuperare voluit tuas litteras supradictas. (2) Nos vero, qui summo desiderio concupimus, ut inter te ac regem predictum fructus iocunde pacis succrescant uberes et salubres, verisimiliter dubitantes, ne inimicus homo, qui latius ibi consuevit iniquitatis sue venena diffundere, ubi se magis extimat obfuturum, inter te ac regem prefatum, si dictum negotium, quod dirigente misericordia summi Regis terminatum utiliter creditur et speratur, alicuius protraccionis[b] suspecte nocumentum incurreret aut separationis quod absit susciperet detrimentum, amarissime zizanie semina, quod avertat Altissimus, germinaret, ac volentes providere periculis et occurrere scandalis, que ex huiusmodi protractionis vel separationis eventu proventura possunt non immerito formidari, tuas litteras sepedictas[1], ut tu, si posset comode fieri, predictis litteris eiusdem regis Romanorum contentus existeres, deliberavimus retinere. (3) Non tamen propter hoc omisimus dicto regi Romanorum scribere per nostras litteras speciales[2], quod litteras suas tuis litteris memoratis consimiles nobis celeriter[3] destinaret, quas habere confidimus et speramus in brevi et de die in diem cum desiderio expectamus. Quod si dictus Romanorum rex predictas litteras suas, ut premittitur, consimiles tuis[4] nobis forte non mitteret aut in litteris antedictis nobis, ut premittitur, per dictum regem Romanorum transmissis nolles esse contentus, scire te volumus, quod predictas tuas litteras nobis per eundem militem assignatas tibi vel alii, de quo nobis per tuas litteras significatum extiterit, restituere curabimus et sine difficultate qualibet exhibere.

Dat. Vienne, III. Kal. Decembr.[c], pontificatus nostri anno septimo[d].

718. *LITTERAE REGI ROMANORUM DIRECTAE.* *Dec. 18.*

Denuo contulimus autographon Pisis in tabulario capituli maioris ecclesiae asservatum nr. 1370. Bulla desideratur. Inscripta sunt verba: Carissimo in Christo filio Henrico regi Romanorum illustri, *itemque manu Bernardi de Mercato exarata:* pro assignandis litteris confederationis facte cum rege Francie; *cf. Indicem documentorum Pisis a. 1313. confectum, de quo v. supra ad nr. 298, ubi eadem inveniuntur additis verbis:* sub bulla papali *(= Doenniges l. c. II, 115). Edidit Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 209 nr. 132.* *(P. deest.)*

Clemens episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio Henrico regi Romanorum illustri salutem et apostolicam benedictionem.

(1) Magnificantes nomen Domini per fructum labiorum nostrorum gloriosis laudibus, reverenter orationes, postulationes, obsecrationes et graciarum actiones coram eo, qui vult omnes salvos fieri[5], pro tua et aliorum principum orbis terre salute, levatis ad celum manibus et oculis erectis ad ipsum, supplici devotione proferimus et ab eo in fervorem spiritus postulamus, ut ex dono sue largissime pietatis caritatem, que vinculum perfectionis existit, inter vos clementer adaugeat, pacem Christi in cordibus vestris habundanter faciat exultare ac vobis quietam et tranquillam vitam ducere largiatur.

(2) Recolimus siquidem, carissime fili, quod dudum super unione, confederatione ac pactis inter tuos et carissimi in Christo filii nostri Philippi regis Francorum illustris

717. b) ꝑtracciō|nis *or.* c) Vienne—Decembr. *alia ut videtur manu postea exarata or.* d) septimo *item alia manu post exaratum or.*

1) *Supra nr. 615.* 2) *Hae litterae servatae non sunt. Tamen in Indice documentorum Pisis a. 1313. confecto, de quo v. supra ad nr. 298, hoc modo enumerantur:* Quod tramittat dominus litteras consimiles litteris regis Francie sub bulla papali. *(= Doenniges l. c. II, 115).* 3) *Cf. supra pag. 666 lin. 45.* 4) *Videntur intelligi litterae die 23. Sept. confectae supra nr. 692, quas ad manus pontificis non iam venisse hic docemur; cf. nr. 718.* 5) *1. Tim. 2, 4.*

nuncios pro generali bono et tocius christianitatis quiete initis, Domino dirigente, certas litteras, quas super hoc duxeramus specialiter ordinandas et quarum formam tibi et regi prefato sub bulla nostra meminimus destinasse, cum instancia petivimus sigillari [1]. Verum dictus rex Francorum tanquam devotionis filius in hac parte nostris et aposto-
5 lice sedis beneplacitis reverenter adherens easdem litteras nil addito, nil minuto sub suo pendenti sigillo nobis per suos speciales et solennes nuncios destinavit [2]. Quibus venerabili fratri nostro . . episcopo Basiliensi et aliis nunciis tuis tunc apud sedem constitutis [3] eandem ostensis et insuper tue magnitudinis litteris [4] per eosdem episcopum et nuncios super huiusmodi unione et confederatione ac pactis ad nostram delatis presen-
10 ciam diligenter inspectis, compertum extitit manifeste, quod ipse littere tue a forma per nos tibi transmissa ut predicitur et a predictis ipsius regis Francie litteris discordabant. Quod predicti eiusdem regis Francie nuncii advertentes, illusum eis super hoc fore quodammodo reputarunt, propter quod a nobis recuperare prefatas eiusdem regis Francie litteras sunt conati. (3) Sed nos, qui summo desiderio concupimus, ut
15 inter te et regem predictum fructus iocunde pacis succrescant assidue salutares, verisimiliter dubitantes, ne inimicus homo, qui latius ibi sue consuevit nequicie venena diffundere, ubi se magis extimat obfuturum, inter te ac regem prefatum, si ei restitui contingeret litteras supradictas, dictum negocium, quod dirigente misericordia summi Regis terminatum proinde creditur et speratur, alicuius protractionis suspecte susciperet
20 nocumentum aut scissuram separationis incurreret, amarissime zizanie semina, quod avertat Altissimus, germinaret suique pestiferi flatus ventus diversos concuteret angulos orbis terre, ac volentes huiusmodi providere periculis et scandalis obviare [5], prefatas litteras dicti regis Francorum, quamvis renitentibus eius nunciis supradictis, deliberavimus retinere, sine dubitatione sperantes, prout etiam episcopus et nuncii supradicti
25 nobis firmiter promittebant, quod tu predictas litteras tuas sub antedicta forma, que a forma litterarum predicti regis Francorum non discreparent, in aliquo destinares. (4) Et licet postmodum venerabili fratri nostro Arnaldo episcopo Sabinensi apostolice sedis legato, quod a te cum instancia peteret et reciperet litteras supradictas nobis per eum postmodum transmittendas, frequenter scripserimus per nostras
30 litteras speciales, tu tamen eidem legato, qui apud te super hoc oportune institit et etiam importune, quamvis per te ipsi responsum extiterit, quod iam erant dicte littere sigillate [6], ipsas distulisti litteras assignare. Ex quo non immerito admirationis concepimus multe materiam, que causa vel pocius occasio ad differendum assignationem litterarum huiusmodi impellere potuit tui alti consilii firmitatem.

35 (5) Verum, dilectissime fili, dum multiplicium bonorum fructus uberes et salubres ex unione ipsa propiciante Domino proventuros infra mentis precordia recensemus et dum gravissima scandala, que de contrario quod absit suboriri verisimiliter formidantur, advertimus, vix animi capere poterimus vel habere quietem, quousque negocium unionis eiusdem speratum et optatum exitum sorciatur. (6) Quare
40 magnificenciam regiam paterno rogamus affectu et ortamur attentius in filio Dei patris, quatinus tue felicitatis auspicia considerans diligenter et provida meditatione discutiens, quod superba emulorum tuorum, qui ad impediendum tui status exaltationem magnificam diversos modos et obiectus excogitant, ex dictarum unionis et federis vinculo per tuas et eiusdem regis litteras Deo propicio roborando cornua
45 confringentur, inspiciens etiam et in recti iudicii considerationem adducens, quot onerum labores subivimus, quot sollicitudinum impendimus studia et quam solerter nostros diffudimus cogitatus, ut tam pro generali quiete fidelium quam tui status magnificandis

1) *Supra nr. 588—591.* 2) *Supra nr. 615.* 3) *Cf. nr. 617 et acta legationis supra nr. 641—652.* 4) *V. ad nr. 613.* 5) *Cf. eadem fere verba supra nr. 717 cap. 2.* 6) *Supra nr. 692.*

honoribus exitum possemus memorati negocii iuxta mentis nostre desiderium obtinere felicem, ac premeditans diligenter, quod sevi doloris ictibus sauciata nostra precordia sentiremus, si quod absit eodem imperfecto negocio remanente nos prefati regis Francie nunciis restituere prefatas litteras oporteret, quarum restitutionem, quam ut premittitur distulimus, licet eam ipsius negocii separationem reputaremus omnimodam, non possemus 5 aliquatenus denegare, predictas litteras, exclusa cuiuslibet contrarii suggestione consilii, quod in hac parte regalis prudencia salubre vel utile reputare non debet, legato predicto per eum ad nos postmodum transmittendas, qualibet dilatione et occasione postpositis, pro nostra et dicte sedis reverentia facias assignari, ut per hoc nostris et ecclesie Romane matris tue pro tui honoris augmento placidus reddaris affectibus et 10 ad felicitatis eterne premium obtinendum gratus appareas in excelsis. (7) Et ne, si dictarum litterarum copiam per nos sicut premittitur tibi transmissam forsan pre manibus non haberes, huiusmodi negocium differatur, eandem copiam serenitati tue iterato transmittimus presentibus interclusam[1]. Et nisi forsan legatus idem tecum presens foret, dum presentes ad te pervenerint, tu litteras ipsas non differas nobis per 15 tuos nuncios destinare.

Dat. Vienne, XV. Kal. Ianuar. pontificatus nostri anno septimo.

---

719. RECEPTIO CASTRENSIS.

1311. Dec. 12.

Denuo descripsimus autographon valde corrosum, quod servatur Monaci in tabulario 20 *generali regni Bawariei 'Kaiserselekt Nachtrag' nr. 180 a. Pendet sigillum laesum fasciis sericis rubri albique coloris. In verso manu cancellariae regiae exaratum est* R (= Registratum). *Edidit etiam minus recte Böhmer 'Acta imperii selecta' pag. 447 nr. 638. Cf. supra nr. 639. 673. 674. — Böhmer, Reg. Heinr. 442.* *(P. deest.)*

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani 25 imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Etsi cunctorum subiectorum nostrorum delectamur statum extollere, eorum tamen precipue comodis, honoribus[a] et profectibus favorabilius providere disponimus, qui nos et sacrum Romanum imperium suis devotis obsequiis plus ceteris venerantur. Hinc est quod volentes grata servicia nobis et imperio per strennuum virum Hartmannum 30 de Mûnster dilectum fidelem nostrum ad presens in Italie partibus exhibita et ut imposterum nobis et eidem imperio fervencioribus animis exhibeat graciora, specialis gracie beneficio compesare[b], ipsum in castrensem nostrum in castro Nuwemburg districtus Augustensis pro centum marcis argenti conquisivimus, quas sibi promittimus nos daturos. Pro qua summa pecunie redditus decem marcarum argenti percipiendos 35 annuatim de molendino nostro Espanmûle[c], quod ad officium in Kaufbûron pertinet, sibi assignamus et auctoritate presencium obligamus tenendos et possidendos pacifice,

719. a) honori *in loco raso or.* b) *sic or.* c) Espan *in initio lineae in loco raso or.*

1) *Quae servata non est. Sed cf. supra pag. 578 not. 1.*

[donec ipsis][d] vel heredibus suis [dicte centum][d] marce argenti per nos vel successores nostros in imperio plenarie fuerint persolute. Quas cum habuerit, convertet in predia, [que una][d] cum heredibus suis in feodum castrense dicti castri in Nuwemburg tenebit et perpetuo possidebit, deserviendum ibidem more solito iuxta provincie et parcium 5 illarum consuetudinem approbatam. Volumus igitur et firmiter inhibemus, ne aliquis advocatus vel officialis noster aut imperii seu alius, cuiuscunque condicionis existat, prefatum Hartm(annum) vel heredes ipsius in dictis redditibus impediat [de cetero][d] vel perturbet. In cuius rei testimonium presentes litteras nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

10 Dat. Ianue, II. Idus Decembr., anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, regni vero nostri anno tercio.

---

720. MANDATUM PRO ABBATIBUS MONASTERIORUM ZEDLITZ ET AULAE REGIAE.

15 1311. Dec. 27.

Cum autographon Monaci in tabulario generali regni Bawarici reperiri non possit, repetimus editionem, quam ex autographo paravit J. P. Schunck 'Codex diplomaticus' pag. 186 nr. 75, in minutiis correctam[1]. — *Böhmer, Reg. Heinr. 444.* *(P. deest.)*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus venerabili Petro Magun-20 tino archiepiscopo principi et secretario suo karissimo ac nobili viro Bertoldo comiti de Henneberg fideli suo dilecto gratiam suam et omne bonum.

Sinceritatem vestram studiose requirimus et hortamur, quatinus illustrem Iohannem regem Bohemie principem et filium nostrum karissimum, ut honorabilibus et religiosis viris . . abbatibus monasteriorum in Cedlitz et in Aula regia et eorum conventibus 25 privilegia, gratias sive iura sibi et monasteriis eisdem per predecessores dicti regis concessa seu concessas et specialiter emptionem bonorum et possessionum sitorum iuxta civitatem Gretz per dictum abbatem de Cedlitz factam, quantum digne et rationabiliter poterit, suis patentibus litteris approbet et confirmet.

Dat. Ianue, VI. Kal. Ianuar., regni nostri anno tercio.

30 **719.** d) *uncis inclusa evanida sunt or.*

1) *In adnotatione ponere liceat litteras cancellarii regii eisdem abbatibus die 28. m. Dec. missas, quae servantur in Chronico Aulae regiae, ad editionem supra ad nr. 688 citatam pag. 345:*

Honorabilibus et religiosis viris et amicis suis carissimis de Scedlecz et de Aula regia monasteriorum abbatibus frater Heinricus Dei et apostolice sedis gratia Tridentinus episcopus sacre imperialis aule cancellarius salutem cum sincere dilectionis affectu.

Litteras vestras recepimus et ea amore et contemplatione vestri adimplevimus, que nobis in eisdem demandastis *(v. supra nr. 720)*. Vestre amicitie gemendo significantes quamvis inviti, quod inclita domina nostra domina Margaretha quondam Romanorum regina nuper mense Decembri diem clausit extremum in Ianua. Unde vos rogamus attente, quatinus orationibus et aliis bonis, que fiunt 40 in monasteriis vestris, ipsam vobis habeatis fideliter recommissam.

Datum Ianue, in die Innocentum.

721. COMMISSIO INQUISITIONIS CONTRA CIVITATES TUSCIAE ET ALIOS.

1311. Dec. 29.

Denuo contulimus transsumtum ex Protocollis et actis Leopardi Frenetti notarii camerae Pisis a. 1347. Mart. 1 confectum, quod in tabulario civitatis Cremonensis nr. 1919 (Caps. Frid. imp. G. 6) asservatur[1]. *Edidit Böhmer 'Acta imperii selecta' pag. 798 nr. 1109 ad exemplar, quod praebuit vir d. I. Cereda Cremonensis. Cf. sententiam regis infra nr. 768.* *(P. deest.)*

In Dei nomine amen.

Serenissimus princeps dominus Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus comisit dominis Andree Calandrini de Roma et Palmerio de Altovitis de Florentia iudicibus suis presentibus et reverenter acceptantibus, nolens conspirationes, confederationes et sedictiones, castrorum invasiones et occupationes, rebelliones et alia enormia contra ipsius regiam maiestatem et Romanum imperium et fideles eiusdem inita, commissa et actentata per comunia et homines civitatum Luce et Senarum de Tuscia, Parme et Reggii de Lombardia, Ghibertum de Corrigia vassallum suum et imperii, Iohannem Chirici et Opezinum de Anzola cives Parmenses et alias civitates et comunitates de Tuscia dissimulare ac inulta dimictere, ac mandavit eisdem iudicibus vive vocis oraculo, quod contra predicta comunia civitatum et comunitates et homines earum et dictas speciales personas superius nominatas de predictis et super predictis

1) *Verba transsumtus potiora hic in adnotatione ponimus:* (S. N.) Ego Franciscus filius ser Hubaldi Frenecti notarii de Sancto Pietro Vallishere imperiali auctoritate notarius auctenticum huius comissionis in actis et gestis dicti serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti per Leopardum Frenecti de Pisis notarium camere dicti domini regis non vitiatum, non corruptum, non abrasum nec in aliqua parte sui abolitum vel cancellatum vidi et legi una cum infrascriptis notariis de verbo ad verbum coram nobili et potenti milite domino Lomo domini Antonii de Montecchio Marchie Pis(anorum) potestate ac domino Petro Puccii de Evio legum doctore iudice et ass(ed)ente suprascripto domino potestati in curia cancellarie Pis(ani) comunis et una cum infrascriptis notariis et testibus fideliter aschultavi et ipse idem dominus Pis(anorum) potestas una mecum predictam comissionem cum dicto auctentico aschultavit et vidit non abolito vel vitiato in aliqua parte sui, ut supra dictum est. Ideoque de verbo ad verbum nichil addito vel diminuto decreto et auctoritate predicti domini Pis(anorum) potestatis et mandato pro tribunali sedentis in hiis interpositus fideliter, ut dictum est supra, exemplavi et qui[a] dictus dominus Pis(anorum) potestas una mecum predictam comissionem cum dicto auctentico in omnibus concordare invenit et dictum auctenticum esse sine aliquo vitio, eius mandato, decreto et auctoritate ipsam comissionem publicavi et auctenticavi et ad futuram rei memoriam signum et nomen meum apposui consuetum. Que ascultatio, lectura, visio et exemplatio et auctenticatio decreti et auct(oritatis) interpositio facte fuerunt in presentia suprascripti domini Pis(anorum) potestatis et eius decreto et auctoritate, ipso pro tribunali sedente in presentia infrascriptorum notariorum et testium, videlicet *(sequuntur nomina)*, testium ibi specialiter ad hec vocatorum et rogatorum. Ad petitionem Iohannini de Nasellis notarii de Cremona presentis et petentis a predicto domino Pis(anorum) potestate et a me Francisco notario suprascripto omnia suprascripta fieri debere.

In civitate Pis(arum) in palatio potestatis Pis(ani) comunis positi in capella sancti Ambrosii. Presentibus suprascriptis testibus et notariis. Sub anno dominice incarnationis millesimo trecentesimo quadragesimo septimo, indict. quintadecima, die K(alend)arum Martii secundum cursum et consuetudinem notariorum civitatis Pis(ane).

Sequuntur authenticationes ceterorum notariorum.

Cf. 'Neues Archiv' XXX, 432 sqq. et supra pag. 655 not. 5.

sceleribus et delictis ac aliis quibuscunque, que per ipsa comunia et comunitates et homines earundem et speciales prefatos commissa sunt et fore dicuntur, inquirant atque procedant sumarie sine strepitu et figura iudicii et omni iuris sollempnitate obmissa. Quibus iudicibus et cuilibet eorum in solidum in premissis et circa ea idem dominus 5 rex auctoritate regia et ex certa scientia, prout ipsis et cuilibet eorum videbitur, procedendi concessit plenariam potestatem, non obstante aliqua lege in contrarium loquente. Precipiens michi Leopardo notario, ut de premissis faciam publicum instrumentum.

Actum est hoc in domo domini Bernabovis de Auria posita in contrata sancti 10 Thome extra et prope Ianuam, in qua idem dominus rex moratur. Presentibus dominis Baxiano de Guaciis, Iohanne Iacobi de Roma, Sancto de Riparolo iudicibus dicti domini regis, Guidone archipresbitero Aretino et Bernardo de Mercato notario testibus ad hec rogatis et vocatis. Millesimo trecentesimo duodecimo, indict. decima, die vigesima nona mensis Decembris, ac regni ipsius domini regis anno tertio.

---

15 722. LITTERAE CLEMENTIS V. DE SERVITIO ARCHIEPISCOPI COLONIENSIS.

1311. Dec. 29.

Denuo contulimus autographon, quod superest Pisis in tabulario capituli maioris ecclesiae nr. 1373 signatum. Inscriptionem solitam praebet. Manu Bernardi de Mercato 20 *exarata sunt:* quod habeat excusatum archiepiscopum Coloniensem de veniendo Romam et a servicio regis Bohemie, cum sit oportunus in concilio *(cf. eadem fere verba, adiectis* sub bulla papali, *in Indice documentorum a. 1313, de quo v. supra ad nr. 298; v. Doenniges l. c. II, 115). Edidit Ficker loco supra ad nr. 237 citato pag. 93 (= 229) nr. 75. In Regesto Clementis V. litterae servatae non sunt. Cf. supra nr. 651. 652 et infra* 25 *nr. 725. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Päbste 359. (P. deest.)*

Clemens episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio Henrico regi Romanorum illustri salutem et apostolicam benedictionem.

Licet dudum venerabilem fratrem nostrum .. archiepiscopum Coloniensem ad sacrum presens vocari concilium per nostras litteras fecissemus, idem tamen archiepiscopus 30 nobis per nuntios suos, quos propter hoc ad sedem apostolicam destinavit, supplicavit instanter, quod cum ipse iam in procinctu esset ad partes Italie, prout tibi promiserat et etiam tenebatur, ad tuam presentiam veniendi et propter hoc ad dictum concilium tunc venire non posset, eum dignaremur habere super huiusmodi adventu suo ad prefatum concilium excusatum. Nos vero quia ipsius archiepiscopi presentia nobis tunc 35 erat sicut adhuc est in dicto concilio plurimum oportuna, ei huiusmodi excusationibus non admissis per alias litteras nostras expresse mandavimus, ut venire ad prefatum concilium omni occasione et dilatione postpositis non differret. Cum igitur postmodum archiepiscopus ipse iuxta mandatum nostrum huiusmodi ad concilium venerit memoratum eiusque presentia in eodem concilio, ut predicitur, et demum eo dissoluto in Alamanie 40 partibus pro certis ecclesie Romane promovendis negotiis egeamus, celsitudinem regiam paterno rogamus et hortamur affectu, quatinus archiepiscopum supradictum in hac parte

oculo benigno respiciens super eius adventu ad regalem presentiam, non obstante quod se tibi super hoc per suas patentes litteras obligavit[1], necnon et a servitio carissimi in Christo filii nostri Iohannis regis Boemie illustris nati[a] tui pro nostri et apostolice sedis reverentia habeas liberaliter excusatum, ei super hoc tuas patentes litteras per . . latorem presentium ad eundem archiepiscopum deferendas liberaliter concedendo et 5 alias prefatum archiepiscopum et Coloniensem ecclesiam, quos ipsius archiepiscopi claris exigentibus meritis brachiis paterne dilectionis amplectimur, habens propensius commendatos, sic eos favorabiliter prosequaris, quod eis auxilii tui favore suffultis status eorum prospere dirigatur et tranquille quietis et pacis gaudeant ubertate nosque proinde magnificentiam tuam dignis in Domino laudibus attollamus. 10

Dat. Vienne, IIII. Kal. Ianuar.[b], pontificatus nostri anno septimo[c].

722. a) *in loco raso quatuor fere sillabarum or.; num prius scriptum erat* primogeniti? b) Vienne— Ianuar. *stilo acutiori atramento pallidiori exarata or.* c) septimo *item stilo acutiori atramento pallidiori exaratum or.*

1) *Quae servatae non sunt.* 15

ADDENDA ET EMENDANDA.

Levissimos quosdam typographi errores adnotare supersedimus. Haec vero addere vel emendare liceat:

Pag. 8 lin. 34 adde in margine: III nr. 14 c. 2. — *p. 152 nr. 179 Bulla in Indice documentorum a. 1313. Pisis confecto, de quo v. ad nr. 298 huius tomi, ita enumeratur:* Privilegium Bonifacii pape de absolutione iuramentorum a quibuscunque personis factorum in preiudicium regis Romanorum et imperii, *adiecto verbo* cur. *(Doenniges l. c. II, 116).* — *p. 163 l. 7 loco* 216. 217 *lege* 217. 218. — *p. 174 l. 49 loco* nr. 2053 et 2054 *lege* nr. 2052; cf. Kaltenbrunner 'Actenstücke' pag. 591 nr. 689. — *p. 177 l. 42 loco* Iohannes, *quod praebet C, potius legendum est* Philippus, *quia Iohannes iam a. 1305. Sept. 23 ad sedem Argentinensem transiit.* — *p. 195 l. 29 lege* Templariorum. — *p. 264 l. 21 lege* Sane nuper. — *p. 309 l. 2 verbo* Ast *adde numerum notae* 2. — *p. 324 l. 13 verba* Cf. infra nr. 379 cap. 23 *non textui, sed prooemio potius adponenda sunt.* — *p. 370 nr. 426: Imaginem heliotypicam vide 'Collezione Fiorentina di Facsimili paleografici. Latini. Tavola 50'. (Firenze 1897).* — *p. 371 l. 2 lege potius* archic(ancellarie), *l. 5* ydoneam, *l. 7* experiencia, *l. 8* cancell(arie), *l. 13. 14* deportacione. — *p. 386 l. 44 loco* sic *lege* sit. — *p. 398 l. 21 lege* nostri anno secundo. — *p. 432 l. 36 lege* 483. — *p. 451 l. 26 lege* 498. — *p. 454 l. 30 lege potius* retepta, *id est* retempta *(=* retenta*); cf. e. gr. p. 501 l. 25.* — *p. 463 l. 5 lege* Mirabilia. — *p. 465 nr. 511 item servatur in Registro Leopardi Frenetti, de quo v. ad nr. 470 huius tomi, fol. 25.* — *p. 494 l. 12 loco* A. *lege* A(medeus). — *p. 496 l. 4 numero* 379 *adde* et 382. — *p. 512 l. 19 lege* I, 374. — *p. 593 l. 32* tertie *adde notam:* sic tr. — *p. 650, 21 lege* 676. — *p. 653 l. 23* arpes *adde notam: i. e.* alpes. — *p. 655 nr. 689 transsumti 2 apographon confectum Cremonae a. 1348. Dec. 20. servatur Brixiae in bibliotheca Queriniana; publici iuris factum est in editione Libri Potheris ad nr. 562 huius tomi citata pag. 1200 sqq.* — *p. 669 l. 18 Servatur Stuttgardiae in tabulario regio autographon scripti item Papiae die 11. m. Oct. emissi, quo ad supplicationem Elisabeth reginae Romanorum confirmatur privilegium Alberti Norimbergae a. 1308. Ian. 15 monasterio Kunigesbrunne Constancien. dioc. concessum (desunt apud Böhmer).* — *Prooemiis ad documenta nr. 245. 325. 597 addendum est:* P. deest.

